

A
A



0000
404
856
7

THE UNIVERSITY LIBRARY

REESE LIBRARY

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Received Mar. 27 1893.

Lessons No. 50 [51] Clas. No.

PA
6105
V24
v.80

Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles


Form L 1

PA
6105
V24
v.80

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8, '26





Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XIV.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIOREM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

75901

VOLUMEN DECIMUM QUARTUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.



50[5]

agens de primis reipublicæ temporibus, id nomen eodem modo proferre amavit. Vide ad c. 19. § 1. Tum est missus, aliter digestis vocabulis, Leid. 2. Sed verbum substantivum omititur in Harl. 2. Paullo ante in verbis proximis tractare, pro retractare, Gaertn. invitit reliquis codd.

Is finis populationibus fuit] Pall. 1. ac 3. *hiis finitis nihil populationis fuit.* Gebh. *His finis populationibus fuit Hav.* *his finitis populationis fuit Port.* *hiis finitis nihil populationibus fuit Leid.* 2. *hiis finitis nihil populationis fuit Voss.* ambo, nisi quod in eorum prior a m. pr. sit *populationis*, quod facilime in *populationibus* mutari potest. Se quoque *populationis* in Oxon. B. L. 1. 2. et C. invenisse, Hearne professus est. *Is finis nihil populationibus fuit Leid.* 1. et Harl. antiq. *is finis populationis fuit Gaertn.* *his finis nihil populationibus fuit fragm.* Hav. a m. pr. At vulgatum, quod in eodem a m. sec. exstat, verum est. *Is finis inlustratur 1. 44. § 2.* Malo deinde *populationibus*, quam *populationis*. Ita Liv. locutus est 1. 44. ‘Idque conditum lustrum adpellatum, quia is censendo finis factus est.’ c. 50. ‘*Is finis orationi fuit.*’ 11. 15. ‘Eam esse voluntatem omnium, ut, qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi sit.’ c. 45. ‘Rem ad ultimum seditionis erupturam, finemque venisse Romano imperio.’ 111. 3. ‘finem justitio, quod quadriduum fuit, redditus Quinetii consulis in urbem fecit.’ c. 7. ‘Stratæ passim matres, crinibus templa verentes, veniam irarum cœlestium finemque pesti exposcunt.’ v. 13. ‘Cujus insanabili pernicie quando nec caussa nec finis inveniebatur.’ x. 11. ‘Tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit:’ ubi etiam codd. *consulis.* xxiv. 22. ‘Se enim clausas habuisse portas, non separantem suas res a publicis, sed, strictis semel gladiis, timentem, qui finis cædibus esset futurus.’ xxvii. 20. ‘Nec trans-

Delph. et *Var. Clas.*

itionibus finem ante fore, quam omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniæ amoti, aut traducti in Galliam forent:’ ita enim recte Gronovius, pro *transitionis*, ex scriptis et priscis editionibus reposnit. Et ita alibi saepe. Pariter Florus 1. 18. § 10. ‘Nec ante cladi finis fuit, quam nox dirimeret.’ Ubi etiam Dukerus in multis codd. *cladis* invenit. Ejusdem generis est ‘locum seditioni quærere,’ de quo vide ad 111. 46. § 2. Alterum quidem et ipsum saepe apud Liv. obvium est; hic tamen *finis populationibus* ob codicem optimorum consensum præfero. *Populationis, pro populationibus, in reliquis codd.* eodem erroris genere scriptum erat, quo *principiis, pro principibus,* xxi. 60. § 7. Ubi similia alia ejusdem peccati exempla videri possunt.

Locoque magis, quam armis, freti] *Loco quoque magis Leid.* 1. De quo scribarum lapsu plura vide ad v. 27. § 1. Mox summi se jugis, pro summis se jug. Hav. Sed ultima litera vocis summis excidit, quod ab eadem vox sequens inciperet. Vide ad xxxvii. 29. § 5.

§ 10 *Alter consul in Volscos prosecutus]* *Alter consules Leid.* 1. *Alter consulum Leid.* 2. Vide ad ix. 32. § 2. Hic tamen vulgatum servo. Mox ne ipse, pro ne et ipse, Hav. Sed alterum, quod constanter in reliquis superest, præstat. Ne et ipse, quemadmodum nempe collega. Deinde tereret, pro tereret, Harl. ambo, et Port. elereret Flor. a m. pr. detereret a m. sec.

Vastandis maxime agris hostem, &c. excivit] Membranæ *vastatis maxime agris.* Modius. Codd. nostri nihil mutant. Et sane verius etiam et elegantius est vulgatum. ‘Vastandis agris,’ pro vastando agros, vastatione agrorum, qua forma ‘divendenda præda’ Livio adseruit Gron. supra i. 53. § 3. ubi alia plura contul. *Ad conferenda proprius castra]* Lego

Livius.

conferendum. Klock. Pal. 2. *ad conferendum.* Gebh. Hic etiam omnes codd. quorum ope usus sum, vulgato recte adhærent, præter fragm. Hav. quod similiter *ad conferendum* præfert. Unum igitur vel alterum præsertim minoris auctoritatis, codicem non audiendum censeo. Multo minus Klockius ita ex conjectura emendare debuissest. Idem autem fragm. Hav. mox præfert *dimicundum acie,* copula omissa.

§ 11 *Infestis signis constitere]* *Con-*
sistere Flor. et Harl. 2.

Multitudine aliquantum Volsci superabant] Volsci superabant aliquantum Voss. 1. et Leid. 2. aliquanto Volsci superabant fragm. Hav. et Hav. *ali-*
quantulum Volsci superabant Harl. 2. Eadem lectionum diversitas sæpe in MSS. obcurrit. Vide ad VII. 36.
§ 5.

§ 12 *Itaque effusi et contemtim]* Membranæ *itaque effusim.* Modius. Hoc quoque loco codd. nostri Modianis consentire recusant. Servant antem omnes receptam scripturam, nisi quod *fusi* præferat Leid. 2. *effusius* Gaertn. et quod mox *contemti* sit in Hav. *effusi* unice vernum est. *Effusim*, præterquam quod alibi ea forma non facile observatum sit, et *effusius* utrumque a librariis profectum videtur, quos ita deditse puto, quod sequatur *contemtim*; ex quo eodem fonte etiam ortum, quod Hav. habeat *effusi et contemti*. *Effusi* præterea, non *fusi*. Vide ad XLI. 7. § 10. Prinam τοῦ *effusi* literam interceperat ultima vocis præced. Hinc alterum etiam *f* abjectum.

Contemtim pugnam iniere] Habet Vormaciense volumen *iniere*: suban-dit *cæperunt*. Infinitivus pro præterito imperfecto, more historicorum. Rhen. In Pal. 3. fuerat initio *iniere*, quod ex suo quoque observat Rhena-nus: quod probo. Gebh. *Iniire* etiam Flor. et Harl. 2. *ingere* Harl. 1. quod librarium pro *iniere* deditse, ideo

mihi persuadeo, quoniam et inf. hoc cap. § sequenti similiter scripserit *in prælium gerant*, pro *in præl. ierant*. Reliqui codd. hic *iniere* servant. Et recte. Sæpe hoc modo a librariis peccatum esse, ut *ire*, pro *iere*, dare, docebunt, quæ notantur ad XLV. 2. § 7.

Defixis pilis stare snos jussit] In aliam seriem digestis vocabulis *suos* *stare* jussit Harl. 2.

Ubi ad manum venisset hostis, tum cohorte tota vi gladiis rem gerere] Ingens erratum hic invasit Livianos codd. Scribendum *tum coortos*, pro *cohorte*. Participium est a 'coorior.' Rhen. Ingens quidem error, sed qui tanto facilius committi potuit, quod olim *cohortos*, pro *coortos*, male scribere librarii barbari consueverint. Vide ad c. 17. § 2. ad c. 35. § 3. v. 14. § 3. et passim. Jam vero ex contantum unius literæ mutatione fit *cohorte*. Sane præstantissimæ membranæ, quas sub nomine cod. Leid. 1. landare soleo, hic diserte *cohortos* præferunt. In reliquis omnibns, quos vel ipse inspexi, vel quorum excerptis utor, perperam est *cohorte* nisi quod habeat Flor. *cohortis*. Recte vero *coortos* dicit, quos ante pugnam 'defixis pilis stetisse' dixerat. Similiter euim de pugnam inceptantibus triariis, quos antepilanis pugnantibus interim sub vexillis considere, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas tenentes dixerat, passim usurpavit verbum 'consurgere.' VIII. 8. 'Triarii consurgentēs, ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias.' c. x. 'Paulisper addubitat, an consurgendi jam triariis tempus esset.' Eod. cap. 'Tum consul triariis, Consurgite nunc, inquit.' Et iterum, 'Ubi triarii consurrexerint integri.' Ceterum, ubi ad manum venisse Harl. 1. ubi ad manum veniret

Harl. 2. Sed voces ubi ad manus re-nisset hostis scribæ negligentia non comparent in Leid. 2. qui et tu, pro tum, habet. Tandem totam vi gladiis rem gerere Port.

§ 13 Quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis] Quum velut se stup. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum stup. metu Gaertn. Sed saepius jam supra monni, librarios vocibus, quæ vocali finiuntur, notam literæ m pro lubitu vel addi-disse, vel detraxisse. Si tamen olim totidem literis metum exaratum fuerit, earum ultima male repetita est ex prima syllaba vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. Deiode Romani est in Leid. 1. Tandem impressionem sense-runt Gaertn. Sed vox sensere perpe-ram deficit in Leid. 2.

Et ante oculos micare gladios] Bene. Sed non foret pejus, si legeremus gladii. Lib. 1. 25. ‘Ut primo statim concursu concrepere arma, micantesque fulsero gladii.’ VI. 12. ‘Ubi illi vana jecerint missilia, et effusi stantibus vobis se intulerint, tum mi-ent gladii.’ XXI. 7. ‘Jam non pro mœnibus modo atque turri tela mi-care.’ Sed et VII. 5. ‘Qui ferrum ante oculos micare cerneret.’ Itaque sine vett. libb. auctoritate nihil temere muto. *J. F. Gronov.* Nulli meorum aliquid mutant: quare receptæ lectioni adhæreo. Donjatio etiam Gronovii conjectura displicet, qui observat, ‘ante oculos micare gladii,’ phrasin quidem fore historicam, quasi dicas, micare cœperunt, sed obstare huic conjecturæ e proximo verbum *sensere*, quod infinitivus eo referendus esset. Verum insuper in vulgata scriptura, *sensere gladios micare ante oculos*, nec loquendi forma, nec sonus satis ipsi placebat, ideoque se malle profitetur *ante oculos micuere gladii*. Vellem, apertins addidisset caussam, cur loquendi formam probare nolit. Dubito enim, utrum enī pñndam censuerit ‘sensere micare,’ pro videre; an vero ‘sensere impressionem et mi-

care;’ an denique aliud, quod non adsequor. Mihi sane nihil Livio in-dignum hac locutione adparet. Potius enim *sensere micare* dixit, quam *viderunt*, quod non tantum mican-tium gladiornm fulgorem videre, sed etiam, pugna commissa et jam inlati s vulneribus, eorum aciem sentire in-ceperant. Ut *sentire* hic ponatur eo sensu, quo sæpe obcurrit, pro ali-qui infestum et adversum experiri. Vide Burmann. ad Petron. Satyr. c. 139. Duker. ad Flor. III. 2. et quæ notavi ad Silii XII. 27. Si minus id placeat, deliberandum, num *sentire* semel positum duplice significatione accipiendum sit, prout vel jungatur priori membro ‘impressionem fac-tam,’ vel posteriori ‘ante oculos mi-care gladios.’ Id autem frequens esse constabit ex illis, quæ notant Duker. ad Flor. I. 9. et quos ibi laudavit. Ita ‘sentire impressionem’ erit, eam sen-su et re ipsa deprehendere, ‘sentire’ autem ‘gladios micare’ erit, eos vi-dere. Nam ita ‘sensus’ etiam pro visus ponit, observat Burmann. ad Nason. Epist. Heroid. IX. 119. Si ne hoc quidem probandum, dicam, u-num a Livio verbum positum, quod alteri tantum orationis membro ‘im-pressionem factam’ convenire pot-test; quum ad alterum ‘ante oculos micare gladios’ commodum aliud, *videre* nempe vel simile, subintelli-gendum sit. Id autem alibi a Livio factum esse, videbimus ad XL. 42. § 12. Præterea iure culpare nequit Doujatins, casum quartum ‘impre-sionem factam’ per copulam ‘et’ conjungi cum infinitivo ‘micare.’ Non dicam nunc, ad verba ‘impre-sionem factam’ intelligi posse τὸ esse; sed potius, similiter casum quartum, etiam ubi τὸ esse vel simile intelli-gi nequit, pluresque infinitivos eadē particula connectente jungi. XXVIII. 44. ‘Una et trajecisse me audietis, et ardore bello Africam, et molientem hinc Hannibalem, et ob-sideri Karthaginem.’ Quid autem

ingrati in verborum sono auribus Doujatii acciderit, me non reprehendere profiteor.

Haud secus, quam si in insidiis incidissent] Est in vet. lib. *insidiis incidissent*, non in *insidiis*. Rhen. *Quam si insidiis incid.* Flor. Voss. ainbo, Leid. 1. Harl. 1. Port. et fragm. Hav. *quam insidiis incidissent* Leid. 2. ta Tacitus locutus Histor. III. 29. ‘Balistam in subeuntes propulere: quæ ut ad præsens disjectit obrnitque, qnos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruina sua traxit.’ Apul. Metam. II. 29. ed. Pric. ‘Fortunam scævam, an sævam verius dixerim, miser incidit.’ Ead. pag. inferius. ‘Hostes, inquit, et omnes inimici nostri tam diram, immo vero Ulysseam, peregrinationem incident.’ Solin. in Polyhist. c. 2. ‘Nonnumquam accidebat, ut menses, qui fuerant transacti hieme, modo æstivum, modo autumnale tempus incidenterent.’

Ita Salmas. in Exercit. Plin. p. 15. legendum putavit ex libb. scriptis, et genus loquendi instravit. Lactant. Narr. Fabul. XIV. 1. ‘Quem illa, ipsius non levi cupiditate capta, nequians a proposito retardare, amorem incidit:’ ubi vide Munker. et Burm. ad Lactant. I. 10. Verius tamen videtur, præpositionem excidisse ob primam vocis seq. syllabam: quod frequens esse, præsertim in vocalia *in*, docebunt exempla infra ladata ad VIII. 33. § 6. Id etiam evenit in ed. Veneta 1498. quæ similiter ignorat præpositionem *in* hoc loco, quam reliquæ, quas vidi, agnoscunt; nisi quod Venetæ illius exemplum Moguntina secuta sit. Cur præpositionem interceptam credam, ea causa est, quod Livius præpositionem, cum qua verbum componitur, ei addere solitus sit. Vide ad Præfat. § 2. Adde, sapissime Livium hoc verbo n-um fuisse, numquam tamen, quantum memini, ea constructione. Unus est locus, qui alteri lectio[n]i favere videtur, inf. III. 13. ‘Se

hand multo post, quam pestilentia in urbe fuerat, in inventum grassatum in Subura incidisse:’ ubi etiam viri docti jurentem incidisse malunt ex auctoritate codd. Sed vide, quæ ibi notantur. *Quam si in insidiis incid.* recte præferunt Harl. 2. et Hav.

Turbati vertunt terga, et ne ad fugam quidem satis virium fuit] Et turbati vertunt Gaertn. quod, si alii codd. accederent, ferri posset. Vide ad II. 44. § 3. Nunc tamen verius videtur, τὰ et perperam repetitum esse ex ultimis literis proximæ voc. *incidisset*. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Præterea vertuntur terga Klockian. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Tum terga que ne ad fugam Lipsiens. terga, et nec ad fugam Harl. 2. Denique τὰ quidem et virium non comparent in Gaertn. Sed ultimi loco relictum erat spatium, ut librarius indicaret, se vocem, quæ in exemplari fuerat, legere non potuisse.

Quia cursu in prælium ierant] Qui cursu Harl. 2. quia cursum prælium Gaertn. ubi præpositio *in*, male in *m* mutata, coaluit præcedenti vocabulo. Deinde *in prælium gerant* Harl. 1. Vide hoc cap. ad § præc.

§ 14 *Quia principio pugnæ quieti steterant*] Quia principium pugnæ Klockian. qui a principio pugnæ Voss. 1. Lipsiens. et Port. quia a principio pugnæ Gaertn. Qnomodo Tacitus loquitur Ann. I. 1. ‘Urbem Romanam a principio reges habnere.’ Qui principio pugnæ fragm. Hav. a m. pr. Alibi qui et quia committantur sæpius. Vide ad XXXVI. 33. § 5. quia in principio pugnæ primæ edd. Sed præpositionem delevit Aldus, cui plerique codd. favent. Alibi tamen Livins ‘in principio’ dixit. Ut XXXIX. 31. ‘Atrox in principio prælium fuit.’ At omissa præpositione ‘principio’ infra c. 48. ‘Itaque principio anni censuit.’ v. 26. ‘Principio anni tribuni plebis nihil moverunt.’ Justin. I. 1. ‘Principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat.’ II. 1.

'Inluvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit.' Qui similiter 'initio' utitur ibid. 'Initio verum, quum aliæ terræ nimio fervore solis arderent:' ut et Liv. iv. 7. 'Tribuni militum initio anni fuerunt:' ubi non nulli codd. male *in initio*. Vide, quæ ibi notantur. Præterea *quiete stetabant* Harl. 2. quem non audiendum censeo. xxxiii. 6. 'Nuncios in castra remissos, qui, quid sibi, quum præter spem hostis obcurrisset, faciendum esset, consulerent, quieti obperientes.' Vide ad xxii. 12. § 7.

Vigentes corporibus facile adepti fessos] Facile adorti fessos Voss. 1. Leid. 2. Hav. et Hearnii Oxoniensis C. Male. 'Adipisci' enim est prægressum consequi. Infra hoc lib. c. 64. 'Quos Servilius consul infesto exercitu insecentus, ipsum quidem agmen adipisci æquis locis non potuit.' xxxi. 43. 'Per eos dies et Athenagoras regius præfectus, Dardanos, recipientes se in fines, adeptus, postremum agmen primo turbavit.' xxxvii. 43. 'Equites primi omnium Eumenis, deinde et alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem, et postremos, ut quosque adepti sunt, cœdunt.' xliv. 28. 'Partim in via fugientes Gallos adepti Macedones ceciderunt, partim ante portam exclusos.' Præterea *vigent corporibus* Flor. *ingentes corporibus* Lipsiens. Ita alibi variant scripti. Vide Nic. Heins. ad Silii vi. 35. Erroris ejus caussa fuit similitudo inter ductus literarum *in et vi* in scriptura Longobardica. *Viuentes* habet Leid. 1. Quod inde profluxisse videtur, quod, qui verba præierit, literam *g* liquidius pronunciarit.

§ 15 *Plusque ibi sanguinis...factum]* Ant. Periz. ad marginem Livii conjectit scribendum, *plusque ibi sanguinis...fusum*. Quid vero ipsum ad id permoverit, videre nequeo; nisi forsitan illud sit, quod locutionem 'facere sanguinem' probam non esse existimaverit. Verum non modo ita

præferunt omnes codd. sed similiter etiam locutus est Ovid. Epist. Her. xiv. 82. 'Et queritur facti sanguinis esse parum.' Ubi Burmann. eam scripturam adversus virum doctum, itidem *fusum* reponentem, defendit, et vindicat non modo hoc Livii loco, sed et duobus aliis, altero ex ix. 13. 'Romanos ira eadem, quæ per medium aciem hostium tulerat, et in castra pertulit. Ibi plus, quam in acie, sanguinis ac cœdis factum:' altero ex xxxv. 51. 'Nondum aut indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinem factum usquam andissent.' Vide etiam J. F. Gron. Obs. in Script. Eccles. c. 25. p. 277. Præterea *promissa omnium generum cœde* Leid. 1. Sed dare voluisse librarius videtur *promissa cœde*, quomodo sæpe in eo cod. pro *promiscua*, scribi solet; et hic in Flor. invenitur. Vide ad iii. 47. § 7. Ceterum *plusque, quam in ipsa dimicazione, factum, mediis omnibus male omissis, dedit librarius Hav.*

CAP. XXXI. § 1 *Fundit, fugatque, exiuit castris]* Antiqua lectio, *fugatque, exiuit castris*. Rhen. Pall. tres, ut monuit Rhenanus, *fugatque, exiuit castris*; truncata particula *que a τῷ exiuit*. Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] Omnes etiam nostri, præter Flor. Harl. 2. et Hav. non agnoscent voculam *que* posteriori loco: quod etiam Hearne de Oxon. L. 2. et C. testatus est: *fugaque* autem pro *fugatque* habet Flor. a m. pr. Non displicet Gronovianum, *fugatque, et exiuit castris*. Non diffiteor quidem, apud Livium obcurrere, ut in pluribus vocibus connectendis bis adhibeatur particula *que*, ut factum est in vulgata scriptura hoc loco. Certe ita locutus est ii. 45. 'Si fallat, Jovem Patrem, Gradivumque Martem, aliasque iratos invocat Deos.' Et alibi. Longe tamen frequentius est, ut, si repetenda sit particula connectens, *τῷ que* subjiciatur et vel ac. Sup. in

Præfat. ‘Cum bonis potius omnibus votisque ac precationibus Deorum Dearumque libentius inciperemus.’ I. 7. ‘Ubi nomen patremque ac patriam accepit.’ c. 10. ‘Cæninenenses, Crustuminiique et Autem-nates erant: ubi τὸ que male omittebat vet. lib. Sigonii. c. 19. ‘Jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat.’ II. 5. ‘Quum inter omne tempus pater, vultusque, et os ejus spectaculo esset.’ c. 30. ‘Quum Volsci, Æquique, et Sabini forte una omnes in armis essent.’ c. 40. ‘Mater tibi conjuxque et liberi adsunt.’ XXVIII. 27. ‘Quid facinoris in me, quid in patriam parentesque ac liberos vestros ausi sitis.’ XXIV. 11. ‘Biniis legionibus Galliam Siciliamque ac Sardiniam obtineri: ubi vide. XXXIX. 34. ‘Ipsius enim Ætoliae Agræos Apodeotasque et Amphilochos, quæ permagna eorum pars sit, Græciam non esse.’ XXXIII. 14. ‘Mille Macedonas eo miserat, et mille ac ducentos Illyrios, Thracasque, et Creten-ses, qui in utraque parte militabant, octingentos.’ Vide etiam ad v. 17. § 9. Verum fundit, fugatosque exuit castris præfert Port. quod verum vi-deri posset, si certiorum codd. an-citoritate firmaretur; nunc ortum potius existimo ex ingenio alicujus, qui in cod. mendosum inciderat, et, fun-dit, fugatque, exuit castris ferri non posse, intelligebat. Vide vero, num potius scribendum, fugatque; fugato-s exuit castris: qualis fere orationis compositio est c. 33. ‘Antia-tates Volscos fundit, fugatque; com-pulsos in oppidum Longulam perse-cutus mœnibus potitur.’ Meæ tamen Gronovii conjecturam, quæ propius codd. lectionem accedat, præferendam existimo; præsertim quum nunc demum videam, eam disertim probari auctoritate codicis Gaertn. qui non tautum præfert fugatque, et exuit cas-tris, sed insuper adjicit voces hoc modo, quod interpolatoris additamen-

tum puto. In principio etiam cap. exhibet, *Cum hæc in Volscis, pro Dum hæc in Vols.* sollempni errore. Vide ad I. 40. § 7.

§ 2 *Equitatu missō medium turbaverat hostium aciem]* Scribe, *Equitatu immisso.* Rhen. *Immisso* omnes nostri. Primam ejus syllabam in-teceperant literæ seqq. iisdem duc-tibus exarandæ, immo eædem, sed tantum inmutato ordine conlocatæ. Hoc lib. c. 53. ‘Eques, ab consule inmissus, Tuscos fundit fugatque:’ ubi quidam codd. similiter pecca-runt. XXVIII. 14. ‘Vixdum satis certa luce, equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas inmisit.’ XLIV. 41. ‘In medio secunda legio inmissa dissipavit phalangem:’ et sæpe alibi. Pariter inmittere, pro mittere, scribendum monuerunt Sigo-nius et Gronovius IX. 4. § 12.

Qua, dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordinibus aciem firmaverant] Salmasius in postumo de Re Militari c. 12. legit *quiū dum se.* Sed quis ferat ‘turbaverat aciem, qua,’ vel ‘quia aciem firmaverant?’ Alterum utique redundant, et scri-bendum, *med. turb. host. ac. quam,* dum se . . . ordinibus firmaverant. Sane τὸ quam habent et scripti qui-dam. IV. 37. ‘Non subsidiis firmata acie, non equite apte locato.’ Et ite-rum c. 40. ‘Aut in tempore pugnam inisse, aut firmasse subsidiis aciem.’ XXV. 21. ‘Et in longitudinem por-rectæ acies, clamantibus tribunis, ni-hil introrsus roboris ac virium esse.’ XXXII. 17. ‘Conferti pluribus intror-sus ordinibus firmata acie.’ Auctor Belli Afric. c. 13. ‘Dextrum et si-nistrum cornu magnis equitum copiis firmaverant.’ Tac. Hist. I. III. ‘Sub-signano milite media firmare.’ Hist. IV. 33. ‘Id solum, ut in tumultu, monuit, subsignano milite media fir-mare.’ Quod si etiam deleveris τὸ se, nihil sententiæ noaueris. J. F. Gron. Verum est, Salmasium locum

hunc laudasse, quasi *quia editum foret*. Quum tamen non addat, ita sibi scribendum videri, incertum puto, an *tamen quia non tribendum sit errori operarum*. Certe in nullo cod. eam scripturam invenio. Præterea etiam Klockins *tamen se circulis duobus circumscripterat*, et vocem *aciem* induxerat, ut ipse quoque legere voluisse videatur, *quam dum cornua latius ... ordinibus firmaverat*. Ceterum ex codd. nostris *quam præferunt optimi Leid. 1. et Harl. 1.* Verum ita, ut Gronovius monuit, indicendum erit *tamen aciem in verbis seqq. quod simul cum reliquis hi tamen codd. agnoscent*. Quare id suadere non audeo; sed potius præstare puto, ut, duobus MSS. invitis, at reliquis probantibus, *qua retineamus, quam ut contra omnium fidem mox aciem tollamus. Qua, pro qua parte. Ita sup. 1. 38. 'Muro lapideo urbem, qua nondum munierat, cingere parat.'* ubi etiam quidam codd. *quam*. Vide quæ ad eum locum notantur: ita *quacunque dixit xxv. 21. 'Quacunque inpetum fecissent, hostes perrupturos.'* Neque vocis *aciem*, quæ modo præcessit, repetitio morabitur, qui meminerunt, quæ supra notantur ad 1. 3. § 9. Exempla, a Gronovio laudata, non conjecturam ejus adstrinxunt, sed locutionem 'firmare aciem,' quæ, si servenus vulgatam scripturam, non tollitur, optime inlustrant. Ita xxii. 46. 'Dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata.' xxviii. 14. 'Præter opinionem destinatam snorum hostiumque Romano milite cornibus firmatis, sociis in medianam aciem acceptis.' Auctor Belli Afric. c. 37. 'In fronte enim simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidiis:' et alibi sæpe. Deinde *latius tendunt, pro latius pandunt*, Voss. 1. et Leid. 2. *dum se cornua latius scandunt* Harl. 1. Inf. xxviii. 33. 'Quatuor cohortes in fronte statuit, quia latus pandere

aciem non potuit.' xl. 26. 'Evaserunt extra vallum, ut pandere aciem, et exæquari cornibus hostibus, quibus circumibantur, possent.' Præterea *parum aperte, pro parum apte*, Voss. 2. Inf. ap. Liv. loco quem Gronov. jam ad partes adduxit, iv. 37. 'Non subsidiis firmata acie, non equite apte locato.' De hoc librariorum lapsu infra dicam ad xxxi. 22. § 8. Hinc introrsus priscæ edd. pro quo Aldus introrsum reposuit. Et ita etiam præferunt codd. mei. Denique *firmaverunt*, id est, *firmaverunt* Port. *firmaverat* Hav.

Castra capta, debellatumque est] Bellatumque est perperam habent Voss. 2. et Gaertn.

§ 3 *Dictator triumphans Romanam inheritum] Repone urbem inheritum.* Hic expositio dictionem expositam de sua possessione dejicit. Rhen. Hearne auctor est, in ed. Romana principe legi *Romanam urbem inheritum*. Sed omnes, quas vidi, edd. usque ad Rhen. et Froben. 1535. quæ Rhenani emendationem recepit, *Romanam inheritum*. Male. Codd. enim, quibus utor, constanter *urbem*, pro *Romanam*, agnoscent; quod propterea recte Rhenanus probavit, et alteram lectionem ejus expositionem esse docuit. Idem error alibi etiam committitur. Vide, quæ infra notantur ad xxii. 7. § 2. Ceterum *in urbem inheritum* habent Harl. 2. et Lipsiens. quomodo Liv. alibi sæpe loquitur. xxxi. 20. 'Postulassetque, ut triumphanti sibi invehiri liceret in urbem.' xxxv. 8. 'Quum pergeret nihil segniss referre, ut supplicatio decerneretur, triumphantique sibi in urbem invehiri liceret.' xxxvi. 39. 'Postulavit, ut sibi triumphanti liceret in urbem invehiri.' Quin et solitum esse Livium, præpositionem, enī quā verbum componitur, insuper addere in regimine, supra vidimus ad Præfat. § 11. Si itaque plures aut gravioris auctoriatis codd. hanc lectionem probarent,

eam recipendam esse non dubitarem. Nunc vero, reliquis ab recepta lectione stantibus, nihil muto; præser-tim quum et alibi ita Liv. loqui non refugerit. XLIV. 7. ‘Ab inventis jam portum audit, onerarias naves Magnesiae relictas esse.’ Vide ad IV. 29. § 4. Denique verbis præced. clurior pugna fuit alio ordine præferunt idem Harl. 2. et Lipsiens.

Locus in circō ipsi posterisque ad spectaculum datus, sella ibi, &c.] Festus, ‘Sellæ curulis locus in circō datus est Valerio dictatori posterisque ejus honoris caussa, ut proxime saccellum Mureiae spectarent, unde aspiciebant spectacula magistratus.’ De honore publici loci in spectaculis vide Lipsium ad Tacit. Annal. II. 83. Klock. *Locus in certo male Lipsiens.* Tum ad spectaculum datur Harl. 2. Sed literas R et S facillime in membranis confundi infra dicendum crit ad XXVI. 51. § 4. Quæ vero Modius de loco publico in spectaculis adtributo notarat, delevi, quod sufficere existimarem, ea legi posse ap. Lipsium loco, quem Klockius hic laudavit.

§ 4 *Volscis devictis Veliternus ager]* *Devictus Veliternus ager* Harl. antiqu.

Cum æquis post aliquanto pugnatum est] Post taliquando Harl. antiqu. ultima litera vocis præced. etiam in sequentis initio perperam repetita. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *post aliquantum* Hav. aliquanto post Harl. 2. ut pateat, in ea opinione fuisse librarios, tò post, si præponatur, præpositionem esse et casum regere; postponendum vero, si adverbialiter accipi debet. Sed non recte. Cic. Orat. Catil. III. 5. ‘Post aliquanto, toto jam indicio exposito, surrexit.’ Liv. XXXII. 5. ‘Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine, quum situm omnem regionis adsperxisset, maxime idoneum ad muniendum locum ereditum esse præter amnum Aonum.’ Similiter XL. 47. ‘Post pau-

cis diebus alios decem legatos secum adduxerunt.’ cap. 57. ‘Post paucis diebus gens Bastarnarum, diu sollicitata, ab suis sedibus magna peditum equitumque manu Istrum traje-cit.’ Eodem modo dicuntur ‘post paulo,’ ‘ante multo,’ similiaque, de quibus vide ad XXII. 60. § 16. Mox consule invito quidem, ordine immuta-to, Hav.

§ 5 *Milites extrahi rem criminantes]* *Criminantis* Leid. 1. An forte librarii scribere voluit criminuti?

Perpulere, ut forte temere] Perpul-chre ut forte temere male Hav. pepule-re, uter forte temere Leid. 2. quomodo etiam alibi peccatur. Voces enim ‘pepuli’ et ‘perpuli’ librarii etiam commutarunt I. 59. § 11. ut autem et ut’, sive uter, hoc lib. c. 27. § 5. Sed rectum est, perpulere, id est, permo-vere. Vide ad III. 30. § 4. perpul-erunt primæ edd. pro quo Aldus per-pulere dedit: alterum in nullo cod. scripto obvium fuit.

§ 6 *Id male commissum iguaria hostium in bonum vertit]* Elegans oratio est, ut *vertit* accipiatur absolute; quemadmodum supra quoque moni-mus ad c. 27. § 9. Et ‘ignavia hostiū’ septimo casu dictum est. ‘Ver-tit’ expone, versum est. *Rhen.* Recte Rhenanus. Plura vide ad c. 62. § 2. *convertit* Harl. 2. et Lipsiens. Sed, alia serie inducta, *ign. host. vertit in bonum* Leid. 2.

Priusquam ad conjectum teli venire-tur] Membranæ Colonienses ad jactum teli. Modius. Pall. tres ac Campani ed. ad conjectum teli. Modii libb. vero ad jactum teli. Gebh. Ita ad jactum teli venire inf. viri docti Livio restitnere conati sunt XXVI. 40. § 10. ubi plura. Verum et nostri in vul-gatum conspirant. Temerarium itaque foret, unius auctoritatem reliquorum consensu præferre, præser-tim quum et ‘conjectus telorum’ et ‘conjec-tura tela’ sæpius ap. Liv. ob-via sint. Sup. II. 10. ‘Clamore sub-

lato undique in unum hostem tela
conjiciunt.' xxv. 16. 'Tela undique
in Graeciam atque equites conji-
ciuntur.' Mox eod. cap. 'Jaculis
maxime aperta corpora Romanorum,
et quum undique ex altioribus locis
in cavam vallem conjectus esset,
transfiguntur.' xxviii. 14. 'Jam con-
flixerant cornua, quum, quod roboris
in acie hostium erat, Pœni veterani
Afrique nondum ad teli conjectum
venissent.' xxxviii. 27. 'Ne primum
quidem conjectum telorum tulernunt.'

Quæ munitissimis tenuerant locis] Membranæ Colon. habuerant. Mod. Modii cod. habuerant. At Pal. 1. *quæ invictissimis tenuerant locis.* Gebh. *Invictissimis unus meorum* Voss. 2. Quod peccatum vel literarum ac duc-
tum similitudini, (præsertim si muni-
tissimis olim scriptum fuit,) vel etiam
ex glossa natum fuisse puto. 'Locum
munitum,' intellige nempe natura; nam summis montium jugis se tutati
fuerant, ut cap. præc. dixit, quo non
facile hostes, ut eos depellerent, sub-
ire poterant. Sup. hoc lib. cap. 7. 'Regnum eum affectare fama fere-
bat, quia nec collegam subrogaverat
in locum Brutii, et ædificabat in sum-
ma Velia: ibi alto atque munito loco
arcem inexpugnabilem fore.' v. 39.
'Placuit, cum conjungibus ac liberis
juventutem militarem senatusque ro-
bur in arcem Capitoliumque concen-
dere, armisque et frumento conlati
ex loco inde munito Deos homines-
que et Romanum nomen defendere.'
Præterea in mun. locis Hart. 2. At
præpositio, quæ a reliquis omnibus
exsulat, commode etiam abesse po-
test. Eam natam puto ex prima li-
tera vocis seq. Pro *tenuerant* inter
lineas adscriptum erat *renuerant* in
Leid. 2. in nullo autem habuerant ob-
vium fuit. Id igitur in Colon. Modii
ex errore librariorum natum, qui vo-
ces has alibi sæpe commutarunt.
Vide ad i. 12. § 4. et Nic. Heinsium
ad Nason. Metam. iv. 57. Paullo

ante *relictisque castris*, addito τῷ que,
Gaertn.

In adversas valles] Legerem arversas.
T. Faber. Scribe aversas, quæ vide-
licet ipsis a tergo essent: nam frons
castrorum ad alteram partem in Ro-
manos vergebatur. Lib. xxvii. c. 41.
'Nocte jugum superare, et in aver-
sis vallibus considere jubet:' alibi
vocat 'supinas.' Lib. iv. c. 46. 'Re-
pentino impetu æquorum per supi-
nam vallem fusi sunt.' Lib. vi. c. 29.
'Versus itaque in victorem terror et
novo hoste et supina valle Romanam
inclinavit aciem.' J. F. Gron. Licet
omnes scripti, quibus utor, pertinaci-
ter *adversas valles* præferant, ratio
tamen docet, optime viros doctos
aversas legendum esse monuisse. In-
finitis locis stupidi librarii voces
'aversns' et 'adversus' inter se
commutarunt. Vide Gron. ad Liv.
xxxiii. 8. § 11. xxxiv. 47. § 1. quæ
supra notavi ad ii. 8. § 8. c. 11. § 5. in-
fra hoc lib. cap. 45. § 2. iii. 70. § 4.
iv. 22. § 4. c. 27. § 8. c. 46. § 6. ad
Epit. lib. v. ad viii. 26. § 4. ix. 12.
§ 8. x. 34. § 4. xxii. 7. § 2. xxiv.
39. § 4. xxxvii. 7. § 15. xxxviii. 33.
§ 11. xxxix. 41. § 4. et quæ notavi
ad Sil. ii. 618. et ad vii. 595. Adde
Cort. ad Sall. Jug. cap. 93. et Ouden-
dorp. ad Frontin. ii. 2. ex. 33. Pari
modo verba 'avertere' et 'adver-
tere' in membranis priscis confundi
infra videbimus ad vi. 23. § 8. et jam
supra etiam dictum est ad i. 12. § 10.
Similiter 'aversari' et 'adversari'
infra ad iii. 50. § 5.

Desiliuere] Triga Pall. cum Campani
ed. desiliere. Gebh. Dissiliuere Port.
Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et
Hav. desiliere Voss. 1. et Leid. 2.
Alibi etiam præteritum in quibusdam
Mss. formatur 'desilivi,' vel 'desilii.'
Sed optimi scriptores desilui dicere
maluerunt. Et ita hic præferunt re-
liqui codd. Vide hoc lib. cap. 10.
§ 11.

Ubi satis præda et Victoria incruenta

suit] Pal. 2. *ubi satis prædæ ex rict.* Non æque concinne. *Gebh.* Legem ibi pro *ubi*. Nam non in vallis, sed in castris. *T. Faber.* *Ibi*, ut Faber conjicit, solus habet Hav. Aliibi sæpe voculas illas a librariis turbari, inf. exemplis productis observabimus ad xxvii. 5. § 2. Deinde *satis prædæ ex rict.* ex nostris Harl. 2. fragm. Hav. et Hav. quod idem in Oxon. B. L. 2. et N. se reperisse Hearne professus est; et J. F. Christians ex ingenio reponendum conjectit. Eam scripturam non æque concinnam ac vulgatam pronunciat Gebhardus; iudicii vero rationem nullam reddidit. At mihi illud *ex victoria* vicissim magis adridet, ut innuat Livius, satis prædæ partum in castris Æquorum, si ratio ineatnr laborum, quos in iis depellendis exhauserint milites Romani; subindicans hac ratione, modicam tantum prædam in castris hostium inventam fuisse. Aliibi vocula *et cum præpositione ex* commutari solet. Vide ad xxvi. 45. § 1.

§ 7 *Nec Patribus nec plebi]* Nec a Patribus est in Leid. 2.

Tanta quum gratia, tum arte præparaverant sœneratores] Tum gratia tum arte Voss. ambo, Port. Lipsiens. et Hav. Vide ad vi. 23. § 3. *tum gratia, tum ante properaverant Gaertn.*

Quæ non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem] Qui non modo plebem Hav. et Lipsiens. quod non modo plebem primæ edd. quæ non modo plebem demum in Aldina vidi, quæ reliquos codd. consentientes habet. Præterea *sed ipsum et dict.* Voss. 2. Quid librariis ita errandi caussam dederit, dicam ad xxii. 47. § 9.

§ 8 *Namque Valerius post Vetusii consulis redditum]* Hæc scriptura superest non modo in edd. quas vidi, omnibus; sed etiam in Voss. utroque, Leid. utroque, Hearn. pr. fragm. Hav. et Gaertn. Quid a m. pr. in Port. scriptum fuerit, deletis prioris scripturæ vestigiis,

conjicere nequeo. Sed a m. sec. repositum est *Nam M. Valerius:* quomodo etiam præferunt Lipsiens. et Hav. *Nam Marcus Valerius Harl.* 2. Sed *Manium*, non *Marcum*, dictatoris praenomen fuisse, supra dictum est ad c. 30. § 5. Præterea *Veturii consulis Voss.* 2. Vide ad c. 19. § 1.

Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo] In senatum Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. uterque, Gaertn. fragm. Hav. et Hav. Neque aliter primæ edd. ante Froben. 1535. quæ reposuit in senatu. Eamdem lect. ex codd. exaratis hic solus Port. recte servat. Deinde voce auctius *pro victore populo vocem* est in Harl. 2. Port. Hav. et Hearnio teste, Oxon. N. et C. Eadem lectio etiam m. pr. exstitit in Voss. 1. sed τὰ vocem deinde notæ adjectæ, quibus librarius docere voluit, eam abundare, ac propterea delendam esse. ‘Primam omnium actionum’ eodem modo dictum est, quo ‘Acarnanes sola gentium Græciæ’ inf. xxxiii. 16. ‘Excitis Acarnanum principibus, quæ sola Græciæ gentium in societate Macedonum manserat.’

Quid de nexit fieri placeret] Præpositionem exclusit cod. optimus Leid. 1. quem probandum reor. Liv. xxvii. 16. ‘Interroganti scribæ, quid fieri signis vellet, Deos iratos Tarentinis relinqui jussit:’ ubi ita ex melioribns Gronov. recte restituit, quum antea legeretur *quid fieri de signis vellet*. Sive *nexit* tertio, sive sexto casu capere malis. Quid dixis fieri Flor. a m. pr. Utrumque enim in usu esse dicetur ad xlvi. 39. § 4. Mox *latio esset*, pro *relatio esset*, perperam Harl. 1.

§ 9 *Non placebo, inquit, concordiae auctor]* Ne placebo Klockian. Tum concordiae actor Voss. 1. et Leid. 2. sollemni scribarum lapsu, de quo jam dictum est ad 1. 26. § 5. Mox *Medius filius male* Harl. 1. Vulgo edi-

tur *Medius fidius*, quod æque valet ac si quis scriberet *Mhercules*. Lege *me Dius fidius*. Vide Cort. ad Sall. Cat. c. 35. § 2. ubi de hac formula jurisjurandi agit. *Insuper male etiam concordia* Leid. 1.

Ut mei similes Romana plebes patronos habeat] Ita Gron. 1665. et post eum omnes alii ediderunt; neque aliter est in Voss. utroque et in Klockian. Antea passim vulgabatur *Romana plebs*; quod præferunt etiam Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Romana plebis*, proxime verum, est in Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 24. § 2. Ceterum nři similes, id est, nostri similes, Gaertn.

Neque frustrabor ultra cives meos, neque ipse] Non frustrabor Leid. 2. nec frustrabor Voss. 2. et fragm. Hav. Post nec interdum neque, et post neque interdum nec inferri, dicam ad IX. 9. § 14. At hic tamen vulgatum tuetur reliquorum codd. consensns. Perperam *frustrator* præfert Harl. 1. perperam etiam *fines meos* Leid. 1. qui non rectius mox neque ipsa, ut nec Harl. 1. *dict. ere*, pro *dict. ero*.

§ 10 *Discordiae intestinae, bellum externum fecere*] Et ext. bellum fecere Hav. et bellum ext. fragm. Hav. Sed Livius libentissime conjunctiones omisit. Vide ad III. 68. § 4. Præterea bellum hesternum Gaertn. alibi sæpe obvio errore. Vide ad XL. 14. § 2. *Insuper facere* Lipsiens. aberrante scriba: *fecerat* Flor.

Pax foris parta est, domi impeditur] Probo quod Pal. 2. exhibet, *Pax foris parta domi imp.* Melius enim subintelligitur verbum substantivum 'est.' Sic paullo sup. c. 29. 'Senatns tumultuose vocatus tumultuosius consulitur.' Gebh. In nullo cod. eam, quam ex Pal. 2. Gebhardus laudavit, scripturam invenio. At duæ priores voces a Port. male a m. pr. aberant. Male etiam *pax fori parta est* habet Hav. *pax foris est, porta domi imp.*

Gaertn. *foris pax parata est* Voss. 1. et Leid. 2. 'partus' et 'paratus' frequenti scribarm aberratione confundi, videhimus ad v. 6. § 1.

Dictatura se abdicavit] Pal. 1. *dictaturam a se abd.* Sic sup. idem cod. ac Pal. 3. c. 28. *abdicare consulatum jubentes*. Gebh. Pal. primi lectionem inter lapsus scribæ refero. Id non obscure indicat scriptura, quæ in Leid. 1. exstat, *dictator a se abd.* Ex hujns et vulgate lectionis conjunctione nata est illa, quam in Pal. 2. Gebhardus invenit. Recte dicitur quidem, 'abdicare se magistratu,' et 'abdicare magistratum;' nondum tamen alibi me legisse recordor 'abdicare magistratum a se.'

§ 11 *Adparuit causa plebis suam vicem indignantem magistratu abiisse*] Sic pleraque habent exemplaria. Sed plebeis vera est lectio, quia suam vicem dixit. Video et plebi posse legi. Sed prior lectio verior; sequitur enim 'prosecenti sunt.' Sabell. Hic quosdam nihil offenderet, scio. Verum hoc ausim dicere, si ita scripsit Livius, non recte usum pronomine suam. Dicendum enim fuisset ipsius vicem, non suam vicem. Haec crassos lectores non mouent. Castigandus est locns, et hoc modo legendus: *Apparuit causa plebi*, hoc est, plebes causam intellexit, suam vicem indignantem magistr. ab. Rhen. *Apparuit eam plebi suam vicem* Voss. 2. *apparuit eam plebi suam vicem* Leid. 2. *apparuit causā plebi suam vicem* Leid. 1. Hinc palam fit, compendiosam scribendi rationem librarios in errores perduxisse. Scriptum fuerat cā, id est, *caussa*: inde factum eā sive eam, id vero mutatum in *eum*. Similiter et alibi peccatum in membranis esse, dicendum erit ad XXXVIII. 58. § 11. *plebis*, ut antea edebatur, superest in Port. Harl. 2. et Gaertn. *Insuper apparuit plebis caus. suam vic.* habet Hav. Ceterum *plebi*, ut Rhenano visum, quam *plebeis*, quod Sabellico

placnit, longe præstat. Hoc enim in nullo, illud in meis omnibus, pannis tantummodo memoratis exceptis, exstat. In *plebis* ultima litera adhæsit ex prima voçis seq. Vide ad Liv. xxviii. 25. § 2. Neque Sabellicum a-vera scriptura, quam per nebulam viderat, probanda revocare debuerat, quod mox inferatur ‘prosecenti sunt.’ Non modo enim *plebs*, ut reliqua collectiva, pro plurali accipitur, ut monitum sup. hoc libr. c. 5. § 2. sed etiam, respectu habito potius ad rem voce significatam, nempe homines plebeios, quam ad genus ipsius vocis, adjectivum generis masculini ei jungitur. Sup. i. 17. ‘Adeo id gratum plebi fuit, ut ne victi beneficio viderentur, id modo sciscerent, juberentque.’ Ejus generis est ‘pars in fugam effusii,’ de quo adi xxvii. 1. § 8. Adde quæ olim notavi ad Sil. x. 307. Deinde magistratu abiisse Voss. ambo et Gaertn. Vide ad c. 4. § 2. magistratu abesse Hav. Vide ad Liv. xxvii. 44. § 3.

Itaque velut persoluta] Ita velut persoluta Leid. 1. Qnod peccatum in membranis priscis frequens et passim obvium est. Vide ad xxii. 53. § 7. Ultima vox perperam prætermissa erat in Hav.

Decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt] Puto discedentem. Isti alius locus. Cic. Verr. iv. 65. ‘Itaque tnm de foro, cum jam advesperaseret, discessimus.’ J. F. Gron. Inf. ii. 48. ‘Jussi armati postero die ad limen consulis adesse, domos inde discedunt.’ Nepos in Themist. c. 4. ‘Quum manere non audent, et plurimi hortarentur, ut domos suas quisque discederent, mœnibusque se defenderent, Themistocles unus restitit.’ ‘Digredi domos’ Liv. dixit hoc lib. c. 38. ‘Ita et sua sponte irarum pleni et incitati domos inde digressi sunt.’ Omnes quidem codd. vulgatum servant; at frequens admodum et infi-

nitis locis obvium est, voces has libreriorum inscritia commutari. Vide Nic. Heinsium ad Claudian. in Rufin. ii. 22. J. F. Gron. ad Liv. iii. 33. § 10. iv. 29. § 5. c. 52. § 8. xxv. 20. § 4. xxvii. 10. § 1. Cort. ad Sall. Jug. c. 20. et c. 23. Adde quæ notantur ad ix. 43. § 1. xxvi. 2. § 14. xxviii. 28. § 7. aliisque pluribus locis. Præterea *persecuti sunt* Lipsiens. qui error frequenter a scribis in codd. vett. committitur. Vide ad ix. 29. § 3.

CAP. XXXII. § 1 *Timor inde Patres incessit]* Tamen, pro inde, Hav. Sed scriptum id est per compendium tñ. Hinc patet errorem ortum similitudine ductum. Td inde enim concise exaratur ī. Vide ad v. 18. § 8. Insuper in eodem cod. male omittitur verbum incessit.

Quamquam per dictatorem delectus habitus esset] Dilectus Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad xxxvii. 51. § 7.

Tamen, quia in consulum verba jurassent] Exemplar scriptum habet tamen quoniam. Cur hoc mutatum sine causa? Rhen. Pall. omnes et Campani ed. tamen quoniam, quod merito mutatum queritur Rhenanus. Gebh. Tamen quoniam etiam omnes, quos consului, codd. præter Flor. et Hav. in quibus est tamen quia. Verum, id ex glossa natum esse, aliorum in quonian conspiratio evincit. Alibi ita peccatur in scriptis libb. Vide ad xl. 13. § 7.

Per caussam renovati ab æquis belli] Eleganter, pro prætextu renovati belli. Ovid. Epist. Her. xx. 140. ‘Candida per caussam brachia sæpe tenet.’ Ubi vid. Burmann. et quos ibi landavit. Trist. ii. 451. ‘Sæpe, velut gemmam dominæ signumve probaret, Per caussam meminit se tetigisse manum:’ ubi consulendus Nic. Heinsius. Πρόφασιν hanc caussam vocat Dionys. Halic. Antiq. vi. p. 375. Eodem modo caussari est fal-

sam pro vera causa, prætextum adferre, inf. III. 64. ‘Consensum Patrum caussabantur, quo per contumeliam consulum iura plebis labefacta essent.’ Mox r̄d est ante seditio omittitur in Flor.

§ 2 *Et primo agitatum dicitur de consulum cæde]* Quia primum agitatum Lipsiens. Et primum agitatum Port. Primusque agitatum Harl. 2. Præterea ducitur, pro dicitur, male Harl. I. Ea autem verba infinitis locis a scribis commutari, dicetur ad XXXVIII. 43. § 1.


Nullam scelere religionem exsolvi] Solvi Leid. 2. a m. pr. Sed ‘exsolvere’ pro solvere Livio frequens. Ita ‘exsolvere religione.’ Vide quæ notantur ad Liv. VII. 3. § 9. ‘exsolvere fidem’ xxii. 23. ‘Agrum, missum Romanum Quinto filio, vendidit, fidemque publicam inpendio privato exsolvit.’ ‘Exsolvere nodum erroris’ XL. 55. ‘Homo unus omnium, qui nodum bujus erroris exsolvere possit, in potestate tua est Xyodus.’

Sicinio quodam auctore] Sicinio Hav. quomodo is aliique codd. etiam alibi præferunt. Vide ad c. 40. § 14. c. 58. § 2. et pluribus locis. In Port. prima lectio erasa erat, ut ne vestigia quidem adparerent: m. secunda deinde adscriptum Sicino. Sedsic uno, pro Sicinio, præfert Lipsiens. Cino Leid. I. et Harl. I. Σικίνιος vocatur Dionys. Halic. VI. p. 375. et alibi saepe. Verum SICINIVS, non SICINNIVS, id nomen in nummis et marmoribus constanter scribitur. Præterea actore Voss. I. De quo lapsu librariorum vide ad I. 26. § 5. et mox hoc ipso cap. § 3.

In sacrum montem secessisse] Ita primus Aldus vulgavit. Neque aliter est in codd. omnibus. Prioris male habuerunt recessisse. Literas r et s frequenter in membranis confundi, videbimus ad XXVI. 51. § 4.

. Trans Anienem amnem, tria ab Urbe millia passuum] Est verbum hic omis-

sum rursus insere. *Trans Anienem amnem est,* (subauditur mons sacer,) tria ab Urbe mill. pass. Rhen. Et Campani ed. et Pal. 2. omittunt τὸ amnem. Et quis putet, Livii temporibus ita ignotum fuisse, ut adjecto opus fuerit, esse amnem; ne oppidum, aut castrum, aut aliud aliquid intelligeretur? Pal. I. habet *trans Anienem Aninum.* Vides quam multa auctoribus inculcentur. Gebh. At vocem amnem servant omnes nostri; neque eam ab ullo Oxon. abesse Hearne monnit. Nimis calide itaque Gebhardus editionis antiquæ et unius scripti codicis, (quem ipse toties nuperum ac novitium, et passim interpolatum esse questus est,) auctoritatem consensui codd. reliquorum prætulit. Præser-tim animadversione digna est ratio, qua iudicium tueri conatus est; Anienem Livii tempore omnibus cognitum fuisse, ideoque opus non fuisse, ut, ne lectores errarent, vox amnem adderetur. At pariter Dionys. Antiq. VI. p. 375. ‘Ορος τὸ καταλαβάνονται πλησιον Ἀνίητος ποταμοῦ κείμενον. Plut. in vita Marcii Coriol. pag. 216. Καὶ καταλαβόντες ὅρος, ὃ νῦν ἱερὸν καλέσται, παρὰ τὸν Ἀνίην ποταμὸν ἐκαθέζοντο. Appian. Alex. in Hannib. p. 335. ‘Απὸ δύο καὶ τριάκοντα σταδίων τῆς Ρώμης ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τοῦ Ἀνίηνος ποταμοῦ. Quorum Dionys. et Plutarch. eamdem, quam hic Livius, rem narrant. Ne vero quis excipiat, Dionys. Plutarch. et Appian. res Romanas Græcis scripsisse, quibus plerisque loca Romæ vicina incognita erant, eamdem similesque voces saepe etiam Liv. addidit. Ut hoc lib. cap. 26. ‘Nocte in Urbe nunciatum est, exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem amnem pervenisse.’ c. 64. ‘Quum cædes et incendia circa Anienem flumen fecissent.’ VI. 42. ‘Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, antor est Clandius.’ XXVI. 10. ‘Inter hæc Hannibal ad Aniemum flumen tria milia passuum



ab Urbe castra admovit.' Sane non minus notiores, quam Anio, fuerunt Tiberis et Allia; et tamen illis vocem 'amuis,' 'fluvius,' vel 'flumen' addere non dubitavit Livius: Ita sup. I. 7. 'Herculem in ea loca, Geryone interento, boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim flumium loco herbido, ut quiete et pabulo latè reficeret boves, et ipsorum fessum via procubuisse.' v. 37. 'Qua flumen Allia Crustumini montibus præalto deflens alveo haud multo infra viam Tiberino anni miscetur.' vi. 28. 'Castra interim hostium haud procul Allia flumine posita.' Quis ignorat, Tarquinium Priscum Romanorum regem fuisse? Potuisse itaque adjectio vocis rex superflua videri. Eam tamen Livius addidit I. 46. 'Hic L. Tarquinini Prisci Tarquinii regis filius neposne fuerit, parum liquet.' Vide ad XXXVIII. 48. § 5. Similiter saepius Livius vocem 'urbis' vel 'oppidum' adposuit, licet eo nomine urbem indicari nemo dubitaret. Vide ad XXXVIII. 9. § 4. Auctior hic cod. Oxon. N. quem Hearne consuluit, exhibens *trans Aniem amnem via Numentana tria ab Urbe millia passuum*. At voces *via Numentana adscitæ* vindentur ex III. 52. 'Via Nomentana, cui tum Ficulnensi nomen fuit, profecti castra in monte Sacro locavere.' Contra vocem est, quam Rhenanus in suo invenerat, habent etiam Leid. 1. et Harl. 1. eamque genuinam esse puto, et ideo in contextum recepi, ita totum locum distinguens: *in sacrum montem secessisse (trans Aniem amnem est) tria ab Urbe millia passuum*. Simili interjectione usus est Liv. inf. XLIV. 28. 'Inde Subota (insula est interjecta Eleæ et Atho) trajiciunt.' Plura exempla infra videri possunt ad XL. 57. § 3. Posset etiam distinguere, *in Sacrum montem secessisse. Trans Aniem amnem est tria ab Urbe millia passuum*: nam et hoc loquendi genus impense Livio amat, ut pro-

nomina omittat. Ita plures codd. supra præferebant I. 1. 'Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. Ascanium parentes dixerunt nomen: ubi vulgo editur, cui Ascanio. Vide quæ ad eum locum Gron. notavit. Vide ad v. 34. § 9. Neque morari debet, quo minus alterutra lectio recipiatur, quod mox r̄d est bis repetatur, et illis insuper r̄d esse subjicitur. Id enim et alibi a Livio factum esse, docebunt exempla quæ laudantur ad XXXV. 1. § 12. Deinde *millia passum* Harl. 1. et Klockian. Vide ad v. 26. § 5.

§ 3 *Ea frequentior fama est, quam cuius Piso auctor est]* Sat frequentior fama est Lipsiens. *ea frequentior facta est fama Voss. 1. ea frequentior est facta fama Leid. 2.* Sed mox sequitur 'secessionem factam esse;' et inde r̄d facta huc translatum est. Deinde *Piso actor est Voss. 1. Piso actorē Leid. 2.* 'actor' et 'auctor' inter se commutari modo dictum est ad hoc cap. § 2. Mox alio ordine digestis vocabulis in *Avent. factam secess. esse Hav.* Ceterum sententiam Pisonis, quam minus frequentem fuisse Livius testatur, tamen Sallustium secutum esse, qui Romanos bis per secessionem armatos Aventinum occupasse narrat in Jug. c. 31. observavit Duk. ad Flori I. 23.

§ 4 *Rem nullam, nisi necessariam ad victimum, sumendo]* Nullam rem Hav. Mox esce tenuerunt transpositis literis Leid. 1. pro sese tenuerunt. Vide ad XL. 26. § 5. Paullo ante etiam *Ii sine ullo duce, pro Ibi, Haverk.*

§ 5 *Metuque mutuo suspensa erant omnia]* In mentem venerat, legendum esse suspecta erant. Eas enim voces ita in MSS. commutari videbam XXXIV. 27. § 10. Nunc vero censeo, optime suspensa defendi posse et exponi, ob mutuum metum omnes, qui Romæ manserant, anxios ac sollicitos fuisse. Ita Cic. 'metu suspensus' dixit Orat. Agrar. I. 8. 'Solli-

citam mibi civitatem suspicione, suspensam metu, perturbataam vestris legibus, et concionibus, et seditionibus, tradidistis.' Apul. Met. x. p. 232. 'Ingenti angore oppido suspensus exspectabam diem minneris.' Ita ipsum timore*suspensum*, id est, qui homines suspensos seu sollicitos reddit, vocavit Ovid. Epist. Heroid. xvi. 83. 'nec te, Pari, munera tangant Utraque, suspensi plena timoris, ait.'

Timere relicta ab suis plebes violentiam Patrum] Pal. 1. *violenta Patrum*. Ita Hor. Od. iv. 12. 19. 'amara cu-rarum' iv. 4. 76. 'acuta belli.' Propert. Eleg. i. 15. 1. 'levitatis dura.' Eleganter Quintilian. Pater Declam. v. 4. 'Tristissimae necessitatis abruptum.' Gebh. A suis Voss. 1. Leid. 2. et Hav. *ob suis*, manifesto veræ lectionis vestigio, Leid. 1. Deinde *plebs* Voss. 2. Leid. 2. Lipsiens. Gaerto. fragm. Hav. et Hav. *plebis* Leid. 1. Vide sup. hoc lib. ad c. 24. § 2. *Violenta Patrum*, quod Gebhardus in uno Pal. invenit, et inde etiam protulit Gron. in prima ed. notarum ad Liv. xxxvi. 27. dictum foret pro 'violentos Patres,' qua locutione viri docti Livio ex MSS. vindicarunt *tarda nominum*, pro *tarda nomina*, vii. 21. § 8. ubi plura vide. Quum tamen omnes codd. quos vidi, vulgatum servent, potius videtur, ut receptæ lectioni adhæreamus. Et ea videtur etiam Gronovii sententia fuisse, qui in iteratis edd. non modo dicto loco exemplum hoc simul cum Pal. varia lectione sustulit, verum etiam ejus scripturæ ne ad hæc quidem verba meminit, licet alia ibidem memorata, sed postea prætermissa, ad sua loca retulerit.

Timere Patres residem in urbe plebem] *Residere in urbe plebem* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaerto. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. quum a m. pr. scriptum fuisset *reside*. Sed meliores nihil a vulgato recedunt. Credibile est, ex notis errorem or-

tum esse, ac librarios *residē*, id est, *residem*, et *resid'e*, id est, *residere*, confusisse: *residem* autem Doujatius exponebat, otiosam. Eo sensu hanc vocem sæpe obcurrere verum est, etiam ap. Liv. xxv. 6. 'Clamorem pugnantium crepitumque armorum exandimus resides ipsi ac segnes.' Dubito tamen, an ita hic accipi possit, et non potius per 'plebem residem' intelligenda sit plebs, quæ in Urbe permanxit, quæ in ea adhuc residet; quo sensu certe 'residus' ab eadem origine deductum sæpiissime obcurrit. Mox *eam manere, an abire* alio ordine Hav.

§ 6 *Quam diu autem tranquillam, quæ secesserit, multitudinem fore*] *Quam diu ante tranquillam* Gaertn. Sed solent etiam alibi librarii voces *ante* et *autē*, id est, *autem*, commiscere. Vide ad Liv. xxvii. 35. § 7. *quam diu autem contingeret, tranquillam* Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. Verum interpositam vocem non Livium auctorem habere puto, sed scribas librarios; qui, ut sæpe alibi, ita hic etiam, orationem per infinitivum conceptam ferre non potuerunt. Præterea *quam diu enim primæ edd. usque ad Mediol.* quæ a. 1505. reposuit *quam diu autem*. Ejus lectionem deinde adoptavit Aldus, qui etiam primus vulgavit *quæ secesserit*, quum vetustiores præferrent *quæ secesserat*. In utroque consentiunt codd. quos adhibui. Præterea *τὸν* *fore* deest in Flor.

Si quod externum interim bellum existat] *Si quid hesternum* Gaertn. Passim in confundendis vocibus 'externus' et 'hesternus' librarii lapsi sunt. Vide ad xl. 14. § 2. Præterea *existat* Leid. 2. Quæ lectio ex glossa nata videtur. Vide ad iii. 38. § 2. *Exsistat*, id est, subito oriatnr. Vide Gron. ad Liv. xxv. 21. § 3. et Burmann. ad Nason. Met. ii. 264.

§ 7 *Spem reliquam ducere*] Si qui libb. scripti non haberent *ducere*, id cum illis inducerem, quod et suadere

videtur 'profecto.' *Duk.* Eamdem etiam mentem Klockio fuisse puto, qui vocem *ducere* in cod. suo circulis circumseripsit. Interim tamen omnes codd. in τῷ *ducere* servando conspirant.

Eum per aqua, per iniqua reconciliandam civitati esse] Reconsiliandam Leid. 2. reconcilianda Hav. Ex prioris cod. vestigiis conjici posset, legendum esse *eam per aqua, per iniqua reconciliandum civitati esse.* Certe id Klockio visum fuisse, si simile quid in cod. suo reperisset, quemadmodum colligo ex illis quae notavit ad Liv. II. 2. § 5. ubi vel invitis codd. ex sola conjectura similem locutionem Livio obtrudere conatus est. Verum quamvis optimi alii scriptores ita sæpe loqui soliti sint, ita tamen et *Livium* loqui voluisse nondum constat; certe ita locutum fuisse ex indubitate testimonio nondum liquet, ut dicendum ad Liv. VI. 35. § 2. et ad XXXVIII. 8. § 10. *Præterea reconciliandam esse civitati esse* Leid. 1. ut verosimile sit, primum ejus lectionis auctorem ita. indicare voluisse, se duplarem scripturam invenisse, quarum altera τὸ *esse* voci *civitati* præmittebat, altera postponebat.

§ 8 *Placuit igitur oratorem ad plebem mitti*] Scribendum est, quemadmodum habet codex Borbetomagensis, *Sic placuit igitur orat.* Sic, hoc est, ad reconciliandam concordiam civitati. Itaque non est supervacaneum. *Rhen.* *Rhebanus*, *Sic placuit igitur oratorem*, ex nescio quo cod. Pal. 2. vulgatae lectioni subscribit: ceteri seorsum eunt distinctione, *civ. esse placuit. Igitur orat. ad pleb. mit.* *Gebh.* Emendationem Rhenani Sigonius recepit; sed reliqui oīserunt. Certe nullus codd. meorum, excepto Flor. vocem ab eo additam agnoscit. Nec video etiam cur adscisceretur; præsertim quum τῷ *igitur satis* indicetur, quod per *Sic* indicari Rhenanus existimavit. In Hav. voces *igitur ora-*

torem ad plebem mitti librarii negligenter omittebantur. Eadem autem distinctio, quam in Pall. I. et 3. Gebhardus invenit, mihi quoque in Lipsiens. obvia fuit. Sed verior est, quæ vulgo exstat. Mox *Menenium Agrippam* Voss. 1. et Leid. 2. *Meneium Agripam* fragm. Hav. a m. pr. *Meneium Agripam* Hav. Vide ad c. 16. § 7. Insuper *virum facundum* transpositis vocabulis fragm. Hav.

Quod inde oriundus erat, plebi carum] Pnto his verbis indicari, gentem Meneniam olim plebeiam fuisse, ac deinde vel ipsum Agrippam vel aliquem e majoribus illius inter patricios adlectum. Nam gentem Meneniam tum patriciam fuisse ex eo constat, quod et hic Agrippa consul fuit, ut est supra c. 16. et ap. Dionys. Halic. v. 44. et vi. 96. Et filium habuit Titum, nepotem Agrippam Menenios, ntrosque itidem consulatu functos, quo tempore nondum plebs ad consulatum admittebatur. *Livius* inf. c. 51. IV. 13. *Dionysius* IX. 27. et *Fasti Capitolini* a. CCLXXVI. et CCCXIII. *Duk.* *Inde oriundus recte Donatius* exponit, ex plebe oriundus. Quærit deinde, quemadmodum Agr. Menenius, qui c. 16. consul fuisse dicitur, ex plebe oriundus esse dici possit, quum hoc tempore plebi nondum aditus ad honores concessus esset? Tandem autem probabilius esse credit, enm a Bruto et Poplicola (senatum, qui Tarquinii Superbi crudelitate exhaustus erat, supplentibus) ex plebe in ordinem patricium adlectum fuisse. In quo nihil est quod reprehendi queat. At illud censoria nota dignum est, quod, eum per paternum genus ex patriciis fuisse, materna origine plebem adtigisse, dici non posse credit ob hanc rationem, quia nondum connubium plebi cum Patribus erat. *Incertum* quidem est, utrum Menenius dimidiis Patrum, dimidiis plebis fuerit; additam tamen caussam, quod eo tempore plebi

cum Patribus connubia interdicta essent, falsissimam esse, et omni antiquitati adversari contendo. Ex Livio enim patet, decemviro demum patriciorum et plebeiorum promisca matrimonia prohibuisse. Ita enim inquit *lv. 4.* ‘*Hoc ipsum, ne connubium Patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt pancis his annis, pessimo exemplo publico, cum summa injuria plebis?*’ Addit Dionys. Halic. ea vetita fuisse altera duarum tabularum, quas decem prioribus postea decemviri addiderunt, ejusque legis veram caussam exstisset, neutriusque ordinis gentes nuptiarum vinculo junctae in concordiam coirent, Antiq. Rom. I. x. p. 684. Τὸν λοιπὸν συγγράψαντες νόμους ἐν δέλτοις δύο, καὶ ταύτας ταῖς πρότερον ἔχενεχθείσαις προσέθηκαν· ἐν αἷς καὶ ὅδε ὁ νόμος ἦν, μὴ ἔξειναι τοῖς πατρικοῖς πρὸς τοὺς δημοτικοὺς ἐπιγαμίας συνάψαι, δι’ οὐδὲν, ὃς ἐμοὶ δοκεῖ, ἔτερον, ἢ τὸ μὴ συνελθεῖν εἰς διδύνοιαν τὰ ἔθνη γάμων ἐπαλλαγῆς καὶ οἰκειοτήτων κοινωνίᾳ συγκερασθέντα.

Nihil aliud, quam hoc, narrasse fertur] Quum hec Harl. 2. Ceterum verba, carum. *Is, intromissus in castra, prisco illo dicendi et horrido modo nihil aliud, quam hoc, narrasse, omnia, inquam, hæc verba librarii incuria desiderantur in Harl. 1.* Sola vox modo deerat in Leid. 2. Solum pronomen *Is* in priscis edd. usque ad Aldum, qui primus addidit. Idetiam exstat in reliquis codd. exaratis. Praeterea *horriendo modo præfert Lipsiens.* cuius librarius credi potest indicare voluisse, se duplicem lectionem *horrido* et *horrendo* in cod. sno invenisse, easque hac ratione junxisse. Sed verum est vulgatum. Cic. in Bruto c. 17. ‘Antiquior est hujus sermo, et quædam horridiora verba. Ita enim tum loquebantur.’ c. 31. ‘Ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus.’ in Orat. c. 5. ‘Quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque

conclusa.’ c. 9. ‘Ptant enim, qui horride inculque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere.’ ‘Horrida verba,’ sed alio sensu pro minarum plenis, inlustrat Broekhus. ad Tibull. Eleg. i. 5. 6.

§ 9 *Non, ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat]* In vet. volumine legitur *consentiant.* Et mox, *suus sermo fuerit.* Arbitror scribendum, *non, ut nunc, omnia in unum consentirent, . . . suus sermo fuerit.* Porro convenient modi, si ad narrantis Livii verba retuleris. Rhen. Pall. 1. ac 3. *consentiant*, ut ex suo quoque produxit Rhenanus; qui tamen ulterius sic legendum statuit: *non, ut nunc, omnia in unum consentirent, . . . suus sermo fuerit.* Valde confragose. Pal. 2. *omnia in unum consenserant.* Gebh. *Consentiant Flor.* *Consenciant* Harl. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. *consentiant* Voss. ambo, Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Neque aliter Port. a m. pr. qui a m. sec. ostentat *consenserat*: quod ipsum est in Harl. 2. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. Deinde *suus sermo fuerit* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. fragm. Hav. et Hav. fuerit etiam Aldus in contextum admiserat, sed inter errata iterum fuerat reponendum monuit. *Fuit* est in Gaertn. quomodo forte datum est errore librarii pro *fuerit*, id est, *fucrit*. Vide ad xl. 14. § 10. Hinc jam constat, ex meis codd. unum tantum Haverk. *consentiebant*, unum etiam Harl. 1. *fuerat*, ut vulgo editur, servasse: quam ob caussam tanto verosimilior redditur emendatio Rhenani, orationi obliquæ, qua Livius utitur, adpiime conveniens, licet ea Gebhardo non placeat, et valde confragosa vocetur. Eam receperunt in contextum Vascosan. 1542. ed. Basil. 1555. eodemque tempore Siganus. Sed Sigonio recentiores mox iterum

ejecernit, priori lectione revocata; quorum exemplum secutus sum, ne nimium conjecturæ tribuisse videar. Perperam Curio consentiebant servans, tamen admisit fuerit.

Sua cura, suo labore ac ministerio] Suoque lab. ac minist. Leid. 2. qua forma dixit c. præc. § 1. ex emendatione Gronovii fugatque, et exiit ubi vide. Reliqui tamen codd. nihil variant, quorum auctoritatem conspirantem propterea uni dissentienti præferendam puto. Mox voluntatibus frui, pro voluptatibus, fragm. Hav. a m. pr. Vide ad v. 6. § 3.

§ 10 Nec dentes conficerent] Optimi codd. Leid. 1. et Harl. 1. nec dentes quæ conficerent: qui conficerent Flor. Quid librarii voluerint, cogitent acutiores. Certe errarunt.

Hac ira, dum ventrem fame domare vellent] Ventrem omittit Leid. I. fame Hav. Præterea dictare, pro domare, præfert Voss. 2. At omnia ex dormitantium librariorum negligentia nata sunt. Ceterum si vera habenda, quæ notantur sup. ad i. 40. in fine, vulgata lectio ferri nequit, et vel dum volunt scribendum est, vel, quod melius puto, quum vellent. Dum enim hic pro ‘dummodo’ vel ‘donec’ capi non potest, sed reddi debet per ‘interim dum,’ quo sensu indicativum requirit.

§ 11 Nec magis ali, quam alere eum] Td ali deest in Lipsiens. rā ali quam in Gaertn. aliquem alere Flor. nec magis alii, quam alere, quam alere cum præfert Port. a m. pr. pro quo m. altera emendatum nec magis nutrimentum aliquem alere, quam alere cum.

Reddentem in omnes corporis partes hunc, quo virimus vigemusque, &c. sanguinem] Pal. 2. nutrimentum reddentem: neque secus Campani ed. redendentem nutrimentum in omnes. Gebh. Redeuntem Voss. 2. Deinde partes nutrimentum hoc, quo vivimus Harl. 2. Capi posset per epexegesin, redendentem nutrimentum hoc, quo vivimus,

qui est sanguis. Sed nihil muto: inconstantia enim librariorum, modo hic, modo alibi rā nutrimentum inserentium, vocem supposititiam esse non obscure indicat. Præterea huic, pro hunc, Lipsiens. hinc Leid. ambo, Gaertn. fragm. Hav. et Hav. Quod licet forte defendi posset, vulgato tamen non præferam.

*Divisum pariter in venas, mature confecto cibo, sanguinem] O nugatorum, qui hic, pro maturum conf. cibo sang. scripsit mature conf. cibo sang. intelligens, a ventre mature confici cibum. Rhen. Campani ed. mature confecto, quod nugatorium pronunciat esse Rhenanus. Pall. 1. ac 3. maturo confecto cibo: at Pal. 2. maturo confecto que cibo sang. Gebh. Mature pri-
mum obvium fuit in ed. Aldina, quam lect. ex codd. nostris solus tantum præfert Hav. maturo vero est in Voss. utroque, Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. At maturum, quod Rhenanus revocavit, præferunt Leid. 1. et Harl. antiquum omnibus Aldina antiquioribus edd. Id etiam genuinum et unice verum videtur.*

§ 12 Quam intestina corporis sedatio similis esset iræ plebis in Patres] Quoniam intestina Port. a m. pr. contra sensum Livii, cui quam similis esset ponitur pro ‘quantopere similis esset,’ de quo usn vocalæ quam vide ad iv. 31. § 2. Præterea similis iræ plebis in Patres esset Harl. 2.

CAP. XXXIII. § 1 Agi deinde de concordia cœptum] Cum hæc sedatio propter nexos cœperit, ut ipse paulo ante dixit, ubi de Valerio loquitur c. 31. ‘Retulitque,’ inquit, ‘quid de nexis fieri placet,’ mirum est, Livium ne unum quidem verbum amplius de nexis dicere, quomodo tandem cum his actum: ideoque ex Dionysio se natnsconsultum factum recitare placuit, sed ex cod. utcumque Latino, nam cod. Græci copiam habere nequivimus. Is itaque l. vi. p. 405. in

oratione Menenii Agrippæ hoc senatusconsultum de nexit refert: 'Debentes pecuniam, neque untesque dissolvere, liberari eos solutione æquum censemus: ac si corpora jam aliquorum præfinito tempore legitimo detinentur, ipsa quoque judicamus libera: et quicunque, capti iudiciis, rem suam condemnationibus tradiderint, hos quoque liberos esse volumus, damnationesque eorum tollimus, irritasque facimus. Ac sic igitur præteriti temporis contractus, qui nobis afferre visi sunt seditionem, corrigimus: futuri vero deinceps, quemadmodum, o plebeii, vobis senatusque communiter consultantibus videbitur, lege quoque sanciente, ita illi se habeant.' Hæc ille. Est et lex tribunicia, quam Livius hoc loco sacram vocare videtur, ab eodem descripta Dionys. quam apud eum lector querat. Nos ad alia festinamus. Glar. Alio ordine Pal. 2. *Agi de conc. deinde cæpt.* Gebh. Præpositio de desideratur in Leid. utroque, quæ intercidit ob syllabam ultimam proxime præcedentis voc. *deinde.* Nisi potius dicendum, ea voce in duas divisæ, scribi debere, *Agi dein de conc. cæpt.* Certe *dein* Livio valde amatum fuisse, ac sæpius in *deinde* degenerasse, videbimus ad 111. 3. § 6. Similiter variant codd. xxxvii. 51. ubi editur, 'Fama deinde de rebus in Asia gestis tenere vulgata sine auctore;' sed codd. mei quoque τὸ δὲ non agnoscunt. Mox concessumque cond. omisso τῷ in Flor.

Quibus auxiliatio adversus consules esset] Legendum, ut habent Pall. tres ac Campani edd. *quibus auxiliatio.* Mirum, fuisse mutatum. Gebh. Et hoc novum. Nam Curionis quoque, non modo omnes ante illum edd. *auxiliio latio.* J. F. Gron. Omnes nostri etiam *auxiliio latio*, nisi quod in Port. a m. pr. fuerit *auxilio latio.* *Auxiliatio* demum vidi in Gruterianis, sed, ut existimo, operarum aber-

ratione. Verosimile enim non est, Gruterum vocis barbaræ et alibi non obviæ usum Livii auctoritate probare voluisse. Videndus etiam est Gron. in priori ed. Observ. 1. 18. ubi *auxiliatio* eodem modo dici docet, quemadmodum 'suffragii latio' ap. Liv. et Plin. 'legum latio' apud Cic.

Neve cui Patrum capere eum magistratum liceret] Ne cui Patrum Harl. 1. neve cui capere Patrum Hail. 2. neve cuiquam Patrum capere Gaertn. Tum vox eum omittitur in Leid. 2.

§ 2 *Ita tribuni plebeii creati duo]* Ita evulgarunt, cum omnes MSS. contra exhibeant, *Ita tribuni plebei creati duo.* Gebhardus. Infra xxxiv. 56. 'Quum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos plebeios adissent' ita vulgo adhuc ibi editum. Verum quemadmodum nullum cod. quos adhuc consului, hanc lectionem præferre eo loco dicendum erit, ita neque hic in ullo eam inveni, nisi in solo Lipsiens. Nam *tribuni plebis* habet Gaertn. *tribuni plebi* Leid. 2. et Hav. *tribuni plebei* vero, ut Gebhardus ex suis profert, reliqui omnes. Quod non in Livio tantum freqnens est, sed in Cic. Varr. Sall. aliisque obenrrit. Vide Victor. ad Cic. ad Famil. VII. 27. Voss. Gramm. IV. 20. etiam quæ notantur ad c. 58. § 9. ad 111. 56. § 11. c. 64. § 8. 10. et 11. et alibi. *Ita plebeiscitum*, pro *plebiscitum*, infra est in Voss. XXXV. 40. 'Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex senatusconsulto plebeique scito:' ubi vide. Præterea, *Inita tribuni plebei*, pro *Ita tribuni plebei*, duabus litteris male redundantibus, Leid. 1. *Itaque tribuni plebi* Leid. 2. Alibi sæpe vocalæ *Ita* et *Itaque* commutantur. Vide ad xxi. 53. § 7. *Ibi tribuni plebis* Gaertn.

C. Licinius et L. Albinus] Hi primi tribuni plebis creati sunt ex Livii sententia. Porro autem assentior quibusdam libb. MSS. qui non hunc

solum, sed etiam alium L. Albinum et M. Albinum, de plebe homines, quos infra commemorabit Livius v. 40. et vi. 30. *Albinos* vocant. Est enim verisimile, si qui duo nomina ferrent, caruisse eos cognomine, praenomen autem et nomen tulisse, id quod in ‘*ins*’ desinit. Albinus autem Postumiorum, qui patricii sunt, est cognomen. Idem ‘*Latinio*’ ante dictum est ad Epitom. lib. ii. Dissentit autem a ceteris scriptoribus omnibus Livius in horum tribunorum nominibus recitandis. Dionysius enim vi. p. 410. Λεύκιον Ιούνιον Βροῦτον, Γάϊον Σακίνιον Βελλοῦτον : itemque Plut. in Poplic. immo in Coriol. p. 216. et Suidas in voce Δῆμαρχοι tradiderunt: parique ratione Pedianus in Corneliana, ‘C. Sicinius L. F. Bellutum, L. Junius C. F. Paterculum’ edit. [‘Si Livium citat auctorem Pedianus, et nomina a Pediano illa proferuntur ex Livio, quomodo dissentire potest Livius ab eo? Potius itaque existimandum, corrupta fuisse haec nomina apud Livium. Robortellus Emend. ii. 29. ex *Sicinio* per erratum scriptum *Licinium*, et ex *L. Junio, Albinum.*] Quamquam apud eum mendum esse puto. Legitur enim *L. Sicinium Velutum*, cum ex Graecorum auctoritate *C. Sicinium Bellutum* legendum esse videatur. Bellutus autem belluae similem significare docet Festus. De dnobus tribunis plebis primum creatis citat auctorem Livium Pedianus. *Sigon. G. Latinus*, pro *C. Licinius*, Pal. i. *Gebh. C. Licius* Voss. 1. *C. Latinus* Voss. 2. *C. Lucinius* Harl. 2. *C. L. Licinius* Lipsiens. *consules Licinius Gaertn.* Mox *L. Albinus* Hearnii Oxon. B. et C. quomodo hoc loco scribendum Sigonio adsentit Jac. Periz. in Animadv. Histor. c. 10. p. 420. Ex illis, quae Glareanus notis Sigonii inseruit, jam constat, Robortellum existimasse, Livium ex Asconio emendandum, eoque praeunte

legendum esse *C. Sicinius et L. Junius*. At recte Sigonius postea vulgariter Livii scripturam adversus Robortellum vindicavit, et ex Livio potius Asconium emendandum esse docuit Emend. i. 33. Pro *C. Licinius* enim *C. Sicinius* reponi non posse, quod eum tertio loco inter quinque tribunos ipse Livius mox memoraret. Ita enim *Licinius*, ex qua gente tamē Γάϊον καὶ Πόπλιον Λικυνίον inter quinque primos tribunos recenset Dionys. honore injuste depelleretur, *Sicinius* vero absurdè bis nominaretur. Neque pro *L. Albinus* vel *L. Albinus* reponendum esse *L. Junius* ex Asconio, sed ibi potius pro *L. Junius* ex Liv. legendum *L. Albinus*; quoniam veteres ejus libri olim impressi habent *Lavinus*, quod facilius in *L. Albinus*, quam, ut P. Manutius fecit, in *L. Junius* mutari potest, et quidem tanto magis debet, quod *Paterculus*, (quomodo Asconius sive *L. Junium*, sive *Lavinum* cognominatum refert,) inter gentis Juniae cognomina alibi non reperiatur, aliisque Junio illi *Bruti* cognomen tribuant: unde *Paterculus* potius *Albinorum* cognomen videri potest. Reponit insuper Robortello, Asconium quidem auctorem Livium in numero primorum tribunorum professum fuisse, non idcirco tamen illum in eorumdem nominibus citasse. His non permotus antecessorum Parisieusium primicerius (Dunjatium puto) Robortelli sententiam paulum immutatam recoxit; sed ita, ut neque ad Sigonii responsum, neque ad ipsius Livium satis diligenter attendisse videri possit. Legit itaque hoc loco *C. Sicinius et L. Junius*: ne vero vel *Licinius* præteritus, vel *Sicinius* bis memoratus foret, mox verbis seqq. reponebat in his *Licinium* fuisse. At argumentis, quibus Sigonius *Albinii* mentionem firmabat, et ex hoc loco Asconium potius emendandum evincebatur, nihil respondit, neque vel verbo

monet, cur ita censeat: immo ne advertit quidem eam lectionem nullo modo obtinere posse. Ita enim Livius diceret ‘*Licinium fuisse seditionis auctorem;*’ in quo non modo omnium aliorum narrationi adversaretur, qui tradunt inter præcipuos seditionis concitores fuisse *Sicinium*, et *Licini* in ea re ne quidem meminerunt, (vide *Dionys. Hal. Antiq.* vi. p. 375. et *Plut. in Coriol.* p. 216.) sed et sibi ipsi, qui supra scriperat c. 32. ‘*Sicinio quodam auctore, injussu consulum in sacrum montem secessisse.*’ Pighius, qui, in numero tribunorum plebis *Asconium* secutus, usque ad A. U. C. *cclxxxiii.* tantum duos quolibet anno creatos existimat, p. 90. etiam hoc anno *cclx.* primos tribunos plebis *Sicinium* et *Junium* nominat; sed, forte a *Sigonio docetus*, *Junii cognomen Paterculus*, a gente *Junia alienum*, suspectum mendici habuit, et pro eo potius legendum sibi videri pronuntiavit *Brutus Bulbus*.

Tres collegas sibi creaverunt] Usitatus est in hac re ‘cooptare.’ Lib. *iii.* 64. ‘Ab iis, qui creati essent, cooptari collegas juberet’ lex. Ibid. ‘Hi tum uti quos sibi collegas cooptassint.’ *iii.* 65. ‘Tribunni plebis in cooptandis collegis Patium voluntatem foverunt.’ Sic v. capp. 10. 11. et 12. et *Sueton. in Aug. c. 27.* ‘Tribuniciam potestatem perpetuam recepit: in qua semel iterumque per singula lustra collegam sibi cooptavit.’ Nec tamen quidquam muto. Verba *Livii* ita accipi possunt, hos duos primum a plebe creatos deinde præfuisse concilio plebis, quo præter eos tres alii creati sunt. Nam ‘creare magistratum’ etiam dicitur, qui comitia habet. Lib. *xxv.* 41. ‘Consules *Claudius creavit Cn. Fulvium Centumalum et P. Sulpicium:*’ et *xxviii.* 10. ‘A M. *Livio dictatore creati consules L. Veturius, Q. Cæcilius.*’ Nec tribuni plebis tum adhuc

habebant jus cooptandi sibi collegas, quod iis demum post tricesimum sextum annum datum est lege, qua primum decem tribunni plebis creati sunt. *iii.* 30. et 64. *Duk.*

In his Sicinium fuisse, seditionis auctorem] Sitinum Lipsiens. Sicinium Hav. Tum seditionis omittitur in Leid. 2. Mox qui fuerunt, pro qui fuerint, Harl. 2. Hav. et Gaertn.

§ 3 *Duos tantum in Sacro monte . . . dicant, ibique sacram* Vox tantum abest ab editis antiquis: eam primus addidit Aldus, quam etiam habent omnes codd. Tum in *Sacro monte* deficit in *Gaertn.* Id tamen requirit sequens *ibique.* Præterea *ducant* Voss. 1. de quo errore, in libris præcis sæpe obvio, vide ad *xxxviii.* 43. § 2. Mox idem Aldus, quum priores *ibi sacram* edidissent, *ibique sacram* reposnit: in quo etiam concinantes habet codd. *scriptos*, quibus utor.

Sp. Cassius et Posthumus Cominius consulatum inierunt] In vet. cod. est *Spurius Cassius et Posthumius Cominius. Rhen. Addendum utriusque iterum.* Cassius enim consul fuit anno octavo ab liberata Urbe, Posthumius nono. Invenio etiam in aliis libb. *C. Posthumium* nominatum, quod mihi placet. Nam *Posthumius* nomen est, non prænomen: quamquam quidam codd. habent *Posthumus* trisyllabon, ut sit prænomen, quod nescio. *Glar.* Lege *Postumus Cominius*, ut ante docui. *Sigoni. Pal. 2. ac 3. Postumius. Gebh. Postumius Flor. Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Port. *Cominius Postumus Hav.* Vide ad c. 18. § 1. Præterea *Spurius Cassius et Postumius Cominius cons. novi consulatum inierunt* habet Harl. 1. Vernū τὰ cons. nori, quæ in nullo præterea cod. obcurrunt, prius prolemmate margini adscripta fuisse, inde vero in contextum inrepsisse, videntur. Id autem alibi sæpe factum esse, videbimus ad *vii.* 40. § 4,*

Comminius, Leid. ambo. Quid autem de nota iterati consulatus, quam utriusque consulum addendam esse Glareanus existimavit, censemendum sit, jam supra aperui ad c. 16. § 7. Insuper in eunt, pro *inierunt*, Harl. 2. Supra etiam hoc modo distinguitur in Lipsiens. *legem latum per secessionem plebis*. *Spurius Cassius*. Et ita fere edd. vetustiores, nisi quod in quibusdam inveniatur *legem latum: per secessio-* *nem plebis*. *Sp. Cassius*. Ea interpunctio, quæ nunc obtinet, primum obvia fuit in Mogunt. et ea etiam prior est.

§ 4 *Cum Latinis populis ictum fœdus: ad id feriendum consul alter Romæ mansit*] *Cum Latinis fœdus percussum est: ad id Harl. 2. ‘per centere fœdus’* dixit Anctor Belli Alex. c. 44. ‘Quum M. Octavium audiret cum barbaris fœdera percussisse.’ Flor. I. 1. § 14. ‘Sic pax facta cum Tatio, fœdesque percussum.’ Justin. XLII. 3. ‘Cum Albanis fœdus percussit.’ XLIII. 5. ‘Ob quod meritum et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus, et fœdus æquo jure percussum.’ Hic tamen id ex alterius expositione natum putto, et, quum olim margini adscriptum fuisset, inde in verborum contextum inrepsisse. Non modo enim *ictum fœdus* reliqui omnes libri servant; sed etiani genus illud loquendi Livio amatum esse docent, quæ notantur ad I. 25. § 1. Recte etiam *cum Latinis populis*. Sup. I. 45. § 2. ‘Per pulit tandem, ut Romæ fanum Dianaæ populi Latini cum populo Romano facerent.’ Ne vero, *populi Latini* recte dici, non vero *Latinis populi*, existimetur, en, hoc etiam ordine Livius sup. II. 14. ‘Arcessita deinde auxilia et a Latinis populis et a Cumis.’ VIII. 13. ‘Camillus de Latinis populis ad senatum retrulit: et alibi sæpe. Insuper ad id feriendum ac firmandum, duabus vocibus auctior, Neap. Latinii, et Gaertu. Verum τὰ

ac firmandum pro glossemate habeo, quo quis præcedens ferendum expōnere voluit. Vide ad III. 44. § 4. Similia glossemata in cod. Gaertn. sæpe obcurrere, dicam ad IV. 55. § 5. ‘Ferire’ simpliciter dixit I. 24. ‘Jubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire?’ IX. 4. ‘His conditionibus paratum se esse, fœdus cum consilibus ferire.’ XXX. 43. ‘Feciales quoniam in Africam ad fœdus feriendum ire jubarentur:’ et inox, ‘Uti prætor Romanus his imperaret, ut fœdus ferirent.’ Præterea *consulum alter* idem cod. Neap. Latinii, quod, si aliorum codd. auctoritas accederet, recipiendum iudicare, quum alibi sæpe Livius ita loqui soleat. Vide ad IX. 32. § 2. Nunc, quum reliqui omnes in vulgatum conspirent, corum consensui cedo. Tandem *Rome remansit* Voss. 2. et Hav. Sed simplex subsicit.

Compulsos in oppidum Longulan persecutus] Pal. 2. *compulsosque*. Gebh. *Compulsus in oppidum Harl. I. In oppidum longulan jam persec.* Flor. Mox *prosecutus* Harl. 2. qui error ex non recte intellecto scripturæ compendio ortus est. Vide ad IX. 10. § 7.

§ 5 *Potitur. Inde protinus Mucamilem Volscorum capit*] Mirari satis non possum, neminem adhuc vocis hujus *Mucamitem* novitate offensum esse, neque fœdissimum mendum sensisse. Est enim legendum ita, *Inde Poluscum, item Volscorum, capit.* Nam paullo post Livius c. 39. ubi haec tria oppida Romanis adempta scribit, ait, ‘Longulan, Poluscum, Coriolos, novella haec oppida Romanis ademit.’ Quamquam eo in loco vitiōse legitur etiam *Pollustiam*, pro *Poluscum*. Huic autem lectioni fidem afferunt MSS. libri qui hoc in loco *protinus Uscamitem*, et paulo post *Poluscum*, *Coriolos* aperte habent. Itemque Dionysius, qui priore loco (VI. pag. 412.) Πολυσκα, posteriore (VIII. p. 509.) Πολυσκανῶν πόλις ha-

bet. Quamquam priore quidem loco mendum etiam est. Inquit enim, ἔξηγε τὴν δύναμιν ἐφ' ἑτέραν πόλιν τῶν Οὐδολούσκων, η̄ καλεῖται μὲν Πόλους, κατὰ δάστημα δὲ οὐ πολὺ γῆς Λογγέλλας ἀπέχει. Legendum est enim Πολύσκα, κατὰ δάστημα, id est, *Adduxit autem exercitum ad alteram civitatem Volscorum, que Polusca vocatur, spatio autem non longe a Longula distat.* Sigon. Patrocinatur lectioni *Mucamitem Volsorum cepit* ex MSS. solus Pal. 3. neque discedit Campani ed. Pal. 1. vero *inrocacitem*; Pal. 2. *Musiamonitem.* At Siginus admodum miratur, neminem adhuc vocum harum novitate offensum esse, aut fædissimum mendum sensisse. Ideo reponendum censem *Poluscam.* Ego autem existimo, non nimium sibi permettere debuisse Sigionum: et, quandoquidem tantum voluit licere judicio suo, jure saepe dare pœnas audaciae et temeritatis. Gebh. *Inde protinus Mucamitem Volsorum, ut editi ante Sigionum habuerunt, servant Voss. 1. et Leid. uterque.* *Inde Mucamitem Volsc. cœpit* Flor. *Inde protinus Mucamitem Ulsorum Port.* *Inde protinus Mucamitem Volsorum Lipsiens.* *Inde patronus Mucamitem Volsorum Gaertn.* *Inde protinus Mulcamitem Volsorum Hav.* *Inde protinus Novocamitem Volsorum Voss. 2.* *Inde Iulmucam item Volsorum Harl. 1.* *Inde proprius Mucamitem Volsorum Harl. 2.* Ex Hearniis codd. Oxoniensibus *Inde protinus Milcanutum Vulsorum habet L. 1.* *Inde protinus Micantem Vulsorum L. 2. B. et C.* *Inde protinus Muscamitem Volsorum N.* Quæ omnia totidem iuperitorum librariorum monstrabahenda sunt; quo major gratia debetur Sigiono, qui, optime hic de Livio meritus, felici εὐστοχίᾳ *Inde Poluscam, item Volsorum scribendum* conjectit, et certe hoc loco omnino non dignus est illis, quæ in eum dixit Gebhardus. Sigionii conjecturam probavit Cluver. Ital. Antiq. III. 8.

p. 1028. Nisi quod, voce *protinus* servata, scribat *Inde protinus Poluscam,* item *Volsorum, cepit.* Præterea *capit, pro cepit, præferunt veit.* quas vidi, edd. ante Aldum, qui primus vulgari curavit *cepit.* Et ita exhibent onnes codd. mei.

Tum magna vi adortus est Coriolos] Pal. 2. omittit τὸ est. Ita mox legendum ex Pal. 1. c. 34. ‘Naves pro bonis Tarquiniorum, qui hæres erat, retenta.’ Et statim ‘Eo sustentata plebs.’ Gebh. τὸ est in omnibus meis constanter adparet. Nimis calide igitur Gebhardus nñins Pal. et quidem recentissimi atque ubique interpolati, scripturam probavit. Verbum est, quoniam nnica litera hoc modo ē scribi solet, sāpins excidisse, obseruat Doctiss. Markland, ad Statii Sylv. I. 2. 183. Mox *Erat tunc in cast.* pro *Erat tum in cast.* Harl. 2. Sæpe hæ voculæ inter se permittantur. Exempla habuimus hoc lib. c. 12. § 15. et plura infra obcurrent.

Cn. Marcius, adolescens] C. Marcius, ut ante dixi, in Coriolano legendum est. Sigon. Pal. 1. G. hoc est, *Gaius:* at reliqui duo Cn. ut et Campani ed. Ceterum omnes *Martius* e diametro adversi Signonio. Sic mox c. 35. ‘*Gneo Martio*’ Pal. 1. Gebh. Cō. *Marcius Lipsiens.* *Gneus* Harl. 2. GN. Port. a m. sec. erasis diligenter prioris lectionis vestigiis, ut, quid antea exaratum fuerit, non amplius adpareat. *Cn. Hearnii Oxoniensis N.* Reliqui nostri recte Coriolano *Caii* prænomen tribuunt. Vide supra ad Epit. h. lib. ubi de eo egit etiam Sigionis. Deinde *Martius* quoque Leid. I. Voss. ambo, Gaertn. Port. et Hav. Nihilominus, quin *Marcius* per c. rectius, quam per t, scribatur, nullus hodie dubitat. Vide ad I. 32. § 1.

Cui cognomen postea Coriolano fuit] Coriolanus Harl. 2. Sed recte vulgatum servant reliqui codd. Vide, quæ notantur ad I. 1. § 4. ad Silii x. 58. et Nic. Heins. ad Sil. XIII. 38.

§ 6 *Quos intus elausos habebat*] Pal. 2. ac 3. *quos interclausos*. Gebh. *Quos interelusos* Hav. *quos intra clausos* Leid. 2. Sed mutandi causam non video. *Præterea habebant* Gaertn. qui etiam paullo ante *Coriolanos* præfert, pro *Coriolos*.

Forte in statione Marcius fuit] Sorte Voss. 2. sollemni lapsu scribarnum. Vide ad 1. 4. § 4. Deinde *in stationem Marcius fuit* Voss. ambo, et Leid. 2. *Arcius fuit* Flor. Quod eadem ratione dictum videri posset, qua 'in potestatem esse' viri docti supra Livio reddiderunt II. 14. § 4. ubi plura vide. Hic tamen id potius a librariis ortum puto, quod et plures et optimæ membranæ *in statione* præferant. *Insuper in statione Marcius his fuit Lipsiens.* a m. pr. in quo altera manus $\tau\delta$ *his* induxit. Paullo ante *ex ope crupissent*, pro *ex oppido*, Gaertn.

§ 7 *Is cum delecta militum manu non modo inpetum crumpentium retudit*] Recete retudit Pal. 1. et Campani ed. ceteri retrudit, depravate: depravati in Pal. 2. corrector superscriptis repulit. Gebh. *Cum dilecta militum manu* Leid. 1. Sed parum interesse, diligere, an diligere, seligendi significatione ponantur, docuerunt Nic. Heinsius et Burmann. ad Nason. Met. x. 324. Et hinc æque 'dilectus militaris' dicitur, ac 'delectus.' Vide ad xxxvii. 51. § 7. Deinde retrudit Leid. 1. Lipsiens. et Port. reecudit Leid. 2. Alibi verba 'retundere' et 'recedere' commutantur. Ita ambiguam scripturam codd. esse Hor. Od. i. 35. 39. aliis *recusum*, aliis *retusum ferrum* legentibus, ex virorum doctorum ad eum locum notis constat. Sed retundit Hav. qui etiam mox cum Port. *irruptum* legit, pro *irrupit*. Ego nihil muto. *Retudit in petum*, est repressit. Inf. xxxiii. 31. 'Liberandam omnem Græciam, si Ætolorum linguas retundere, si veram caritatem, majestatem apud

omnes nominis Romani vellent esse.' Tac. Ann. v. 11. 'Ille, nisi laceseretur, modestiæ retinens, non modo retundit collegam, sed, ut noxiū conjurationis, ad disquisitionem trahebat.' Cie. ad Fam. XII. 14. 'Quorum inprobitatem aliquando retundi, et non pati inpunitate augeri, non solum utile est reipublicæ nostræ, sed etiam necessarium.'

Cædeque in proximo urbis facta] Legendum cædeque in proxima urbis facta, hoc est, in proximas partes urbis. Intelligit aedes vicinas portæ, per quam irruperat. Rhen. Probo lectio nem indigitatam primo ab Rhenano; jam confirmatam a Pall. binis. nam Pal. 3. *in proxima urbe*. Deterius illo Camp. *in proxima parte urbis*. Gebh. *In proxima urbis* jam olim Andreæ Romana. Postea fecerunt proximo, quod corrigit e scripto Rhenanus. Nondum videntur omnia salva. Quidam MSS. *in proxima urbe*. Placeret satis, sicuti invenirem, cædeque in proximam turbam facta. Statimque: 'Clamor inde oppidanorum, mistus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut solet, primum ortus.' J. F. Gron. Ex MSS. lectione in proxima urbe videtur commodissime deduci *in prima urbe*. Nota loquendi elegantia est, et Liviana XLII. 63. 'Qui prima obsidione mœnia intraverant.' v. 45. 'Primæ noctis silentio.' Ut scias, quam facile hæ voces confundantur, XXVIII. 35. pro illis 'Proximos Hispanos agros,' Cantab. Voss. Gud. MSS. habent primos Hispaniae agros. Eademque vel apud Sigonium, vel apud Patrem occurruunt v. 47. IX. 39. XXX. 5. Jac. Gron. *In proxima urbe* solus Gaertn. *in proxima urbis* reliqui omnes nostri, eum ed. Aldina, quamvis tamen in erratis calcii ejus adjectis prior lectio proximo urbis revocata sit. Ceterum aqua hic mihi hæret, neque adhuc video, quo sensu viri docti, qui hanc scripturam proba-

runt, eam accipi vulnerint. Utrum nempe proxima crediderint casu quanto numero multitudinis positum, an casu sexto numero singulare? At neutrum satis commode statui posse videatur. Non prius, quod 'cædem facere in urbem,' alibi hoc sensu nondum notarim; nam in proxima urbis expone-re, usque in loca proxima, ut Doujatius fecit, a mente Livii alienum est, qui non usque in proxima urbis, sed in ipsa urbe, qua parte in eam intruperant Romani, cædem factam fuisse indicat: quomodo fere etiam Dionys. Hal. vi. p. 413. Πρὸς ἀνταῖς γενόμενος ταῖς πόλαις συνεισέπιπτε τοῖς φένυγουσιν εἰς τὸ τεῖχος συνεισπεσόντων δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλων συχνῶν κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως φόνος ἐγένετο ἐξ ἀμφούν πολύς. Non etiam posterius. Nam in proxima urbis foret in proxima urbe: at Livius non in urbe vicina, sed in ea parte, quæ proxima erat portæ, per quam intruperant, cædem factam in-nuit. In proxima urbe ex nullo alio cod. nominatio profertur, quam ex Pal. 3. et nunc apud me ex Gaertn. Quare neque Jac. Gronovio, inde in prima urbe effingenti, adsentio, quamvis prima et proxima sæpissim inter se commutari verum sit, ut infra dicendum erit ad v. 47. § 5. Id tamen verum est, 'in prima urbe,' pro in prima parte urbis, quo sensu eam locutionem intelligendam docuit Jac. Gron. adprime Livianum esse. Ita 'primus tumultus' pro initio tumultus supra erat i. 6. 'Inter primum tumultum hostes invasisse urbem, atque adortos regiam dubitans.' Similiter 'extremus annus' pro fine anni iii. 29. 'Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est:' quo etiam respice. Sed videant, qui ingenio et judicii acumine valent.

Ignem temere abreptum imminentibus muro adificiis injecit] Scribe ignem temere abreptum. Loquitur de igne, quem forte e foco abripuerat. Rhen. Recte habet Pal. 1. *ignem temere ar-*

reptum. Gebh. *Ignem temere erectum* Hav. *ignem temere abreptum* Flor. Leid. 1. Voss. 2. Harl. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. *ignem temere areptum* Lipsiens. Frequenter autem 'adripere' et 'abripere' commutari, dictum est ad Silii Ital. v. 229. Vide etiam ad iii. 48. § 5. c. 56. § 5. c. 57. § 3. c. 58. § 7. et alibi sæpe. Doujatius tamen necesse non esse putat, vulgatum mutari, tum quod optime constet locutio, tum quod ignem e foco abripere opus non fuerit, quum Marcius undecimque inflato usus sit ad spargendum incendium. Mihi religio est lectionem, quam offerunt integriores codd. temere spernere. Certe Marcius, qui forte in statione erat, quum erumpentes re-tudit, et per patentem portam in urbem ferox intravit, non videtur secum ignem adtulisse, sed ex aliquo loco in urbe abripuisse.

§ 8 *Clamor inde oppidanorum, mixtus muliebri puerilique ploratu ad terrorem, ut solet, primo ortus]* Antiqua lectio primo ortu, hoc est, in principio, statim. Rhen. Lego, primum ortus. Klock. *Clamor tamen oppidanorum Lipsiens.* Videtur olim per compendium in, id est, inde, scriptum fuisse, quod facillime in tñ, id est, tamen, corrumpi potuit ob ductum similitudinem. Vide ad v. 18. § 8. *Tum mixtus* Leid. eterque, Harl. eterque, et Hav. quam orthographiam, ut veriorem, passim recepi. Vide ad iii. 57. § 9. *mixtus*, id est, *inmixtus*, Gaertn. Sed verbum simplex, pro quo stant reliqui codd. malo. Vide ad viii. 36. § 5. Alibi male *inmiscere*, pro *miscere*, librarii dederunt. Vide ad iv. 5. § 5. Deinde *puerilique comploratu* Hav. reliquis dissidentibus, quibus adhæreo. Inf. v. 21. 'Clamor omnia variis terrentium ac paventium vocibus, mixto mulierum ac puerorum ploratu, complet.' c. 42. 'Quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque plo-

ratus, sonitus flammæ, et fragor ru-
entium tectorum avertisset.' *xxix.*
17. 'Dies noctesque omnia passim
mulierum puerorumque, qui rapiuntur,
aut asportantur, ploratibus so-
nant.' *Puerili muliebrique ploratu in-
verso ordine præferunt prisæ edd.
usque ad Aldum, qui vulgatae lectio-
nis primus auctor fuit, cui haec parte
adstipulantur omnes scripti.* Et ita
in locis ex Livio modo landatis 'pu-
erorum ploratus' illi 'mulierum'
constanter subjungitur. *Primo ortu,*
ut Rhenanus legebat, omnes codd.
præter Harl. 2. Gaertn. et Hav. qui
primo ortus legunt. Et *primo ortu*
etiam præferunt, quas vidi, edd. vett.
usque ad Mediol. 1495. quæ etiam
primo ortus dedit; idem postea rece-
perunt Veneta 1498. Mediol. 1505.
Moguntina, aliæque usque ad Curio-
nem, qui Rhenani emendationem ad-
misit. Sed Gron. ad § *præc.* male-
bat *primum ortus*: quomodo etiam
Klockins emendatum voluit. Idem
Donjatio non displicebat; modo *pri-
mum* non tamquam adverbium sumatur,
sed referatur ad *terrorem*; ut sit
'ad *primum* *terrorem* *ortus* clamo.'
Et ita Klockium ac Gronovi-
um eam vocem accepisse puto. Si
enim pro adverbio habuissent, potui-
ssent revocare *primo ortus*; neque
opus fuisset τῷ *primo* invitis codd.
primum substituere. Sane nisi ita
reponas, vix video, quo voces *ad ter-
rorem* referenda sint. Mox, pro *tur-
bavit Volscos*, perperam Harl. 2. *tur-
bavit Tuscos*.

Cui ad ferendam opem reverant]
Pall. et Camp. qui: nude forte le-
gendum, turb. Vols. utpote *capta urbe*,
qui *ad fer. op. reverant*; hoc est, μετὰ
τὸν πόλεμον σύμμαχοι. *Liv. iii. 5. fin.*
'Antiates mille milites, quia serum
auxilium post prælium venerant,
prope eum ignominia dimissi.'

*Athenienses vocati in auxilium a La-
cedemoniis duce Iphicrate: Μετὰ δὲ*

*καιρῶν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν Ἀττικὴν, οὐδὲν
πράξαντες μηδέποτε ἔξιον, ap. Diodor.
xv. p. 491. Liv. iii. 31. 'Fecit pu-
dorem recens ejus populi meritum
morandi auxiliū.'* *Gebh.* *Qui ad fer.
op. reverant Flor.* Leid. ambo, Voss.
1. Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn.
Port. Hav. et typis descripti, pro
quo demum *cui* ediderunt Mogunt.
Non raro haec voenlae inter se in
membranis antiquis permutantur.
Vide ad *ix. 34. § 14.*

§ 9 *Ita fusi Volsci Antiates]* *Ita ef-
fusi Volsci Anciatesque Harl. 2. Male.
Quid intersit inter 'fusus' et 'effu-
sus' vide ad *xli. 7. § 10.* ubi recte
Jac. Periz. *effusos*, pro *fusos*, contra-
rio errore, reponendum monuit.
Præterea Antium caput erat Volscorum.
Liv. vi. 9. 'Rei majori, Autio
inminebat: id caput Volscorum.'*

Hinc 'Αντιον τὴν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν
Οὐδούσκοις πόλεων vocat Dion. Ha-
lie. lib. viii. in princ. et τὴν Ἀντια-
τῶν πόλιν, ἡ τοτε ἐν ταῖς πρώταις πό-
λεσι τῶν Οὐδούσκων ἦν ix. p. 612.
Hinc *Volsci Antiates*, omissa copula,
quam cod. Ms. addebat, legendum
patet, nt paullo ante hoc cap. 'Alter
ad Volscum bellum missus Antiates
Volscos fundit fugatque.'

*Tantumque sua laude obstitit famæ
consulis Marcius]* Doujatinus ad h. loc.
observat, Coriolani cognomen Mar-
cio inditum satis arguere, ejus pri-
mas fuisse partes in expugnandis
Coriolis; sed Postumum (*male Pos-
tumium* vocat) ex totius belli Victoria
cognomen *Aurunci* retulisse videri.
Id tamen admodum incertum puto.
Cominium cognominatum fuisse Au-
runcum constat ex Valer. Max. sive
quis alius est, in fragm. de Nomini-
bus: 'Animadverto enim in consu-
lum fastis perplexum usum præno-
minum et cognominum: fuisse dic-
tum Postumum Cominium Aurun-
cum.' Is autem bis consulatum ges-
sit: et quidem prior memoratur sup.
c. 18. et ap. Dion. Hal. v. p. 316.

alter hoc loco et ap. Dion. vi. p. 378. Sed in gestis neutrius anni illa Auruncorum mentio fit, ut ex iis devicatis cognomen id accepisse suspicio oriri possit. Ap. Liv. tamen c. 17. bellum cum Auruncis descriptum memoratur, idque anno proximo ante, quam Cominius consul primum crearetur. Verosimilium itaque est, vel eo bello Cominium res egregie gessisse, et virtutis causa Aurunci cognomine, ut nunc Marcius Coriolani, donatum, mox et anno sequenti consulatu auctum fuisse; vel bello antea incepto deinde finem inpositum fuisse Postumo Cominio consule, enique inde cognominatum fuisse. Certe si cognomen Aurunci in secundo hoc consulatu Cominio datum fuisset, Livius dicere non potuisset, fore, ut, eum cum Volscis bellum gessisse, memoria cessisset, nisi ob ejusdem absentiam unius collegae Cassii nomen fœderi cum Latinis icto adscriptum legeretur. Cognomen enim ex bello reportatum eum satis celebrem reddidisset. Ceterum *consul Martius* male Gaertn. Per compendium scriptum fuerat *cos*, id autem quemadmodum reddendum foret, ignoravit indoctus librarius. Vide ad Liv. x. 10. § 2. Præterea *obtit famæ* Flor. a m. pr. *obtinuit famæ* a m. sec.

Columna ænea insculptum monumento esset] Abest a Pal. 1. τὸ έσσετ. Gebh. Id verbum constanter servant nostri, et sine damno etiam vulgatae lectio-
nis abesse nequit. Præterea *aheneu*, quidam ex priscis editis. Sed omnes iterum scripti vulgatum servant. In nummis tamen et marmoribus anti. Domitiorum cognomen *Ahenobarbus* scribitur. Vide ad xxxiv. 42. § 4.

Ab Sp. Cassio uno, quia collega affuerat, ictum] Quod ab Sp. Cassio uno- que suo collega fuerat ictum indocte librarius Hav. quod a Sp. Cassio uno- que collega fuerit ictum Gaertn. uno-

que collega affuerat male etiam Leid. 2. *affuerat præfert quoque Port. sed fuerat est in Voss. 2. et Harl. 2. Ni- mirum scriptum fuerat affuerat, ut in Flor. et Leid. 1. exstat. Hinc prima litera excidit ob ultimam præceden-
tis; ab aliis autem id mutatum est in affuerat. Ceterum quom *aſſi* optimus cod. præferat, eadem forma hoc verbo præstantissimi scriptores utantur, idque saepe infra viri docti Livio restituerint, hic etiam in contextum recipiendum duxi. Vide ad iv. 12. § 6.*

Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset] Pal. 2. memoria excessisset. Gebh. Postumi- um hic iterum omnes codd. præter Voss. 2. Vide h. cap. § 3. Insuper Cominium Postumium Hav. Quod, si Postumum substitnas, eodem modo dictum foret, quo ‘Menenius Agrip- pa’ dici ad verba seqq. observamus. Attamen unius fidem leviores puto, quam ut eam seqnar. Tandem me- moria cessisset, abissent Leid. 1. Ubi librarius primo abissent per errorem dedit, pro abisset. Illud autem abis- set, quod interpretationem puto τὸν cessisset, male in contextum simul cum altero recepit. Sed memoria ex- cessisset Harl. 2. quod etiam voluisse videtur scriba Harl. 1. qui tamen lapsus dedit memoriae cessisset. ‘Me- moria excedere’ infra est vii. 32. ‘Publicarum vetustum familia nos- træ cognomen memoria excessit.’ Sed nec vulgatum spernendum. Nam ita passim ‘cedere civitate,’ ‘pugna,’ et similia ap. Liv. obcurrunt. Vide Gron. ad lib. hujus c. 10. § 5. ubi inter reliqua loca, quibus locutionem illam illustrat, hunc etiam in medi- um protulit.

*§ 10 Eodem anno Agrippa Menenius moritur] Hæc duo nomina identidem Livius invertit. Nam paulo ante c. 32. ita dixerat, ‘Placuit igitur orato- rem ad plebem mitti Menenium A- grippam.’ Hic ait, *Agrippa Menenius*. Dionysius semel, quantum memini,*

Agrippa Menenius dicit, ubi consul
creatur v. p. 310. deinde perpetuo
Menenius Agrippa. Sed hæc non sunt
tanti. *Glar.* Negligenter Glareanus
Dionys. consuluit, nisi aliter in Latini-
na versione, qua se sola nsum esse
queritur, quod codicem Græcum diligenter
quaesitum invenire non potuerit, scriptum fuerit, quam vulgo
nunc editur. Nam *Merivios' Aypīnnas*
quidem vocatur vi. p. 404. et 415.
at totidem locis, ne memorem enim,
quem Glareanus indicavit, *Aypīnnas*
Merivios vocatur eodem lib. vi. p. 379.
et 394. Codd. hic nihil mutant, nisi
quod *Menenius Agrippa* sit in solo
Haverk. Agrippa olim fuit prænomen,
quo postea pro cognomine uti
cœperunt. Auctor Fragm. de Cog-
nom. ‘Quæ olim prænomina fuerunt,
nunc cognomina sunt, ut, Postumus,
Agrippa, Proculus, Ca-sar.’ Recto
igitur et communis ordine prænomen
nomini præponitur, quum hoc loco
Livius dixit *Agrippa Menenius*. Ita
etiam sup. c. 16. ‘Anno post, Agrip-
pa Menenio, P. Postumio consulibus
moritur.’ Similiter inf. iv. 11. ‘Tri-
umviri ad coloniam Ardeam deducen-
dam creati Agrippa Menenius, T.
Clælius Siculus, M. Æbutius Elva.’
et c. 13. ‘Collega additur ei Agrippa
Menenius, cui Lanato erat cognome-
men.’ Verum quum c. 32. quem lo-
cum Glareanus observavit, ordo in-
vertitur, ac dicitur *Menenius Agrippa*,
id codem exemplo factum est, quo
‘Fabius Quintus,’ similiaque alia pas-
sim apud Livium obcurrunt. Vide
ad iii. 1. § 1.

*Vir omni vita pariter Patribus ac
plebi carus]* Sic loquitur viii. 12. ‘Ju-
ventutem et tunc et omni vita deinde
aversatam.’ xxii. 61. ‘Cæteri non
foro solum, omni deinde vita, sed
prope luce earuerint.’ Attamen MSS.
hoc loco, in quibus Flor. S. Marci,
Rott. Gud. Voss. I. omnium vita.
Vide an velint omni in vita. Habes
enim vii. 1. ‘Fuit enim vir unicus

in omni fortuna.’ Cic. Brut. c. 34.
‘Huic dissimilis in tribunatu reliqua-
que omni vita.’ Post Reditum ad
Quirites c. 8. ‘Numenque vestrum
æque mihi grave et saustum, ac De-
orum immortalium in omni vita futu-
rum.’ Jac. Gron. Vir omnium vita
etiam Flor. Leid. 1. Harl. 1. Port.
Hav. Gaertn. et ap. Hearnium Oxon.
N. Videtur primo scriptum fuisse
omni uita, ultima litera u perperam
ex prima vocis seq. repetita, pro eo
deinde *omniū* et *omnium* datum esse.
Omni vita etiam inf. dixit iii. 69.
‘Dignam tot consulatibus anteactis,
dignam vita omni plena honorum.’
Mox *plebi carior factus* editi usque ad
Aldum, qui primus reposnit *carior*
plebi factus; idque omnes habent
scripti.

§ 11 *Interpreti arbitroque concordia*]
‘Interpres’ est medius, seu seques-
ter: notat Servius ad Virg. Æn. iv.
608. Sic Cic. de Leg. Liv. vii. 40. et
xxi. 12. *H. Vales.* Recte. Cic. Act.
in Verr. i. 12. ‘Moneo, prædicto, ante
denuncio, qui aut deponere, aut recipi-
pere, aut accipere, aut polliceri, aut
sequestres, aut interpretes corrum-
pendi judicii solent esse, quique ad
hanc rem aut potentiam aut inpu-
dentiam suam professi sunt, abstineat
in hoc judicio manus animosque
ab hoc scelere nefario.’ Ubi Ascon.
‘Interpretes, per quos inducitur pac-
tio.’ Cic. in Verr. ii. 44. ‘Is est C.
Clandius, qui in Sicilia sequester
istius, interpres, confector negotio-
rum.’ iv. 22. ‘Qui hæc, quæ dico,
jam non occulta, aut per amicos at-
que interpretes, sed palam de loco
superiore ageret pro imperio et po-
testate.’

Reductori plebis Romæ in urbem]
Pall. tres, Campani ed. *plebis Roma-*
næ. Gebh. *Plebis Romana* etiam om-
nes nostri codd. et priscae edd. Curio
postea, ut videtur, lapsu operarum
vulgavit *Romæ*, quod, præter Sig-
nium et paucos alios, servarunt reli-

qui edd. usque ad Gron. *In urbem etiam omittunt quidam ex prioribus excusis; sed servant, quotquot vidi, manus exarati.*

Extulit eum plebs sextantibus conlatis in capita] Exsistantibus Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. pr. Sed primam literam hujus interceptit ultima vocis præc. 'Sextantes' memorat Val. Max. IV. 4. ex. 2. 'Hic nisi a populo conlati in capita sextantibus funeratus esset, ita pecuniae inops decessit, ut sepulturæ honore carnisset.' Plin. Hist. Nat. XXXIII. 10. 'Quod Agrippæ Menenio sextantes æris in funus contulit, honoris id necessitatisque propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim.' Apul. in Apolog. p. 286. ed. Elmenh. 'Si Publicola regum exactor, et Agrippa populi reconciliator, quorum funus obtennes opes a populo Romano conlati sextantibus adornatum est.' Ab his in diversa abiit Aurel. Vict. pro sextantibus, quadrantes memorans in Vir. Inlustr. c. 18. 'Menenius autem tanta paupertate decessit, ut eum populus conlati quadrantibus seperaret.' Historiam diligentius persequitur Dionys. Halic. in fine lib. VI.

CAP. XXXIV. § 1 *Consules deinde T. Geganius, P. Minutius facti]* Minucios scribe, non Minutios, auctoritatem sequuntur Capitolinæ scripture, et Græcorum libb. et veterum Latinorum. Sigan. T. Geganius male Leid. 2. et Neapol. Latinii, cum edd. antiquioribus: qui error etiam alibi in hoc nomine frequens est. Vide ad IV. 17. § 7. Tum et P. Minutius, addita copula, Hav. Ea de re vide ad c. 17. § 1. De vera antem orthographia vocis Minucius, vide quæ notavi ad Sili. VII. 386. Male vero literis transpositis Municius scribitur in Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad III. 41. § 10.

Quum et foris quieta omnia bello essent] Palat. duo quieta omnia a bello

essent. Gebh. Mendum nuperarum bella, pro bello, quod habent superiores. Sed integrins in dnobus Pall. et Voss. 2. quieta omnia a bello essent. Liv. XXXIX. II. 'Et quia, a bello quieta ut esset provincia, efficerat.' J. F. Gron. Lib. VII. 1. 'Et ab seditione et a bello quietis rebus' et XXVIII. 19. 'Hispaniæ sicut a bello Punico quietæ erant.' Duk. Quietabella natum erat ex postrema Gruteri; quum, ut Gronovius monet, priores exhiberent quieta omnia bello essent. Eadem scriptura extat etiam in Flor. Leid. 2. Port. et Hav. bello quieta omnia essent Voss. 1. Sed, ut viri docti vindicarunt, quieta omnia a bello essent habent Leid. 1. Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Oxon. quos Hearne adhibuit, B. L. 1. et N. Ita 'quies ab armis' I. 31. 'Nulla tamen ab armis quies dabatur ab bellicoso rege.' VII. 22. 'Dum aliqua ab armis quies esset.' Simile est 'otium a seditionibus' IV. 35. 'Et ab seditionibus urbanis otium fuit.' Prapositio a intercepta erat a vocis proximæ litera finali. Similes ob causas præpositiones e et in excidisse aliis locis videbimus.

Malum civitatem invasit] Pal. 1. malum in civitatem invasit. Gebh. In civitatem etiam Voss. 2. Quod genus loquendi Livius interdum usurpat. Inf. h. lib. c. 47. 'Globus juvenum unus in ipsum consulem insignem armis invadit' ubi alia vide. Hic tamen, quum non modo major codicum numerus, sed præstantissimi etiam, illi lectioni adversentur, vulgato adhærentes, nihil puto mutandum, et illud in ex ultima litera vocis malum natum mihi persnadeo. Vide ad XXXVII. 11. § 4.

§ 3 *Servitiorum utique et plebis es- set]* Tà utique et plebis desiderantur in Hearni Oxon. L. 2.

Ni consules providissent] Nisi consules Harl. 1. Sæpe τὰ ni et nisi commutantur. Vide ad XXIII. 1. § 8.

Ad frumentum coëmendum non in Etruriam modo] Ms. *udfrumentum tantum coëmendum nou in Etruria modo dexteris ab Hostia littoribus, laeroque per Vulscos maris usque ad Cumas, sed quæsitum in Siciliam quoque.* *Lego ad frumentandum, deleto τῷ coëmendum.* Klock. *Ad frumentum tantum coëmendum etiam Voss. 1. a m. pr.* Sed voci tantum subjectæ sunt notæ, quibus librarii indicare solent, vocem perperam scriptam ac delendam esse. Hinc patet, quo iure Klockius hic *ad frumentandum non in Etruriam modo* legendum existimaret: quod verbum de militibus, qui per agros vicinos frumenta ac similia colligunt, notum est; nondum vero observavi, de iis usurpari, qui frumentum coëmunt. *Ad frumentum emendum* habet Harl. 2. Male. ‘Coëmere’ est a multis, a diversis emere. Ita mox, ‘Frumentum Cumis quum coëmnum esset.’ xxv. 15. ‘In Etruriam ad frumentum coëmendum missus.’ Etiam iv. 13. ‘Frumento namque ex Etruria privata pecunia per hospitium clientiumque ministeria coëmto.’ v. 25. ‘Pecunia ex ærario promta, et tribunis militum consularibus, ut aurum ex ea coëmerent, negotium datum.’ Tum in *Etruria modo* etiam Voss. 1. et Leid. 2. Sed ultima litera τοῦ *Etruriam* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad xxiii. 8. § 9.

Læroque per Vulscos mari usque ad Cumas] Satis clare hoc loco Volscorum situs describitur. Nam Autium etiam Volscorum civitas fuit, ut ex fine hujus lib. patet. Plin. autem iii. 5. Vulscos ultra Circceios emovet. *Glar.* *Læroque per Vulscos maris* Klockian. *læroque per Vulscos maris* Voss. 1. et Leid. nterque.

Sed quæsitum in Sicilia quoque] Repone, sed quæsitum in Siciliam quoque. Expone, dimissis non in Hetruriam modo, sed in Siciliam quoque, *quæsitum*, hoc est, ad quærendum. Rhen.

Pall. Campani ed. in *Siciliam*, Gebh. (Vide Lectt. Varr.) *In Siciliam* etiam Leid. ambo, Hav. Klockian. Gaertn. et Hearnii Oxonienses L. 1. 2. N. et C. Tot itaque codicum testimoniis munite scripturæ locum in contextu dandum censni. *Quæsitum* autem intelligo ‘frumentum,’ quod modo præcessit. Atque ita non opus, ut illud *quæsitum* cum Gronovio mutemus in *trans fretum*. *Vulgatum* etiam tinetur Donjatius. Quod vero ideum etiam in *Siciliu* præferat, in eo omnino a vero aberrasse videtur. Non enim quæritur, nrum *quæsitum* in *Sicilia* vitiosum habendum, ideoque in *Siciliam* reponendum sit; sed potius, quum utraque lectio commodum sensum efficiere queat, utram sequi ac probare præstet, eam, quam conspirans tot codicem turba, an illam, quam primæ edd. vel ad codicem præscriptum typis exaratæ, vel interdum etiam ex editorum ingenio interpolatæ, exhibeant? Mox *longisque*, pro *longinquis*, male est in Voss. 2. et cæperant pro coegerant in Flor.

§ 4 *Frumentum quum Cumis coëmnum esset]* Vet. lectio, *Frum. C. cum coëmptum esset.* Rhen. *Frum. C. quum esset evolutum* Voss. 1. Leid. 2. Vide modo ad § præc. *Frum. C. quum cæptum esset* Flor. *Frum. C. quum coëmnum nuves esset* Harl. 1. *Frum. C. quum coëmnum essent* Harl. 2. Reliqui recte Rhenano consentinnt.

Ab Aristodemo tyranno, qui hæres erat, retenta sunt] Ab Oristodeno Harl. 2. Sed Aristodemus, quod in reliquis constanter perstat, notum apud Graecos nomen est, et supra jam memoratum c. 21. Vocem sunt, quam servant nostri, ex fide Pal. 1. ejiciebat Gebhard. ad cap. præc. § 5.

In Volscis Pontinoque ne emi quidem potuit] Quod hic Livius vocat *Pontinum*, Dionysius vii. ab initio vocat *Pometinum campum*, si cod. non fallit. *Pontinam paludem* Plin. iii. 5. a Circceis esse ait, et xxvi. 4. plurali nu-

mero *Pontinas paludes* nominat agri suburbanæ Italiae. *Pontini* rursus mentio vi. 6. ap. hunc auctorem nostrum, anno ab urbe condita ccclxvii. *Glar.* Dionysius Πωμετίνον πεδίον vocat. *Vet. lib. in Pontino* habet. *Sigon.* *Promptinoque* Harl. 1. et Port. *Pontinoque* Voss. 1. Hav. Harl. 2. et Hearnii Oxoniensis L. 1. *Pontinioque* Voss. 2. Sed *Promptinoque* Leid. ambo, quamvis hi quoque paullo post hoc cap. *Promptino* scribant. Vide ad iv. 25. § 4. *Pomptinus* veriorem orthographiam, et sic ubique scribendum ap. auctores esse, opinatur Nic. Heinsius ad Sili. Ital. viii. 381. Secundum Cluver. in Ital. Ant. iii. 8. p. 1003. et 1024. campi ita vocantur ab urbe *Suessa Pometia*, quæ ab initio *Pomentia*, tum n litera elisa, *Pometia* dicta est; inde formatum *Pometinus*, ut ‘*Pometinæ manubiaæ*’ sup. i. 55. hoc vero correptum est in *Pomptinus*. Sed, ne in eo vocabulo litera m volubiliore lingua proferretur nt n, interpositum est p, dictumque *Pomptinus*, pro quo exscriptores passim dederunt *Pontinus*. Verum hæc pluribus ap. ipsum videnda sunt. Mox neque emi quidem potuit Harl. 2.

§ 5 *Ex Hetruscis frumentum Tiberi venit*] Livius scripsit ex *Tuscis*. Sic enim in Archetypo Ms. legitur. Ante vero dixit ‘in Heturiam’: nunc subdit ex *Tuscis*, ne eodem statim vocabulo bis natum. De qua re supra quoque admonuimus. *Rhen.* Recte monuit Rhenanus, legendum ex *Tuscis*: cui adstipulantur Pall. codd. trias et Campani ed. Gelb. Nihil interest, sic legas, an ex *Tuscis*. Tamen cum hoc Rhenani cod. et quos modo nominavi servent, illud huic concedere jussimus. J. F. Gron. Ex *Tuscis* etiam omnes nostri præter Harl. 2. et Hav. Ex *Etruscis* vero se in Oxoniensibus B. N. et C. reperisse auctor est Hearne. Vide ad c. 7. § 2.

Eo sustentata est plebs] Antiqua lectione, *Eo sustenta est plebs*, a ‘sustinendo,’ non a ‘sustentando.’ Sic infra c. 43. ‘Unus ille vir ipse consul rem publicam sustinuit.’ Infra tamen dicit c. 41. ‘Din sustentatum id malum.’ *Rhen.* Divinarit, an repererit in MSS. *sustenta*, pro *sustentata*, Rhenanus, non novi. Quandoquidem dissuadet consensus codd. nostrorum, conjecturarum puto. Pal. 1. *eo sustentata plebs*. Pal. 2. *ex eo sustentata est plebs*. Sed hic cod. mirum in modum tritus est inter interpolatorum manus, statim quoque subdens, *Eo tempore incommodo bello*, &c. Gelb. Quum Rhenanus antiquæ lectionis meminit, semper eam indicat, quam invenit in codd. MSS. quibus nsns est. Dubium itaque non est, quin in cod. ejns fuerit *sustenta est plebs*. Et ita locutus est Livius xxxix. 9. ‘Maligne omnia prætentibus suis meretriculæ munificientia sustinebatur.’ Cic. in Verr. iii. 5. ‘Neminem vestrum præterit, judices, omnem utilitatem opportunitatemque provinciæ Siciliæ, quæ ad commoda populi Romani adjuncta sit, consistere in re frumentaria maxime: nam ceteris rebus juvamus ex illa provincia; hac vero alimus ac sustinemur.’ Ceterum in nullo codicium, quos vidi et excussi, præter Flor. ea lectio obvia fuit. Quare verius videtur, *sustentata* servandum, et in cod. Rhenani librarios ultimam syllabam τοῦ *sustenta* dupliceare pereram neglexisse. Id vero peccatum sæpius ab hoc hominum genere commissum esse patebit ex iis quæ notantur ad Liv. x. 37. § 2. Eo sensu ‘sustentare’ frequenter obcurrit. Cic. ad Fam. xvi. 21. ‘Ex meis angustiis illius sustento tennitatem.’ Tuscul. Disput. i. 19. ‘Nulla re regens aletur et sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur.’ Plin. Hist. Nat. xxxv. 11. ‘Ejus tabula adpellata est Stephanoplocos, ab aliis Stephanopolis, quo-

niam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem.' *Tò est,* quod Gebhardus etiam supra ad cap. præc. § 5. ex Pal. 1. auctoritate delendum monuit, pariter aberat a Voss. 2. Leid. 2. et Voss. 1. a m. pr. Quum tamen fide digniores servent, induci nolo. Sed præterea, *ex eo sustentata est plebs Lipsiens.* et Harl. 2. Utrumque dici, 'sustentari aliqua re,' et 'sustentari ex aliqua re,' supra adscripta exempla probant. Quum itaque alii omnes codd. et inter eos etiam integerrimi, præpositionem non agnoscant, eaque mox præcesserit, eamdem nunc iterum repeti displicet.

Incommodo bello in tam artis commeatibus versati forent] Ingens hic erratum est. Nam pro *versati forent*, scribi debet *rexati forent*. Rhen. Præmissis duobus vocabulis *Eo tempore incommodo bello* Harl. 2. quod se etiam in Pal. 2. invenisse, Gebhardus ad verba proxime præced. notavit. Sed rectius desunt in reliquis membranis, quas sequor. *Tum ita maretis*, pro *in tam artis*, Harl. 1. Olim, non distinctis vocibus, unica serie scriptum fuerat *itamartis*. Quum deinde superscripta lineola vel evannisset, vel a librario negligente non animadversa fuisset, id inperite literis dividendis occasionem dedit. Sed *in tam artis commeatibus* Leid. ambo, Voss. 1. Lipsiens. et Gaertn. *Artus*, pro *artus*, plernunque in optimis codd. scribi, olim notavi ad Sili Ital. VII. 280. His vero, quæ ibi dixi, adde Castal. ad Rotil. Itiner. II. 20. et Cort. ad Sall. Jug. c. 52. Denique recte *rexati forent* Rhenanus. Et ita omnes codd. quibus utor. Sæpissime in MSS. antiqu. *τὸν* 'versare' et 'vexare' commutantur. Vide Barth. ad Statii Theb. v. 612. Nic. Hein-sium ad Claud. de Laud. Stilic. I. 287. Broekhus. ad Prop. III. 15. 12. Bentl. ad Hor. Sat. I. 7. 15. ad Epist.

II. 2. 90. et Burmann. ad Nason. Amor. II. 2. 29. Eadem haec verba etiam infra confunduntur in MSS. hoc lib. c. 48. § 4. IV. 13. § 8. et alibi. Mox erasisset, pro *invasisisset*, Harl. 1.

§ 6 *Ut etiam, ubi ea remisisset, terrore aliquo tenerentur]* *Ea ubi remisissent* Hav. ubi cui *remisisset* Leid. 2. *ubi eam remisisset* Flor. *ubi eam remisisset* Klockian. Leid. 1. et Haßl. 1. Patet, displicuisse librariis *τὸν* 'remittere' sine casu positum. At ita et Livius et alii optimi locuti sunt. Liv. XL. 33. 'Quum tandem, superatis, ubi primum remiserunt imbræ, amnibus, Contrebiam venissent.' Cic. in Clar. Orat. c. 34. 'Etsi, cum remiserant dolores pedum, non deerat in caussis, tamen id non sæpe faciebat.' Cæsar Bell. Civil. III. 26. 'Nostri, usi fortunæ beneficio, tamen in petum classis timebant, si forte ventus remisisset.' Est locutio elliptica, quam supplet Ovid. dicendo 'se remittere,' Epist. Heroid. IV. 51. 'Namque mihi referunt, quum se furor ille remisit, Omnia.' Aliter Terent. in Hec. III. 2. 14. 'Nam, si remittent quidpiam Philumenam dolores, Omnen rem narrabit, scio, continuo sola soli.' Ita enim potius legendum, quam, ut maluit Donatus, *Philumenæ dolores*, virti docti opinantur. Præterea verba *ea clade conterritis hostium animis*, ut etiam, *ubi ea remisisset* desunt in Gaertn. In quem errorem librarius incidit similitudine, terminationis vocum, erasisset, remisisset. Sed *conterriti hostium animi* præfert Harl. 2.

Et Velitræ auxere numerum colonorum] *Veltris* Leid. 1. et Harl. 1. *Velritis* Port.

Et Norbæ in montes novam coloniam, que arx in Pomptino esset, miserunt] Norbæ Plinius meminit (III. 5.) ubi de oppidis claris olim in Latio, Norbanos etiam prope Lavicanos in Latio, (ibid. panlio ante.) ut non existimem longe a Roma vel Norbam, vel Pon-

tinum fuisse: si quidem Norba arx in Pontino esse debuit, ut hic describit Livius. *Glar.* Non appetat ratio, cur ita potius scribatur, quam *Norbam*. *Duk.* De situ Norbæ consulendus est Cluver. Ital. Antiq. III. 8. p. 1018. et 1019. *in montis*, ut vulgo eodd. antiqu. multorum nominum casum quartum pluralem efferunt, est in omnibus, præterquam in Hav. membranis. *Tub.* in *Promptino* Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 1. et Port. in *Pontino* Voss. 2. Harl. 2. et Hav. Vide hoc cap. § 4. Tandem *et pro esset*, Harl. 1.

§ 7 *M. Minucio deinde et A. Sempronio consulibus]* Addendum utriusque iterum, quippe qui simul consules fuisse anno **cclvii.** ab urbe condita. *Glar.* Pal. 2. veniente in partem quoque depravationis Campano, *Appio Sempronio*. Gebh. De nota iterati consulatus utriusque consuli addenda Glareano adstipulatur Pighius in Annal. ad a. **cclxii.** p. 97. Verum quid de ea re sentiendum sit, supra aperni ad c. 16. § 7. Tum *deinde D. Sempronio* Hav. *deinde de Sempronio* Voss. 2. Ut uterque, præterquam quod male consulis alterius prænomen exprimant, etiam copulam inter utriusque nomina omittat. Sed supra vide ad c. 17. § 1. Hic eam servari debere puto, quod supersit in fide dignioribus.

Magna vis frumenti ex Sicilia advepta] Pal. 1. *ex Sicilia advepta*. Gebh. *Ex Sicilia advepta* etiam Voss. 2. Sed præstat longe vulgata lectio. Non tam enim Livio narrare propositum est, adveptum et exportatum frumentum ex Sicilia esse, quam simul, inde adveptum esse Romanum. Ceterum *ex Sitalia* Lipsiens. a.m. pr. pro quo a.m. altera emendatum est *ex Sitalia*.

Agitatumque in senatu, quantum plebi daretur] Pudendum et hic erratum. Legendum autem, *quanti plebi daretur*. Si quidem agitatum fuisse de pretio, quo frumentum plebi venderetur, sequentia satis indicant; et

illud in primis, quum dicit, ‘conditionibus laxandi annonam’ Patres omnia invitisi jura imposita potuisse demere sibi. Itaque qui istam scripti codicis lectionem amplectatur, exponet quod sequitur, ‘Si annonam veterem volent,’ et, ‘Ut tantur annona, quam furor suo fecere,’ de pretio veteri, et annonæ caritate. *Rhen.* Optime Pal. 1. *quanti plebi daretur*; reliqui male *quantum*, excepto Campano, qui edidit quoque congrue primo. *Gebh.* *Quantum*, ut olim edebatur, servant Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. Sed *quanti*, ut recte emendatum est, Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Klockian. et Gaertn. At in Voss. 1. a.m. pr. *quanti* quum scriptum fuisset, postea ejus loco *quantum* interpolatum est. De Oxoniensibus nihil constat. Quia tamen Hearne, in ed. Rom. principe *quantum* legi monens, de codicium a se Oxonii excusorum lectione nihil subjungit, eos *quanti*, ut edidit, habuisse suspicio est. Præterea *darentur* Gaertn. et Harl. 1. ut forte *darent* seribendum conjici posset, nisi reliqui a vulgato starent, quod probum est.

§ 8 *In primis Marcus Coriolanus, hostis tribuniciae potestatis]* *In primis M. Cor.* quasi *Marcus*, non *Marcius*, scribendnm foret, male Hav. Præterea *hostis trib. potestati* Leid. ambo et Voss. 1. Quod, si non verum est, certe a loquendi ratione, qua Livius uti solet, non alienum puto. Vide ad XL. 16. § 9. Fini vocis *potestatis* ideo adhaesisse potuit ultima litera, quod ab eadem incipiat vox sequens. Vide ad XL. 7. § 8. Video tamen, quibus *potestati* displicet, prætexere posse, inde natam esse eam lectionem, quod literam *s*, quæ in voce prox. initialis est, in fine hujus repete librarii neglexerint. Paullo ante recuperandique materia Gaertn. Hinc conjicie posset, scribendum esse *recup. vetera jura*. Non multum tamen huic conjecturæ tribuo.

§ 9 *Si annonam, inquit, veterem volunt*] *Voleant Leid.* 1. mendose. Hinc tamen suspicio est, librarium in cod. suo duplēm lectionem invenisse, primo in contextu *volunt*, et deinde literæ quartæ u suprascriptam fuisse literam *e*; ut indicetur, alios legere *volent*: eum vero utramque conjunxisse, scribendo *voluent*, sive quod, utra verior foret, per se videre non potuerit, sive etiam quod existimariit, suprascriptam literam *e* non indicium secundæ lectionis, sed a prioribus in voce *volunt* omissam esse. Sane *volent*, pro *volunt*, est in Harl. antiqu. Tum in Flor. *ret. pristinum reddant*, omissis verbis *volunt, jus*.

Cur ego plebeios magistratus] *Cur gº plebeios Leid.* 1. et Klockian. id est, *Cur ergo plebeios, quemadmodum est in Voss.* 1. et Harl. 1. quod tamen peccanti librario adscribendum est. Alibi autem saepe *τὰ ego et ergo commutantur*. Vide ad xxxvii. 53. § 11.

Cur Sicinium pollentem video] *Lege, potentem video.* Rben. Editur, *potentem pollentemque.* Sed omittit Pal. 1. *pollentemque*. Pal. tertio est insertum a dispari manu. "Pal. 2. ostentat *pallantemque*. Gebh. Olim edebatur *cur Sicinium pollentem video.* Froben. deinde 1535. Rhenani lectionem *cur Sic. potentem video* recepit, eaque obtinuit usque ad Gruterum, qui utraque juncta vulgavit *cur Sic. potentem pollentemque video*? Et quidem eadem lectio superest in Hav. Sed, voce addita, *cur Sic. potentem vi pollentemque video* habet Harl. 2. Quod ex manifesta librarii aberratione natum puto, qui forte usus est cod. in enjus contextu *potentem video* scriptum; *pollentem* autem vel *pollentemque* margini adjectum erat. Cum autem jam *potentem* et initium proximæ vocis *vi* scripsisset, mutata deinde sententia consultius putasse videtur, ut et lectionem marginalem reciperet, ideoque non deleto initio vocis, quam exprimere incepérat, (idque vel quod

delere oblitus sit, vel ne codicem lituris deformaret, et ita emtores deterreret,) adjecisse *pollentemque video*. Id vero inperitis hominibus, qui olim libris describendis victum quærabant, sollemne fuisse, monuit jam olim Muretus Var. Lect. xv. 9. Vide etiam Rhenan. sup. hoc lib. ad c. 18. § 4. et quæ notavi ad hujus lib. c. 12. § 4. dnobus locis. Inf. ad v. 28. § 13. ad c. 29. § 2. et alibi. Jam vero *potentem pollentemque* eodem modo dictum videri potest, quo sæpe 'potes pollesque' juncta obcurrunt et ap. Liv. et ap. alias. Sup. i. 24. 'Tantique magis ferito, quanto magis potes pollesque.' VIII. 7. 'Aderunt in tempore, Manlius inquit, et cum illis aderit Jupiter ipse, fœderum a vobis violatorum testis, qui plus potest polletque.' c. 33. 'Tribunos plebis appello, et provoco ad populum; eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero, qui certe unus plus, quam tua dictatura, potest polletque.' Plaut. in Asin. iii. 3. 46. 'Videtin', viginti minæ quid pollent, quidve possunt?' Et ita ipsum 'pollens potensque' ap. Sall. in Jug. c. 1. 'Ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est:' ubi non modo Curtius exemplis locum illustravit, verum etiam, 'pollere' ad vires insitas, constantes, et incorruptas, 'posse' ad virium exercitium pertinere, docnit. Ut tamen Livium nunc illa locutione uti non voluisse existimem, illud efficit, quod nullus præterea cod. duobus his, qui hand maximæ auctoritatis sunt, consentiat. Nam *cur Sic. pollentem video* præferunt Voss. 1. et Leid. 2. *cur Sic. potentem video*, ut Rhenanus in suo, et Gebhardus in Pal. 1. et a m. pr. in Pal. 3. invenerunt, habent etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. et, quem Hearne Oxonii consuluit, L. 1. Tot itaque codicum constanti consensu damnatum

pollentemque ex contextu ejiciendum judicavi. Præterea Harl. 1. qui, ut modo monui, *Cur ergo verbis proxime præced. ostentabat, hic etiam ridet, pro video, legit.* Sed utroque loco, certe hoc, omnino vulgatum præstat.

Tumquam a latronibus redemptus] Ab latronibus Flor. Leid. 1. et Voss. 2. Sed præpositionem non agnoscit Port. Paullo ante *sub jugo missus* Gaertn. Vide ad III. 28. § 11.

§ 10 *Diutius patiar, quam necesse est?]* *Diritiis patiar, quam necesse?* ultima voce exsultante, Lipsiens.

Tarquinium regem qui non tulerim, *Sicinium feram?]* Atqui paullo sup. c. 33. de Coriolano ita inquit Livius: ‘Cn. Marcius adolescens et consilio et manu promptus.’ Tempore igitur expulsorum regum adhuc impubis erat. Quare hæc verba Livii personæ melius congruebant, quam Coriolani. *Glar.* In tempora peccat Livius, ut videtur. Sed tanti non est. Antea ‘adolescentem’ fecit: at paullo post ‘senem.’ Sed explicari potest. *T. Faber.* Nihil hic in rationem temporis peccat Livius. Nam quum duodeviginti annos ab ejectione regibus ad hunc annum numeret, Coriolanus facile quadragenarius, aut eo major, esse potuit, utpote jam senator. Quod autem cum c. 33. ‘adolescentem’ vocat, id leve est: nam notum est, sic vocari etiam, qui non multo minores quadragenarii sunt. *Levius* etiam, quod addit Faber, paullo post ‘senem’ a Livio dici. Neque enim paullo post hunc annum ‘senem’ dicit, sed diu post, quum jam exacta ætate esset, c. 40. *tulerim recte exponi* potest feram, vel ferre possim, si nunc Romæ regnet; ut saepè alibi hoc tempus. *Duk.* C. Marcius hoc tempore vere adolescentem fuisse, ut eum cap. præced. adpellavit, etiam colligi potest ex Plut. in ejus vita p. 214. Eo enim teste, ἔτι μετάποιον ἀν prima stipendia fecit, quo anno cum Latinis, Tarquinium Superbum Roma

pulsum restituentibus, ad lacum Regillum pugnatum est. Si itaque jam tum mos obtinuit, qui postea observatus est, fuerit eo tempore octodecim admodum annos natus. Verum prælium illud cum Latinis secundum Dionys. Antiq. vi. p. 342. decertatum est A. Postunio, T. Virginio consulibus, sive A. U. C. CCLVIII. anno tertio decimo post Tarquinium ejectum, adeoque, quo anno Tarquinius ejicebatur, Marcius quinque annos natus erat. At secundum Livium sup. c. 19. Romani Latinos ad Regillum lacum devicerunt, T. Æbutio, C. Vetusio consulibus, sive A. U. C. CCLV. anno decimo post pulsum Tarquinium; unde patet, si hæc præferenda sit sententia, Marcius, quo tempore Tarquinius pulsus est, fuisse puerum octo annorum. Utra igitur placeat sententia, vix Marcio convenire posse videtur, ut dicat, se non tulisse Tarquinium regem. Donjatius tamen, hæc a Marcio, non tam suo, quam totius ordinis patriciorum nomine, dicta fuisse, existimat; eodemque modo explicandum esse, quod se a tribunis sub jugum missum conqueratur. Posteriorem Dukeri expositionem veriori puto, ut *tulerim* ponatur pro *ferrem*, vel *tulissetem*.

Secedat nunc, avocet plebem] *Advo-* *cet plebem* Voss. I. Leid. 2. Harl. 2. a m. 2. Gaertn. et Hav. a m. pr. Male. ‘Avocare plebem’ est eam sevocare seditionis caussa. Vide Gron. ad Liv. I. 6. § 1. Mox frumentum, pro frumenta, Harl. 2. et postea a. ter. rapuerunt, pro ter. a. rapuere, Gaertn.

§ 11 *Utantur annona, quam furore suo fecere]* In edd. pervulgatis hic verbum fruantur deest, inserendum hoc modo: *tertio anno rapuere: fruantur, utantur annona, quam fur.* *Fruantur, subandi ‘raptis.’* Nam ad priorem sententiam est referendum. Et est ironia. *Rhen.* Verbum fruantur ab omnibus nostris abest. Intrusit in vulgatis edd. ut fatetur, Rhenanus.

Gebh. Tot fruantur solius est Rhenani, explicatione ipsa ostendentis, quam sit hic incommodum. Subaudit enim ‘raptis,’ et ad priorem sententiam jubet referri. At id exsulat scriptis nostris veteribusque edd. post Curio-neu demuni receptum. Cancelletur igitur. ‘Furor’ autem quis, nisi seditionis? vel ex Virg. illo *Æn.* 1. 150. ‘furor arma ministrat.’ *Liv. sup. c. 29.* ‘Nihilo plus sanitatis in curia, quam in foro, esse.’ *Inf. c. 42.* ‘Patries satis superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse, largitiones temeritatisque invitamenta horrebant.’ Hoc est, ultro etiam et sine proposita mercede satis promte insanire et commoveri plebem. Perperam Rhenanus, *gratuiti furoris in multitudinem.* *Frontin. Strateg. I. 9.* ‘Cum legiones civium Romanorum perniciosa seditione furerent, consilio restituit sanitatem efferatis.’ Sic loquitur et *II. 5. ex. 18.* Seditio autem erat causa neglectae agriculturae, atque inde exortae famis. Paullo ante hoc cap. ‘Caritas primum annonæ ex incultis per secessionem plebis agris, fames deinde.’ Quare alibi audiemus virum doctum, qui non dubitabat rescribendum, *quam furto suam fecere.* Nec rapinam et direptionem vi palam factam esse ‘furtum’ concedunt jurisconsulti, neque ex eo, quod patriciorum ex agris ante triennium raptâ frumenta, fames plebi. *J. F. Gron.* *Fruantur*, quod primus Vascosanus ex Rhenani sive libro sive conjectura recepit, agnoscent quidem *Voss. I. et Leid. 2.* sed iidem contra omittunt *utantur*. Vicissim fruantur deest in *Voss. 2. Leid. 1. Harl.* utroque, *Port. Hav. Gaertn.* et *Hearni Oxon. L. I. 2. B. N. C.* Præterea *annonam, quam Leid. 1.* Antiquiores scriptores, *Plantum, Terentium, Catonem, Lucilium, aliasque ejusdem ætatis, ut et recentiores quosdam, qui archaismos illos adfec-tarunt, ita locutos esse, ut verbum ‘utor’ construxerint cum easu quar-*

to, verum est. Vide *Sanctii Minerv. III. 3.* in fine. Verum, *Livium eos imitatum* faisse, nondum comperi. Idem de Cicerone negat *Vossius Gramm. VII. 22.* Nihil itaque mutandum. Error promanavit ex fonte illo, quem indicabo ad *IV. 44. § 5. ex quo eodem etiam profluxisse censem-dum est, quod contra *annona, qua præferant Leid. 2. et Voss. 1. Insu-per furore suam fecere* Harl. 1.* Sed nihil mutandum. *Vir doctns, qui apud Gron. furto suam fecere, pro furore suo fecere, scribendum censebat, est Freinsheim.* qui videndus est ad *Flori III. 12. § 8.* Sed recte ab eo dissentit *Gron.* docens *furore* bic poni pro seditione, eamque causam fuisse, cur eo tempore cultura agrorum neglecta sit, cur artior annona facta sit. Eo sensu ‘furor’ supra est *c. 29.* ‘Agedum, inquit, dictatorem, a quo provocatio non est, creemus. Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescat furor.’ *XXV. 4.* ‘Nihil aliud a cæde ac dimicazione continuisse homines, nisi patientiam magistratum, quod cesse-rint in praesentia furori et andaciæ pancorum.’ *XXVIII. 24.* ‘Civilis alius furor in castris ad Sucronem ortus.’ *Anct. Epit. Liv. lib. LXI.* ‘C. Græ-chus, seditione tribunatu acto, qnum Aventinum quoque armata multitudine occupavisset, a L. Opimio con-sule, ex senatusconsulto vocato ad arma populo, pulsus, interemptus est, et cum eo Fulvius Flaccus consularis, socius ejusdem furoris:’ ubi etiam vide. *Justin. XIV. 6. § 17.* ‘Ferrum ab hostili bello in civilem sanguinem vertit, exemplo furentium manus ac membra sua ipsa cæsura.’ *Florus III. 12. § 7.* ‘Quæ enim res alia furores civiles peperit, quam nimia felicitas?’ ubi vid. *Duker.* et quos ibidem laudavit.

Audeo dicere, hoc malo domitos] Mu-tata distinctione *Audeo dicere hoc, malo domitos* Harl. 1. Sed præstat vulgatum. *Hoc malo, id est, artiore,*

quam furore suo fecere, annona.

Quam ut armati per secessionem coli prohibeant] Tò ut non adparet in Leid. 2. Deinde, agros post secessionem inserendum, margo codicis Port. indicat; ut sit 'per secessionem agros coli.' Sed illa vox per se satis intelligitur ex eo quod praecedit 'cultores agrorum fore,' neque nominativum repeti necesse est. Ceterum cultores l. c. agrorum fore præfert Klockian. Quid librarius notis l. c. indicare voluerit, ut intelligatur, Oedipo opus est: ego non adsequor.

§ 12 Haud tam facile dictu est] Tn, pro tam, Leid. 1. Ea vero nota indicatur tamen. Voces tam et tamen sæpe librarii perperam commutarentur. Vide ad Liv. xxii. 59. § 13. Sed haud A M facile dictum est Leid. 1. facile dictum etiam Flor. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. Leid. 1. et a m. sec. Leid. 2. Paullo post faciendum re fuerit Hav. Mox etiam ut neglectum a scriba Port.

Patres demerent sibi. Et senatui nimis] Patris Leid. 1. hinc Patribus factum est in Gaertn. et Hav. Tuin demeret Voss. 2. demerent et senatui. Nimis, mutata distinctione, Lipsiens.

CAP. XXXV. § 1 *Et senatui nimis atrox visa sententia est] Sententia visa est Harl. 2. Verbis seqq. etiam alio ordine et ira plebem præferunt, quibus usus sum, edd. ante Gron. 1678. quæ dedit et plebem ira, ad stipulantes codd. nostris.*

*Fame jam se sicut hostes peti] Omnes nostri Fame se jam. Gebh. Nec aliter, quam Gebhardi codd. habent omnes, quibus usus sum. Quare iis consentientibus obsecutus sum. Nihil aliud etiam voluerunt Hearnii Oxon. N. et C. nisi quod tamen in illis perperam scriptum sit *Famem se jam sicut hostes peti*. Id autem erranti librario adscribendum esse, patet ex scriptura cod. Gaertn. qui præfert *Fame se jam sicut hostes peti ac affligi*: quæ ultimæ voces ex glossa*

natae sunt. Vide ad iv. 55. § 5. Alibi etiam pati et peti in libris scriptis commutantur. Vide N. Heinsium ad Nason. Trist. Eleg. v. 2. 77. et quæ notantur ad Liv. iv. 31. § 5. Tum sicut hostes patriæ Hav. Præterea ciboque fraudari, omissa voce rictu, Hearnii Oxon. L. 1. *fraudare* habet Harl. 1.

Quæ sola alimenta ex insperato fortuna dederat] Melior prisca lectio dederit. Sigon. Dederit non modo constanter est in scriptis, sed et in editis, quos vidi, omnibus; ut nesciam, ubi Sigonius dederat repererit. Vox fortuna omittebatur in Hav. dederit fortuna transpositis vocibus est in Gaertn. quo sola alimenta in Lipsiens.

Ab ore rapi, nisi C. Marcio rincti dedantur] Mira videtur lectio, quæ in Leid. 1. superest, ab ore rapinis igneo Martio rincti dedantur. Proprius tamen adtendenti patebit, nihil aliud quani voces, quæ olim continua serie scriptæ erant, inperite divisas esse; quum dividi hoc modo deberent ab ore rapi, nisi Gneo Martio. Gneo, pro Cajo, præferunt etiam Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 1. et Port. Gneo Harl. 2. GN. Martio Hav. ni Gneo Martio Lipsiens. et Gaertn. Male. Vide ad c. 33. § 5. ni et nisi sæpe commutari, videbimus ad XXIII. 1. § 8. Vide etiam mox § seq.

§ 2 In exeuntem e curia inpetus factus esset] Pal. 2. de curia. Gebh. Nihil mutant nostri. De et e vel ex sæpe alibi commutantur. Vide ad XXI. 6. § 5. 'Exire e curia,' quemadmodum 'excussum e navi.' Vide ad XXXVII. 30. § 5. In genere verbis addi præpositiones, unde ipsa componuntur, supra dictum est ad Præfat. Liv. § 11. Mox nisi peropportune Voss. 1. Leid. 2. et Hav. Eadem varietas modo notata est § præc.

Ibi ira est subpressa] Lego ex fide vet. lib. ubi ira est. Sigon. Ibi ira est suppressa Campani ed. Sed Pall. trcs et Sigonius ubi ira est suppressa.

Gebh. Non opus est emendatione Sigonii: *ibi*, est tnm. Terent. Andr. II. 3. 5. ‘Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet.’ Ennuchi. II. 2. 30. ‘Ibi homo cœpit me obsecrare:’ et Hecyr. I. 2. 53. ‘Ibi demum ita ægre tulit.’ Duk. *Ubi ira est suppressa* Port. Hav. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Neque aliter ex editis præferunt Medioli. 1495. et Veneta 1498. *Tibi ira est suppressa* Leid. I. prima litera τοῦ *Tibi* perperam repetita ex fine vocis præc. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *ubi iræ suppressæ sunt* Hearnii Oxon. N. *ibi iræ suppressæ* Voss. I. Leid. 2. et Klockian. Nihil nuto: *ibi* est tnm. Vide ad VII. 23. § 4. *Ibi* et *Ubi* frequenter in libris manu exaratis confundi, videndum erit ad XXVII. 5. § 2.

Se judicem quisque, se dominum ritæ necisque inimici factum videbat] Prima vox aberat a Leid. 2. quæ, qnum idem codex mox, ut notatum est, *suppressæ*, pro *suppressa*, dederit, ab ultima syllaba vocis prox. intercepta est. Tum *quisque plebeius*, voce addita, Harl. 2. qui idem etiam, ordine alio vocum, *dominum necis ritæque præfert*: sed *nec quisque*, sive *nec q̄sq. pro necisque*, Leid. 1. Denique *inimicis factum videbat* Lipsiens. Sed ultima litera τοῦ *inimicis* nata est ex similitudine primæ, seq. vocis *factum*. Vide ad IV. 33. § 10. *inimici factum videbatur* Harl. 1. et Hav. a m. pr. An forte scriptum hi librarii invenerunt *videbāt?* quod non *videbatur*, sed *videbant*, erat reddendum. Alibi ita peccari, supra dictum est hoc lib. ad c. 26. § 4. *quisque videbant* vero Livio familiaris est locutio. Vide ad c. 22. § 7.

§ 3 *Sed adeo coorta erat infensa plebs]* Luxatae sunt voces hæ, ex vet. lib. ita ordinandæ, sed *adeo infensa erat coorta plebs*. Sigon. Nescio, quis ita vulgo has voces luxaverit. In nostris omnibus scriptum atque ex-

cusum est, *adeo infensa erat cohorta plebs*. Gebh. Panæas edd. consuluisse delhuit Gebhardus, qui nesciverit, quis vulgo has voces luxaverit. Quamvis enim ordo verborum reductus a Signonio omnium, quos vidi, codicem MSS. auctoritate confirmetur, typis tamen excusi, nisi forsitan ex eorum numero excipienda sit Campani ed. usqne ad Sigionum ab altera stant parte. *Cohorta autem, pro coorta, etiam Leid. ambo, Lipsiens. et Gaertn.* Vide ad c. 30. § 12. Præterea *infense erat coorta* coujicit Wasse ad Sall. Jug. c. 1. Sed cum omnibus scriptis et editis, qui in terminacionem adjectivi consentiunt, vulgatum præfero. Sæpissime adjectiva more Græcorum pro adverbii tum apnd alios, tum apud Livium, ponuntur. Sup. II. 30. ‘Romani contra, quia principio pugnæ quieti steterant, vi gentes corporibus facile adepti fessos:’ ubi quædam vide. c. 56. ‘Violatusque esset tribunus, ni et concio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem esset:’ et ita forte infra scribendum ex codd. multorum auctoritate III. 4. ‘Quum haud gravati venissent:’ ubi vulgo *grarate* editur. c. 5. ‘Quum primo quietus obsidionem passus esset.’ c. 22. ‘Quum Volsci, quemadmodum quieti vallo se tutarentur, pararent.’ c. 25. ‘Castris se pavidus tenebat.’ IV. 9. ‘Adversus quos infestior coorta optimatum acies, sequitur accensum injuria juvenem:’ ubi vide. XXII. 12. ‘Modo citato agmine e conspectu abibat, modo repente in aliquo flexu viæ, si excipere degressum in æquum posset, occultus subsistebat:’ ubi plura dicentur. Unus tantum Port. a m. sec. præfert *inoffensa erat coorta*. Sed illud *inoffensa natum* puto ex duarum lectionum *infensa* et *offensa* conjunctione; qualis erroris exempla passim in MSS. obvia sunt. Vide ad III. 44. § 4.

Ut unius pæna defungendum esset

Patribus] Novi, quomodo hæc interpretetur Budæns. Sed facile mihi persuadeo, esse in omnibus libb. corruptam lectionem, ideoque legendum, ut *unius pœna defigendum esset P.* Quid sit ‘defigere,’ disce ex his Persii verbis Sat. v. 17. ‘*ingenuo culpam defigere Indo.*’ Gebh. *Defungendum* constanter servant manu et typis descripti. Sed in prioribus verbis codd. exarati variant. *Vocula ut deest in Lipsiens.* *ut tutius pene habet Voss.* 2. *ut unius pœnae Hav.* 1. Leid. 2. et Port. *ut unius pene Hav.* et ita Voss. 1. a m. pr. in quo est *ut unius pœna a m. sec. pene,* pro *pœna,* habet etiam Lipsiens. *defigendum,* quod Gebhardus ex conjectura repositum volebat, me non intelligere ingenue profiteor. At recte ‘*ut defungendum esset P.* *unius pœna*’ exponit Budæus Adnot. ad l. II. § 12. ff. de Act. Emti, ut Marcii Coriolani damnatione ab illa populari consternatione liberandus esset senatus: ubi plura hujus locutionis exempla ex Livio profert, idque a Græcis ἀπαλλάττεσθαι et ἀπαλλάττει dici docuit. Vide etiam quæ notavit in Comment. Ling. Græc. p. m. 514. ‘*Pœna,* sive per pœnām, ‘*unius defungendum,*’ nempe periculo imminenti, seditione coorta, ‘*esset Patribus.*’ Vide etiam ad iv. 52. § 4.

§ 4 *Usique sunt, qua suis quisque, qua totius ordinis viribus]* *Usique sunt tunc Hav.* Tò sunt deficit in Lipsiens. Deinde tam suis quisque, quam totius Voss. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Et ita etiam Aldus edidit. In erratis tamen alteram lectionem prætulit: et recte. Inf. hoc lib. c. 45. ‘*Nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando.*’ x. 38. ‘*Cousul insignis L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua:* ubi etiam librarii plures tam et quam substituerunt. Vide quæ ad posteriorem locum notantur. *Usique sunt, qua suis quisque potuit, qua totius Gaertn.*

Tentata res est, si dispositis clienti-

bus absterendo singulos] Pal. 2. *abstrahendo singulos;* exponitque simul tò abstrahendo per insuper scriptum removendo. Gebh. *Temerata res est Flor.* *Tentata est res* Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Port. et Hav. *Tum si repositis clientibus Lipsiens, sed dispositis clientibus* Gaertn. *absterendo autem servant omnes nostri.*

A concionibus conciliisque, disjicere rem possent] Non contemnendum eratum hic irrepdit in exemplaria Liviiana. Scribendum, a coitionibus conciliisque, a verbo ‘coire,’ quod congregari significat. Sic III. 65. ‘Quum,’ inquit, ‘per coitiones potentiorum injuria fieret.’ Rhen. *A coitionibus* puto primum emendatum fuisse a Rhenano. Nullus vero nostrorum codd. secundas agere vult, quorum Pal. 1. a contionibus conciliisque dissidiisque dissistere rem: Pal. 2. quoque contionibus; et disjicere supra adficens, ‘*disjicere esse dirimere, tollere.*’ In Pal. 3. plane desperata visitur lectio, a comini contionibus conciliisque discicere. Legendum omnino dissicere: de quo verbo multa dixi adolescens Crepund. III. 7. Gebh. *Concionibus* præferunt Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. Voss. 2. et Voss. 1. a m. pr. in quo a m. sec. inter versus adscriptum est coitionibus. Et ita recte præferunt Flor. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et Klockian. Sæpius librarios in commutandis vocabulis concio et coitio obfendisse, videbinus ad iv. 13. § 9. Deinde conciliisque Flor. et Gaertn. conciliisque dissidiisque Voss. 2. Sed illud dissidiisque errore scribarum natum videatur ex seq. voce disjicere, enjus loco est dissicere in Voss. utroque, et Harl. 2. dissecere in Harl. 1. disicere in Leid. 1. discre in Leid. 2. Sed disjicere verum est. Quemadmodum librarii olim conicere, obicere, trucicere, pro conjicere, ojicere, trajicere, ita etiam disicere, quod in Leid. 1. superest, pro disjicere scripserunt.

Vide ad c. 10. § 9. Id postea ab aliis inperitus in *dissicere, discicere, discere* corruptum est. Vide etiam quæ notavi ad Sil. Ital. ix. 538. ‘Disjicere rem,’ ut ‘disjicere consilium’ xxv. 14. ‘Haec consilia ducis, quum jam receptui caneret, clamor militum, aspernantium tam segue imperium, disjecit.’ ‘Disjicere pacem’ Sil. Ital. ii. 294. ‘Oppida quassantur, longeque in moenia nostra Adrectæ Æneadum mentes, disjectaque pax est.’ ‘Disjicere cogitationem’ Vell. Pat. i. 10. ‘Cogitationem regiam Romana disjecit constantia.’ ‘Disjicere expectationem’ Sueton. Cæs. cap. 42. ‘De pecuniis mutuis, disjecta novarum tabularum exspectatione, quæ crebro movebatur, decrevit.’

§ 5 *Universi deinde processere*] *Dein* optimus cod. Leid. 1. quod præferendum videtur, et in contextum recipissem, si plurimum auctoritate firmaretur. Vide ad iii. 3. § 6.

Si innocentem absolvere nollent, pro nocente donarent] *Nollent absolvere* Gaertn. *Præterea darent* Leid. 2. et editi ante Aldum, qui *donarent* primus vulgavit. Hæc voces interdum in MSS. vett. commutantur. Ita i. 9. § 6. male cod. ex melioribus, *ut donaret Romulus, pro ut daret Romulus,* præfert. Similiter in Epit. Liv. lib. ii. unus cod. legit *libertatem donavit*, ubi recte reliqui codd. cum excusis *libertatem dedit*. Hic autem reliquorum codd. fide servandum *pro nocente donarent*. Liv. viii. 35. ‘Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit; sed, noxæ damnatus, donatur populo Romano, donatur tribuniciae potestati.’ Sil. Ital. xv. 602. ‘revocatus ad arma, Tot caesis ducibus, patriæ donaverat iram.’ Ubi vide quæ notantur. Flor. iii. 5. ‘Postquam dominerat ingratissimos, ut ipse dixit, hominum, in honorem tamen mortuorum sacris suis famæque donavit:’ ubi vide Duker. qui etiam eo sensu ‘dare’

usurpari evincit loco Livii vii. 20. ‘Cære sacrarium populi Romani, deversorum sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, hospitio Vestalium cultisque Diis darent.’ ‘Condonare’ dixit Liv. iii. 12. ‘Pater inter hos L. Quinctius, cui Cincinnato cognomen erat, sibi ut condonarent filium, orabat.’

§ 6 *Ipse quum die dicta non adisset, perseveratum*] Non persecuar nunc historiæ variationem, quæ ap. Dionys. longe luculentius, meo quidem judicio, quam apud Liv. narratur. Id, quod fuit necessarium ad hujus historiæ lucem, omisso videtur Livius, videlicet, quomodo judicium hoc perlatum novo ritu, nec antea consneto. ‘Tum primum,’ inquit Dionysius, ‘concio curiata ad ferenda suffragia a tribunis plebis vocata est, quum antea semper centuriata vocaretur.’ ‘Curiatan’ vocat, quando viritim feruntur suffragia: ‘centuriata,’ quando per centurias. Centuriæ autem erant cxciii. per sex divisæ classes, ut copiose antea dictum est. Et prima classis cum equitibus centurias habebat xcvi. Restabant igitur reliquarum classium xcvi. centuriæ. Hic nihil earum rerum observatum. Glar. Versio Dionysii, qua nsus est Glareanus, (Græcum enim ejus scriptoris codicem se inventire non potuisse, non semel queritur,) admodum inquinata ac vitiosa esse debuit; si quidem in contextu Græco legatur constanter vii. 463. in fin. ἐκκλησία ἡ φυλητικὴ, concio vel comitia tributa. Vide etiam hoc lib. ad cap. 56. § 2. Quare adsequi nequeo, quid Jac. Periz. permoverit, ut in margine Livii hoc e. ad verba ‘Tribuni diem dixissent,’ Dionysium, narrantem Marciū comitiis tributis damnatum fuisse, erroris accensaret, quoniam nondum tunc temporis comitia tributa extiterint: quum tamen Plutarch. etiam Marciū comitiis tributis accusatum narret in vita Coriolan-

ni p. 223. Sed nec recte Glareanus curiata comitia describit illa, in quibus viritim feruntur suffragia. Immo quemadmodum comitia centuriata erant, in quibus quisque in sua centuria; tributa, in quibus quisque in tribu sua; ita curiata fuerunt, in quibus quisque in enria sua suffragium ferebat. Mox absens et in Volscos exsul, addita vocula et, Gaertn. Tum pro minilans patriæ habet ministrans patriæ Flor.

Hostilesque jam tum spiritus gerens]
Ita recte Campani ed. Itaque male optimus alias Pal. 1. hostilemque jam tum spem gerens. Gebh. Pariter peccatur in Voss. 2. Vide ad iv. 54. § 6. *hostilesque tantum Lipsiens. hostilesque jam tā Harl. 1. De rōis jam tum vide ad i. 41. § 7.*

Venientem Volsci benigne excepero]
Gerens. al'venientem. Juvenem Volsci Lipsiens. Cujus librarius in contextu apographi invenisse videtur gerens. *Juvenem Volsci;* in margine vero ad vocem 'Juvenem' notatum 'al'venientem,' ut indicaretur, alias pro *Juvenem* legere *venientem:* quam utramque lectionem ipse verioris inperitus in contextum transtulit. Sed *Venientem* genuinum est. *Benigni excipere Flor. a. m. pr. et Leid. 1. benigni etiam Harl. 1.* Quod eodem modo dictum esse censeri potest, quo supra hoc cap. adeo infensa erat coorta plebs. Quum tamen *benigniusque sequatur, potius præfero benigne.*

Major ira in suos eminebat] In suos seminabat Voss. 1. et Leid. 2. Ultima litera vocis *suos* in capite proximæ vocis male repetita, librariis dein pronum fuit, ex seminebat dare *seminabat*, licet sine commodo sensu. *In suo seminabat Flor.* Mox crebroque Leid. ambo. Tum praciebantur Voss. uterque, Harl. 1. et Lipsiens. quomodo etiam Aldus in contextu vulgavit, qui tamen in erratis *principiebantur prætulit: perciebantur* Leid. 1.

- § 7 *Hospitio utebatur Accii Tullii]*
Hic vir *Attius Tullus* dictus est; ita ut *Tullus* prænomen, *Attius* nomen gentis esset, ut in 'Tullo Hostilio.' Quod antem dico, ex fide vett. librorum dico, et Græci exemplaris Dionysii, a quo Τύλλος Ἀττίος dicitur ubique; semel viii. p. 534. per mendum Τύλλος Ἀττίδιος: ut a Plutarcho in Coriolano p. 224. Τύλλος Ἀμφίδιος. Major autem etiam labes insidet in principio vitae Ciceronis, ubi Τύλλος Ἀππιός nominatur, pro Τύλλος Ἀττίος. [*'Reprehendit hoc Robort. Emendat. ii. 31.'*] Sigan. Pal. 2. *Antii Tulli:* reliqui duo *Attii Tullii.* Neque aliter Campanus. Gebh. *Actii Tulli Hav. et Gaertn. Actii Tuli Harl. 2. Adti Tulli Leid. 1. Atti Tulli Lipsiens. Atti Tulli Flor. Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. et Klockian. Atti Tullii Port. Attii Tullii Voss. 2. Sed verior videtur Siganii emendatio. Consule etiam Schottum ad Aurel. Vict. de Vir. Inl. c. 19. *Ἀττίος Τούλλιος* perperam etiam vocat Zonar. Annal. vii. 16. Præterea quum inter M. Minucium et A. Sempronium consules cap. præc. memoratos, et Sp. Nantium ac Sex. Furium, quorum mentio fit c. 39. duo paria consulum omittantur, eos ab ipso Livio omisso esse, sive memoria fignerint, sive consulto transcenderit, existimat Siganius in Fast. p. 25. et Schol. in Chronol. Liv. ad a. cclxiv. Contra Robort. de Conven. Supputat. Liv. c. 2. culpa librariorum prætermissa putat, idque se brevi ostensurum promittit, ubi Livius, quem sub prelo esse jaet, in publicum exisset, qui tamen numquam prodiit. Ejus sententiam probat Pighins, qui alterum par hic excidisse putat in Annal. Rom. ad a. cclxiii. p. 98. idque ita fere Livio interserendum esse conjicit: *Q. Sulpicio, Sp. Lartio II. Cos. Coriolanus hospitio utebatur, &c.* Contra, se Siganii potius sententiæ accedere, profitetur Perizon. in Animadv. Hist. c.*

11. Præterea τὸ ὑπεβατοῦν αὐτὸν adparat in Hav.

Longe istum princeps Volsci nominis erat] Expressa est hæc lectio in Campani ed. ac superscripta in solo Pal. 3. quum alias in ipso (ut vocant) textu exaratum sit, quemadmodum in reliquis duobus *Longe iste princeps.* Gebh. *Honor iste princeps.* Voss. 2. a m. pr. in quo deinde adscriptum pro var. lect. *Longe iste princeps.* Id posterius præferunt etiam Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. *Longe istum cum princeps Leid.* 2. At vulgatum servant Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. Mox *Romanis semper infestus antiqui,* quas vidi, edd. usque ad Aldum, qui dedit *Romanisque,* codd. scriptis eamdem lectionem probantibus. *Infestos* habet Gaertn.

Ita quum alterum vetus odium] *Itaque quum alterum* Voss. 1. et Leid. 2. Sæpissime has voculas in MSS. confundi, dicam ad **xxi. 53. § 7.** Id vero tanto facilius hoc loco accidisse censeri debet, quod ultima syllaba τὸν itaque vel ex proxima voce quum repeti, vel ab ea intercipi potuerit. Certe ita intercepitur **xxxviii. 40. § 7.**

§ 8 Haud facile credebant plebem suam impelli posse] Ego ob ea quæ sequuntur, sua vi libentius quam suam, legerim. *Sabell.*

CAP. XXXVI. § 1 Ludi forte ex instauratione magni Romæ parabantur] Illud haud reticendum duxi. Ludos, quos Livius *magnos* appellavit, Vallerius 1. 7. ex. 4. nunc *Circenses*, nunc *plebeios* vocat. Lactantius et ipse 11. 7. *Circenses* fuisse ait: unde colligitur, *Circenses, plebeios et magnos eosdem fuisse.* Pedianus ad Cic. in *Verr.* 1. 10. post exactos reges pro libertate plebisve reconciliatione institutos tradidit. Dionysius *Antiq.* 11. p. 99. et 100. significare milii videtur, *Circenses* fuisse eos, quos Romulus in Sabinarum assimilavit raptu. *Sabell.* Ludi acti erant, sed non rite: ideo-

que instaurantur. Porro hoc loco et novum annum et alios consules ponit Dionysius **viii. p. 482.** Livius omisit, aut ejus codex injuria temporum. Tale antem somnum Xerxis narrat Herodotus lib. vii. ab initio c. 12. et seqq. homo Græcus fabulam, Latinus historicus historiam scilicet. *Glar.* Pal. 1. concism admodum hæc repræsentat, *Ludi sorte exinstaurandi: hæc causa fuerat ludi.* Et tale quid deprehendit in suo archetypo Vormatiensi Rhenanus, ex quo suspicatur legendum *Instaurandi hoc caussa fuerat, subauditio ludos;* distinguitque, *Instaurandi hoc caussa fuerat. Ludis mane servum, &c.* Ego vero magis accedo vulgatæ, ut eleganter (nam Rhenani lectio valde est tortuosa) ac stabilitæ a Pall. duobus et Campani ed. Gebh. *Ludi forte ex instaurandi hæc caussa fuerat ludis,* reliquis mediis omissis, etiam Voss. 2. quæ neglecta sunt culpa librarii ob vocum *instauratione* et *instaurandi* similitudinem. Sed ab hujusmodi lectione plane diversa exstitit illa, contra quam Gebhardus existimavit, quæ in Vormatiensi obvia fuit Rhenano.

Instaurandis hæc caussa fuerat ludis. Mane servum] Archetypon docet, hic legendum esse *Instaurandi hæc causa fuerat, subauditur 'ludos.'* Deinde, quod sequitur, ita distinguendum, *Ludis mane servum quidam paterfamilia, &c.* *Ludis, hoc est, die lndorum magnorum. Rhen.* Pulchra et vera Livii scriptura Rhenano debetur; *Instaurandi hæc causa fuerat. Ludis mane servum.* Nisi quod male vult *hoc causa.* Lib. **xxvii. 39.** Hasdrubalis fratris Hannibal 'haud quam tam facilem maturumque transitum exspectabat: ea tardius movendi ex hibernis causa fuit.' Reliquum si intellexissent editores, utique approbassent. *Instaurandi servavit unns ex Pall. et Voss. 2.* Utitur vero et alibi Noster absolute. Lib.

xxvii. 36. 'Et plebeiis ludis biduum instauratum ab Q. Mamilio et M. Cæcilio Metello ædilibus plebis.' Sie etiam scribendum xxxi. 4. 'Ludi Romanī scenici eo anno magnifice apparetque facti ab ædilibus curulibus L. Valerio Flacco et L. Quinetio Flaminino : biduum instauratum est : non *instaurati sunt*. Porro *ludis* dicebant breviter, pro die ludorum, aut quo Iudi fierent. Cic. ad Att. i. 16. 'Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημαῖος sine ulla pastoria fistula auferemus.' Statis Noster, 'Sibi ludis præsultatorem displicuisse' ubi melior Siganus libris vett. suis, in quibus ait legi *ludi*. Sueton. Julio c. 39. 'Ludis D. Laberius eques Romanus minimum snum egit.' J. F. Gron. *Instaurandis hæc caussa fuerat ludis*: mane, quod Rhenanus ac Gronovius damnarunt, superest in Flor. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Hav. et Hearnii Oxon. B. et N. Neque inde multum differt lectio cod. Gaertn. qui *Instaurandis hæc caussa ludis fuerat. Mane præfert*. Verum *instaurandi hæc caussa fuerat. Ludis mane* Leid. 1. Harl. 1. et Port. quod recte viri docti probarunt. Male Rhenanum *hoc caussa fuerat* scribi jussisse, repetit Gronovius ad Seneca Consol. ad Marciam c. 19. et morem hunc, quo pronomina potius sequenti convenient, quam vel genere neutro proferuntur, vel præcedentibus respondent, variis exemplis illustrat. De pronomine relativo vide ad xxxii. 30. § 5. Rhenanus tamen culpæ, cuius insimulatur, immunis est; eaque unice conferenda in librarios, qui ejus adnotationes Lugduni ediderunt a. 1553. Eos vero recentiores secuti sunt, quum priores ex ejus mente aliquoties *hæc caussa fuerat* excuderint. Recte etiam *Ludis* exponitur die, vel tempore ludorum, quo Iudi edebantur. Infra xxxii. 26. 'Satis jam omnibus præparatis, ludis, qui Setiæ prope diem

futuri erant, spectaculo intentum populum adgredi statuerant.' xxxiv. 44. 'Ludis Romanis ædilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria secernerent a populo.' xxxix. 7. 'Ludis Romanis eo anno malus in cireo instabilis in signum Pollentiae cecidit.' Cic. de Harusp. Resp. c. 12. 'Si examen apum ludis in scenam venisset, haruspices adcieudos ex Etruria putaremus.' De Senect. c. 18. 'Quum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset.' ad Fam. x. 32. 'Ludis, quos Gadi bus fecit, Herennium Gallum histri onem, summo ludorum die annulo aureo donatum, in quatuordecim sessum deduxit : et paullo post, 'Ludis prætextam de suo itinere ad L. Lentulum proconsulem sollicitandum posuit.' Similiter 'gladiatoribus,' id est, quo tempore gladiatores vel ludi gladiatorii edebantur, adhuc ibid. 'Gladiatoribus autem Fadium quemdam, militem Pompeianum, quia, quum depresso in ludum bis gratis depugnasset, auctore se nolebat, et ad populum consergerat, primi Gallos equites inmisit in populum, deinde abstractum defodit in Indo, et vi yum combussit.' ubi videndi viri docti, et in primis Petr. Victorius. Si militer 'Latinis,' id est, quo tempore Latinæ celebrantur, Liv. xxxii. 1. 'Questi in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut adsolet, datam non esse.' xliv. 22. 'Ab hac concione Latinis, quæ pridie Kalendas Aprilis fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato, protinus inde et consul et prætor Cn. Octavius in Macedoniam profecti sunt.' Non aliter etiam *comitiis* est in MSS. ap. auctorem Epit. Liv. lib. xxvi. 'Quum comitiis apud populum quæreretur, eni mandaretur Hispaniarum impe rium.' Vide Jac. Gron. ad Liv. xxxi. 7. § 1. Ita *lectisternio*, pro tempore lec tisternii, quando lectisternum erat, ex ingenio emendabat Oudendorp. ad

Obseq. de Prodig. c. 61. ubi plura alia vide.

Servum quidam paterfamiliae] Quod ad loci emendationem attinet, adjicio illud, *Acronio*, vel, ut alii aint, *Atronio* patrifamiliæ nomen fuisse, qui servum sub furca ludorum die ceciderat. *Sabell.* *Paterfamilias* Voss. 1. et Leid. 2. Nihil muto. Inf. xxxiv. 2. ‘Si in sua quisque nostrum matrefamiliæ, Quirites, jus et majestatem viri retinere instituisset:’ ubi plura vide. Quem autem *Acronium* vel *Atronium* vocatum fuisse *Sabellicus* monet, *Autronius Maximus* dicitur apnd Macrob. *Saturn.* 1. 11. *Antonius Maximus* ap. Lactant. *Divin.* *Instit.* II. 7.

Sub furca cæsum medio egerat circa] *Sub furcam* Hav. a m. pr. Male. ‘*Sub armis*,’ ‘*sub signis*,’ ‘*sub jingo*,’ et similia apud Livium et alios frequenter obcurrunt. Valer. Max. I. 7. ex. 4. ‘*Servum snum, verberibus mulcatum, sub furca ad supplicium egisset.*’ Lactant. *Divin.* *Instit.* II. 7. ‘*Diverberatum servum sub furca medio circō ad supplicium duxerat.*’

Cæpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset] *Cæpti tū ludi, velut ea res ad rel. nihil pert.* Hav. *tñ*, sive *tamen*, et *iñ*, sive *inde*, inter se commutari, videbimus ad v. 18. § 8. *Tum vel de, pro velut,* Lipsiens.

§ 2 *Haud ita multo post T. Latino, de plebe homini, somnium fuit]* Plutarch. *Coriol.* p. 225. Dionysius Antiq. VII. p. 472. et Valerius I. 7. ex. 4. in relatione nominis Livio adstipulantur. Lactantius *Divin.* *Instit.* II. 7. *Tiberium Atinium fuisse tradit.* Sed in eo hand magnum vertitur discrimen. *Sabell.* Vet. lectio *Tito Latino*. Rhen. *Tito Latino* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. cum primis edd. *Tito Latino* Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Lipsiens. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. *Latino Klockian.* in quo inter versus adscriptum exstat *T.*

Latinio, quod præfert Flor. Quam lectionem, Rhenanum secuti, Froben. 1535. et multi recentiores ceperunt usque ad Grternum. Is vero in ed. postuma vulgavit Tib. *Atinio*. Unde patet, male Vorstium ad Valer. Max. I. 7. ex. 4. Gronovium hujus lectionis auctorem existimare. Variis modis etiam hoc nomen supra scriptum exstat in Epit. hujus libri, etiam apud alias auctores. Vide Pighium ad Val. Max. loc. laud. et J. Davisium ad Cic. de Divinat. I. 26. In Dion. Halic. etiam codd. scriptos modo *Tītōs Λατῖνος*, modo *Tītōs Λατῖνος* præferre, testatur Hudson ad VII. p. 472. *Pro haud ita, male audita,* Voss. 2. et Lipsiens. a m. pr. in quo manus altera vulgatum restituit. Præterea, pro *somnium*, est per *somnium* in Gaertn. et Hav. ut ita una serie et contextu legatur: *Haud ita multo post Ti. Atinio, de plebe homini, per somnium fuit visus Jupiter dicere.* Verum altera potius lectio genuina videtur, pro qua stant reliqui codd. nisi quod *somnum* habeat Port.

Visus Jupiter dicere, Sibi ludi præsultorem displicuisse] In exemplari scripto legitur, *Sibi ludis præsultatorem displicuisse.* Expone, *ludis*, hoc est, die ludorum magnorum. Et aptius vocat miserum illum servum, qui cæsus virgis per medium circum saltitaverat ex vehementi dolore, *præsultatorem*, quam *præsultorem*. Rhen. Quamquam legitnr in vett. libris *ludi*, probatur tamen magis *ludis*. Nam Dionysius Antiq. VII. p. 472. sic ait: *ὅτι μοι τῇ νεωστὶ πομπῇ τὸν ἡγούμενον δρχηστὴν οὐ καλὸν ἔδωκαν: id est, Nunzia, mihi proximis ludis præsultatorem haud bellum eos dedisse.* *Præsultatorem* autem vocat eum, qui quasi ludorum prima pars fuerit, qui, antequam ludi committerentur, saltaverit. Itaque Plut. in *Coriol.* p. 225. ait, *τὸν δρχηστὴν πρὸ τῆς πομπῆς.* Cic. de Div. I. c. 26. ‘*Præsultorem sibi non*

placuisse ludis.' *Sigon.* Lectionem *Sibi ludis præsultatorem displicuisse* probo: interim omnes codd. *ludi*: quod ex suo quoque adnotat *Sigoni*. Sed bene ista confirmatur auctoritate codicis Vormatiensis a Rhenano, et a *Sigonio* verbis *Dionysii*. In Pal. 2. nota exstat expunctionis literarum *ta*, ut sit *præsultorem*, quem admodum enim vocat Cie. Divin. 1. 26. *Gebh.* *Ludi* perperam servant Flor. Voss. 2. Harl. 2. Port. Hav. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. At *ludis* recte habent Voss. 1. Leid. uterque, Harl. 1. et Latinii Neapol. Deinde *præsultatorem* non modo omnes, exceptis Hav. et Lipsiens. codicibus, MSS. sed et pleraque, quas vidi, edd. preferunt. Mediolanenses demum 1495. tum Veneti 1498, hinc Ascensius 1516. et pauci alii *præsultorem* dederunt. Alterum itaque præfero, licet 'præsultor' vocetur ab aliis. Ita Val. Max. 1. 7. ex. 4. 'Sibi præsultorem ludis proximis non placuisse:' et Lactant. Divin. Instit. 11. 7. 'Cousulibus et senatu nunciaret, ludis Circensibus proximis præsultatorem sibi displicuisse.' Apud Cic. vero de Divin. 1. 26. quem locum landat *Sigoni*, Gruterns, ejusque exemplo plures, pro *præsultatorem*, ediderunt *præsulem*: quod idem etiam eadem restituerunt de Divin. 11. 66. 'Pervulgatum jam illud de *præsule*:' ubi antea etiam legebatur *de præsultore*. Et eadem voce, ad hanc historiam respiciens, usus est Arnobius Advers. Gent. vii. p. 216. 'Numquid aliquando tuos ludos minus sancte diligenterque perfeci? numquid aliquem *præsulem*, tuum numen qui obfenderet, ante te traduxi?' ut et eamdem historiam narrans ibid. p. 244. 'Jovem per insomnium dixisse, ut ad consules vaderet, *præsulem* sibi displicuisse monstraret:' et mox, 'Quum et ipsi proprium minaretur interitum, vi *præsulis* pergeret nun-

cius improbati.' 'Præsultare,' unde declinatur 'præsultator,' infra est vii. 10. 'Si tu permittis, volo ego illi belluae ostendere, quando adeo ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit.'

Nisi magnifice instaurarentur hi ludi, periculum urbi fore] Instaurarentur hi ludi, urbi per. fore Harl. 2. Voces hi ludi fortasse melius abfuturas, margini codicis sui adscriperat Ant. Perizon. Sed canssam non video: prætexi enim nequit, modo *ludis* præcessisse. Nam similiter in iunctio cap. quamvis præmisisset, 'Ludi forte ex instauratione magni Romæ parabantur;' subjungit tamen, 'Instaurandi hæc caussa fuerat. Ludis mane servum quidam paterfamiliae.' Et non abstinuisse Livium a repetendis vocibus, quibus modo usus erat, abunde docent quæ notantur ad 1. 3. § 9. Tà hi ludi constanter supersunt in omnibus libb. qua scriptis, qua excusis, nisi quod in nonnullis sit ii vel hii ludi. Præterea per. fore urbi Gaertn. per. orbi fore Lipsiens. De quo errore scribarum vide ad v. 19. § 11.

§ 3 *Quamquam haud sane liber erat religione animus]* In Vormaciensi codice e margine mebercule elegantem annotatiunculam (quæ Clementianum, sive hujus filium Flavianum Nicomachum Dextrum, sive Victorianum, certe veterem aliquem auctorem arguit) in medium contextum retulit scriba. Eam libuit hic subjungere in gratiam studiosorum. Habet autem sic: 'Ludi ex instauratione; quos displicuisse Jovi Latinus ab eo per somnum monitus ut nunciaret, debereque repeti; dum non vult magistratibus nunciare, taciturnitas orbitate punita est.' [Ita et in Flor. legitur, nisi quod absit τὸ διατάξις, et alia distinctione repeti, . . . nuntiare. Taciturnitas scribitur.] Rhen. Lemmata, olim margini ad-

scripta, sœpe in contextum a librariis recepta esse, pluribus exemplis videbimus ad vii. 40. § 4. Cur tamen Rhenanus lemma illud, quod codicis Vormat. contextum invaserat, veterem aliquem auctorem arguire existimet, non video. *Haud sane liberal rel. an.* habet Harl. antiq. librarii culpa duarum literarum repetitione neglecta. Ita pro *relicuit* MSS. plures præferunt *reliquerat* xxiii. 29. § 16. pro quo Gron. scribendum conjectit *reliqua erat*: ubi plura vide. *Liber erat a rel.* Harl. 2. Vide ad xxxvi. 17. § 13. Quum tamen alii nihil mutant, vulgatum servandum censeo; præsertim quod illa quoque non insolita Livio sit locutio. Infra iv. 33. ‘Equitem passim liberi frenis dispulissent equi’ et ita etiam alii. Cic. de Arusp. Resp. c. 6. ‘Quamquam vestrae domus, Patres conscripti, ceterorumque civium multo maxima ex parte sunt liberae religione.’ Ovid. Amor. ii. 9. 20. ‘Mittitur in saltus carcere liber equus.’ Trist. El. v. 13. 4. ‘Libera tormento pars mihi ne qua vacet.’

Verecundia tamen majestatis magistratum timorem vicit] Vet. lectio, pro timorem vicit, habet timorem injecit. Sigon. Sigonii codex recensissima notæ habet timorem injecit. Gebh. Prava et hic vet. lectio Sigonii, timorem injecit. Nam ‘timor’ Livio non refertur ad id, quod sequitur; sed est ipsa religio et metus Deum. Lib. xxvii. 12. ‘Turbata tota acies est, dein prorsus fusa, et, vincente pudorem metu, terga dabant.’ xxviii. 15. ‘Tamen, vincente verecundiam metu, terga extemplo data.’ xl. 3. ‘Exsecracionesque in regem, vincente odio nictum, exaudiabantur.’ Sall. Hist. iii. in conacione Lepidi. ‘Sed præter spem bonam ex vobis, quæ metum vicit.’ J. F. Gron. ‘Injicere metuni,’ ‘terrem,’ ‘trepidationem,’ ‘pavorem,’ pro excitare, in Livio obviae sunt lo-

cutiones. Infra hoc. lib. c. 50. ‘Palatique passim vaga, ut fit, injecto pavore, raperent pecora.’ c. 53. ‘Tantamque trepidationem injecit, ut, dum dispersi alii alia manipulatim excurrunt ad arcendam vim hostium, ea porta, cui signa primuni intulerat, caperetur.’ iii. 26. ‘Fœdati agri, terror injectus urbi est.’ v. 26. ‘Tantumque inde pavoris Faliscis injectum est.’ c. 28. ‘Tantum injecit pavoris.’ vii. 33. ‘Tum consul, trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus inmissis turbare prima signa hostium conatur.’ c. 35. ‘Vel silentio incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem injectnri.’ ix. 16. ‘Plus ea voce, quam armis intatis, terroris colonis injectum.’ xxvii. 28. ‘Hannibal magnum terrorem hostibus morte consulis unius, vnlnera alterius injectum esse ratus.’ c. 39. ‘Nobilitas coloniae induxit eum, magnum se excidio ejus urbis terrorem ceteris ratum injectorum.’ c. 42. ‘Ni cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor, ab tergo auditus, metum, ne intercluderentur a castris, injecisset.’ xliv. 11. ‘Si muros a parte alia scalis adortus, tumultu injecto, in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset.’ Ita ‘injicere contentionem.’ Vide ad iii. 64. § 6. Quum tamen præter Sigonii vet. cod. omnes alii MSS. vulgatum constanter servent, merito etiam Gronovius eam lectionem præferrandam censuit. Supra i. 13. ‘Cribibus passis, scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausæ se inter tela volantia inferre.’ Præterea vox majestatis non adparet in Gaertn. Mox nec in ora hominum perperam Leid. 2.

§ 4 *Intra paucos dies amisit] Inter paucos dies* Voss. 1. et Leid. 2. Male. Vide ad ii. 8. § 4.

Eadem illa in sonnis obversata species visa est rogiture] Pal. 1. eadem

illa somniis obversata species. Gebh. *Oversata specie* Leid. 1. *obversari species* Hav. in *somniis priscae edd.* pro quo Ascensius jam 1510. *somnis recepit.* Alibi hæc vocabula commutantur. Vide ad VIII. 6. § 11. Tum *cogitare* Lipsiens. a m. pr. pro quo manus altera recte in margine emendavit *rogitare*. Panllo ante *agr. animo* Gaertn. pro *aeg. animi*. Sed vulgatum verius est. De locutione ‘*aer animi*’ vide ad XXX. 15. § 9.

Satin' magnam spreti numinis haberet mercedem] Litera una ejecta, alia inserita, disjunctis etiam, quæ erant jungendæ, at in *magnam spreti nū in his hab. mer.* Leid. 1. *mer. hab.* Hav. *fati n' magnam est in Gaertn.*

Ni cat propere, ac nunciet consulibus] Quis hujus lectionis sit architectus non comperi. In omnibus tam scriptis quam cisis certe reperi, *ni ea propere annunciet.* Gebh. *Ni ea propere annunciet* etiam Flor. Voss. 2. Port. et Neap. Latinii; *ni ea prope annunciet* Hav. et Gaertn. *ni propere nunciet* Harl. 2. *ni ea in propere ac nunciet* Lipsiens. Sed vulgatum pertinaciter defendant Voss. 1. Leid. ambo, Harl. antiq. et omnes, quos vidi, excusi. Alternum enim in omnibus cisis superesse affirmans aperte falsus est Gebhardus, qui nullam aliam quam Romanam primam et Campani edd. consuluit. Ejus itaque lectionis non aliud, quam ipsum Livium, auctorem esse puto.

§ 5 *Jam præsentior res erat]* Habetur hæc lectio in Campani vulgatione. Ceterum variant prodigiose Pall. quorum Pal. 1. quæ præsenserat: *cunctantem.* Pal. 2. quæ *jam præsenserat:* *cunctantem.* Pal. 3. *jam præsenserat:* *cunctantem.* Gebh. *Nunciet*, vel *annunciet consulibus*, quæ *præsenserat* Voss. 2. Gaertn. et Port. *annunciet consulibus*, quæ *jam præsenserat* Hav. *nunciet consulibus:* *jam præsenserat* Harl. 2. *quam præsenserat* Lipsiens. Reliqni cold. Voss. 1. Leid. ambo, et Harl. 1. vulga-

tum servant, quod etiam vernum puto. Num de eo qui adest, qui præsens est, dubitari non possit nrum sit; hinc factum, ut ‘præsens’ ponatur pro certus, non dubius. Infra XL. 7. ‘Omnes se ire conclamavunt, præter eos, qui speculatoris ab se pulsati præsentem ultionem metuebant.’ XLV. 5. ‘Is quoque præsenti admoto terrore, modo minis, modo spe perlicere, ut se traderet, quum conaretur.’ Antea somnium id vanum credere potuerat; nupc, quum similis species iterum obversata foret, de ejus veritate dubitandi vix locus supererat.

Cunctantem tamen ac prolatalem ingens vis morbi adorta est] Suppositum est τὸν prolatalem: quod cum expositionis gratia margini adjectum fuerit, receptum æque est cum genuina lectione a scriba codicis Pal. I. *cunctantem tamen ac protelantem, prolatalem.* Vides ergo legendum esse, *tamen ac protelantem ingens vis morbi adorta est.* Nam ‘protelare’ non solum est ἀπελργειν, sed etiam ὑπερτίθεσθαι seu βραδύνειν. Gebh. *Protelantem ex meis unus* Voss. 2. Quod a Gebhardo probatum nolle. Vide, quæ infra notantur ad VII. 21. § 3. Prætereat *cunctantemque ac prolatalem* Gaertn. a m. pr. *cunctantem tum, pro cunctantem tamen,* Lipsiens. et Hav. Quam ob caussam voces *tum* et *tamen* frequenter in libb. vett. committentur, vide ad XXII. 17. § 5. Insper voce auctior *prolatantem rem* Harl. 2. Sed, absolute etiam verbum ‘*prolatare*’ a Livio usurpari, constabit ex illis exemplis, quæ infra d. loc. ad VII. 21. § 3. laudabo. Tandem *prolatante* Lipsiens. Sed ultimam literam *m* elicit prima syllaba vocis seq. Vide alia hujus erroris exempla ad XXXVII. 29. § 5.

§ 6 *Tum enimvero Deorum ira admonuit]* *Tunc enimvero* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 1. Port. et Hav. *Tuc enimvero* Gaertn. Vide ad II. 12. § 15. *Tunc enim vera Deorum ira*

Lipsiens. Male: *enim vero vox intensiva est, ad affirmationem vel negationem pondus addens; qua significatio vel in initio periodi ponitur, vel ut hoc loco, alia voce praecedente.* Vide hoc lib. ad c. 22. § 6. *Pro ira habet Flor. a m. pr. cura: a m. sec. jura.* Insuper τὸ ἡρακλεῖον exsulat a Leid. 1. ut librarius jungendum crediderit ‘admonuit Deorum;’ qua constructione sāpē Livius usus est. Infra v. 46. ‘Locus ipse admonebat Camilli.’ viii. 28. ‘Dein, postquam adsperrnabantur flagitium aures, ininis territare, atque identidem admonere fortunæ.’ x. 27. ‘Victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiæ et conditoris nostri admonuit.’ xxxi. 43. ‘Ni Damocritus, nunc belli, quod instaret, nunc futuræ solitudinis admonens, partem juniorum castigando domi continuisset.’ Verum bic tamen τὸ ἡρακλεῖον puto.

Fessus igitur malis præteritis instantibusque, consilio propinquorum adhibito] Malis præteritis instantibus, exclusa particula que, Gaertn. Instantibus usque Flor. Tum consilioque propinquorum Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. et Hav. Melius tamen esse puto, ut copula omittatur, siquidem cohærere videantur ‘consilio propinquorum adhibito quoniam exposuisset.’ Vox consilio desideratur male in Lipsiens.

Obversatum toties somno Jorem] Pal. 2. in somno. Gebh. Supra hoc cap. ‘Eadem illa in somnis obversata species visa est rogitate.’ Nullus tamen eorum, quibus utor, agnoscit præpositionem. Contra obversatum præferunt Voss. 1. Leid. ambo, Gaertn. et Hav. solito errore, ex literarum transpositione nato. Vide ad vi. 17. § 4.

Minas irasque cælestes repræsentatas casibus suis exposuisset] Stabilita est hæc lectio editore Campano. Pall. bini, repræsentatis casibus suis. Si quid mutandum, non alienus sum a

scriptura Pal. 1. *repræsentantibus casibus suis exposuisset.* Gebh. *Repræsentatis casibus suis* Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et ed. Aldina, ad eujus caleem tamen inter errata *repræsentatus* probatnr. *Repræsentantibus casibus suis* Voss. 2. *repræsentatas suis casibus* Leid. 2. *repræsentantibus*, quod vix in uno vel altero cod. superest, ob dissentientium librorum et numerum et fidem probari nequit. Servandum itaque *repræsentatas*, quod elegantiores sensum reddit, quam, quod alii habent, *repræsentatis*. ‘Repræsentare pretium’ dicuntur, qui presenti pennia, non in diem solvunt. Hinc ad alia locutio transfertur, et ‘repræsentari’ dicuntur, quæ non differuntur, sed mox in opus et effectum adducuntur. Vide Vorst. ad Justin. xi. 12. Gron. de Pecun. Vet. 1. 6. et viros doctos ad Frontin. Strateg. 1. 11. ex. 2. Præterea *retulisset*, pro *exposuisset*, Harl. 2. quæ alterius lectio expositio marginalis fuit, et deinde vera scriptura locum perperam invasit. Tota vox a m. pr. exsulabat a Lipsiens. postea a m. sec. margini adscripta; qui idem cod. etiam, transpositis vocibus, legit *iras minasque*.

Consensu inde haud dubio omnium] Pall. *dubie*. Gebh. τὸ inde omittitur in Hav. Ad hæc *haud dubie* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *haud dubiæ* Flor. et Port. *aut dubiæ* Leid. 1. *aut dubie* Lipsiens. *haud dubiu* Harl. 1. Sed præstat, quod editur.

In forum ad consules lectica desertur] Pal. 1. ac 3. *affertur*. Ceterum Pal. 2. negat huic Tito Latinio lecticam fuisse. Inde refert *lectio i affertur*. Gebh. *Lecto* Voss. 2. Harl. 2. Port. Hav. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et C. *lectio* Leid. pr. Sed *lecticam* vel *lecticulum* quasi *conspirantes* in hac historia memorant Cic. de Divin. 1. 26. Val. Max. 1. 7. ex. 4. Lactant. Divin. Instit. 11. 7. et

Macrob. *Saturn.* 1. 11. *Præterea 'defertur ad consules,' ut 'deferre ad urbem' iv. 19. 'Ex agro Veientano ingentem detulit prædam ad urbem.'* In nullo tamen meorum codicium (Flor. excepto) ea lectio existit. Nam *infertur* habent Lipsiens. Gaertn. et Harl. 2. xxiv. 42. 'Scipio lecticula in aciem inlatus conflixit.' *Adfertur* Leid. 1. *affertur* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. In Pal. 2. apud Gebhardum utraque lectio *infertur* et *affertur* exprimitur. *Præterea delatus* mox sequitur verbis seqq. quare *adfertur*, tot insuper codicium auctoritate munatum, præstare videtur. Et ita Livius morem toties usurpatum servabit, ut verbo cum præpositione *ad* composito eamdem tamen iterum jungat. Ita 'ad id adjicere' ii. 27. 'adesse ad limen' c. 48. 'adfigere ad terram' iv. 19. § 4. ubi vide quæ notantur: 'ad vocare ad concionem,' de quo vide Gron. ad xxvi. 48. § 13. 'adequitare ad suos' xxxv. 35. 'adjectæ ad hunc numerum' xliv. 28. 'ad ultimum discrimin adducere' xlv. 8. 'res ad eum adventura' ibid. c. 19. Vide plura ad Præfat. § 11. *Delatus* tamen servant Cic. Laet. et Macrob. locis laud. Sed plerorumque eorum aliam rationem esse censeri posset. *Perlatus* habet Arnohius lib. vii. advers. Gentes p. 244.

§ 7 *Inde in curiam jussu consulum delatus]* *Inde cum in curiam jussus* Leid. 1. Tum *consulis* Harl. 2. et plures ex vett. edd. quem errorem ex notis ortum esse, dicendum est ad x. 10. § 2. Certe mox *consules* numero multitudinis præcessit. Tandem *delatum* Voss. 2. qui paullo post etiam præfert enarrans: *sed ecce aliud:* quod dormitantis librarii somnium habendum est.

§ 8 *Pedibus suis domum rediisse traditum memoriae est]* Concise Pall. 1. ac 3. *redisse*, ut et Campanus. Gebh.

Delph. et Var. Clas.

Domum redisse Voss. interque, Leid. 2. et Port. cum omnibus, quas vidi, edd. antiqq. usque ad Lugdunensem 1553. quæ prima rediisse vulgavit. Et ita reliqui codd. nisi quod rediisset male sit in Leid. 1. repetita in fine vocis prima sequentis litera. Qui error saepe in Mss. committitur. Vide ad Liv. xl. 7. § 8. *Tum memoriae traditum est* Harl. 2. sed *traditum* perpetram omittitur in Lipsiens.

CAP. XXXVII. § 1 *Ludi quam amplissimi ut fierent, senatus decernit. Ad eos ludos, &c.]* Et hoc loco Dionysius initio lib. viii. et novum annum et novos resert consules. In Livii codice ea omnia omissa, ut jam diximus de priore anno. Glar. Secundum par consulum, quod in Livio omissum esse viri docti observarunt, hoc modo inseri posse existimavit Pighius in Annal. ad an. cclxiv. p. 98. *'Ludi quam amplissimi ut fierent, senatus decernit.* C. Iulio deinde et P. Pinario consilibus ad eos ludos,' &c. Addit tamen, se non istud penitus adfirmare, sed tantummodo suspicari. Quæ vero Siganii et Perizonii de priori consulum pari omissa sententia fuit cap. præc. § 7. eadem etiam erat de hoc altero. Ceterum *senatus decrevit omnes codd. quibus usus sum.* Id itaque tot Mstrom fide recipiendum putavi.

*Auctore Attio Tullo] Attio Tullio Flor. et Voss. 1. Attio Tullio Port. Attio Tullio Leid. 1. Actio Tullio Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. cum priscis edd. *Actio Tullio* Hav. *Acrio Tullio* Voss. 2. *Atio Tullio* Harl. 1. *Actio Tulo* Harl. 2. Vide ad cap. 35. § 7. *Mox etiam § seq. Tullius omnes memorati codd. præter Harl. 2. et Hav.* *Præterea Jovis magna, pro vis magna,* Lipsiens. *Sed primæ duæ literæ τοῦ Jovis perperam repetitæ sunt ex fine præced. vocis Tullio.**

Priusquam committerentur ludi] Hæc verba deerant in Port. priusquam mitterentur ludi Harl. 1. *committentur*

Livius.

19 A

Lipsiens. a m. pr. De caussa erroris vide hoc lib. ad c. 56. § 7.

Dicit esse, quæ secreto agere] Quæ agere secreto Voss. 1. et Leid. 2. dicit esse, quo secreto Lipsiens. De enjus mendæ origine dicam ad iv. 44. § 5. et cap. 47. § 3. Ceterum inde natum puto, quod est in Harl. 2. dicit esse, quod secreto. Sed sequor meliores, qui nihil mutant.

§ 3 *Invitus, inquit, quod sequius sit, de meis civibus loquor]* Varro in Tanaquile: ‘Non modo absens quicquam de te sequius cogitabit, sed etiam ruminabitur hūmanitatem.’ Vide Cujac. Observ. 1. 3. Klock. Pall. 1. ac 3. *quos sequi vis sit.* Campanus *quos sequi jus sit.* Pal. 2. vero, *quod sacerum sit:* erasque est, quæcumque fuerit lectio. Nam ad marginem sacerum exponit σκαιόν. Forte fuit *quod scacerum sit*, vel *quod scacerius sit.* Gebh. *Intus, inq. pro invitus, inq.* Flor. *Tum quod secus jus sit* Gaertn. *quod sequi vis sit* Lipsiens. *quod sequi jus sit* Voss. ambo, Harl. 2. et Port. *quot sequi jussi* Leid. 2. et Neap. Latinii. *quos sequi jussi* primæ edd. usque ad Mogunt. quæ recepit *quod sequius sit.* Sigonius in pr. ed. Scholiorum monuit, se in vett. libb. invenisse *quod sacerum sit;* ex eo vero se legendum putare *quod scacerius sit:* quæ in edd. subsecantis postea omittenda duxit. Sed lectio Moguntina vera est. Ita *sequius* in malam partem accipi debet apud Colum. III. 4. ‘In eo consistit, melius, an sequius terræ mandaverit pater familias pecuniam.’ Hoc modo, pro *segnius*, ex lib. veterissimo emendat Heinsius ad Nason. Met. II. 809. ubi non *secius*, pro non aliter, multis illustrat. Alia exempla, ubi *sequius* eodem, ut lie, sensu obcurrat, vide apud Pricæum ad Apol. Apolog. pag. 187. Similiter etiam *secus* usurpari Gron. infra doceat ad VII. 6. § 8. Præterea τὸ inquit deest in Leid. 2. Quam similesve voces sæpius omitti, infra docebo ad XXIII. 45. § 6. Hic

tamen ob reliquorum codd. qui id omnes tuerintur, auctoritatem servari debet.

Non tamen admissum quidquam ab iis criminatum venio, sed cantum, ne admittant] Non tantum Voss. 2. sollemnè librariorum lapsu. Vide ad III. 46. § 1. *Tum amissum et mox amittant* Voss. 1. a m. pr. pro quo inter versus adscriptum *comissum* et *committant*. *Commissum* et *committant* habet etiam Leid. 2. Utrumque et ‘*committere*’ et ‘*admittere*’ in hac re usitatum est, quum apud alios, tum etiam apud Livium. ‘*Committere*’ mox hoc cap. ‘*Memini, quid per eamdem occasionem ab Sabinorum juventute in hac urbe commissum sit.*’ x. 19. ‘*Non committam, ut, quid vos velitis, obscenum sit.*’ XLII. 50. ‘*Nec committendum, ut in aleam tanti causus se regnumque daret.*’ ‘*Admittere*’ XXXI. 46. ‘*Non plures tantum Macedones, quam ante, tuebantur urbem arcesque, sed etiam præsentioribus animis, et castigationibus regis in admissa culpa et simul minarum simul promissionum in futurum memores.*’ XL. 8. ‘*Aut conficti aut admissi criminis labem apud meos inventurns.*’ Vide Munker. ad Lactant. Narr. Fab. VI. 1. Quum itaque ejusdem sint potestatis, sæpius etiam a librariis commutari solent. Vide ad XL. 8. § 8. Verum quoniam hic plures ac meliores a vulgato stant, id etiam præferre non dubito. Deinde ab iis quidquam Leid. 1. Tandem *sed timeo ne admittant* Harl. 2. quod ex interpretatione margini adscripta natum videtur. *Sed tantum ne admittant* Lipsiens, qui error profluxit ex similitudine literarum *c* et *t*, *nt* et *u* atque *n*. Alibi sæpe ‘tantus’ et ‘cautus’ in MSS. confunduntur. Vide quæ notavi ad Sil. x. 234.

§ 4 *Nimio plus, quam velim] īmo plus,* quam velim Gaertn. Male. Cic. I. x. ad Att. in epist. Antonii, quæ sequitur epist. 8. ‘*Quia te nimio plus diligo,*

non possum dissimulare, mihi famam quoque magni esse.' Liv. XXXIX. 40. 'Simultates nimio plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas.' Ita 'nimio major' XXIX. 33. 'Multitudine, quæ nimio major erat, Syphacem juvante.'

Nostrorum ingenia sunt mobilia] Male nostra *ingenia* Leid. 2. Loquitur enim de civium snorum *ingenii*, non etiam de suo. Mox *sentimus*, pro *sensimus*, Voss. 2. et *multis* jam c. *sens.* pro *multis* id *clad.* *sens.* Flor.

§ 5 Quippe qui non nostro merito, sed *vestra patientia, incolumes sumus*] Legendum *incolumes simus*. Rhen. Qui non inde merito Gaertn. Deinde sed *nostra patientia* Voss. 2. Lipsiens. et Port. a m. sec. sollemini librariorum errore. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Præterea *incolumes simus* omnes nostri præter Flor. a m. sec. Leid. 2. Gaerto. et Hav. qui alterum servant. Supra *Præfat.* 'Quippe qui quum veterem tum vulgatam esse rem videam.' I. 35. 'Se non rem novam pere; quippe qui non primus, quod quisquam indignari posset, sed tertius Romæ regnum peregrinus adfecet.' III. 11. 'Nec fere seniores rei intererant, quippe quæ non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciæque esset.' cap. 39. 'Nec nomibus homines tum pertæsum esse, quippe quo Jovem adpellari fas sit.' XXVI. 48. 'Quippe qui et acie dimicassent, et capienda urbe tantum laboris periclique adissent.' XXXVII. 7. 'Dilationem nihil ad præsentia mala, quippe quæ ultima essent, adjecturam:' ubi alia vide. Et cap. 20. 'Ægre id permittente Attalo, quippe qui centum equitibus adversus trecentos, mille pedestibus cum quatuor millibus pugnatrum cerneret.' Attamen et altera constructio obcurrit III. 6. 'Discessere socii, pro tristi nuncio tristiorum domum referentes; quippe quibus per se sustinendum bellum erat.' et cap. 53. 'Quippe

qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis.' Hic tamen et plures et meliores codd. sequor. Mox *rd* nunc aberat ab excusis vett. quod addidit primus Aldus. Eamdem voc. servant omnes scripti. In Gaertn. tamen alio ordine est, *Magna nunc hic Volscorum multitudo est.*

§ 6 *Memini, quid per eamdem occasionem ab Sabinorum juventute]* Nemini Harl. 1. Tum *inquit*, pro *quid*, Voss. 1. a m. pr. Sed ipsam vocem *quid* omittit Leid. 1. quemadmodum vocem per Harl. 1. a *Sab. juv.* habent Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. ab *Sabinorum juv.* Lipsiens. Deinde in *hanc urbem comm.* Klockian. Quæ omnia errantium librariorum deliria habenda sunt, ut et quod mox *consulte*, pro *inconsulte*, præferat Harl. 1. *Inconsulto* est in *censis antiquis*. Vide ad IV. 37. § 8. Sed pro eo Aldus *inconsulte* recipit. Et ita reliqui omnes codd. nisi quod, ordine mutato, *temere ac inconsulte* sit in Lipsiens. Male. Vide ad x. 36. § 17.

Hæc, nostra vestraque caussa, prium dicenda vobis, Consules, ratus sum] Castiga *prius dicenda vobis*. Rhen. Pal. 2. *vobis consulibus*. Pal. 3. *vobis consulto*. Gebh. *Hæc nostra caussa vestraque* Harl. 1. *Hæc vestra nostra que caussa* Lipsiens. et Gaerto. Quorum librarii forte existimare potuerunt, non oportere Attium Tullum se et Volscos suos ante Romanos nominare. Verum frustra. Vide ad XL. 10. § 5. Tum *prius dicenda*, ut Rhe-nanus legit, omnes omnino, quos adhibui, codd. Deinde *vobis consulto* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Port. *vobis consulibus* Voss. 2. Harl. 2. et priscæ edd. usque ad Moguntinos, qui ambigue ediderunt *vobis Coss.* Eorum exemplum alii imitati sunt, donec Froben. 1531. *vobis, consules daret*, quem recentiores seculi sunt. Et ita est in Harl. 1. Gaertn. et Hav. Sed ambigue etiam *vobis cons.* Leid. 1. Id compendium autem sæpe male

ab inperitis librariis intellectum est. Vide ad Liv. x. 10. § 2. Denique ratus, sic quod a me attinet Harl. 1.

§ 7 Ne cuius facti dictique contagio-ne præsens violer] Pro dictique, repone dictive. Rhen. Dictive etiam omnes codd. mei. Sæpe voculas que et re confuderunt librarii. Vide ad xxiv. 10. § 2. Præterea nec cuius dicti fac-tive, immutato ordine, et primæ voci a fine adhærente litera, quæ sequentis est initialis. Vide ad xl. 7. § 8. Tum ne cuiusquam facti dic-tive Gaertn. Male. Infra iii. 54. ‘Factum senatusconsultum, ne cui fraudi esset secessio militum plebis-que.’ iv. 55. ‘Certo tamen pacto, ne cuius ratio haberetur, qui eo anno tri-bunus plebis esset.’ Et infinitis locis. Deinde præsens contagione violer Voss. 1. et Leid. 2.

§ 8 Ut urbem excederent Volsci] Vet. lib. urbe excederent, Sigon. Dixi, recentissimum esse Sigonii codicem, ac per omnia fere consentire Palati-nu 2. qui et hoc loco habet, ut urb excederent Volsci, ut et Camp. Gebh. Et urbem excederent Leid. 1. solemni in membranis vetustis commutatione vocalium ut atque et, de qua vide ad xxi. 2S. § 8. Sed rō ut omisit librarius Lipsiens. quod reliqui om-nes constanter servant. Deinde ur-be excederent etiam Ant. Periz. se inalle, oræ Livii adscripserat. Et ita præferunt Harl. antiq. Gaertn. Port. a m. sec. Hearnii Oxon. B. L. 2. C. et prisæ edd. ante Aldum, qui primus urbem excederent admisit. Aldo autem consentiunt Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. et Harl. 2. Et hanc locationem, a Livio sæpius adhibitant, sed non raro a scribis corruptam, eidem variis locis Gron. restituit. Vide quæ notavit ad Liv. xxiv. 3. § 15. et c. 20. § 10. xxxiv. 28. § 12. et xlv. 10. § 14. Et forte eadem restituenda est ex vestigiis codicium infra x. 18. ‘Quæ te cau-sa, ut provinciam tuam excederes,

induxit.’ et xxxiv. 9. ‘Hispanum neminem in urbem recipiebat: ne ipsi quidem temere urbem excede-bant.’ xxxviii. 7. ‘Amphilochiam excessit, atque in Macedoniam redi-it.’ Quibus locis alia vide, ut et apud Burmann. ad Nason. Met. x. 469. Silius Ital. xiv. 493. ‘Hic ævo quamquam nondum excessisset ephē-bos.’ Ubi quædam notavi. Ita et nonnulli codd. quibus Oudendorp. nusus est, exhibent apud Frontin. Strat. i. 5. ex. 5. ‘Quum excedere Italianum, et transferre bellum propo-suissest.’ Pari ratione ‘egredi ur-bem’ Livius maluit sæpe. Vide ad xxix. 6. § 4. Præterea urbe dece-de-rent prefert hic Hav. Paulo supra sup. movet pro sup. movit Flor.

Pracones dimittuntur, qui omnes eos proficiisci] Dimittentur Leid. 1. dimit-tunt Leid. 2. Vide ad x. 10. § 1. Mox ut omn. eos Flor. qui eos omnes Hav. Vox eos abest a priscis editis, quam addidit primus Aldus: ei vero favent codd. scripti.

§ 9 In hospitia perculit] In hospitio Hav. Male: discurrebant, sed in hos-pitia quisque sua. Tum pertulit Voss. 2. pertulit Leid. 2. Facilis hic et in MSS. passim obvius error est. Vide ad xxxv. 27. § 16.

Indignatio aborta, se, ut conscelera-tos contaminatosque] Indignatio adorta Harl. 2. et Lipsiens. indignatio aborta Leid. 2. et Harl. 1. Ejus aberratio-nis plura exempla in MSS. obcurrrunt. Ita ‘abequitare’ et ‘obequitare’ commutantur ii. 45. § 3. ‘abiit’ et ‘obiit’ c. 46. § 4. ‘olijacere’ et ‘ab-jacere’ c. 65. § 4. ‘obstinatus’ et ‘abstinatus’ eod. loco § 5. ‘ablatus’ et ‘oblatus’ iii. 4. § 2. De eodem librariorum errore vide quæ etiam notantur ad Sili. xvi. 306. Tum se omittitur in editis priscis, quod pri-mus insernit reliquæ orationi Aldus, ad stipulantibus libris scriptis. Deinde de ut sceleratos Lipsiens. et Haverk. At ‘conscelerare’ et ‘consceleratus’

alibi Liv. usus est. Ita viii. 18. ‘Prodigi ea res loco habita, captis que magis mentibus, quam consele-ratis, similis visa.’ xl. 8. ‘Agite, consele-rate aures paternas, decer-nite criminibus, mox ferro decretu-ri’ et alibi. Apud Cic. aliosque optimos scriptores eadem vox etiam saepe obcurrit. Mox a ludis Gaertn. pro ab ludis.

Cætu quodammodo hominum Deorum que abactos esse] Pal. 1. *cætu quodammodo hostium*, hoc est, hospitum, qui homines. Gebh. Illud *hostium*, quod Gebhardus in Pal. 1. notavit, ex errore natum est. Alibi enim voces ‘hostes’ et ‘homines’ inter se com-mutantur in membranis vetustis. Vide ad xxiv. 40. § 14. Ultima etiam vox, quam constanter servant codd. scripti, abest a priscis excu-sis ante Aldum, qui primus adjecit.

CAP. XXXVIII. § 1 *Continuato ag-mine irent*] *Continuato ogmine abirent* Hearnii Oxon. B.

Prægressus Tullius ad caput Ferentini] Libro priore c. 51. de morte Turni Herdonii ‘aquam Ferentinam’ appellat, hic vero *caput Ferentini*. Libro autem vii. 9. ‘Hernicorum oppidum Ferentini’ asserit: et eodem libro c. 25. anno ab urbe condita ccccvi. ‘ad lucum Ferenti-næ’ ait Latinorum concilia habita. Sed de hoc etiam antea. Glar. Pri-ore libro c. 51. ‘capit aquæ Ferenti-næ’ dixit, ad quod Turnum Herdoniū dejectum fuisse narravit. Eo-demque libro c. 50. ‘Lucum Ferenti-næ’ nominavit, ad quem convenisse Latinos scribit, parique ratione vii. 25. ad ‘lucum Forentinæ’ Latinorum concilium tradit esse habitum. [‘Hæc omnia in annotationibus Gla-reani inveniuntur, quare dissimulan-da ita non fuissent.’] Quod concilium Dionysius Antiq. iv. p. 247. τὴν ἐν Φερεντίνῳ ἀγορὰν, ubi de Super-bo rege agit, vocat. Plutarchus au-tem in Romulo p. 32. quorundam sa-

erorum meminit, quæ siebant a Latini-nis ἐπὶ Φερεντίνης πύλης. Ut autem ad lucum Ferentinæ Latinorum, sic ad fanum Voltumnæ Etruscorum popu-lorum concilia habebantur. Sigan. *Ad campum Ferentini* Gaertn. Neap. Latinii, et Hearnii Oxon. N. in mar-gine. Sed male. Vide ad Liv. i. 51. § 9. Locus Plutarchi, quem Sigo-nius laudat, viris doctis suspectus est, in quo Cluver. Ital. Antiq. ii. 10. p. 721. legendum docet Φερεντίνης πύλης, nihilque certius esse putat. At Donjatius ad hunc locum, omissa una litera, Φερεντίνης ψῆλη legit, pro πύλης. Plerique etiam codd. Tullius. Vide ad c. 37. § 1.

Ut quisque veniret] Omnes nostri, ut quisque eveniret. Gebh. *Ut quisque eveniret* Flor. ambo Voss. ambo Leid. ambo Hart. Lipsiens. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. et typis descrip-ti omnes usque ad Froben. qui 1531. eveniret reposuit. Et ita tantum præ-fert Port. Error hic eo facilius com-mitti potuit, quod vocis præced. litera ultima fuerit *e*, quæ propterea in initio seq. vel perperam repetita, vel omissa est. Vide ad xxxvir. 29. § 8. Contra *venire*, pro *evenire*, scripserunt librarii, quod vocis præced. litera finalis *e* primam τοῦ *evenire* intercep-terat. Vide ad ix. 12. § 1. Klockius in exemplari Liviano inter versus adscripsérat *obveniret*, sive ita in cod. suo invenerit, sive, quod verius videtur, ita legendum censérerit, pro eveniret. Mihi magis placet *veniret*, id est, adveniret.

Quærendo indignandoque] Vet. lib. querendo. Sigan. Rectius legitur in Pall. querendo. Gebh. Quærendo multi codd. ac pleræque edd. Aldus qui-dem quærendo dederat in contextu; inter errata vero iterum querendo probarat. Parisienses deinde 1573. et hinc Modius 1588. quærendo vul-garunt, quod recentiores omnes postea amplexi sunt. Sed querendo, quod sibi etiam probari Jac. Periz.

in margine codicis monuerat, revo-
cavi. Aliibi etiam 'queri' et 'quæ-
rere' commutantur. Vide Nic. Hein-
sium ad Nason. Metam. 11. 239.

*Audientes secunda iræ verba] Secun-
dare verba Leid. 2. serendonaæ verba
Hav. Scribæ non intellexerunt, quæ
sint verba secunda iræ. Intellige, quæ
iræ favebant, eam angebant, ei affec-
tui concitando adcommodata erant.
Ovid. Art. Amat. 1. 584. 'Neu dubi-
tes illi verba secunda loqui:' ubi vide
Burmannum.*

*§ 2 Orationem exorsus, Veteres po-
puli] Considera paullo attentius, nec
denique te fugiet seabitudo in ora-
tione male connexa: 'Vetores injuri-
as, cladesque, ut omnia obliviscamini.
Non potest hoc probare docta au-
ris. Cæterni unica litera abundat,
et sciendum verba Tulli non inci-
pere a vocabulo, Veteres, sed, Ut
omnia. Quæ præcedunt, ex histo-
rici persona dicuntur. Scribe: Ibi
in conc. modum oratione exorsus vet.
populi Rom. inj. cladesque gentis Vols.
scorum: Ut omnia, inquit, obl. alia,
hod., &c. Cic. Fam. xv. 2t. 'Ut hæc
recentia, quæ meminero semper, ob-
livisear, quæ tua sollicitudo,' &c.
J. F. Gron. Vere pronunciat Gronovius,
seabram esse orationem. Sed vellem,
vir magnus ostendisset exem-
pla phraseos 'oratione exordiri ali-
quam rem.' Mihi in mentem venie-
bat orationem exorsus in vet. populi
Romani inj. cladesque gentis Vols. nt
sermo directus demum ab his inchoë-
tur, ut omnia obliviscamini alia. Infra
c. 56. 'In accusationem Appii fami-
liæque superbissimæ, &c. exorsus:
ubi apertum est, supplendum esse
'orationem,' vel 'dicere.' 'Ordiri' et
'exordiri orationem' sunt in optimis
scriptoribus. Duk. Donjatius optime
sensum constare ex Tulli persona,
etsi nihil mutetur, existimavit; qua-
ratione tamen, quod Gronovio dispi-
cuit, probum esse demonstretur, non
addidit; neque nullo exemplo genus
loquendi immerito culpari docuit.*

Posses forte orationem exorsus, Ut
vet. populi Rom. inj. cladesque gentis
Vols. ut omnia, inquit, obl. alia. Vo-
cula ut, quam addidi, facile excidere
potuit, tum ob finem præced. tum
ob initium seq. vocis. Ut injurias
cladesque, ut omnia, repetita particula
ut, dictum erit ad exemplum illius
iv. 4. 'Ut hominum, ut civium nu-
mero simus:' ubi alia vide. Sed nec
Gronovii conjectura displicet. 'Ora-
tione exorsus injurias' est, narrare
incipiens injurias. Ita xxxv. 27.
'His parantibus antiqua fœderum
ordiri, meritaque in populum Roma-
num, absistere iis Flaccus jussit.'
xxxviii. 12. 'Manlius in Gallogræ-
cia bellum gessit, quod nunc ordiri
pergam.' Similiter Silius Ital. per-
petuus Livii imitator lib. 1. vs. 1.
'Ordior arma.' Ubi alia vide. Cic.
ad Fam. v. 12. 'Quia videbam Italici
belli et civilis historiam jam a te pene
esse perfectam, dixeras autem mihi,
te reliquas res ordiri, deesse nibi
nolni.' Nepos in Alcib. cap. ult.
'Satis de hoc: reliquos ordiamur.'
Quod recte Bosius in Indice reddi-
dit, 'vitam reliquorum exponere in-
cipiamus.' Tac. Ann. xv. 51. 'Epi-
charis plura et omnia scelera princi-
pis orditur.' Exosus, pro exorsus,
librarii negligentia exhibet Gaertn.
Mox cladesque ingentes Vols. Hav. a
m. sec.

*Qua per nostrum ignominiam ludos
commisere] Vet. lib. qui, ut referatur
non ad 'contumeliam,' sed ad 'po-
puli Romani.' Sigon. Probo hanc
lectionem, Qui per nost. ign. sed non
ut enī Sigonio existimem, esse no-
minativum plurale. Libri omnes
nostrī qua: ex interpretamento. Gebb.
Omnia hæc verba desunt in Hav.
Pro qui, autem exstat quia in Hearnii
Oxon. N. qua lectione librarius indi-
casce videtur se duplē scripturam
qui et qua invenisse, quam utramque
hac ratione conjunxit. Et sic ab ini-
tio scriptum fuit in Voss. 1. ita ta-
men ut postea nota adjecta sit, qua*

librarius indicare solebat, τὸ i. inducendum esse, scribendumque *qua*, quod ipsum habent Voss. 2. Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. et Gaertn. Doujatius qui ad populum Romanum referendum docet, licet in proximo periodi membro non nominetur: hanc enim subicentiam in irato non improbandam, quasi ne dignos quidem putarit, quorum nomen proferretur. Addit tamen, aptiorem sibi futuram videri constructionem, si pro *qui*, ut vulgo ante Sigon. legebatur, scribamus *qua*, ut referatur ad ‘contumeliam’: quod mihi quoque verius videtur, præsertim si verbis præcedat orationem Tulli cum Gronovio non a vocabulo *Veteres*, sed *Ut omnia incipiamus*. Immò τὸ qui vix sensum efficere potest. Quomodo enim co-hæredit oratio? ‘quo animo fertis hanc contumeliam, qui commisere?’ Vocabulam igitur *qua* loco, unde dejecita erat, restituendam duxi. Præterea *ignaziam*, pro *ignominium*, Leid. 2. commiserunt Harl. 2. Paullo ante *ferretis*, pro *fertis*, Harl. 2. *feretis* Gaertn. et Hav.

§ 3 *Triumphatum hodie de vobis esse*] *De vobis hodie triump. esse* Voss. 1. et Leid. 2. *hodie de vobis triump. esse* Hav. *de nobis est in Gaertn.* qui etiam, addita ab initio vocula, paullo ante exhibit, *Quod an non sensistis?* An forte voluit, *Quid? an non sensistis?* De usu τὸν *quid* in interrogationibus acrioribus vide ad xxviii. 41. § 12. Ita mox hoc cap. ‘*Quid, deinde?* illud non succurrit, vivere nos, quod maturarimus proficisci?’ Alii tanien omnes codd. a vulgato non discedunt.

Vos omnibus, civibus, peregrinis, tot finitimis populis] *Omnibus communibus peregrinis Lipsiens.* Tum tot finitimis omisit librarius Leid. 2. tot infinitimis male Hav. præfert. Præterea *populis* deest in Lipsiens. et in contextu Port. sed margini adscriptum exstat. Deinde abientes Hav. Mox *nostras conjuges, nostros liberos Lipsiens.* Vide ad xxxiv. 2. § 2. et mox ad § seq.


§ 4 *Qui audire voce pœconis? quid, qui vos ridere abeunt?*] Audire Leid. 2. audierunt Gaertn. Præterea qui nos ridere Flor. *quid cos, qui vos ridere* Hearnii Oxon. N. quomodo proxime præcedens et subsequens periodus concipiuntur. Omnes tamen nostri codd. *vocem cos ignorant.* Mox aliquid... esse, quod si Flor. pro aliquod... esse, quo, si.

Quo, si intersimus spectaculo, violatur simus ludos?] Quod si intersimus Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. Port. a m. pr. et antiquitus excusi usque ad Vascosan. qui 1542. *quo, si intersimus* reposuit. Deinde *violaturi sumus* Gaertn. et Hav.

Ideo nos ab sede piorum, cœtu, concilioque abigi] Ideoque Leid. 1. Deinde nos a sede Gaertn. vos ab sede Harl. 2. quomodo etiam ‘nostra’ et ‘vestra’ solent misceri. Vide ad § præced. Præterea *plorum Flor.* a m. pr. *temporum a m. sec. priorum* Leid. 2. Similiter etiam alibi errare soliti sunt indocti scribæ. Vide Broekhus. ad Propert. El. iv. 6. 28. Denique cum metu concilioque Flor. *consilioque Lipsiens.* Vide ad 1. 8. § 6. *consilioque* Voss. 1. et Leid. 2. Male. Virgil. Æn. v. 734. ‘non me inopia namque Tartara habent, tristes umbræ, sed amœna piorum Concilia Elysianaque colo.’ Vide Gron. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

§ 5 *Quid, deinde, illud non succurrit? vivere nos*] Quod deinde succurrere nos, reliquis omissis, Voss. 2. *Quid demum Harl. 2. Lipsiens. et Port.* quomodo alibi non raro in codd. scriptis peccatum est. Vide ad Liv. XL. 22. § 1. Distingue autem *Quid deinde?* *illud non succurrit?* Præterea *aliud non succurrit* Leid. 2. Alibi librarios ita erasse, videbimus ad xxxi. 7. § 3.

Vivere nos, quod maturarimus proficisci] Pal. 1. *maturaverimus.* Gebh. Flor. Rott. et Helm. *quod maturarimus.* Pall. *maturaverimus.* J. F. Gron. *Nos, qui maturarimus* priscæ edd. ante Aldum, *qui excedit nos, quod matura-*



rimus: pro quo deinde Frobenius re-cepit nos, quod maturarimus. Tò quod servant omnes codd. qui igitur adscri- bendum erranti librario. Vide ad xxxvii. 35. § 4. maturarerimus habet Voss. 2. maturarimus Voss. 1. Leid. 2. Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et, quos Hearne Oxonii consuluit, B. N. et C. sed maturarimus Leid. 1. et Klockian. Quod recte Gronovins ad- misit. Vide ad xxxiv. 32. § 8.

Si hæc profectio, et non fuga est] Sribendum si hoc, profectio, et non fuga est. Rhen. Si hæc profectio Pall. tres et Camp. Rhenanus tamen si hoc profectio, &c. Gehli. Si hæc profectio omnes codd. nostri, præter optimos Flor. Leid. 1. et Harl. antiqui, qui, ut et Klockian. ac Gaertn. si hoc profec- tio habent. Gron. quidem ad Sen. Consol. ad Marciam c. 19. vulgatum contra Rhenannum tnetur. Simil tamen concedit, et alternum genus lo- quendi probum esse, ejusque exem- pta etiam prodicit ex Liv. iii. 38. ‘Spem in discordia Romana ponen- tes: eam impedimentum delectui for-’ et ix. 40. ‘Quippe illa prædam verins, quam arma esse.’ Quibns ad- de ex v. 21. ‘Idque omen pertinuisse, &c. visum ad damnationem ipsius Camilli, captæ deinde urbis Romanæ, quod post paucos accidit annos, elad- em.’ viii. 8. ‘Quod antea phalan- ges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies ceperit esse.’ xxx. 30. ‘Qnod ego fui ad Thrasy- menum, id tu hodie es.’ Ovid. Epist. Her. ix. 106. ‘Quod tu non es- ses jure, vir illa fuit.’ Ubi vide Burman. ut et ad Nason. Epist. Heroid. ii. 56. ad Remed. Amor. vs. 9. et ad Phæ- dr. l. v. fab. nlt. vs. 9. Corte ad Sall. Cat. c. 51. § 14. et ad Plin. Ep. iii. v. § 2. Utrumque igitur quum probum et Livio in usu fuerit, caussam nullam video, eni non fide digniores codd. præferantur, licet ab altera lectione stet major turba, sed minoris auctoritatis.

Ubi, si unum diem morati essetis]

Ducitis, nisi in unum diem Lipsiens. Sed turpi errore mundi est, pro unum dicm, Voss. 2. et moderati, pro morati, Hav.

Bellum vobis indictum est; magno eorum malo] Et bell. rob. ind. est; magno illorum malo primæ edd. usqne ad Aldum, qui deinde admisit, quod nunc vulgo circumfertur. Cum Al- do vero faciunt omnes manu exarati, nisi quod rō est exsulet ab Harl. 2. Paullo post induxere, pro indixere, est in Lipsiens. a m. pr. Vide ad x. 38. § 4.

§ 6 Ita et sua sponte irarum pleni, et incitati, domos inde digressi sunt] In Pal. 3. codicum optimo, fuerat initio et citati. Gebh. Nostri omnes recte incitati. Obponuntur enim sua sponte et incitati. Male etiam domos inde gressi sunt Harl. 1. ubi prima syllaba vocis digressi intercidit ob similitudinem ultimæ in voce præced. domos deinde ingressi sunt Harl. 2. discedere domum, pro dcedere dom. emenda- bat Gronov. supra hoc lib. c. 31. § 11.

CAP. XXXIX. § 1 Attius Tullius et C. Marcus exsul Romanus] Actius Tullius Voss. 1. et Leid. 2. Actius Tullius Hav. Gaertn. et Harl. 2. Ac- cius Tullius Voss. 2. Atius Tullius Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Atius Tullius Lipsiens. Vide ad c. 35. § 7. Præ- terea et Cn. Marcus, vel Martius, Flor. Voss. ambo, Leid. 1. et Hav. et C. N. Marcus Harl. 1. et Cor. Marcus Lipsiens. et Cn. Coriolanus Gaertn. et Coriolanus Marcus Port. quod eo- dem modo dictum foret, quo ‘Pætus Ælius’ xxx. 1. Nullo tamen alio co- dicum consentiente admitti nequit. Vernum Marci prænoniem fuisse Cains dictum supra ad Epit. hujus lib. et ad c. 33. § 5. Insuper rō exsul primi- tus aberat in Leid. 1. Eadem tamen manu inter versus adscriptum est. Denique mox aliquantum, pro aliquanto, Hav. Male. Ita ‘aliquanto numerus major’ i. 13. ‘prior aliquanto’ iii. 2. ‘aliquanto exspectatione tranquilli-

or' iv. 24. 'castellis aliquanto altioribus ac munitioribus' XLIV. 35. et similia passim.

§ 2 *Quam spem nequaquam fefellerit?* Vet. lib. Quæ spes neq. fef. quod prob. Sigan. Pal. 1. Qua spe neq. fef. Pal. 2. vero, per omnia Siganiano codici similis, Quæ spes neq. fef. quod ille admodum amplectitur. Gebk. Ego vero Siganianum Quæ spes neq. fef. nou probo, et a mala m. esse aio. Meliores libri omnes tenent vulgatum. Justinus ex Togo ii. 15. de Cimone, 'Nec in bello judicium dili-
gentium fefellerit.' Ita non fefellerit spem Volscorum Coriolanus. Auctor de Bello Alexand. c. 15. 'Nobis rem committe: nos prælium sustinebi-
mus, neque judicium tuum fallemus.' Et iterum c. 16. 'Ne suam atque omnium falleret opinionem, quorum judicio delectus ad pugnam profici-
ceretur.' Polybius lib. II. 'Ινα μήτε προπετώς κινδυνεύοντες σφάλλωσε τὰς τῶν πιστευσάντων ἐλπίδας. J. F. Gron. Ex nostris codd. a Sigoно probatam lectionem soli servant Harl. 2. et a m. sec. Port. Ex Oxon. vero, quos Hearne consuluit, eamdem habent L. 2. N. et C. Reliqui nostri Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. et Hav. vulgatum retainent. Utroque locutio Latina est, et ferri potest, quum optimi scriptores et hæc et illa uti non reformidarint. Ita 'spes,' 'opinio fallit' infra XXVIII. 27. 'In castris, en, meis (quantum me opinio fefellerit!) fama mortis meæ non accepta solum, sed etiam exspectata fuit.' Cic. ad Fam. I. 3. 'Ve-
hementer confudit, his meis literis se apud te gratiosum fore: quæ ne spes eum fallat, vehementer rogo te.' Gell. Noct. Attic. I. 13. 'Ne, si spes fe-
fellerisset, culpa in parentiæ et pena indeprecabilis subeunda foret.' Contra 'spem,' 'opinionem fallit.' Cic. Orat. Cat. iv. 11. 'Quod si meam spem vis improborum fefellerit atque superaverit, commendo vobis parvum

meum filium.' de Orat. c. 1. 'Quam spem cogitationum et consiliorum meorum, cum graves communium temporum, tum varii nostri casus fe-
fellerunt.' ad Fam. I. 6. 'A me omnia summa in te studia officiaque exspecta. Non fallam opinionem tuam.' Recte itaque Gron. pro vulgato pro-
nunciavit, quod non modo plures, sed meliores etiam et fide digniores codd.
tuentur. Similis error Siganii supra notatus est i. 51. § 5. ubi spes destitu-
erit ex vet. lib. probabat, pro spem destituerit.

*Ut facile adpareret] Apparet Leid. 2. et Port. Qui error natus videtur ex non intellecta vel non animadversa nota, quum forsan scriptum fuisset appar'et. Similes lapsus vide ad XL. 14. § 2. Vel etiam error ex neglecta duarum literarum repetitione pro-
manasse potuit. Mox rem novam, pro
reni Romanam, Harl. 2.*

Circeios profectus, primum colonos inde Romanos expulit] Circeios Flor. Voss. I. Leid. 2. Harl. 1. Sed omnes testantur antiqui, a Circe loco nomen fuisse. Vide auctores lundatos Clu-
verio in Ital. Antiq. III. 7. p. 993. et seq. Præterea primum colonos, deinde Romanos male etiam Voss. I. et Leid. 2. Alibi non raro hæc vocula inter se commutantur culpa librariorum. Vide ad XXXVI. 24. § 10. primo colonos inde Romanos Gaertn.

§ 3 *Inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus]* Nota hic Li-
vii compositionem transversis tramiti-
bus transgressus. Hoc loco Dionys. VIII. p. 491. novos consules ponit post Circeios captos, quos paulo post etiam Livius fuisse tum consules fa-
tetur: ut hic sit quartus Marcii ex-
silii annus, quemadmodum ait Veturia in oratione ad filium apud eum-
dem Dionysium. Glar. Transversis
tramitibus transgressus constanter om-
nes codd. nisi quod in Leid. I. levi errore scriptum sit transversus. Si quem tamen hæc compositio, et ejus-

dem syllabæ earumdemque literarum in principio trium vocum repetitio obfudit, forte legere posset *transversis limitibus transgressus*. Nam ita fere locutus est **xxii. 12.** ‘Inde Præneste transversis limitibus in viam Latinam est regressus:’ ubi, quum olim *militibus* ederetur, Valla *transmitibus* reposuit, sed Gronovius *limitibus* ex optimo cod. vindicavit. ‘Transversis itineribus’ dixit Liv. **iii. 7.** ‘Transversis itineribus per Lavicanos agros in Tuseulanos colles transirent.’ At nihil mutandum. Non semper enim ab his superstitionis diligentia Livius sibi cavit. Ita **xxxii. 22.** ‘Per prætorem prope debellatum erat.’ Ubi plura vide ap. Gronov. exempla. Ceterum rā *transversis limitibus* Doujatius exponit, sāpius viam Latinam trajiciendo, et oppida partim viae fere imminentia, partim ad lœvam Roma euntibus sita, partim ad dextram, adgrediendo. Verius tamen videtur, indicari, Coriolanum post Circeios expugnatos non recta Romanam, sed transverso, oblique itinere versus viam Latinam contendisse. Non recte videtur Doujatius attendisse ad verba Livii, qui non narrat, Coriolanum transversis tramitibus transgressum esse *Latinam viam*, sed in *Latinam viam*.

Satricum, Longulam, Pollustium, Coriolos, novella hæc Romanis, &c.] Nusquam fere major exemplarium vetustorum diversitas, quam in nominibus propriis vel hominum, vel locorum. In Vormaciensi codice semper est *Longia*. Sic autem habet: *Satricum, Longiam, Poluscam, Coriorolos, Novellam, hæc Romanis oppida admetit: inde Lavinum (forte Labinum) recipit: tunc deinceps Corbionem, Veteliam, Trebium, Lubicos, Pedum cepit: postremo ad urbem a Pedo ducit, et ad fossas Cluvilias. Rhen.* In civitatum nominibus non convenit Livio et Dionysio, ut in plerisque aliis. *Bolanorum* opugnationem bis describit Dionysius

viii. p. 493. et 495. sed codicem, ut puto, errore: Livius ne meminit quidem. Plinius de veteribus Latii populis **iii. 5.** *Abolanorum et Bolanorum* meminuit, unde forsitan hic error in Dionysii codice; *Tolerinorum* nulla apud Livium mentio. Plinius ibid. *Tolerenses* vocat. Verum haec omnia prosequi, ejus est, qui commentarium, non qui annotationes scribit. *Glar.* Paullo ante ad c. 33. docui, *Poluscam* legendum esse. ‘*Novella*’ autem haec oppida vocat, quia triennio ante in potestatem populi Romani venerant. *Sigon.* Vocat ‘*novella oppida*,’ nuper, ante triennium, Romanis occupata. Bonus Rhenanus, quia in vett. scriptum erat libb. *Coriolos, novellam: hæc, pntavit Norellam* esse oppidi nomen. *Gebh.* Cur *norella?* Siginus, quia triennio ante in potestatem eorum venerant. Et sic forte **xli. 5.** ‘*Cn. et L. Gavilli, novelli Aquileienses.*’ Sed quinque nostri et Mureti codices *norellam*. Videtur in ea voce nomen alienus oppidi latere: et fortasse *Bovillas*: nam has quoque non sine labore ceppisse Marciū, testis Dionysius. *J. F. Gron.* Etiam Florent. S. Marci et Mureti vet. lib. *Norellam*. In qua voce celari nomen urbeculæ demonstrat Livii stilus, qui **i. 38.** sic loquitur, ‘*Corniculum, Medullia, Nomentum, hæc de priscis Latinis, ant qui ad Latinos defecerant, capta oppida.*’ Ubi eorumdem verborum appositio: sic ut prorsus crediderim, obscurum et propter præcipitem ruinam infrequens oppidi nomen fuisse *Mugillam* vel *Magillam*. Quippe et Dionysius Halic. **viii. p. 509.** post *Satricum*, *Longulam, Poluscam* captas, plane ut Livius, subjungit Ἀλβιάτας μὲν οὖν καὶ Μοεγίλανος ἐκ τεχομαχίας αἱρεῖ. Non enim audio *Sylburgium*, dum *Overiliavos* propinat, etsi id repetitum animadvertam a Cluverio in Ital. Antiq. **ii. 16.** p. 782. Ipse ordo captarum urbium id refutat. Et,

Mugillam urbem fuisse, sine reprehensione probat satis cognomen Lucii Papirii *Mugilanum*, seu, ut alibi scribitur, *Mugillanus*: sive Papirius primus eam cuperit, ut Coriolanus; sive inde emigraverit, ut Regillensis Appins; sive id cognomen beneficio aliave qua causa mernerit; ea enim tunc fuisse frequentia ostendunt Maccerinus, Medullinus, Camerinus, Maluginensis, Tolerinus, Vibulanus, Tusciceicanus. Jac. Gron. *Satricum, Longulum, Polusculum, Corilos, Novellam, hæc Ro. oppida adeunt* Harl. 2. *Satricam* habet Gaertn. *Longo jam, pro Longulam*, Leid. 1. *Longula Lipsiens. Longniam Flor.* Tum *Pollustiam vel Pollustium* primæ edd. Et quidem oppidum hoc non tantum *Poluscam*, sed etiam *Pollustium* vocari, inde vero oppidanos *Pollustinos* apud Plin. III. 5. dici, existimat Cluver. Ital. Antiq. III. 8. p. 1028. Sed *Poluscam*, præter Harl. 2. cuius modo lectio proposita est, omnes codd. nostri. Insuper *Novellam*, *hæc Romanis oppida* Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. *novellam* et Flor. Quamvis vero *novella oppida* non male exponi possent oppida, quæ nuper a Romanis subacta et imperio adjecta erant; quum tamen codd. plerique, et inter eos optimi, conspirent in *ro novellum*, sub ea voce alterius oppidi nomen latere verius videtur. Quodnam vero fuerit, statuere non audeo, licet, quod Jac. Gronovio in mentem venit, *Mugillam* vel *Mægillam* proxime ad vulgatum accendant. Certe placere nequit *Bolam*, quod placere posse existimat Donjatius. Ceterum animum erga Rhenanum iniquiorem iterum hic prodidit Gebhardus. Rhenanus enim nihil aliud, quam codicis Vormatiensis scripturam, apertissime mendosam, indicavit, et ne verbo quidem ullo eam probavit, vel ulla nota significavit, se credere oppidum olim exstitisse, *Novellam* dictum. Id

tamen credidisse videtur Pighius in Annal. ad a. CCLXV. p. 99. Ceterum adeunt, pro *ademit*, est in Harl. 2.

§ 4 *Inde Lavinium recepit]* Pal. I. *Laurinum recepit.* Rhenanus legit *Labinium*. Gebh. Excogitare nequeo, quam ob causam, pro *Lavinium* Rhenanus *Labinium* legendum conjecterit. In receptam enim lectio nem *Lavinium* conspirant codd. nostri; eamdem urbem etiam a Coriolano ob sessam narrarunt Dionys. Antiq. I. VIII. p. 496. et Plut. in Coriol. p. 227, eamque ita descripserunt, ut in eorum contextum vitium inrepsisse suspicio illa esse nequeat. An ergo *Lavinium* Rhenano displicuit, quod Livius illud oppidum ‘*receptum*’ dicat, quum Dion. et Plut. tantum ob sessum referant? Sed ubi, quæso, *Labinium* a *Lavinio* diversum oppidum obcurrit? Vulgatum igitur non est movendum. *Recepit* Donjatius exponit, in fidem accepit. Et ita capi debet, si vera est hæc lectio; *Lavinium* enim numquam Volscis paruit, ut iis olim ademtum nunc ‘*recipi*’ dicatur. Et ita τῷ ‘*recipere*’ alibi usus est Livius. Vide ad XXXIX. 23. § 11. *recipit* est in Voss. utroque, Leid. 1. Harl. 1. Port. et Hav. Sed *recepit* in Lipsiens. ultima litera intercepta a prima vocis seq. Vide ad XXXIII. S. § 9. An legendum *obsedit*? Id tamen quum audacins videatur, et a codicium scriptorum lectione nimil divertat, vulgatum servo, et in eo *Livium* alios auctores secundum puto, alios Dionysium et Plutarchum, ex quorum fide hi *Lavinium* tantum ob sessum, ille etiam captum tradiderunt.

Corbionem, Vitelliam, Trebiam] Servius exponens Virgilii locum in Aen. VII. 711. ‘oliviferæque Mutiscæ.’ ‘Hæc,’ inquit, ‘Trebia postea dicta est, quam modo Trebulam dicunt.’ Sigan. Pall. *Veteliam, Trebium*, ut et Camp. Gebh. Pro *Trebia* non incommode Cluver. Ital. Antiq. III. 4.

p. 969. *Toleriam.* J. F. Gron. *Veteliam,* pro *Vitelliam,* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. Hearnii Oxon. L. 2. et N. et edd. priscæ. *Veceliam* Hav. Sigonius in priore Scholiorum ed. quum in vet. lib. *Viteliam* reperisset, monet, *Viteliam* coloniam Romanam in *Æquorum* agro fuisse, et memorari Livio v. 29. *Βιτέλλιαν* vero Italiam urbem, ejusque cives *Βιτελλίους* recenseri apud Steph. Byz. unde non dubitandum ei videbatur, quin hoc loco *Vitellum* legendum sit, non *Veteliam*: quam etiam lectionem in contextum recepit: pro quo deinde *Vitelliam* vulgatur in postrema Gruteri ed. quomodo etiam hanc locum laudat Cluver. Ital. Antiq. II. 16. p. 781. et pag. seq. pro *Βιτέλλᾳ* apud Steph. emendat *Βιτελλίᾳ*, quod a *Βιτέλλᾳ* rectius fiat gentile *Vitellanus* vel *Vitellensis*, quam, ut tamen Stephanus formavit, *Βιτελλῖος*. Apud Plin. etiam III. 5. pro *Vicellenses*, sive, ut alia habent exemplaria, *Vicelienses*, reponit *Vitellienses*. Denique apud Dion. Halic. VIII. p. 509. pro *Μοεγίλαιούς* scribendum arbitratur Οὐτελλίαν, vel *Βιτελλίαν*, a quo Jac. Gronov. dissentiebat supra ad § præc. Sane *Vitellium*, vel *Veteliam*, non memorat Plut. inter oppida a Marcio expugnata, eamdem non memorabit etiam Dion. si Cluverii conjectura rejicienda sit. An ergo et hic locus docet, alios Dion. et Plut. alios Livium scriptores secutos esse. Præterea *Trebium*, pro *Trebiam*, Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Gaertn. Port. Hav. Oxon. quos Hearne vidit, L. I. 2. B. N. et C. et omnes editi usque ad Froben. qui 1531. *Trebiam* dedit. *Trebiae* hujus, neque Dion. iterum, neque Plut. meminerunt. Pro eo igitur non male Cluver. loco, quem laudat Gronov. *Toleriam* substituit, addens, nullam hoc loco *Trebiam* a quoquam memorari, quum *Trebia*, quæ et *Trebula*

vocata est, de quo Sigonius, sit in Sabinis. *Trebam Æquorum*, haud procul Anienis fontibus sitam, intellegit Donjatins. Vernin et hoc minus verosimile, siquidem Dionys. Antiq. VIII. p. 492. scribat, *Æquos*, ubi primum bellum Romanis inlatum est, societatem cum Volscis iniisse, eosque copiis juvisse. Quin et ipse Donjatius, observans *Trebam* illam longius a Labicis, (enm qua hic apud Livium jungitur, ut Toleria apud Dion. et Plut.) remotam esse, tandem Cluverii sententia subscrpsit.

Labicos, Pedum cepit] Nec Græci, nec Latini libri sibi constant in hoc oppido nominando, modo enim *Labicos* et *Labicanos*, modo *Laricos* et *Lavicanos*, modo *Λαβίκους* et *Λαβικανοὺς*, modo *Λαονίκους* et *Λαονίκανοὺς* edunt. Sigon. Græcorum ac Latinorum codicum inconstantiam imitati sunt editores Liviani; qui, quum hoc loco *Labicos*, et infra xxvi. 9. *agros Labicanos* vulgari curassent, alibi semper *Lavicos*, *Lavicanos* et *Lavicanam* viam exhibent. Utrumque recte dici posse agnosco; levitas tamen illa animorum displicet. Quamvis itaque CVRATOR. VIAE. LABIC. seu *Labicanæ* memoretur in lapide, quem ediderunt Reines. class. II. inser. 26. Spohns in Miscell. p. 134. et Fabrett. in inser. p. 411. et hic etiam codd. *Labicos* præferant, nisi quod in uno vel altero corrupte legatur *Labicos*, tamen ubique *Laricos* et *Lavicanos* reposui, in quam scripturam plerique codd. Liviani aliis locis tantum non omnibus conspirant. Vide Sigon. ad III. 7. § 3. et ad VI. 21. § 9. Denique *Pedium* male Hearnii Oxoniensis N.

§ 5 *Postremum ad urbem a Pedo ducit]* Vet. lib. ab *Pedo*. Sigon. Pal. 1. *ad urbem elpedo ducit*. Pal. 2. ut Sigonii codex, ab *Pedo*. Gebh. *Anepece ducit*, pro *a Pedo duc*. Lipsiens. *apedo ducit* Hav. *apedo ducit* Leid. 2. in quo sunt manifesta vestigia lectionis,

quam Sigan. et Gebhard. invenerunt, ab Pedo dicit. Reliqni tamen omnes codd. vulgatum servant; nisi quod duxit sit in Gaertu. Nescio quo consilio Doujatins ediderit in urbem a Pedo dicit: nam ad urbem in omnibus nostris constanter exstat. Insuper postremo, pro postremum, habent Gaertu. et Ha v.

Fossas Cluilias quinque ab urbe, &c.] Non est dubium, quin de iis loquatur fossis, de quibus 1. 23. in Tullo Hostilio. Eas enim fecerant Albani duce Cluilio, ut vocat Livius, a quo et nomen habent. Apud Dionys. viii. p. 496. hoc nomen corrupte legitur *Cæcius* vel *Cælius*. Distantia etiam earum fossarum utroque in loco apud eundem auctorem eadem narratur: in Livio quidem 'quinque millia passuum,' in Dionysio 'quadraginta stadia,' quæ totidem efficiunt millia passuum, si octona stadia mille demus passibus, nt Plinius 11. 23. facit. Glar. *Fossas Clælias* legendum ex Dionys. viii. 496. et Festo voce 'Clœliæ,' ut ante docui ad 1. 22. § 4. Sigan. Pal. 1. *Cliruillas*; Pall. 2. 3. Campanus, *Clurillas*. Vormatiensis liber, adnotante Rheanno, *ad fossas Clurillas*. At Glareanus notat, non esse dubium, quin de iis Livius loquatur fossis, de quibus lib. 1. in Tullo Hostilio, quas fecerant Albani duce Cluilio. Siganus autem *fossas Clælias* ex Dionysio et Festo legendum docuit. Gebh. *Fossas Cluillas* Hav. *fossas Clivillas* Voss. 1. Leid. 2. et Latinii Neap. *fossas Durillas* Voss. 2. *fossas Luvillas* Port. *fossas Clumillas* Lipsiens. *fossas Cluillas* Flor. Leid. 1. Harl. ambo, Gaertn. et quædam veterum edd. quarum aliæ *fossas Ciriliæ* habent. Vide ad 1. 22. § 4.

Quinque ab urbe millia passuum] Pal. 2. mille passuum. Gebh. *Milium passuum* Harl. 2. Utraque lectio orta videtur ex ignorantia libratorum,

qui, quum scriptum reperissent *quinque ab urbe M.* vel *XX passuum*, quæ ratione nota exponenda esset, nesciverunt. Vide ad xxv. 9. § 16.

Populatur inde agrum Romanum] Pal. 1. *populari inde agrum Rom.* In Pal. 3. mala distinctio occupat. Gebh. *Populatum inde Lipsiens.* populatur deinde ugrum Rom. Leid. 2. quæ veræ scripturæ expositio est, olim, ut videatur, margini adscripta, deinde in contextum recepta. Vide ad xxxvi. 24. § 10. *Inde autem sæpe est idem, quod deinde.* Vide ad XLII. 55. § 6. *populatur in agr. Rom.* Harl. sec. Qui error ex non intellecta nota ī, pro inde, proflixit. Vide ad x. 20. § 6.

§ 6 Custodibus inter populatores missis] Pal. 2. *inter populares.* Sic infra e. 51. legit Pal. 1. quo *pupulares erant, major cædes fait: vulgo plures: et populares* Gloss. Latino-Græc. reddit στρατιώτας. Vide Heraldi Adversaria 1. 8. et Rubenii Electa 1. 14. Gebh. *Populares, pro populatores, manifesta est scribarum aberratio.* Nostri omnes vulgatum servant.

Sive infensus plebi magis] Rectius ad normam antiquitatis Pal. 3. *infensus plebei.* Gebh. *Infensus plebei* etiam Leid. 1. et Port. *Tum magis plebi priscae* edd. pro quo primus Aldus dedit *plebi magis;* qui ordo omnium codd. fide probatur. *Præterea plebi magis, quam Patribus,* duabus additis vocibus, Harl. 2.

Ut discordia inde inter Patres plebemque oriretur] Vocem inde primi editores omiserunt. Addidit deinde Aldus, quam etiam servant omnes codd. Facile excidere potuit ob similitudinem sequentis *inter.* *Præterea inter paucos Patres,* addita voce, Hearnii Oxoniensis N. Et ita ab initio scriptum erat in Voss. 1. sed, adscriptis notis vocem *paucos* delendam esse, postea monitum est. *Præterea oreretur Flor. et Leid. 1.* quomodo in bello Punico optimus cod.

Putean. scriptum habere solet, ut docet Gron. ad xxiii. 16. § 7. ubi plura vide.

§ 7 *Externus timor maximum concordiae vinculum*] Ut supra adnotavi, ita et hic habet Pal. 1. contracte *vinculum*. Infra iv. 37. concise Pall. duo: ‘nunc inter suos manipulos recipiuntur’ v. 9. ‘Se in vincla eos duci jussuros esse.’ vi. 16. ‘In vincla duci jussit?’ et mox, ‘Hæc dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinclis et catenis erit?’ ut habent MSS. Gebh. *Concordia vinclum ex meis unns* Voss. 2. Vide ad c. 4. hujus lib. § 7. et quæ infra notantur ad iii. 56. § 4. Paullo ante vocem *jam non agnoscunt* vetusti typis descripti. Eam primus admisit Aldus. Neque aliter est in MSS. nisi quod bis scribatnr in Gaertn. hoc modo, *adeo jam tribuni jam seroem*. Deinde *infestosque antiquitus excensi*, pro quo Aldus demum *infensosque reposuit*. Et ita præferunt etiam omnes membranæ. Alibi voces hæc commutantur. Vide ad ii. 46. § 7.

§ 8 *Id modo non conveniebat*] Vet. lib. *Id modo, sicut alias, non conveniebat*. Sic c. 64. ‘Extremo anno pacis aliquid fuit, sed, ut semper alias, sollicitæ certamine Patrum et plebis.’ Sigon. Sigonius *Id modo, sicut alias, non conveniebat*, idqne, ut ait, ex vet. lib. Credo, si veterem vocat ante centum, haud amplius, annos exaratum. Cui geminus germanus Pal. 2. (in quo et hæc hic lectio visitnr) scriptus Brixiae anno Christ. m.cccc. XLIII. XXII. die Septembri per Conradum Germershem. Gebh. *Id modo, sicut alias, non conveniebat* ex nostris nulli habent, nisi Hav. et in margine Port. Idem tamen in Oxoniensibus L. 2. N. et C. se reperisse Hearne professus est.

Plebes omnia, quam bellum, malebat] Plebs Voss. ambo, Leid. 2. Gaertn. Harl. 2. Port. Hav. et editi anti-

quiores usque ad Aldum, qui *plebes* reposnit: et ita habent optimi codd. Leid. 1. et Harl. antiq. Vide ad ii. 24. § 2. Deinde, *omnia magis, quam bellum, volebant* Leid. 2. *omnia, quam bellum, malebant* Voss. 1. *magis volebant*, pro *malebant*, inter glossemata referendum. *Plebes malebant* autem Livianum esse hand diffiteor. Vide quæ supra notantur hoc lib. c. 5. § 2. An tamen, reliquis dissentientibns, probari debeat, est, quod dubitem.

§ 9 *Sp. Nautius jam et Sex. Furius consules erant*] Sp. Nuntius et Sp. Furius consules erant male Hav. erunt est in Harl. 1. Mox *recentes legiones* Leid. 1. *retessentes legiones* Harl. 2. *omnia errore scribarum*. Deinde *per muros aliq.* Leid. 1. *per muros aliqua* Voss. 2. Reliqui aliquaque servant recte. *Mox stationes, vigilias esse, omissio τω que* gaertn.

De legatis ad C. Marcium militendis] Ad Cn. vel ad Gn. Marcium, nt semper, ita hic iterum plerique codd. scripti et excusi. Vide ad Epit. huj. libri. Sed prænomen Marcii omitunt hoc loco Voss. 1. et Leid. 2. ad *conscilium Marcium præfert Lipsiensis*.

§ 10 *Accepterunt relationem Palres, postquam adparuit*] *Accipere relationem* Hav. *Accepterunt religionem Gaertn.* Tum *postquam apparuerit* Leid. 1. Vide ad xl. 14. § 10. Mox alio ordine missique ad *Mare. orat. de pace* Harl. 2. missique ad *Mare. de pace orationes Lipsiensis*.

§ 11 *Si Volscis ager redderetur*] *Si Volscis ager et redderetur* Port.

Memorem se et civium injuria et hospitum beneficij adnisurum] *Memorentur* Leid. 1. et Lipsiens. *memorentur* Gaertn. Tum et *beneficiis hospitum* Hav. *hospicium, pro hospitium*, quod loco *hospitum* foret, Harl. 2. Sed *rescipienda*, quæ supra notata sunt ad hujus lib. c. 14. § 9. Deinde *adnisurum* Voss. 2. quomodo et Aldus edi-

dit, qui tamen inter errata *annisurum* recepit. *Adrisurum Lipsiens. et Gaertn.* Pari modo saepe librarii voces *risus* et *nitus* in libris scriptis committarunt. Vide quae notavi ad Sil. v. 284. *adixurum* Leid. 2. Harl. 2. Hav. et a m. pr. Voss. 1. Reliqui *adnisurum* retinunt, de quo vide quae notavi ad Sil. II. 123. infia ad hujus lib. c. 50. § 8. etiam Cort. ad Sall. Jug. c. 22.

Exilio sibi irritatos non fractos animos esse] Ex illo sibi irritatos Lipsiens. Ita aliis locis scribas errare solitos fuisse, videbimus ad xxxiv. 35. § 7. Tum alio ordine non fractos esse an. Voss. 1. et Leid. 2.

§ 12 *Iterum deinde iidem missi non recipiuntur in castra] Tò dcinde non adparet in Gaertn. idem missi Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Port. Vide ad XL. 22. § 13. Deinde, pro in castra, m. sec. scriptum est in Leid. 1. in sacra, primigenia scriptura erasa, nt, quid olim exstiterit, amplius intelligi nequeat.*

Suis insignibus relatos isse] Iisse Voss. 2. Male. Amat enim contractionem Livius in praeterito hujus verbi. Vide ad xxviii. 38. § 3.

Traditum est, nihil magis] Convenientior oratio procedit, si legas, Sacerdotes quoque suis insignibus relatos isse supplices ad castra hostium traditum, et nihil magis, quam legatos, flexisse animum. Sic VIII.

24. ‘Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditum conditam.’ VI. 1. ‘Inde ut postridie Calendas quoque ac Nonas eadem religio esset, traditum putant.’ Et pari ope Livius adjutus est VII. 40. ‘Ubi primum in conspectum ventum, et arma signaque agnovere.’ XXII. 14. ‘Ut in extrema juga Massici montis ventum, et hostes sub oculis erant:’ vulgo *ventum est, arma.* Et *ventum est, hostesque sub.* Jac. Gron. Alibi sæpe *tò et atque est* inter se confunduntur.

Vide ad VII. 40. § 1.

*Nihilo magis quam legatos flexisse animum] Pall. Camp. animos. Sic paullo ante, ‘Exsilio sibi irritatos, non fractos, animos esse.’ Gebh. *Flexisse animos* etiam Voss. 2. Harl. 2. Port. Hav. Gaertn. Lipsiens. et, quos Hearne vidit, Oxon. B. L. 1. 2. et C. Sed optimi eorum, quibus utor, *animum* servant. Exemplum, quod lundat Gebhardus minus convenit. In eo enim *fractos animos* notat fractam, domitam superbiam, ferociam. Quo sensu *animi* numero multitudinis de uno homine frequens est. Vide hoc lib. ad c. 27. § 12. Verum hic *flexisse animum* est flexisse voluntatem: quo sensu ‘flexisse mentes,’ sed de pluribus, dixit c. 32. ‘Comparando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in Patres, flexisse mentes hominum.’ Ea etiam significazione *animi* de uno homine dici observat Burmann. ad Phædri Fab. II. 2. 5. et Nasonis ac Virgilii exemplis probat. Ita tamen et Livium locutum esse, non memini. Quare antiquiores et fide digniores sequor.*

CAP. XL. § 1 *Tum matrone ad Venturiam matrem] Tunc matrone Hav. Sæpe ita in membranis peccatur. Vide ad h. lib. c. 12. § 15. Deinde Vencuriam Hav. Venturiam Voss. 1. et Lipsiens. Vide mox § seq. Insper ceunt, pro coeunt, Leid. 1. coeunt Lipsiens.*

*Id publicum consilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio] Hæc Livius: at Dionysins VIII. p. 511. Valeriam Publicolæ sororem, auctorem ejus consilii fuisse monstrat. Plutarchus ad hæc in Coriol. p. 230. non *Volumniam*, (quod ad narrationem illam, de qua nuper diximus, attinet) sed *Vergiliam* tradidit Coriolani conjugem appellatam. *Sabell.* *Ad publicum consilium* Voss. 1. et Leid. 2. Forte voluerunt *At publicum.* Ceterum Plutarch. loco laud. non tantum.*

Marcii conjugem *Vergiliam*, sed etiam matrem ejus *Volumniam* dictam refert, contra aliorum consensum, quibus, ut hic Livio, mater *Veturia*, uxor *Volumnia* vocantur; nisi quod apud Zonar. Ann. vii. 16. prior *Oberopiva*, altera *Ovēloouvia* adpellentur.

§ 2 *Ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia]* *Ut Veturia Leid. 1. Voss. 2. et Harl. 2.* Deinde *Venturia* Voss. 1. Lipsiens. et Leid. 2. *Veturia* Harl. 1. et Hav. Vide ad § 1.

Duos parvos ex Marcio ferens filios secum] Alio ordine Pal. 2. *duos filios parvos ex M. secum ferens.* Gebh. Ordinem, qui vulgo exstat, servant omnes nostri. At mox ierint, pro ierint, est in Voss. 1. et Leid. 2.

Et, quam armis viri defendere urbem non possent] Non est absurdia lectio; sed tamen in scripto volumine legitur, *Et, quoniam armis.* Rhen. *Et quoniam armis* Flor. Voss. ambo, Leid. 2. et in margine Port. Eam lectio nem veriore puto, alteram vero ex non intellecta nota ταχυγράφων ortam esse. Certe in optimis codd. Leid. 1. et Harl. 1. etiamnum scriptum exstat ḥm, quod pro *quam* accep erunt, quum constanter eo compendio notetur *quoniam*. Alibi etiam *quam* et *quoniam* commutari solent culpa scribarum. Vide ad iv. 48. § 15. Deinde alio ordine *viri urb. def. non poss.* Harl. 2. et Lipsiens.

§ 3 *Nunciatumque Coriolano]* Additur a Pall. tribus *Coriolano est.* At Campanus edidit *nunciatumque est Coriolano.* Gebh. *Nunciatumque est Coriolano* Voss. 1. Verum τῷ est adjectae exstant notæ, quibus indicant librarii, vocem expungendam esse. *Nunciatumque Coriolano est* Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. Hav. et priscae edd. Primus Aldns voculam est, quæ modo processit, omisit.

Primo ut qui nec publica majestate] Pal. 1. *is primo:* confirmat Pal. 3. *in primo.* Gebh. Flor. Voss. 1. Helm.

Rott. Pal. expresse agmen, *in primo ut qui nec.* Vide ad x. 14. J. F. Gron. Veterimæ, quas videre contigit, edd. agmen, *ut qui nec, vel agmen, ut nec qui.* Postea vocem primo addidit Aldus. Verum is primo Voss. 2. *in primo* Leid. uterque, Harl. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Quod verum est, et ponitur pro ‘in principio.’ Vide Abrah. Gron. ad Justin. xii. 7. et Cort. ad Sall. Jug. c. 68. Pari modo *a primo* est, a principio, ab initio: quod pluribus exemplis instravit J. F. Gron. ad Sen. de Vita Beata c. 7. et Nat. Quæst. v. 14.

Tanta obfusa oculis animoque religione motus esset] Herm. Kirchnerus de Legato 1. 4. num. 225. legit caligine motus. Klock. Bene ita Pal. 3. et Campani ed. Reliqui duo effusa, sollemni errato. Ulterius, pro motus, habet Pal. 2. *victus:* perperam. Gebh. *Effusa* Flor. Hav. Latinii Neap. Lipsiens. a m. sec. et a m. see. Port. Quem errorem in MSS. sollemnem esse, recte Gebhardus monnit. Videlia, quæ notantur ad xxxiii. 7. § 8. Deinde religione constanter omnes codd. quod perperam Kirchnerus mutat in *caligine.* Verum est, sæpiissime memorari modo ‘noctem,’ modo ‘tenebras,’ modo ‘caliginem obfuscum.’ Id tamen non impedit, quo minus etiam recte dicatur, quemadmodum hic ‘religionem,’ ita etiam alibi ‘pavorem,’ ‘terrorem,’ ‘errorem obfundere,’ de quibus vide ad loc. laud. Liv. Deinde *victus*, quod Pal. 2. apnd enudem Gebhardum habet, recte ab eo rejectum est. Videlia enim alterius glossa et interpretatio esse. Nostri nihil mutant.

§ 4 *Dein familiarium quidam, qui insignem maiestati inter ceteras cognoverat Veturiam]* Deinde Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. a m. pr. et Port. cum vett. edd. de mole Gaertn. in quo ejusdem vocis deinde manifesta aparent vestigia. Sed Aldus pri-

mus reposuit *dein*, quod habent Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. a m. sec. et Hav. Vide ad III. 3. § 6. Tum *fam.* qui Leid. 2. omissa media voce, quæ ob proximam elisa est. Deinde *insig. mæstitionem* Leid. ambo, Harl. 1. Lipsiens. et Port. a m. pr. ubi ultima litera τὸν *mæstitionem* nata videtur ex primis duabus vocis seq. Vide ad III. 48. § 5. Ea tamen lectio qnum ferri non posset, hinc ab aliis factum ob *insig. mæstitionem*, quod præferunt Port. a m. sec. Harl. 2. Hav. et Latinii Neap. Vulgatum *insignem mæstitionem* habent Voss. ambo, et Gaertn. Utrumque commode ferri potest in *signem mæstitia et ob insignem mæstitionem*. Prius tamen hic præfero. Posterius enim non nisi in minimæ fidei codd. reperitur. Supra 1. 9. ‘Unam longe ante alias specie et pulchritudine *insignem*’ VII. 26. ‘Gallus processit, magnitudine atque armis *insignis*.’ Pari modo variatur supra 1. 9. vel ‘*forma excellentes*’ vel ‘*forma excellente*:’ ubi vide. Tandem *agnoverat* Port. a m. sec. Quod recipiendum foret, si vera esset ac perpetua distinctio τῶν ‘cognoscere’ et ‘agnoscere;’ ut illud diceretur de his, quæ primum nosci incipiunt; hoc de iis, quæ ante nota fuerunt, et nunc iterum noscuntur. Verum sæpe ‘cognoscere’ eo sensu occurrit, quo ‘agnoscere’ poni dicitur. Vide Nonium Marc. voce ‘cognoscere;’ et Bernecc. ad Justin. II. 6. § 20. Hinc quoque uni cod. *agnoverat* præferenti, fidem non habendam puto. Eadem verba etiam commisceuntur v. 36. § 7. ubi alia exempla vide. *Cognoverant* Leid. 2. Et ita quidem non convenit, quod mox sequitur, ‘*inquit*;’ verum eam vocem idem Leid. 2. omisit. At ne sic quidem omnis sublata difficultas ex ea lectione profluiens. Quo minus enim probari possit, obstat itidem illud, ‘*nisi me frustrantur*.’ Nihil itaque etiam hic mutandum.

Delph. et Var. Clas.

Nisi me frustrantur, inquit, oculi]
Pal. 1. *ni me frustrantur oculi, inquit.*
Gebh. Omnes nostri constanter *Nisi*, quæ tamen vox sæpe cum ni confundi solet. Vide ad c. 34. § 3. Tum *frustrarentur* Leid. 2. Deinde *oculi, inquit* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Verum, ut modo dictum, τὸ inquit exsulat a Leid. 2. Et poterat quidem abesse. Sæpe enim eam vocem ab optimis scriptoribus et ab ipso Livio omitti, infra dicetur ad XXXIII. 45. § 6. Quum tamen optimi qui que eamdem servent, potius retinendam existimo.

Mater tibi conjunxque et liberi adsunt] *Conjunx et liberi adsunt* Harl. 2. et Gaertn. Non sequor. Vide quæ notantur supra hoc lib. ad c. 31. in princ. In ordine etiam vocabulorum turbant primæ edd. præferentes *conjunxque adsunt et liberi usque ad Aldum*: is autem reposuit *et liberi adsunt*; quod et codd. omnes defendunt.

§ 5 *Coriolanus propere ut amens]* Adulteratum verbum est *propere*. Tu repone *prope*. *Coriolanus prope ut amens*. Rhen. *Prope*, quemadmodum legendum Rhenanus recte monuit, etiam servant omnes codd. nostri. Pari modo etiam supra peccatum vidit Rhenanus hoc lib. ad c. 28. § 9. Crediderant, qui alteram nobis lectio nem decerunt, se scriptum vidisse *prop'e* vel *prope* per compendium, *pro propere*. Contra sæpe *prope* librarii substituerunt τῷ *propere*. Vide ad XXXIX. 31. § 4. Voces *ut amens* omittuntur in Leid. 2. qui idem etiam præfert *a sede pro ab sede*. Id posterius etiam habent Lipsiens. et Gaertn. Denique *conferret*, pro *quum* sive *cum ferret*, Lipsiens. De hoc similibusque erroribus, frequenter in MSS. obviis, vide ad IV. 24. § 7.

Sine, priusquam complexum accipio, sciam] Eadem verba sunt apud Val. Max. v. 4. hinc, ut puto, sublecta, a nobis autem indicata, ut ex alteris

Livius.

19 B

altera emendarentur. *Glar.* Majorem affectum indicat, aptiorque est orationi mulieris, deinde matris, ex precibus in iram versæ, lectio Pal. tertii, *mulier in iram ex precibus versa, Sine, Sine, priusquam complexum accipio, sciā;* geminato imperandi modo. *Gebh.* Quasi aliquid sit in repetitione vocis efficaciæ, Pal. 3. *sine, sine, priusquam.* Terent. Heaut. I. 1. ‘*Sine, sine, vacnum tempus ne quod dem mihi laboris.*’ Appul. Met. I. p. 105. ed. Elmenh. ‘At ille, ut erat capite velato, *Sine, sine,* inquit, fruatur dñius tropæo, quod fixit ipsa.’ Sed non succinunt alii. *J. F. Gron.* Editionibus Valerii Max. v. 4. ex. 1. tempore Glareani magna pars orationis, qua Veteria apud Livinm utitur, intexta erat; eam codicum auctoritate Pighius aliisque postea expunxerunt. Ceterum *τὸ sine, sine priusquam* etiam non displicere videtur Jac. Gronov. infra ad ix. 9. § 1. Et sane diffiteri nequeo, in voce *sine* omnem vim atque emphasis orationis sitam esse; auctores autem illas voces, in quibus emphasis consistebat, ejus augendæ atqne intendendæ caussa, repetere solitos fuisse. Ita Cic. de Amic. c. 27. ‘*Virtus, virtus, inquam, C. Fanni, et tu, Q. Muci, et conciliat amicitias, et conservat.*’ Silius Ital. II. 31. ‘*nostrum, (pro Jupiter!) inquit, Nostrum ferre caput parat illa per æquora puppis;* ubi vide quæ notavi. Cie. in Verr. v. 62. ‘*Crux, crux, inquam, infelici et ærumnoso parabatur.*’ Plaut. in Bacchid. v. 1. 13. ‘*Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc est demum, quod percrucior, Me hoc ætatis ludificari.*’ Verum etiam est, amanuensium negligentia ac culpa sæpe evenisse, ut emphasis illa maximam partem evanuerit, quoniam vocem repetitam, tamquam supervacuum, omiserint. Vide exempla a Jac. Gron. dicto loc. laudata. Interim tamen uni codici tantum tribuere non audeo, ut ejus fide vocem

contextui addam; omnes enim nostri, omnesque illi, quos Gron. consuluit, vocem *sine* non repetunt. At *ex precibus versa, sine π̄cib̄ priusquam,* &c. præfert Port. a m. pr. Verum τὸ π̄cib̄, tamquam *ex præcedenti precibus male iteratum,* m. sec. recte iunctum est. Deinde *priusquam complexum accipiam* Harl. 2. et Hav. Quod displicet, quoniam ob aliorum codicium dissensum, tum ob seq. vocem sciam. Denique scī, pro sciam, Harl. 1.

Ad hostem, an ad filium venerim] An ad hostem, an ad fil. ten. Leid. 2. Male. Supra hoc cap. ‘*Id publicum consilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio;*’ et inf. hoc eod. cap. ‘*Volsci Æquine imperatorem conjuncto exercitū darent.*’ Vide h. lib. c. 8. § 8. Deinde *captivane mater* Harl. 2. et Hav. Denique *in cast. sum* Leid. 2. pro *in cast. t. sim.* Sed præcessit venerim. Omnia deest vox *sim* in Flor.

§ 6 In hoc me longa vita et infelix senecta traxit] Quædam ex priscis edd. *in hoc ne longa rita.* Sed *in hoc me jam datum Venet. a. 1495.* Deinde τὸ et exsulat ab iisdem et pluribus aliis. Ea particula primum obcurrit in Mogunt. Sed scripti omnes adhaerent lectioni, quæ nunc vulgo existat.

Deinde hostem viderem? Potuisti, &c. genuit, atque aluit?] Omnia hæc vocabula, nescio quo casu, nisi soli librarii negligentia adscribi debeant, omittuntur in Harl. 1. *deinde viderem hostem* habet Leid. 2.

§ 7 Non tibi, quamvis infesto animo et minaci] Pal. 1. *Num tibi;* ut et mox ‘*num, quum in conspectu Roma fuit.*’ Gebh. *Num tibi* Voss. 2. Alibi sæpe hæc vocalæ in MSS. confunduntur. Vide Nic. Heinsinn ad Nason. Epist. Heroid. xi. 19. *Ut tibi* Port. *Tum minasci Klockian. minari* Gaertn. Deinde *pervenias, pro per-* veneras, Leid. 2. Hinc *ingrediendi,*

pro *ingredienti*, Lipsiens. Insuper sines, pro *fines*, Harl. 1. Denique ita cecidit, pro *ira cec.* Hav. sollemni errore, qui alibi non raro obvius est. Vide ad xxiv. 16. § 1.

Non, quum in conspectu Roma fuit, succurrunt] Excerpta libri Helmæstad. negant τὸ quum illic legi. Etiam video abesse a Rottendorf. An scripsit? *Non, ut conspecta Roma fuit. Ut, pro postquam.* Jac. Gron. Τὸ ut pro postquam iinistrat J. F. Gronov. infra ad xxxv. 23. § 3. Nostri tamen voculam quum omnes uno consensu servant, ac nihil mutant, nisi quod non tamen in consp. sit in Lipsiens. et num, quum in consp. habeat Voss. 2. De τοῖς non et νῦν confusis vide ad verba præcedd. Tamen in Lipsiensi inde natum videtur, quod librarii pro cū primo scripserint tū: quæ inter se commutari infra dicam ad Epit. Liv. I. XLVIII. circa finem. Postea ex tū factum est tā. Vide ad xxii. 17. § 5. Mox intra ista mænia Hav. intra mænia illa alio ordine edd. vett. Sed illa mænia primus Aldus vulgavit; eoque ordine vocabula conlocant omnes membranæ.

§ 8 *Ergo ego nisi peperisset*] Si peperisset Harl. 1. nisi te peperisset Voss. 2. et Hav.

Filium haberem, libera in libera patria mortua essem] Haberem, in libera patria, omissa priori loco voce libera, Flor. et Hearnii Oxon. L. 2. Et ita edidit Curio, quem multi recentiorum secuti sunt, usque ad Gruterum, qui iterum vocem omissam restituit. Cum Grutero autem faciunt omnes nostri. *Essem mortua, in aliud ordinem digestis vocibus, præfert unus Hav.*

Nec tibi turpius, quam mihi miserius, possum] Nec mihi miserius, quam tibi turpius, possum Harl. 2. quam tibi turpius, nec mihi miserius Port. a m. sec. in quo a m. pr. pro quam alia vox scripta fuerat, cuius omnes ductus diligenter erasi sunt, ut, quid olim

exaratum extiterit, nunc prehendi nequeat. An forte ab initio datum censeri debet, nec tibi turpius, nec mihi miserius? quemadmodum præfert Gaertn.

Nec, ut sim miserrima, diufutura sum] Nec, ut sum Flor. nec uⁱ sim, id est, nec ubi sim, Port. Male. Ut sim est, licet, etsi sim. Vide ad xxii. 25. § 2.

§ 9 *De his videris]* Genus loquendi erudite, ut omnia, inlustravit Nic. Heins. ad Nason. ex Ponto Epist. I. 2. 9. Mox quo si pergis Flor.

Uxor deinde ac liberi amplexi] Complexi Gaertn. a m. pr. Sed ea vox mox sequitur. Recte itaque altera manu mutatum est in amplexi, ut præferunt reliqui omnes. Mox ploratio, pro comploratio, Lipsiens. Perperam. ‘Comploratio sui patriæ’ dictum, quemadmodum ‘complorare vivos mortuosque’ v. 39. ‘complorare fortunam gentis’ XXXVII. 7. Ita Epit. Liv. lib. LIV. ‘Ab exercitu suo multum comploratus, et nobilissime tumultuatus’ ubi vid. Sigenon. Justin. XI. 9. ‘Velut statim morituræ complorationem ediderunt.’ Vide Freinsh. Ind. Flori in voce ‘Complorare.’ Contrario errore comploratu, pro ploratu, datum erat supra hoc lib. c. 33. § 8.

§ 10 *Complexus inde suos dimittit: ipse retro ab urbe castra morit]* Complexus inde suos Harl. 2. Quod, si plures concinerent, non contemendum putarem. Ovid. Epist. Heroid. IV. 139. ‘Viderit amplexos aliquis; laudabimur ambo’ ubi vide Nic. Heinsium et Burmann. etiam Voss. Gramm. v. 6. Sed et vulgatum probum est, qnod reliqui omnes libri tuentur. Nam ad verbum dimittit vel subintelligendum eos, vel ex proximo revocandum suos. Supra hoc lib. c. 3. ‘Ambientes nobilium adolescentium animos pertendant:’ quasi foret ambientes animos pertendant eos: ubi id non intelligens Klockius

multis inutilibus conjecturis operam ludit. c. 5. ‘Desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul inmissa coribus fudere in Tiberim :’ pro in segetem vel in eam inmissa. c. 8. ‘Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse :’ nimirum cum, vel consulatum intercidisse. v. 24. ‘Principes senatus primi obferentes se, peti, feriri atque occidi jubebant :’ ubi alterum *se*, quod ex priori revocandum, nonnulli codd. perperam addiderunt. c. 25. ‘Communi decreto pollicitæ tribunnis militum aurum et omnia ornamenta sua, in ærarium detulerunt :’ pro ea detulerunt in ærarium. x. 11. ‘Samnites infesto exercitu ingressos fines suos vastare, helloque ad bellum cogere :’ nimirum eos vel fines vastare : et ita sæpe. Vide etiam Gron. ad XL. 26. § 8. et supra hoc lib. ad c. 1. § 2. Tum *demittit* Leid. 2. qui error in libb. scriptis frequens est. Vide ad XXXIV. 50. § 2. Præterea et ipse retro Harl. 2. et Hav. Denique *castra novet* Port. et Hearnii Oxon. B.

Abductis deinde legionibus] Secundam vocem, quam omnes reliqui constanter servant, unus omittit Leid. 2. Deinde *periisse*, pro *perisse*, Lipsiens. et Gaertn. Vide ad v. 8. § 3.

Alii alio leto] Dionysius Antiq. VIII. p. 528. et Plutarch. in Coriol. p. 233. tradunt, seditione militari, quam Tullus Attius excitarat, interfactum esse. Cicero ipsum sibi manus intulisse auctor est de Amic. c. 12. ‘Fecit idem, quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adjutor contra patriam inventus est nemo : itaque mortem sibi uteisque consivit.’ et in Bruto c. 10. ‘Bellum Volscorum illud gravissimum, cui Coriolanus exsul interfuit, eodem fere tempore, quo Persarum bellum, fuit, similisque fortuna clarorum virorum. Siquidem uteisque, quem civis egregius fuisset, populi

ingrati pulsus injuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundia sue morte sedavit. Nam etsi aliter est apud te, Attice, de Coriolano, concede tamen, ut huic generi mortis potius adsentiar.’ Ceterum *alii alio loco* Klockian.

§ 11 *Refert certe, hanc sæpe cum exacta ætate usurpasse vocem]* Refert hanc certe Hav. se, pro sæpe, idem codex. Spe Lipsiens. Deinde sæpe eum *ex alta ætate* Leid. 2. *sæpe in exacta ætate* Port. a m. sec. Sed nihil muto. ‘Exacta ætate’ capio tamquam ablativos absolutos, quum ætas exacta fere ad finem perducta est. Ovid. Epist. Heroid. IV. 26. ‘Quæ venit exacto tempore, pejus amat.’ Terent. in Adelph. v. 4. 16. ‘Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab eis fero.’ Vel ‘eum exacta ætate’ est eum senem : ut apud Cic. in Verr. v. 8. ‘Nullam invidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo, quum esset talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordibus, tyrannicis interdictis tuis patri exacta ætate, et adolcenti filio adeundi ad illum miserum potestatem numquam esse factam.’ Eodem sensu Livius etiam dicere potuisse ‘eum exactæ ætatis.’ Vid. Celeb. Burm. ad Nas. lib. III. Met. vers. 53.

Multo miserior seni exsilium esse] Multo mis. se exs. esse Leid. 1. Multo mis. se in exsilio esse literis trajectis Leid. 2. multo mis. exs. esse Gaertn. multo mis. seni esse exs. Harl. 2.

Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani] Flor. isterque, Rottend. Voss. 1. Helm. Chisl. laude sua. An adhibuit Græcismum οὐν ἐφθενησαν αὐταῖς τῆς δόξης? Potius dictum videbitur, ut illud Ciceroni de Orat. II. 56. ‘Nisi interdum in hoc, Crasso paullum inviderem.’ Cæterum adscripsit huic loco Muretos : ‘Hic multa desunt, quæ pote e Cujacio XII. 24. ‘Tunc enim primum sanctum fuit, ut mulieribus de via cede-

retrum, ut in anribus aureis, ut purpurea veste, ut aureis segmentis, ut novo vittæ discriminenterentur.' Cujac. ex libro vetere' Jac. Gron. Codicibus Gronovio laudatis concinunt Leid. ambo, et Harl. I. Similiter enim ostentant non invidere laude sua mulieribus. Certum est, Lucanum, Tacitum, Pliniū Secundum, aliosque ejus seculi scriptores adhibuisse locutionem ' invidere alicui aliquam re.' Vide Burmann. ad Quinctil. ix. 3. in prīne. et Cort. ad Plin. Epist. I. 10. quāvis J. F. Gronovius ad Tac. Ann. I. 22. se non meūinisse dicat, quis hoc verbo sic usus fuerit. Utrum tamen Livius eique æquales scriptores ita locuti sint, est, quod dubitem. Certe in illis genus hoc loquendi, idque verbi regimen nondum a viris doctis observatum memini. Loctio enim, quam ex Cicerone Gronovius adtulit, ' invidere alicui aliiquid in aliqua re,' hinc plane differt. Quin et, omnino veteres ita locutos esse, negabit testis idoneus Quinctiliannus, si vera est Burmanni emendatio codicis anctoritate innisa, Instit. Orat. ix. 1. ' Si antiquum sermonem nostro comparemus, pene jam, quidquid loquimur, figura est: ut hac re invidere, non, ut omnes veteres, et Cicero præcipue, hanc rem.' Hæc itaque ratio efficit, ne optimis ceteroquin codd. hic fidem habere, eorumque lectionem probare audeam; sed ut potius credam, ultimam literam vocis *laudes* interceptam esse ob primam seq. suas. Vid. ad iv. 59. § 11. postea vero, quæ vicinæ fraudi fuerat, ipsam quoque idem dñinum passam esse, et librarios, ne Prisciano quiritandi caussa daretur, ejusdem vocis suas itidem finientem literam extivisse.

Adeo sine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur] Sine obtr. al. gloriæ Leid. 2. sine obtr. gloriæ aliena Hav. Deinde videbantur, pro rivebatur, Harl. I.

§ 12 Monumento quoque quod esset]

Hic Cujacius Obs. xii. 24. ex plenioribus MSS. supplet: ' Tunc enim primum sancitum fuit, ut mulieribus de via cederetur, ut in anribus aureis, ut purpurea veste, ut aureis segmentis, ut novo vittæ discriminēterentur. Monumento quoque,' &c. Vide Val. Max. v. 2. ex. 1. Lipsium Comment. ad Annal. Tacit. III. 53. ad illa: ' Atque illa feminarum propria, quis lapidum causa pecuniae nostræ ad externas aut hostiles gentes transfruntur: ubi in Valerio, ergo in Livio quoque, pro auribus vel in auribus, vult restitui crines, quia hoc tempore ne note quidem fortasse Italiae gemmae. Tamen de inauribus adde Cujacium Observ. x. 17. in fine. Klock. Si quis honos alius matribus familias habitus, et a Livio narratus esset, recte interponeret τὸ quoque. Sed quia persequitur eandem rem, quam incepit, scripsisse videtur: *viri Romani, (adeo sine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur,) monumento quoque quod esset.* Hesiod. in Theogonia vs. 500. Σῆμα ἔμεν ἐξοπίσω, θάῦμα θυητοῖσι βροτοῖσι. J. F. Gron. Lectio Livii servanda erit, si eum multilum esse hoc loco, et, quæ Jac. Gron. ad § præced. (sive apnd eum Murens,) et hic Klockius ex Cujacio protulerunt, ex contextu ejus excidisse, iterumque addenda esse censeamus. Certe similia honoris mulierum caussa hoc tempore a Romanis concessa fuisse narrat Valer. Max. v. 2. ex. 1. ' In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque, ut feminis semita viri cederent, confessus plus salutis reipublicæ in stola, quam in armis fuisse: vetustisque aurium insignibus novum vittæ discriminē adjectit. Permisit quoque his purpurea veste et aureis uti segmentis. Super hæc ædem et aram Fortune Muliebri,' &c. Ad quem locum Glaeanus monuit, locum hunc Livii eodem modo ab Oliverio laudatum esse,

quemadmodum eum postea Cujacius protulit. Mibi tamen longe verius videtur, (cui sententiæ et se consentire Dukerns monuit,) ea omnia addita a nasnto quodam ex Valerio Max. et primo quidem tantum margini adscripta fuisse, postea vero in unius vel alterius codicis contextum inrepsisse. Ut ita sentiam, illud efficit, quod nulli virorum doctorum, qui salutares manus Livio admovebunt, haec verba sibi in codd. quibus usi sunt, obvia fuisse adnotaverint; id non omissuri, si in membranas tam insigni emblemate auctiores incidunt. Certe nemo etiam eorum codicum, quos consului, vel aliquod illorum verborum vestigium exhibit. Neque mirum est, privilegia hæc eo tempore mulieribus concessa a Livio non memorari, quum pariter omittantur a Dionysio Antiq. VIII. p. 525. et Plut. in Coriol. p. 231. qui narrant, quum senatus decrevisset, ut mulieribus præmia, quæ postulasent, tribuerentur, illas nihil aliud petiisse, quam ut Fortunæ Muliebri templum exstruere, eique quotannis sacra facere liceret pro salute reip. Sed nec verba Valerii recte accepit, quemque ea inde excerpta ora Livianæ adscripsit. Refert enim Valerius, ‘vetustis aurium’ (sive, ut viri docti emendant, earum, vel inaurium) ‘insignibus novum vittæ discrimen adjectum.’ Adeoque indicat, mulieres jam antea aurium vel inaurium insigne obtinuisse, nunc vero novum vittarum discrimen adeptas esse. Sed contra augmentum Livio adscriptum indicat, eas nunc demum utrumque præmium, et inaurium insigne, et vittarum discrimen, accepisse. Quum itaque voces, quas viri docti produxerunt, Livii esse non videantur, haud difficulter adsentiam J. F. Gronovio, pro monumento quoque scribenti monumentoque. In omnibus quidem codd. constanter superest monumento quoque; sed passim

voculæ que et quoque altera alterius locum librariorum culpa invaserunt. Vide ad v. 27. § 1. *Monumentum quoque Flor. a m. sec.*

*Templum Fortunæ Muliebri ædificatum dedicatumque est] Plut. in lib. de Fort. Romanorum p. 318. primum templum Fortunæ Virili ab Anco Marcio rege Romæ dicatum ait: alterum Fortunæ Muliebri hoc tempore. Sigan. De Fortunæ variis appellationibus vide accurate scribentem Brissonium, de Formulis lib. I. p. m. 51. *Modius.* Exstructum fuit hoc templum extra Urbem via Latina ad quartum milliarium. Valer. Max. I. 8. ex. 3. ‘Fortunæ etiam Muliebris simulacrum, quod est via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum æde sua consecratum, quo Coriolanum ab excidio Urbis maternæ processus repulerunt.’ Festns voce ‘Pudicitiae signum.’ ‘Item via Latina ad milliarium IIII. Fortunæ Muliebris’ signum ‘nefas est adtingi, nisi ab ea, quæ semel nupsit.’ Ita recte Jos. Scalig. locum emendasse, quum antea ederetur ad milliarium illi Fortunæ, ostendit præcedens Valerii locus. Et quidem exstructum fuit eo ipso in loco, ubi mater Veturia Coriolanum precibus exoravit. Valer. Max. v. 2. ex. 1. ‘Super hæc ædem et aram Fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curavit, memorem beneficii animum snum exquisito religionis cultu testando.’ At supra cap. præced. Livius tradidit, Coriolanum ‘ad fossas Cluilias quinque ab Urbe millia passuum’ castra posuisse: ubi idem narrantem Dionysium landat Glareanus. Sciendum tamen, Dionysium, qui alio ordine expeditionem Coriolani recensuit, quam Livius, refere, bis eum ad Urhem accessisse, et quidem primo castra metatum fuisse ad fossas Cluilias, circiter quadraginta stadia ab Urbe distantes. Postea refert, quemadmodum iterum*

inde motis castris per oppida Latiorum, quæ adhuc cum Romanis stabant, arma circumtulerit, iisque expugnatis post diem trigesimum exercitum denuo Romæ admoverit: eo vero tempore σταδίου ἀποσχὼν τῆς πόλεως ὀλύγῳ πλεῖον τῶν τριδκοντα, παρὰ τὴν Τουσκονλαγὸν φέρουσαν ὅδον κατεστρατευπέδευσεν· id est, paullo longius quam trigesimo ab Urbe stadio, in via, quæ Tusculum dicit, castra posuit. Si vero paullo longius quam trigesimo ab Urbe stadio castra posuerit, et octo stadia, ut Glarean. cap. præc. fecit, uni stadio tribuanus, eo tempore circa quartum milliare substitisse patebit. Ceterum ædificatumque est, altera voce omissa, fragm. Hav. quod hic iterum incipit, a m. pr. ædificatum est a m. sec. ædific. est ac ded. est Port. a m. pr. ædific. est ac dedicatum est a m. sec. ædific. est dedicatum Lipsiens. ædific. est ac dedicatum Harl. 2. ædific. deditumque est Leid. 2. Reliqui MSS. vulgatum servant. At priscae edd. Mulieri vel Muliebri *Fortunæ*; primus Aldus deinde repositus *Fortunæ Muliebri*, in quem ordinem vocabulorum scripti conspirant.

Redire deinde Volsci adjunctis Æquis] Redire deinde Volsci Leid. 1. invitis reliquis omnibus.

Æqui Attium Tullum haud ultra tulere ducem] Æquitatū tū Tullium, una litera transposita, duabus perperam additis, Leid. 1. *Æqui ad Titium Tullium Voss.* 1. subjectis tamen notis, quæ vocem ad expungendam indicant. *Æqui Adtitum Tullium Klockian.* *Æqui Actium Tullium Voss.* 2. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *Æqui Actium Tullium Lipsiens.* *Æqui Aticum Tullium Leid.* 2. *Æqui Actium Tullium Hav.* *Æqui Attium Tullium Flor.* Harl. 1. et Port. a m. pr. qui solus omnium *Æqui Attium Tullum* a m. sec. recte præfert. Vide ad c. 35. § 7. Tot modis nomen hoc proprium in MSS. librari-

orum culpa depravatum erat.

§ 13 *Imperatorem conjuncto exercitu darent]* *Conjuncto exercitu Lipsiens.* et fragm. Hav. *convictio exercitu Gaertn.* Scriptum fuerat *coniucto*. Omissa deinde linea suprascripta ob ductum similitudinem abiit in *coniucto*. Vide ad Epit. Liv. lib. LXVIII. Pari modo *iudex* et *uindex* sæpe in membranis commiscentur. Vide ad IX. 1. § 8. *exercitu autem*, pro *exercitu*, ferri posset, si plurimes atque integriores codi. concinerent. Vide ad XXIV. 19. § 6. Paullo ante *Huic*, pro *Hinc*, Lipsiens. De quo errore vide ad XXV. 40. § 2. Præterea *Æquine*, pro *Æquine*, Gaertn. Vide ad V. 28. § 5. Mox in verbis seqq. deinde *atr.* et *pral.* *ort.* media vocula addita, præfert Hav. *deinde atr. pral. et bellum ortum* Gaertn. Vide ad IV. 55. § 5.

Duos hostium exercitus] Flor. S. Marci duostium, hoc est, duo hostium. Jac. Gron. *Duo*, pro *duos*, Livio frequens esse, infra dicam ad XXXV. 21. § 5. Hic tamen omnes nostri constanter *duos hostium exercitus*. Vox autem Romani abest in Port. a m. pr.

§ 14 *Consules T. Sicinius, et C. Aquilius]* *Consules T. Siccius Voss.* 1. Leid. ambo, Harl. 1. fragm. Hav. et Neap. Latinii, quorum plerique etiam mox legunt *Siccius Volsci*. Τέτος Σίκκιος vocatur Dionysio Halic. lib. VIII. p. 531. Auctor etiam est Pighius in Annal. ad a. CCLXVI. p. 100. quædam exemplaria Livii, Hearne autem vett. quasdam edd. Livii, præferre *T. Siccius*. Verum hoc loco ea lectio mihi in nullo cod. vel typis vel manu exarato obvia fuit. Omnes enim editi constanter *T. Sicinius*; scripti vero vel *T. Sicinius*, vel *T. Siccius*. Et ita etiam supra est hoc lib. c. 32. § 2. c. 33. § 2. et c. 34. § 9. At contra III. 43. § 2. § 5. et § 7. in plerisque legitur *L. Siccius*. Ea autem nomina et alibi commutantur.

Vide ad c. 58. § 2. ad c. 61. § 2. et alibi. Tum et C. *Equilius* Voss. 1. Klockian. et Harl. 1. et C. *Aequilius* Leid. 1. et C. *Acquilius* Harl. 2. et Lipsiens. et Cn. *Aquilius* Leid. 2. Cn. *Aquilius*, omissa copula, Gaertn. C. *Aquilius* Flor. Γάιος Ἀκύλλιος Dionysius Halic. vocatur Antiq. VIII. p. 531. ubi vir doctus notavit, *Aquilius* secundum Latinos cum simplici λα scribi debere. Dissentit Sigonius, qui ubique in Livio, etiam hoc loco, *Aquillius* edidit; quem quoniam passim aliis locis Livii viri docti secuti sint, eundem etiam hic audiendum censui. Vide quae notantur ad Liv. II. 4. § 1. et XL. 14. § 5.

Nam ii quoque in armis erant, provincia evenit] Tò erant omittitur in Voss. 2. quod reliqui tuentur. Dionysius, de eadem re locutus, Antiq. VIII. p. 531. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἔδη ἥσαν ἐν τοῖς ὄπλοις. Præterea voces *provincia evenit* scribæ negligentia desiderantur in Leid. 2. et Lipsiens. *provincia venit* habet Voss. 1. Vide ad v. 12. § 6.

Cum Volscis æquo Marte discessum est] Genus loquendi discessum est cum Volscis Ant. Perizonio displicuit, qui ad marginem cod. legendum conjectit ab Volscis æquo Marte discessum est, aut cum Volscis æquo Marte dimicatum (aut pugnatum) est. Sed vulgatum satis probum puto. Est enim contracta vel elliptica locutio, pro *prælio*, vel ex *prælio* cum Volscis. - Tò est deest in Lipsiens. Ceterum alias hic Livius antores secutus est, quam Dionys. Halic. qui Antiq. VIII. p. 534. et 535. narrat, Sicinium ingentem victoriam de Volscis reportasse, eorumque ducem Attium Tullum prælio cecidisse; hinc Sicinium dominum reversum triumphum obtinuisse, quum Aquillius ob superatos Hernicos tantum ovans Urbem ingressus sit.

Cap. XL. § 1 Sp. Cassius deinde ac Proculus Virginius consules facti]

Legendum *Sp. Cassius III.* Primum enim fit consul A. U. C. CCLII. iterum a. CCLXI. Glar. Pall. 1. ac 3. perperam *Serrilius Cassius* ex falsa interpretatione literæ S. Gebh. Prioris consulis prænomen *Spurius* deest in Leid. 1. pro eo *Serrilius Cassius* præferunt Voss. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed passim nomina *Spurius* et *Serrilius* in MSS. commutantur. *Sp. Assius* est in Harl. 1. Eadem tertii consulatus notam addendam censuit etiam Pighius in Annal. ad a. CCLXVII. p. 101. Sed vide quæ supra notantur ad c. 16. § 7. Porro deinde *Procul. Verginius* Harl. 1. copula omissa, quam reliqui omnes servant. Vide hoc lib. c. 17. § 1. deinde et *Proculus Vergineus* Flor. Leid. 2. deinde et *Proculus Virgineus* Gaertn. et Voss. 1. Vide quæ ibidem notantur. Deinde et P. *Virginius* Hav. quod inperitia librarii adscribendum est.

Agri partes duæ ademtæ] Tò duæ omittitur in vetustissimis edd. quod addidit primus Aldus. Agnoscunt etiam omnes codd.

§ 2 *Adjiciebat huic muneri agri aliquantum]* *Adicicbat* Leid. 1. Port. a m. pr. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *addiciebat* Leid. 2. Vide hoc lib. ad c. 10. § 9. Deinde numeri quædam ex priscis edd. literis perperam transpositis, pro quo alii fecerunt numero, quod est in Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 14. § 4. Mox *criminabatur a privatis*, alio ordine, Voss. 1. et Leid. 2.

Id multos quidem Patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum] *Patrum, multos possessores* Voss. 1. et Leid. 2. *Patrum, ac ipsos possessores* Port. Quæ lectiones inde natæ sunt, quod non viderint amannenses, *multos Patrum, ipsos possessores*, per adpositionem hic dici, quasi foret, *multos Patrum*, qui erant possessores. Deinde *periculo suarum rerum* Voss. 1. et Leid. 2. -

*Sed et publica Patribus sollicitudo in-
crai] Sed et Patribus publica Voss. 1.
et Leid. 2. Sed publica etiam Patri-
bus Harl. 2. Sed etiam publica Patri
Gaertn.*

*Largitione consulem periculosas] Lar-
gitionem consulis Voss. 1. et Leid. 2.*

*§ 3 Tum primum lex agraria pro-
mulgata est] Tamen primum Lipsiens.
Vide ad xxi. 17. § 5. Hinc provul-
gata est Harl. 2. quod quasi ex inter-
pretatione natum. ‘Promulgare’
enim quasi ‘provulgare’ dicitur.
Vide ad iii. 9. § 5. Mox deinde ad
hanc, verbo usque omissa, Flor.*

*Sine maximis motibus rerum agitata]
Sine magnis motibus Harl. 2. sine max-
imis metibus Harl. 1. Vide ad iii.
69. § 2. Insuper agitata est Gaertn.*

*§ 4 Consul alter largitioni resistebat]
Pal. 3. *Consulum alter.* Gebh. *Con-*
sul alter Leid. 1. *Consulum alter* Port.
et Gaertn. Vide ad ix. 32. § 2. Lectionis diversitas inde originem
habuit, quod olim per compendium
scriptum fuerit *Consul*, ut Leid. 1. ha-
bebat, et, quemadmodum id redi
debuerit, librarii dissenserint. Vide
ad x. 10. § 2.*

*Nec omni plebe adversante; quæ pri-
mo cœperat fastidire] Lego nec omnino
plebe adv. Klock. Necessitatem ita
conjiciendi nullam video. Nec omni
plebe est, nec omnibus plebeiis, nec
tota plebe. Nisi omni plebe perpe-
ram habet Gaertn. nec omni plebe ad-
versantœ primo cœperat Harl. 1.*

*Cœperat fastidire, munus vulgatum a
civibus esse in socios] In vet. codice
quidam scripserset esse. Rhen. Ita
solus Pal. 3. At Pal. 2. ab civibus
iisse, sicut mox, ab questoribus. Gebh.
Monet Rhenanus, in vet. codice scrip-
sisse quendam esse. Flor. egiſſe. Ego
vero et iſſe, et esse, et egiſſe furcillis
ejicio. Quid enim fastidire? Sane
cum sine apposito casu Plantus usur-
pat, alio sensu est, quam qui hic re-
quiritur. Scribe, cœp. fastidire mu-
nus vulg. a civ. in socios. J. F. Gron.*

*A civibus iisse Voss. 2. et Gaertn. Sed
in his potius contractionem Livins a-
mat. Vide ad Liv. xxviii. 38. § 3.
a civibus esse Leid. 1. et Hav. a cir-
egisse Flor. Vide ad xxvii. 44. § 3.
Totam hanc vocem delendam Grono-
vius censuit. Ita planius fore Dou-
jatius fatetur; videndum tamen ex-
istimat, num fastidire hoc loco sumi
possit pro moleste ferre. Non ad-
versarer ejus sententiæ, si vel uno
exemplo, ex idoneo scriptore petito,
rè fastidire eo sensu usurpari, docere
potuisset. At insuper, si fastidire
poni solet pro moleste ferre, quid,
quæſo, opus est, rè iſſe invitatis omni-
bus libris ex contextu ejicere? Quum
itaque rè fastidire usurpari pro ægre
ferre neque ex Livii, neque ex alte-
rius scriptoris auctoritate probari
possit, et tamen rè iſſe, vel, quod alii
codd. ejus loco exhibent, esse delere
non ausim; potius videndum puto,
an non præstet, pro esse, transpos-
itis tantum literis, legi sese, hoc sen-
sū, eos fastidiſſe munus, a sese, qui
cives erant, in socios vulgatum. Alibi
sæpe esse et sese inter se commutantur.
Videnda quæ notantur ad Liv.
xl. 26. § 5.*

*§ 5 Pestilens collegæ munus esse . . .
qui acceperint] Pestilens collegæ numē
esse Harl. 1. Deinde qui cœperant
Lipsiens. qui acceperant omnes reli-
qui, quibus utor, codd. cum editis
antiquis usque ad Froben. qui a.
1531. primus acceperint evulgavit, et
post eum recentiores omnes.*

*Regno riam fieri] Regno inani fieri
Lipsiens errore ex literarum in et ui,
atque ni et m similitudine orto. Reg-
no riam jam fieri, interposita penulti-
ma voce, Gaertn. Sed ea perperam
repetita videtur ex vocis præced. li-
teris ultimiis.*

*§ 6 Quid enim ita adsumi socios et
nomen Latinum?] In vet. codice est
Quid ita enim. Rhen. Ita omnes eti-
am nostri, nisi quod rè enim omitta-
tur in Leid. 2. Præterea nomenque*

Latinum typis descripti usque ad Al-
dum, qui reposuit et nomen Latinum,
concentribus omnibus scriptis.

*Quid attinuisse, Hernicis, paulo
 ante hostibus, capti agri tertium par-*
*tem reddi? In vet. codice est partem
 tertiam. Rhen. Pal. 3. paulo ante
 hospitibus; et paulo post, partem ter-*
*tium reddi. Non piget me pusilla
 adnotare, praeunte Rhenano. Gebh.
 Quid attenuisset Leid. 1. Quid atti-*
*nuissest Flor. Voss. ambo, Leid. 2.
 Harl. 1. Hav. et editiones antiquæ;
 pro quo primus Aldus attinuisse rece-
 pit, adstipulantibus reliquis scriptis.
 Deinde Hernicis paulo ante hospitibus
 Leid. 1. Lipsiens. et Port. Alibi
 nonnumquam voces *hostes* et *hospites*
 perperam commutantur. Exempla
 ejus erroris vide ad II. 15. § 3. et ad
 IV. 13. § 2. Vide etiam Broekhus. ad
 Propert. Eleg. II. 19. 30. Denique
 partem tertiam reddi Voss. 2. Leid.
 ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn.
 Port. fragm. Hav. et Hav. quibus
 obsecutus sum.*

*Nisi ut hæ gentes pro Coriolano duce
 Cassium habeant] Recte sic Campan-*
*nus. Sed quid exstat in omnibus
 MSS. nostris? nisi ut egentes pro Cor.
 Gebh. Td ut exsulat ab Hav. egentes
 etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Harl.
 ambo, Lipsiens. Gaertn. Klockian.
 Port. et fragm. Hav. quomodo scrip-
 tum est pro eæ gentes, potuit etiam
 omissa esse adspiratio pro hæ gentes.
 Dein pro Coriolano ducem Cassium
 Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Port. et
 fragm. Hav. pro Coriolano duces Cas-
 sium Voss. 2. Sed ultimæ literæ vo-
 cis duces subiecta est nota, que eam
 delendam indicat. Tandem ultima
 vox omittitur in Harl. 1. pro ea abe-
 rent exstat in Leid. 1. quomodo forte
 aberrante manu datum est pro abe-
 rent, id est, haberent. ‘Abiit’ et ‘hab-
 buit’ etiam alibi in scriptis commu-
 tantur. Vide ad XXXVII. 59. § 7. et
 ad XXII. 59. § 19.*

§ 7 Popularis jam esse dissuasor et

intercessor legis agrariae cœperat] In
duobus MSS. Pall. 1. ac 2. absunt
λεξίδια et intercessor. Gebh. Voces
et intercessor aberant etiam a Voss.
2. Leid. utroque, Harl. 2. Lipsiens.
Gaertn. Port. fragm. Hav. et Hav.
Adscripta quidem etiam a m. pr.
erant in Voss. 1. sed simul notæ,
tamquam signa eas deleendas esse, ad-
pictæ fuerunt. Non invenit etiam
Hearne in Oxon. B. L. 2. et C.

*Uterque deinde consul certatum plebi
 indulgere] Antiqua lectio ut certatum,
 indulgere. Rhen. Rhenanus ex suis
 ut certatum plebi indulgere; nescio
 quo sensu: certe contradicentibus
 omnibus nostris. Gebh. [Vid. Lectt.
 Var.] Consul ut certatum Flor. Leid. 1.
 et Harl. 1. Td ut habet quidem etiam
 Voss. 1. sed additum signum docet,
 in ea fuisse opinione librarium vel
 quemcumque alium, voculam eam
 inducendam esse. Contra Gron. ex
 ejus lectionis vestigiis emendabat
 uterque deinde consulum certatum. De
 locutione ‘uterque consulum’ vide
 ad VIII. 6. § 9. Ejusdem formæ est
 atque illa, ‘alter consulum,’ de qua
 ad I. 32. § 2.*

Ne cui, nisi civi Romano] Ne cui, ni-
ciri Rom. Harl. 2. ne cui nisi cui Rom.
Leid. 1. ne cui, nisi Rom. Port.

§ 8 *Cassius, quia in agraria largiti-*
one] Vox quia deest in Lipsiens. Sed
Cassius, qui in agraria præferunt
fragm. Hav. Hav. et Harl. 2. Fre-
quens hic error est in libris scriptis
ex non intellecto compendio, quo
utraque vocula notari solebat, vel
quod a male festinantibus perperam
inter se confundantur. Ita hoc lib.
c. 18. § 7. Alia exempla videbimus
ad XXXVI. 33. § 5. Quibus adde
Burmann. ad Seren. Sammon. vs.
725. et Cort. ad Sall. Jug. c. 10. et
c. 16. Mox eosque cir. vilior erat, pro
eoque c. v. er. Lipsiens. eosque cir. vi-
lior Flor. a m. pr. eoque cir. vili-
tior a m. sec. eo quod cir. vilior erat
Gaertn. et Hav. quod ex codem fon-

te profluxit. Ita autem alibi librarii lapsi sunt. Vide ad i. 20. § 3. ii. 4. § 3. c. 52. § 1. c. 54. § 10. iv. 7. § 10. c. 8. § 3. c. 21. § 5. c. 60. § 3. v. 17. § 10. c. 30. § 8. c. 32. § 5. et § 7. et passim.

Ut ulio munere sibi reconciliaret ci-vium animos] Campan. reconciliaret. Pall. tres sibi conciliaret; legitime. Gebh. Reconciliaret Leid. 2. consiliaret Gaertn. conciliaret Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Lipsiens. Port. fragm. Hav. et Hav. Et ita prius Aldus ediderat. Sed postea, alterum præferens, eam lectionem inter errata rejicit. Id cur Gebhardo displiceat, justam caussam non video. ‘Reconciliare’ enim in Livio passim obvium est. Supra i. 50. ‘Cura reconciliandi eos in gratiam moratnm esse.’ Infra c. 47. ‘Neque inmemor ejus, quod initio consulatus inbibera, reconciliandi animos plebis, saucios milites curando dividit Patribus.’ viii. 2. ‘Nec contradici, quin, quoniam ipsos belli culpa sua contracti tædi-um ceperit, amicitia de integro re-concilietur.’ c. 36. ‘Rem per se popu-larem ita dexter egit, ut medendis corporibus animi multo prius mili-tum imperatori reconciliarentur.’ xxxv. 19. ‘Non movit modo talis oratio regem, sed etiam reconciliavit Hannibali.’ xlvi. 52. ‘Fal-laci deinde colloquio per speciem reconciliandæ pacis extractam bie-mem, ut tempus ad comparandum haberent.’ xlvi. 14. ‘Utraque legatio de pace reconcilianda cum rege Perseo egit.’ Auctor Epit. Liv. lib. cxix. ‘Ob quæ C. Cæsar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit.’ Adprime autem hic conve-nit. Nam, ut testis est Servius ad Maron. Æn. i. 78. ‘Conciliantur novi, reconciliantur antiqui.’ Non audeo itaque reconciliaret loco movere, quod servant Voss. 1. Harl. 1. Klockian.

et quodammodo Leid. 2.

§ 9 *Haud secus, quam præsentem mercedem regni, aspernata plebs]* Interpolatitia lectio a magisterculis. Pal. 1. merc. reg. aspernata est plebes. Pal. 3. vero, ut et Camp. aspernata plebes. Sic mox Pall. duo, uno animo patres ac plebes. iii. 12. habet Pal. 3. fusa ac fugata plebes est. Gebhardus. Aspernata est plebes Voss. 2. Reliqui omnes, quibus utor, codices, plebes præferunt: nisi quod aspernata plebes deficiat in Gaertn. et plebs servent Hav. et Harl. 2. plebs jam recepit J. F. Gronov. a. 1645. Vide ad c. 24. § 2. Mox mun. ejus animis, pro mun. ejus in animis, Gaertn.

§ 10 *Quem, ubi primum magistratu abiit]* Vox prima supplementum pal-pabile et inexcusabile. Fuerat, respu-bantur. *Ubi primum magistratu abiit.* J. F. Gron. Sic tamen quoque in principio periodi iii. 9. ‘Qua pro-mulgata lege.’ Duk. Pronomen quem superest in omnibus libris, qua manu, qua typis excusis. Idem defendit Doujatius, docens, optimos auctores eo sæpe aliquo intervallo post nomen usos, ita ut ab illo sequentem perio-dum inchoent. Quamvis vero optime abesse posse existimem, attamen in-vitis, quicumque consulti sunt, libris, expungere non audeo. Deinde *Quem, ut primum Lipsiens.* Vide ad xxiv. 15. § 1.

Damnum necatumque constat] Mi-ror omissam in Pal. 1. necis Sp. Cas-sii mentionem: quippe habet, *Quem . . . dāpnatum constat.* Gebh. *Necatumque etiam abest a Voss.* 2. sed, ordine inverso, *negatum damnumque constat* est in Leid. 2. Reliqui nihil mutant.

Sunt, qui patrem auctorem ejus sup-plicii ferant] Ferunt Lipsiens. Gaertn. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Alteram lect. tuentur codd. optimi, unde eam merito præfero. Infra xlvi. 66. ‘Sunt, qui eo die magno

prælio pugnatum auctores sint: ad quem locum plura vide. Est vir clarissimus, qui, existimans *auctorem* hic accipi debere suasorem, in animum inducere non poterat, ut putaret patrem suasisse filii necem, quia foret contra vim patriæ potestatis, secundum quam patres filios publice reos factos condemnabant, et supplicium exsequiebantur. Putabat itaque Livium scripsisse *patrem auctorem ejus supp.* eamque lectionem ex sequentibus probari, ubi pater 'verberasse ac necasse' dicitur; quod non *auctoris*, sed *actoris* esse pronunciabat. *Auctorem* autem gennino vocabuli intellectu accipiebat enimdem, qui 'exactor,' 'executor' dicitur. Eo sensu Nepot. de Attico in ejus vita c. 3. testari, eum 'in omni procreatione reipublicæ auctorem actoremque' habitum fuisse: ita enim legendum, non, ut vulgo, inverso ordine et corruptissime, *actorem auctoremque*: nam *auctorem actoremque* esse inceptorem et perfectorem, ut Chærea inquit apud Terent. Eun. act. v. sc. ult. vs. 4. 'o Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium Inventor, perfector, inceptor.' Eademque forma Ciceronem pro Sextio c. 28. Catonem dicere 'ducem, auctorem, actorem rerum.' eumque locum etiam vulgo male intellectum esse: Jac. Gronovium enim testari in notis, fuisse, qui induci suaderet vocabulum *actoris*, quo facto plurima his verbis vis venustasque detrahatur. Contra Henmann. existimat, nihil mutandum esse: Latine enim *auctorem supplicii* vocari, qui id reo infert, et eum pena adficit. Et recte. Ita enim Canace, a patre mori jussa, eum 'auctorem' mortis sua vocat apud Ovid. Epist. Her. xi. 7. 'Ipse necis euperem nostræ spectator adisset, Auctorisque oculis exigeretur opus.' 'Auctor necis,' qui aliquem interfecit, Met. viii. 419. 'At simul est auctor necis edi-

tus, excidit omnis Luctus, et a lacrimis in pœnæ versus amorem est.' Ita Ovidius Augustum, a quo in exsilium missus est, 'auctorem pœnæ' vocat Trist. i. 3. 39. 'Ut, quod vos sciatis, pœnæ quoque sentiat auctor.' Et eo sensu ubique obcurrit.

Peculiumque filii Cereri consecravisse] Peculii ejus meminerunt omnes, qui Cassium a patre damnatum atque interfectum tradiderunt. Valer. Max. v. 8. ex. 2. 'Adhibito propinquorum et amicorum consilio, adfectati regni crimine domi damnavit: verberibusque adfectum necari jussit, ac peculium ejus Cereri consecravit.' Plin. Hist. Nat. XXXIV. 4. 'Romæ simularum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassii, quem regnum adfectantem pater ipsius interemerat.' Dionys. vero Halic. Antiq. VIII. p. 546. observat, inter rationes, que alteram sententiam, eum a quaestoribus accusatum, et populi judicio damnatum fuisse, verosimilorem efficiunt, illam præcipnam esse, quod peculium ejus publicatum et ædes dirute fuisse dicantur: quod factum non fuisse, si a patre iudicatus, damnatus, ac punitus fuisse. Quum enim filii familiae, viventibus patribus, nihil proprii possederint, sed et de corporibus et de bonis eorum pro voluntate disponere patres potuerint, hinc sequeretur, si bona Cassii publicata fuissent, fore, ut criminis a filio commissi aliquam pœnam pater sustinuisse. Id autem eo ini quis futurum erat, quod ne postea quidem, cum jam plenius jus filio in peculium concessum esset, illud patri creptum fuerit, licet filius in insulam deportaretur; quemadmodum Imp. Alexander rescripsit Juliano in leg. 3. Cod. de Bonis Proscr. 'Si filius tuus, quum esset in tua potestate, in insulam deportari mernit, peculium ejus nec quod in castris adquisivit, nec quod militaturo donasti

auferri tibi debet.' Secundum hanc ergo sententiam colligendum foret, Cassium non modo populi iudicio damnatum esse, quod præter Dionysium etiam Livins proprius fidem esse testatur; verum etiam damnatum fuisse eo tempore, quo non amplius pater superesset. Id enim nisi statuatur, non stringet argumentum Dionysii, sed eadem restabit difficultas. An tamen argumentum Dionysii omni exceptione majus sit, dubitari potest. Qui enim Cassium a patre necatum tradunt, (certe Valer. Max. et quorum sententiam Livins refert,) non a populo vel ex lege peculium ejus publicatum fuisse narrant, sed ipsum patrem id Cereri sacravisse. Si quis tamen contendat, omnino Cassium iudicio populi dum post patrem mortuum damnatum esse, is non sine magna veri specie contendere poterit, alteram sententiam ex ambigua vocis 'peculii' apud antiquos significatione natam esse. Illud enim vocabulum non tantum pusillam istam pecuniam notare, quam vel filius familiæ vel servus, permittente patre aut domino, possidebat, sed insuper in genere quascumque facultates etiam patrumfamiliæ. Vide Brisson. de. Verbor. Sign. voc. 'Peculium.' Legentes antem posteriores scriptores Cassii *peculium*, id est omne ejus patrimonium, publicatum fuisse, male vocem *peculium* strictiori sensu acceperisse; et hinc de suo addidisse, eum damnatum esse vivo patre, immo ab ipso patre jure patriæ potestatis.

§ 11 *Idque proprius fidei est]* Emenda locum, *idque proprius fidem est*. Apparet, quam fuerit versatus in lectio honorum auctorum, qui non putabat Latine dici, *proprios fidem*. Rhen. Legitima lectio stabilita est a solo Pal. 1. Nam Pal. 2. ut et Camp. *idque proprius fidei est*. Pal. 3. vero, *idque proprius est fidei*. Gebh. *Idque proprius est fidei* Harl. 2. *proprios fidei est* Leid. 2. *proprios fidei* Port. et

Lipsiens. *proprios fide est* Voss. 1. a m. sec. Reliqui omnes *idque proprius fidem est*, quod recte Rhenanus et Gebhardus probarunt. Solet enim ubique ita loqui Livins, ut iv. 17. 'Propius est fidem, obstringi Fidenatum populum, ne respicere spem ullam ab Romanis posset, conscientia tanti sceleris volnisse:' ubi etiam unus cod. male *proprios est fidei*. xxiii. 26. 'Tum, refecta tandem spe, castra proprius hostem movit.' xxviii. 40. 'A qua suspicione si me neque vita acta et mores mei, neque dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriae belli domiqne partæ vindicat, ut proprius fastidium ejus sim, quam desiderium; ætas saltem libret.' xxx. 12. 'Quum modo dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem exposceret, propiusque blanditias oratio esset, quam preces.' xlvi. 58. 'Postquam incep- tum non succedebat, castra proprius hostem movit rex.' xliv. 9. 'Horum inductio in parte simulacrum decurrentis exercitus erat: ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum usum.' c. 28. 'Propius urbem lembi accessuque commodiore quum exposuerint armatos.' c. 45. 'Ipse proprius mare ad Pydna castra movit.' Simili ratione etiam 'prope' et 'proxime' Livius construere solet. Vide quæ notantur ad vi. 42. § 10. Ob hanc caussam, ubicumque codd. addicunt, eamdem locutionem, frequenter a librariis indoctis mutatam, Livio iterum vindicandam censeo, ac probo sententiam Gronovii, qui id sæpius fecit. Vide quæ notavit ad Liv. xxi. 1. § 2. ad xxii. 40. § 5. ubi alia exempla laudavit; ad xxiii. 12. § 3. ad xxiv. 41. § 4. et ad xxxv. 10. § 5. ubi ita præibat Sigonius. An vero etiam invitatis MSS. in eamdem formulam loquendi Livins cogendus sit, infra dispiciam ad xliv. 40. § 4.

A quæstoribus Cæsone Fabio et L.

Valerio] Cæsonem prænomen esse, et singulari litera *K* notari solitum esse ab antiquis, docui in prænominiibus a me editis ex Capitoliniis lapidibus. In libris etiam ejusmodi notam usurpatam esse, id esse argumento potest, quod *C. Fabius*, pro *K. Fabio*, sit sæpe vitiouse; ut sigillatim suo loco ostendam. Itaque antiquam prænominis notam hoc loco restituendam censeo. Sic paulo post, *Cæso Fabius*, *K. Fabius*. Sigan. Ita etiam *Dionysius VIII.* p. 544. vocat *Cæsonem Fabium* alterum horum quæstorum. Sed Tac. Annal. xi. 22. *Man. Æmilium*. Plut. vero in *Poplic.* p. 103, plane diversus *P. Veturium* et *M. Minutium* quæstores nominat. *Modius*. Cæsones appellati sunt, qui mortuis matribus executi sunt, ut ancestor est Valer. de Prænominiibus. Idem affirmat Sex. Pompeius voce ‘Cæsones,’ denique Plinius vii. 9. ‘Cæsarum primus,’ ait, ‘a cæso matris utero dictus est, qua de caussa et Cæsones appellati.’ Hoc autem prænomen veteres *K* litera notabant, ad differentiam *Caii*, quod per *C* significabatur. Illud facile animadvertes, si diligenter cum fragmentis Capitoliniis conferas *Livinum* et alios auctores, qui ‘Cæsones Fabios,’ ‘Cæsonum filios nepotesve’ nominant. Auctor est etiam Terentianus Maurus, in libello de Literis, Syllabis, et Metris, qui ‘Cæso’ prænomen *K* litera notari dicit hoc versu, quo loco de hac litera disserit, ‘Sæpe Kæsones notabant hac vetus litera.’ Studiosis quidem posthac curæ spero fore, ut approbatæ antiquorum illæ notæ in usum redeant, et in auctoriibus passim, ubi librariorum ignorantia vel negligentia periere, restituantur. Quod ipsum et typographis minime negligendum, qui plurimum profecto gratia sibi conciliarent apud doctos, si notarum antiquarum characteres typis etiam suis imitarentur aliquanto diligentius. *Pighius* in Annal. ad a. cclxix. p. 103. *Ab quæsto-*

ribus se in Pal. 2. invenisse supra ad h. cap. § 4. Gebhardus testatus est: quod ex nostris solus præfert Hav. quibus tamen, utpote levioris fidei testibus, credere nequeo, aliis omnibus vulgatum servantibus. Prænomen *Kæso* per notam literæ *K* expressum ab antiquis fuisse, indicat etiam Q. Terentius Scaurus de Orthograph. p. 2252. ‘*K* quidam supervacuam esse literam judicaverunt, quoniam vice illius fungi *C* satis posset, sed retenta est, ut quidam putant, quoniam notas quasdam significaret, ut *Kæsonem*, ut *Kaput*, et *Kalumniam* et *Kalendas*.’ Pighii itaque consilium secentus ubique ap. *Liv.* prænomini huic notam illam reddidi, quod neminem ægre latorum spero. Vide etiam *Manut.* ad *Cicer.* ad Fam. ix. 21. Ceterum quæ *Modius* ad hunc locum notavit, nomine ejus et fama indigna sunt. Verum est, alios ap. *Plut.* alios etiam ap. *Tac.* quæstores nominari, quam apud *Livium* et *Dionysium*; sed id mirum esse non debet. De quæstoribus enim alterius anni *Plutarchus*, alterius *Tacitus*, alterius denique *Livius* et *Dionysius* agunt; adeoque ab omnibus his eadem quæstorum nomina proferri nequeunt. Nam *Plutarchus* ‘*P. Veturium* et *M. Minucium*’ a *Valerio Poplicola*, anno proximo post reges ejectos, quæstores creatos dicit; *Tacitus* ‘*Valerium Potitum* et *Æmilium Mamercum*’ primos quæstores fuisse refert, quibus populus sexagesimo tertio anno post Tarquinios exactos honorem hunc mandavit. At *K. Fabius* et *L. Valerius*, quorum *Liv.* et *Dion.* meminerunt, anno xxv. post pulsos reges quæsturam gesserunt. Minime etiam se expedire potuerunt *Lipsius* et *Ryckius* ad *Tacit.* loc. laud. quod ipsis haud difficile fuisset, si observassent, non addere vel *Livium* vel *Dionysium* hujus anni quæstores primos a populo ad eam dignitatem in comitiis evectos esse; adeoque

necesse non esse, ut iidem sint atque illi, quos Tacitus memoravit. Quæ Lipsins ad Tacit. notavit, Modio errandi ansam dedisse videntur.

Diem dictam perduellionis, damnumque populi iudicio] Diem dict. perd. populique jud. damn. Harl. 2. diem dict. perduellionē, damn. pop. jud. Gaertn. diem dictum, et perduellionis damnatum pop. jud. Hav. Nihil muto. Similiter ‘perduellionis diem dicere’ est ap. Valer. Max. vi. 5. ex. 3. ‘Diem his P. Rutilius tribunus plebis perduellionis ad populum dixit.’

Dirutas publice ædes: ea est area ante Telluris ædem] In solo Pal. 2. superscripta est a Campano edita hæc lectio; nam alias in Pall. eas stare ante Tell. ad. Gebh. Diruptas publice Lipsiens. Klockian. Voss. 1. Leid. 2. Hav. et fragm. Hav. sollemini errore; de quo vide ad ix. 45. § 17. Praeterea de se, pro ædes, transposita una litera, Leid. 1. et Harl. 1. Denique ea est arena ante Tell. ad. Voss. 1. a m. pr. et Leid. 2. eas stare ante Tell. ad. Voss. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. ea stare ante Tell. ad. Harl. 2. ea starea ante Tull. ad. Leid. 1. et Harl. 1. Quæ monstra lectionum manifesta tamen vestigia servant veræ lectionis, in edd. et Voss. 1. a m. sec. obviæ, ea est area ante Tell. ad. Alii in area domus Cassianæ ædem Telluris constructam narrant. Cic. pro Domo c. 38. ‘Sp. Cassii domus ob eamdem caussam eversa, atque in eodem loco ædes posita Telluris.’ et Val. Max. vi. 3. ex. 1. ‘Senatus enim populisque Romanus, non contentus capitali eum supplicio adficere, interemto domum superjecit, ut penatim quoque strage puniretur. In solo autem ædem Telluris fecit.’ Donatus itaque de Urbe Roma iii. 6. conjicit, fortasse locum eversæ domus et areæ ante templum et ipsius templi capacem fuisse. Quod ut tamquam conjecturam proponeret, necesse non erat, quem expresse id

testetur Dionys. viii. p. 546. Μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Κασσίου ἦτε οἰκία κατεσκάφη, καὶ μέχρι τοῦδε ἀνεῖται ὁ τόπος αὐτῆς ἀλθριος ἔξω τοῦ νεῶ τῆς Γῆς, ὃν ὑπέρει τινὶ αὐτῆς.

§ 12 Damnatur S. Cornelio, Q. Fabio consulibus] In vet. volumine est Serrio Cornelio. Rhen. Quidam codd. Serevium, quidam Sergium habent. Sed utrius errant: nam Servius prænomen est; Sergius autem ac Servilius nomina. Quidam unam litteram S ponunt, suspendentes naso ignaros consuetudinis Romanæ. Mirum vero in Livio, cur non in fine prioris anni meminerit senatusconsulti de lege agraria facti, de quo toties Dionysius, et nos paullo post ex eodem referemus auctore. Glar. In Pal. 2. literis superadditis habetur Servilio, quod dudum damnavit Loritus. Gebh. Damnatus est, pro dannatur, Harl. 2. Per codd. quorum Glareanus meminit, intelligi debent ante eum typis descripti libri; in his enim lectiones, quas memorat, obcurrunt. Nam Serilio Cornelio est in edd. principibus, usque ad Aldum, qui vulgavit S. Cornelio. Pro eo vero Froben. 1531. recepit Serg. Cornelio. Et Serilio Cornelio habent quoque fragm. Hav. et Latinii Neap. Servo Cornelio Voss. 1. et Leid. 2. At recte Rhenanus Ser. vel Serrio Cornelio: quod prænomen sæpe cum nomine Serilius in priscis MSS. commutatur. Vide ad Epit. Liv. lib. lxxii. Ad hæc non prænomen Servius, sed potius Sextus, non numquam etiam Spurius, unica litera S in nummis et marmoribus notantur; ut Aldns erraverit, qui ea prænomen Servius indicare voluit. Denique et Fabio Voss. 2. et Q. Fabio Hav. De copula inter duorum magistratum nomina vel addita vel omissa vide ad ii. 17. § 1.

CAP. XLII. § 1 Ipsa per se demto auctore subiit animos] Ipsa per se

demento sub. auct. Voss. 1. *ipso per se*
demento auct. sub. Gaertn. Voss. 2. et
 Leid. 1. *ipsa per se demento subiat auct.*
 Leid. 2. *per se ipso demento auct. sub.*
 Lipsieus.

Accensuque ea cupiditus est] Tò est
 abest a Pal. 2. Gebh. Omnes nostri
 verbum substantivum servant.

Malignitate Patrum, qui, devictis eo
anno Volscis Æquisque militem præda
fraudavcre] Omnia hæc dormitantes
 amannentes inertia omittuntur in
 Hæl. 1. *ea, pro eo, et prædum, pro*
præda, est in Lipsiens.

§ 2 *Vendidit Fabius consul, ac rededit in publicum]* Fabius consules Leid.
 1. Quod ideo tantum adnoto, ut patet,
 librarios passim in nota Cos,
 quæ vel pro *consul* numero singulare,
 vel pro *consules* plurali, et quidem
 omni casu, poni potest, interpretanda
 errare solitos suisse. Vide ad x.
 10. § 2. Præterea et rededit fragm.
 Hav.

Invisum erat Fabium nomen plebi]
 Tò erat omittitur in Leid. 1. *Tum*
Fabii nomen Voss. 2. Male. Vide
 Gron. ad Liv. 1. 3. § 7. Denique
plebei Hav. a m. pr. Ita c. 39. hoc
 lib. pluribus codicis preferunt ‘infensus
 plebei magis.’ 111. 37. § 6. optimæ
 notæ codices legunt: ‘Tribunicos
 homines, quia id populare habebatur,
 circum se ostentaverant plebei.’ c.
 64. in fine: ‘Pariter Patribus plebeis
 acceptus magistratu abiit.’ Verum in eodem Hav. literæ penultimæ
 vocis *plebei* nota subscripta adparet,
 quæ indicium esse solet, librarium
 judicasse, eam delendam esse.

Ut cum L. Æmilio K. Fabius consul
crearetur] Hunc annum Dionysius
 viii. p. 549. ait ducentesimum sep-
 tuagesimum annum ab Urbe condita.
 Ergo ab liberata Urbe haec tenuis tres
 omissi sunt anni in Livii codice, ut
 sæpius nunc ostendimus. Glar. Cum
Lelio Æmilio Gaertn. Vide ad v.
 32. § 8. cum *L. Æmilio Cesone Fabius*
 Hæl. 1. Paullo ante *temē*, pro *te-*

nuere, Gaertn.

§ 3 *Seditio domestica bellum exter-
 num excivit]* Corrupta sententia est.
 Scribendum, plebes, seditione domesti-
 ca bellum externum excivit. Sensus
 est, seditionem domesticam externo
 bello dedisse occasionem. Neque
 enim rebellassent Volsci et Æqui,
 nisi discordibus Romanis. Rhen.
 Cum Rhenano faciunt Flor. Voss. ambo,
 Leid. ambo, Hæl. 1. Lipsiens. Gaertn.
 et fragm. Hav. At a priscarum edd.
 lectione *seditio domestica* stant codic.
 recentiores ac minoris fidei Hæl. 2.
 Port. et Hav. Paullo ante *Eo infes-
 tor facta plebs* Hav. Hæl. 2. et
 Gaertn. invitis reliquis, qui omnes
 servant *plebes*. Vide hoc lib. ad c.
 21. § 2. et mox hoc §.

*Bello deinde civiles discordiae inter-
 missæ]* *Bello deinde civilis discordiae*
intermissio Hav. *intermissio* etiam Leid.
 1.

Uno animo Patres ac plebes] Ita pri-
 mus edidit Gron. 1665. quom priores
 omnes præferant *ac plebs*, quod ser-
 vant Flor. Leid. ambo, Hæl. 2. Port.
 Hav. et fragm. Hav. Vide paullo
 ante hoc §.

§ 4 *Plus tamen hostium fuga, quam*
prælium, absuntit] Pal. 1. *assumpsit.*
 Pal. 3. *assumpsit.* Gebh. *Plus host. tam.*
fuga Hæl. 2. Deinde *assumpsit* Voss.
 1. Leid. ambo, et Hæl. 2. Ita sæpe
 in MSS. priscis peccatur. Alia exem-
 pla vide ad 11. 4. § 3. hoc lib. c. 52.
 § 5. c. 53. § 4. 111. 9. § 12. iv. 26. § 4.
 v. 7. § 3. c. 13. § 12. et alibi sæpe.
 Vide etiam quæ notavi ad Sil. Ital.
 iv. 800. et aliis locis pluribus.

§ 5 *Castoris ædes eodem anno Idibus*
Quinctilibus dedicatu est] Pal. 1. *Cas-
 tori sedes:* unde legendum *Castori*
ædes. Gebh. Omnes nostri in recep-
 tam lectionem uno animo conspirant;
 nisi quod tò *Idibus* a m. pr. desit in
 fragm. Hav. et *Quinctilibus*, pro *Quinc-
 tilibus*, præferat Hæl. 1. Ex eo igitur,
 quod in solo Pal. 1. scriptum sit
Castori sedes, non colligam, ut Geb-

hardo placebat, scribendum esse, *Castori ædes*; sed potius, librarum inperite literas in voces divisisse, et vulgatum *Castoris ædes* servari debere, quamvis tamen utrumque, ‘dedicare ædem Deo,’ et ‘dedicare ædem Dei,’ Livio usitatum sit. Vide ad v. 23. § 7.

Duumvir ad id ipsum creatus] *Ad ipsum creatus* Harl. 2. et Port. in contextu, cuius tamen margini τὸ id adscriptum exstat, tamquam primo omissum librarii errore. Alibi sæpe *ipse*, pro ‘is ipse,’ poni solet. Vide ad v. 43. § 4. Hic tamen integriores codd. qui nihil a vulgata lectione recedunt, sequi malo.

§ 6 *Tribuni plebis popularem potestam]* *Tribuni ptebi* Leid. 1. quomodo veteres pro *plebei* dixisse Vossius docet Gramm. iv. capp. 19. et 20. Vide etiam ad III. 6. § 9. c. 35. § 8. c. 54. § 9. c. 64. § 8. c. 65. § 4. iv. 4. § 3. c. 7. § 9. c. 25. § 1. c. 36. § 3. c. 43. § 8. c. 44. § 3. v. 6. § 15. c. 25. § 1. c. 29. § 6. et infinitis aliis locis. Paullo ante *Soll. etiam eo anno*, pro *Soll. et eo anno*, Gaertn. ēt, id est, *etiam*, atque et sæpe in MSS. confunduntur. Vide ad XXII. 47. § 9. *Soll. et eo anno cum dulc.* Lipsiens. *Solliciti et eo anno* Flor. Mox autem *Tribuni plebi pro trib. plebis* Flor. Tum verbis seqq. *celebrant* priscæ, quas vidi, edd. ante Aldum; is autem *celebrabant* excudi curavit, adstipulantibus omnibus MSS. meis, nisi quod *celebrabant* sit in Port. per errorem scribæ.

Patres satis superque gratuitū furoris in multitudine credentes esse] Restitue sententiam hoc modo, *gratuitū favoris in multitudinem*. Rhen. Furor enim accendebatur indulgentia Patrum ac consulem, eoque magis largitionibus. Rhenanus, cum non intelligeret, suppositum ivit *gratuitū favoris*, contra omnes MSS. Gebh. *Satis et super* Voss. 1. et Leid. 2. Sed infra est III. 67. ‘Satis honorum, satis superque vi- tæ erat: mori consulem tertium opor-

tuit: ubi alia vide exempla. Deinde *gratum favoris in multitudine* Harl. 1. *gratuitū favoris in multitudine* Leid. 1. *gratuitū favoris in multitudinem* Flor. Sed recte vulgatum contra Rhena num defendit etiam J. F. Gron. hoc lib. c. 34. § 11. verba ita exponens, ultro etiam et sine proposita mercede satis prout insanire et commoveri plebem; ac docens, ‘furorem’ sæpe pro seditione ac tumultu poni. Frequenter alibi voces ‘furor’ et ‘favor’ amanuensium culpa inter se commutantur. Vide quæ notavi ad Silii Ital. VII. 497. Adde Burmann. ad Gratii Cyneg. vs. 189.

Largitiones teneritatisque invitamenta horrebant] Omnes libri *largitionis*, quod valet *largitiones*. Amplius autem Pal. 2. *temeritatisque irritamenta horrebant*. Ita Naso Metam. I. 140. ‘Effodiuntur opes, irritamenta malorum.’ Gebh. *Largitionis* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. Hav. fragn. Hav. Gaertn. et Latinii Neap. Neque aliter edidit in contextu Liviano Aldus, qui postea *largitiones* inter errata prætulit. Deinde *inritamenta* Lipsiens. ex qua librarii aberratione natum puto *irritamenta* et *irritamenta*, quod præferunt Harl. 2. et Gaertn. Livius quidem voce illa ‘irritamentum’ non semel usus est: ut XXX. 11. ‘Inde excursiones in vicem fieri, et, quum pulsos indignatio accenderet, plures subire: quod irritamentum certaminum equestrium est, quum aut vincentibus spes, aut pulsis ira adgregat suos.’ XL. 27. ‘Quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat.’ Et solent etiam τὰ ‘invitare’ et ‘irritare’ passim commutari in membranis antiquis. Vide ad I. 15. § 1. Levior tamen est mihi fides codicium, qui hanc lectionem ostentant, quam ut eos sequi audeam; præsertim quum elegans etiam sit vulgatum *invitamenta*, pluribus inlustratum a Burmanno ad Vell. Pat. II.

67. Et utitur ea voce Cic. pro Sylla cap. 26. ‘Qui quum multa haberet invitamenta Urbis et fori propter summa studia amicorum, quae tamen ei sola in malis restiternunt, abfuit ab oculis vestris:’ et alibi. Vide etiam viros doctos ad Curtius IV. 10. § 24. ‘*Invitare* autem saepe ponitur pro adlicere: ut apud Hor. Epod. II. vs. 27. ‘*Fontesque lymphis obstre- punc manantibus, Somnos quod invi- tet leves.*’ Ovid. Met. XI. 603. ‘per quem eum murmur labens *Invitat somnos crepitantibus unda lapillis:*’ ubi vide etiam Burm. Curtius VIII. 2. ‘*Ubertas terræ non indigenas modo detinet, sed etiam advenas invitat.*’ Frontinus II. 5. ex. 44. ‘*Cum paucis profectus, ita ut contemtu sni hostes invitaret:*’ ubi vide Ondendorp. Ceterum *rd que abesse potest; quum tamen omnes servent codd. non vi- detur inducendum esse.* Potest enim accipi quasi particula exegética, pro largitione, quae sunt temeritatis invitamenta; *largitiones*, id est, temeritatis invitamenta. Justin. in Præf. ‘*Quum multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri res Romanas Græco peregrinoque sermone in historiam contulissent:*’ id est, Græco sermo- ne, qui est peregrinus.

*Acerrimi Patribus duces ad resisten- dum consules fuere] Acerrime priscae edd. pro quo jam Veneti 1495. acerri- mi substituerunt, concincentibus omnibus codd. scriptis. Acer dux, ut ‘acer auctor’ hoc lib. c. 56. ‘Collega ejus auctor, quum recentior, tum acrior erat.’ *Duces id resistendum Leid. 2. duces ad id resistendum Harl. 2. utramque lectionem jungens.**

§ 7 M. Fabium Kæsonis fratrem] Vocem *Fabium* omisit librarius Leid. 2. *M. Fabium M. Cesonis fratrem præ- fert Klockian.*

Invisum alterum plebi accusatione Sp. Cassii L. Valerium consulem dedit] Antiqua lectio habet *consules;* et rec- te: ut et ‘*M. Fabium et L. Vale-*

*rium’ consules datos a Patribus esse intelligamus. Sigan. Qui ita edide- runt, non respexerunt ad longinquum ‘*M. Fabium Cæsonis fra- trem,’ sed solum consulis nomine: quare rectius Pall. et Camp. *consules dedit.* Gebh. *Invisum plebi alterum Hav.* Deinde *consulem dedit Flor.* ambiguum scriptum præferunt *Cons. dedit* Leid. 1. et fragm. Hav. Sed totidem literis *consules dedit* Voss. 1. Leid. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Harl. 2. Latinii Neap. et Hearnii Oxon. B. et C. Quod quum sensus requirat, tot codd. præeuntibus in contextum recepi. Compendium scri- bendi, quo usi fuerant antiquiores li- brarii, recentiores in errorem per- duxit, ut saepe in hac ipsa voce alibi factum est. Vide ad X. 10. § 2. Male autem *Sp. Cassium* habent Voss. 1. et Leid. ambo. *Spurium Cassium Lipsiens.***

§ 8 *Certatum eo quoque anno cum tribunis est]* Vet. lib. *cum tribunis ple- bis.* Sigan. *Creatum quoque eo anno Hav.* In nullo autem meorum codd. inveni lectionem, quam ex vet. lib. iandat Siganus. Neque necessaria est vox, quam ex eo Siganus protin- lit, quum et alibi saepe omittatur, et tota oratio ostendat, non agi de aliis tribunis quam de tribunis plebis. Alibi saepe eo sensu *tribuni* simpliciter memorantur. Vide ad Liv. II. 56. § 1. *Mox una lex, pro vana lex,* Lipsiens. a m. pr. qui error alibi etiam in MSS. obvius est. Vide ad VIII. 27. § 2. *Præterea namque legis,* pro *vanique legis*, idem Lipsiens. a m. pr. et Gaertn. Tandem *munus fac- tum, pro munus, facti,* Harl. 2. *irritum munus fecit* Gaertn.

Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus] *Fab.* deinde nom. Hav. Alibi etiam librariorum negligentia voculae hæ commutatae sunt. Vide ad XXXVI. 24. § 10. *Tum ingens per tres cont. cons.* Voss. 2. *ingens post tres cons. cont.* Hav. *ingens post tres,’ consulatus, omissa voce conti-*

nuos, ejusque loco notis illis exaratis, prefert Leid. 1. Mox uno veluti pro unoque velut, Gaertn. unoquoque velut Harl. 2. eodem errore, quo τὰ que et quoque commutari solent. Vide ad v. 27. § 1. Insuper certaminis Lipsiens. simili errore, quo dederunt librarii principiis, pro principibus; prætoriis, pro prætoribus, similiaque plura. Vide ad xxii. 60. § 7. Hinc itaque tum ut bene, addito τῷ tum, Gaertn. itaquit bene Lipsiens. Denique bene locutus, pro bene locatus, Harl. 1. manifesta librarii aberratione.

§ 9 Bellum inde Veiens initum et Volsci rebellarunt] Bellum in Vehios initum Hav. Tum initium, pro initum, Voss. 1. Denique rebellaverunt Voss. idem, et Leid. 2. rebellare Gaertn.

Ad bella externa prope supererant vires] Ad bella hesterna Gaertn. et Harl. 2. in membranis obvio errore. Vide ad XL. 14. § 2. Deinde supererant vires Harl. 2. et Lipsiens. quomodo a scriba peccatum est, vel quod duas literas er duplicare neglexerit, vel quod, quum scriptum fuisset sup'erant, aut supererant, ad notam additam non adverterit. Vide ad I. 25. § 11.

Abutebanturque iis inter semet ipsos certando] Pusillum fortassis hoc, sed tamen ab expositoribus Ciceronis, magnis quidem viris, non omissum. Notare placuit, malle quosdam inter semet ipsi legere, quam inter semet ipsos: ut illud paullo post c. 44. ‘Æternas opes esse Romanis, nisi inter semet ipsi seditiōibus sœviant:’ qui-dam tamen mutarunt, inter semet ipsos legentes. Quidam utroque modo anctores etiam magnos locutos contendunt, quibuscum haud quaquam prægnabimus. Glar. Pall. et Camp. abutebanturque iis, pro abutebantur iis. Nostri autem omnes codd. et edd. inter semet ipsos: quod an recte dicatur, non libet cum Glareano disputatione: neque tanti est. Gebh. Hic male deleverunt particulam que. Scribi abutebanturque iis inter semet ipsi

certando. Habent enim et MSS. et edd. omnes vett. J. F. Gron. Quod Gronovius ait de MSS. et edd. omnibus vett. intelligendum est de particula connectente que. Nam ea etiam in omnibus meis codd. constanter superest, et demum eamdem omissam video in ed. Francofurt. 1578. Verum inter semetipsos, contra quam Glareano et Gronovio visum erat, uno animo omnes typis et manu exarati præferunt. Quare eam etiam lectionem minime mutandam existimo. Vide ad h. lib. c. 19. § 5. contando, pro certando, aberrans dedit librarius cod. Lipsiens.

§ 10 Accessere ad ægras jam omnium mentes] Pal. 1. ad ægras jam omn. mentes. Pal. 2. Acc. jam ægeras omn. mentes; exponitque ægras mentes turbatas: ut paullo supra, ‘potestatem celerabant,’ id est, augebant. Gebh. Acc. jam ad ægras omn. mentes Lipsiens.

Ostentantia minas: motique ira numinis caussam nullam aliam vates canebant] Obtestancia Lipsiens. Vide ad v. 30. § 5. Jac. Perizonius in margine Livii distinctionem hoc modo emendandam conjicit: ostentantia minas, motique (sc. omnes) ira numinis. Caussam nullam. Si interpunctio recepta placet, ‘moti ira’ accipiendo, ut ‘commotus ira’ VIII. 6. ‘Quum commotus ira se ab vestibulo templi citato gradu proriperet.’ Sed vox ira omittitur in Leid. 2. motique ita numinis habet Leid. 1. et Lipsiens. obvio errore. Vide ad XXIV. 16. § 1. Præterea null. al. causs. vates can. Hav. causs. null. vates can. aliam Voss. 1. et Leid. 2.

Publice privatimque nunc extis, nunc per ares consulti] Ἀκυρολογία in his verbis agnoscit Clericus notis ad Li-vium hoc loc. et in Arte Crit. part. II. sect. 1. cap. 10. § 2. Proprie enim ipsos vates consuluisse Deos per aves et exta, ut, quid vellent, rescirent; non vero vates consultos

esse extis et per aves. Unde patet, virum doctum junxisse voces ‘vates consulti extis.’ Perizon. quidem margini adscripsit locum Phædr. Fab. III. 3. 6. ‘Ad consulendos currit mærens hariolos.’ Verum ex illo loco nihil alind probari potest, quam optime dici ‘consulere vates,’ de quo nemo dubitat. At quæritur, an dici possint vates ‘consuli extis,’ quum ipsis ex extis futura prædicunt, quod vix in animum inducere possum: certe id ex hoc loco non sequitur, ubi jungenda puto ‘numinis consulti nunc extis, nunc per aves.’ Et ita omnis illa ἀκυρολογία evanescit. Ceterum publice privatim, sine conjunctione que, Gaertn. quam reliqui constanter servant.

§ 11 Qui terrores tamen eo evasere] Td tamen, quod priores editores omiserant, primus addidit Aldus, cui concinunt omnes, quos consului, codd. præter fragm. Haverk. quod præfertum facili errore. Vide ad xxii. 17. § 5. ut et præter Lipsiens. ac Gaertn. in quibus gravius erratum, et pro tū sive tum, ut est in modo memorato cod. scriptum video cū, sive cum. Præterea qui errores tamen et erasere habet Harl. 1.

Ut Oppia virgo Vestalis damnata incesti pœnas dederit] Virginem hanc Pompilium vocat Hieronym. in Chron. Euseb. ad a. MDXXXII. ‘Romæ virgo Pompilia deprehensa in stupro viva defossa est:’ ad quem locum Scalig. in notis pag. 100. monet, eamdem in Græco Eusebio pag. 167. Πομπίλαν, apud Orosium II. 8. Popiliam, apud Dionys. VIII. 556. Ὀπιμίλαν vocari. Id Hearne in errorem induxit, et causa exstitit, ut Scaligerana hæc insigni anachronismo laudaverit ad Liv. XXII. 57. § 2. ubi Livius Opimiæ virginis Vestalis incesti damnatae meminit. In vocem Oppia hic conspiravit omnes typis et manu exarati, nisi quod Oppia sit in Hav. Præterea damnatae incesti pœnas dederit male Harl. 2. et

Gaertn. damnata incerti Flor.

CAP. XLIII. § 1 Q. *Fabius inde]* Legendum Q. *Fabius iterum:* quippe qui quarto ante anno consul fuit. Glar. Q. Fabio iterati consulatus notam adjungendam esse in Livio, monuit etiam Pighius in Annal. ad a. CCLXXI. p. 104. Præterea auctor est Hearne III. pro inde, legi in Oxon. L. 2. et N. idque vitiose exaratum esse pro II. vel iterum. Nostri nihil mutant. Neque aliiquid mutandum iudico. Vide quæ notantur ad h. lib. c. 16. § 7. Si ergo in Oxon. quos Hearne laudat, III. exstiterit, id potius ex iñ, id est, inde, depravatum fuisse puto. Fabii prænomen non adparet in Gaertn.

Et C. *Tullius consules facti]* Ut supra ad I. 30. Tullios pro Julius esse vitiose monuimus, sic hoc loco *Tullius pro Julius:* quod ex Cassiodoro et Dionysio VIII. p. 557. intelligi potest, et ex ipsomet etiam Livio, qui infra III. 33. C. *Julium decemvirum factum esse,* cum consularis esset, scribit. *Sigon.* Sigonius legit hic C. *Julius,* quod non persnadet. Pal. 1. G. *Tullius.* Pal. 2. C. *Tullus.* Gebh. *Tullius* servant codd. Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. et N. Attamen vera videatur emendatio Sigonii, quam iisdem, quibus ille, argumentis et auctoritatibus, nisi quod addat Marianum, defendit Pighius in Annal. ad a. CCLXXI. p. 104. ubi etiam Juliorum cognomen *Julus* sæpissime pari errore in *Tullus corruptum* esse monet. Vide quæ notat Sigonius ad Liv. IV. 36. § 4. Proxime verum *Tullius* est in Lipsiens. Insuper et prænomen in Gaertn. variat. Præfert enim CN. *Tullius.* Tandem deest copula et in Harl. 2. Vide quæ notantur supra ad h. lib. c. 17. § 1.

Bellum foris atrocious fuit. Ab Aequis arma sumta] *Bellum forius fuit* errore scribæ Harl. 1. Td fuit exsu-

lat a Port. præpositio ab a cod. Hav. Sil. Ital. I. 272. ‘Bellaque sumtaviro belli majoris amore.’ Ubi locutionem ‘sumere bellum,’ ‘arma,’ ‘certamen,’ in notis illustravi. Qnum tamen reliqui codd. ab *Aquis* præferant, nihil hoc loco mutandum censem. Paulo ante eo anno segnior, omisso *rōnō*, Flor.

Veientes agrum quoque Romanorum populantes inierunt] Vejentes quoque agr. Rom. Hav. cum edd. antt. ante Aldum, qui ordinem nunc receptum vocabulis inposuit. Vejentes agr. Rom. quoque fragm. Hav. Deinde iniverunt Port.

*Cæso Fabius et Sp. Furius consules sunt] Legendum Cæso Fabius iterum. Glar. Vide supra ad initium hujus capititis. C. Fabius est in Hav. qui error ex eo natus, quod librarii prænomen *Kæso* per C scripserint *Cæso*. Vide Sigonum ad c. 41. § 11. et quæ infra notantur ad c. 46. § 6. et c. 48. § 1. Præterea Sp. Spurius perperam Leid. 2.*

*§ 2 Artonam Latinam urbem *Æquii* obpugnabant] In libro scripto legitur Ortonam Latinam urbem. Rhen. Legendum puto Ortonam. Me in hanc sententiam ducunt cum Livius ipse, tum Dionysius. Sic enim est in vett. libris Livianis, atque Dionysius ipse, quamquam mendose (tamen ita aper- te, ut vestigia veræ scripturæ insideant) idem scripsisse videtur. Inquit enim hoc in loco (I. VIII. p. 558.) πόλιν Ὀπούς κατὰ κράτος αἰροῦσι. Lib. autem x. p. 653. Βιρτῶν, inquit, τὸν Δατίνων ἔθνος· quan*n*rbem vulgati Livii libri III. 30. *Hortanam* vocant; MSS. *Hortonam*. Quibus ex locis illud conjici potest, ubique Ortonam esse legendum. Quamquam si aut Dionysium, aut fragmenta quædam, quæ dicuntur esse Catonis Originum, sequimur, Ortonem legendum est: in quibus ita legitur, ‘In Pelignis Cur- sellum, Orton, et Sulmo.’ Artenam autem unam statuit Livius in Volsco*

agro: alteram *Cærctum* fuisse ait li- bro iv. extremo. *Sigon.* *Optonam* Leid. 1. et Harl. 1. *Ordonam* Hav. *Orconam* Klockian. *Cortonam* Voss. 2. a m. pr. in quo adscripta est et alia lectio *Ortonam*, quod habent re- liqui, quos consuli, codd. Idem etiam de Oxoniensibus suis testatur Hearne. Vide Cluver. Ital. Antiq. III. 4. p. 968. et Fontanini Antiq. Hortæ I. 1. p. 14.

Plexi jam populationum Romam ipsam se obpugnaturos minitabantur] In libro scripto non est minitabantur, sed minabantur. Rhen. Ut Rhenanus monuit, ita Pall. et Camp. minabantur. Gebh. Jam pleni populationum Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. Præterea minabantur Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Frequentatio alibi sæpe usus est Livius, hic tamen codices scriptos tantum non omnes sequor, eorumque lectionem recepi.

§ 3 Quum compescere deberent, aux- ere insuper animos plebis] Prima vox exsulat a Leid. 2. Eam, quæ ple- rumque in MSS. cum scribi solet, in- tercepit principium seq. vocis com- pescere. Deinde ausere Voss. 2. quo- modo alibi non raro peccatur. Vide ad III. 6. § 2. Non absimili errore auxere et hausere in MSS. commutantur. Vide quæ notavi ad Sil. Ital. IX. 230. Perpetua autem est litera- rum x et s in membranis vetustis confusio. Vide ad XXVI. 19. § 4. Præterea Jac. Perizonius in ora cod. conjectit, vel vocem plebis delendam, vel scribendum auxere insuper animos tribunorum plebis.

Redibatque non sua sponte p̄lebi mos detrectandi militiam] Rediebatque Voss. 1. et Harl. 1. reddibatque fragm. Hav. Tum non tantum sua sponte Harl. 2. Port. a m. pr. et Hav. De- nique detractandi Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Gaertn. Lip- siens. et Hav. Quæ orthographia in

Mss. vett. frequens est. Vide ad **xxxiv.** 15. § 9.

Sed Sp. Licinius tribunus plebis] Quidam libri habebant *Sp. Publius Licinius tribunus plebis*. Sed *Publius* tollendum, ut ex Dionysio ix. p. 559. patet, et res ipsa clamat. *Glar.* Dionysius in hunc aenum edit tribunum plebis ‘*Sp. Iciliū,*’ quamquam men-
dose est apud eum, ix. p. 559. *Σπόριος Σικίλιος*, pro *Iciliō*. Quare et hoc loco ita legendum: movet enim me maxime gens ‘*Icilia*,’ ex qua multi per hæc tempora tribuni fuerunt, infestissimi Patribus: movet etiam prænomen ‘*Spurius*,’ quod nus-
quam alias in gente ‘*Licinia*’ fuisse reperio, in ‘*Icilia*’ autem sæpe, ita ut decem ab hinc annis ‘*Sp.*’ item ‘*Icilius*’ tribunus plebis a Livio memoretur, et in annum **cccxlvi.** tres ‘*Iciliī*’ tribuni plebis prodantur. Sic enim ait Livius **iv.** 54. ‘*Auctores fuisse tam liberi populo suffragii Icilios accipio ex familia infestissima Patribus, tres in eum annum tribunos plebis creatos.*’ *Sigon.* *Pal. 1.* sed *Spurius Publius Licinius tribunus plebis.* *Pal. 2.* set *Spurius Publius Licinius plebis tribunus:* nt et *Pal. 3.* *Gebh.* *Sed Sp. P. Licinius tribuni plebis Gaertn.* quasi duo gentis *Liciniæ tribuni* indicarentur, quorum alteri ‘*Spurio*,’ alteri ‘*Publio*’ prænomen esset: sed *Sp. Publius Licinius Leid. 1.* *Harl. 2.* *Port. Hav.* et *fragm. Hav.* Neque aliter Hearne reperit in *Oxon. L. 1. N. et C.* si *Spurius Publius Licinius Lipsiens.* sed *Sp. Publius Lucinius Voss. 2.* sed *Sp. Lucinius Harl. 1.* sed *Sp. Licinius Klockian.* Patet, literas *Sp.* quibus prænomen *Spurius* scribi solet, disjunctas fuisse, et librarios ex priori *Spurius*, ex altera *Publius* fecisse. Vide ad **iii.** 70. § 2. Pro *Licinius* autem ve-
tostimiliter *Icilius* scribendum *Sigoniū* conjectit, qui error etiam committitur cap. seq. ‘*Velut processisset Sp. Licinio:*’ ubi *Sigoniū* iterum *Sp.*

Icilio reponit. Pro *Σικίλιος*, apud *Dion.* loc. laud. *codex Rom.* a viris doctis excensus habet *Σικίλιος*. Quæ lectio vera videri posset, nisi hic etiam obstaret, nondum observatum esse, aliquem gentis *Sicinie* præno-
mine *Spuriū* usum esse. Eadem ratio inpedit, quo minus statui possit, alias *Livium*, alias autem *Dionysium* aucto-
res secutos esse, illumque ex suo-
rum auctoritate tribunum delectum inpedientem *Licinum*, hunc *Iciliū*, vel *Sicinum* vocasse.

Per ultimam necessitatēm legis agrariae Patribus injungendāe] *Pal. 2. necessitudinem.* Vide, si putas hic lo-
cum habitruim, Nonium Marcellum. Nam voce ‘*necessitudo*’ antiquis significabatur necessitas. *Sisenna l. iv.* ‘*Id me neque metu, neque cala-
mitatis necessitudine inductum face-
re.*’ *Gebh.* Quamvis voces ‘*neces-
titas*’ et ‘*necessitudo*’ docta antiquitas sine discrimine usurpaverit, eadē-
que sæpe in MSS. commutentur, (vide ad **viii.** 3. § 3.) attamen, ut potius li-
brarium *Pal. secundi*, qui *necessitudinem*, quam reliquorum omnium MSS.
qui *necessitatem* præferunt, hoc loco sui
generis hominibus familiari modo er-
rasse existimem, non unam habeo ra-
tionem. Primo enim is minimæ est
auctoritatis, quem ubique interpolat-
um esse clamitat ipse *Gebhardus*,
ideoque passim deserit. Deinde re-
liqui omnes codd. in vulgatam lectio-
nem pertinaciter conspirant. Deni-
que alibi *Livinū* voce ‘*necessitudo*’ eo sensu usum fuisse nondum obser-
vavi. ‘*Ultima necessitas*,’ nt ‘*extre-
ma necessitas*’ apud *Sall.* in *Frags.*
Hist. 1. p. 940. ‘*Neque quisquam extre-
mam necessitatem, nihil ansus,* nisi muliebri ingenio, exspectat?’
ubi vide *Cortium.* Præterea *agrariae legis*, immutato ordine vocabulorum,
Voss. 1. et *Leid. 2.* Dcnique *jungen-
dæ*, pro *injungendæ*, *Hav.* prima vo-
cis syllaba a seq. intercepta. Locutionem ‘*injnngere legem*,’ ‘*ignomi-*

niam,' et similia, illustravit Gronovius ad Liv. viii. 32. § 15. Vide etiam ad xxxii. 3. § 4, et ad xl. 51. § 2.

§ 4 *Nec in eum consules acrius, quam ipsius ejus collegæ coorti sunt]* Pal. 1. *quam ipsius collegæ ei coorti sunt.* Gebh. Lege cum Mureto, *quam ipsi ejus collegæ.* J. F. Gron. Voces hæc *consules acrius, quam ipsius ejus collegæ coorti sunt: auxilioque eorum delectum ob petitionem rōū consules negligentia librarii omittuntur* in Harl. 1. Vide ad ix. 11. § 2. *nec in eum consulem præferunt* Voss. 1. et Leid. 2. Qui error ex non recte redditio scribendi compendio *cons̄. nata est.* Vide ad x. 10. § 2. *Pro acrius, in margine* Voss. 1. *pro varia lectione adscriptum erat octius, ejusque loco artius legendum postea notatum est.* Neque inde multum abludit Gaertn. *actius exhibens.* Gebhardi Palatino

1. *consentit* Voss. 2. *Tò ejus abest a Flor.* Sed Mureti conjecturam, quam præter Gron. probat etiam Donjatius, firmat auctoritas cod. Port. Dissidentibus tamen reliquis codd. eam non recipio, præsertim quum *ipse is* Livio frequens esse Jac. Gronovius docuerit ad iii. 12. § 4. *Locis, quos laudavit, addē Liv. ix. 17.* 'Recensem duces Romanos, nec omnes omnium ætatum, sed ipsos eos, cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum.' xxi. 26. 'Et ipsorum eorum quos sedes suæ tenuerant, simul perlicit donis ad naves undique contrahendas:' ita Gronov. in cod. Gud. inventit. XLIII. 22. 'Clansas portas, atque ipsa ea nocte, qua venerat, receptum Romanum præsidium cum C. Popillio legato invenit.' XLV. 39. 'Ille nihil, præterquam loqui, et ipsum id maledice ac maligne, didicit.' Ita verosimiliter ex conjectura reponit J. F. Gronov. Pari modo 'ipsi nos' XXXIX. 16. 'Nos, quæ ipsi nobis agenda sunt, in pigre exsequemur.' Et ita *ipse ego* potius, quam, ut alii

codd. habent, *ego ipse, præfert Cor- tius apud Sall. in Jng. c. 14. § 14.* 'Alter eorum necatus, alterius ipse ego manus inpias vix effugi.' Plin. Ep. i. 5. 'Reminiscebatur, quam ca- pitaliter ipsum me apud centumvi- ros lacessisset.' Deinde *exorti sunt Lipsiens.* quæ varietas in MSS. sæ- pius obcurrit. Vide ad v. 29. § 3. Ita etiam scribere voluisse puto li- brarium Gaertn. qui tamen aberrans *extorti sunt* exhibuit. Quin etiam et hanc et illam lectionem simul jun- gere voluisse videtur librarius Voss. 2. qui et ipse lapsus *ei coorti sunt*, pro *ex coorti*, id est, *exorti, coorti, dedit.* Nam in altero *ei coorti* sensus non est, quum *in eum præcesserit.* Ce- terum *coorti sunt* præfero, in quo ma- jor est emphasis, indicans et consu- les et collegas tribunos simul in eum exortos esse.

Delectum consules habent] *Consules delectum habent fragm. Hav. dilectum cons. hab. Flor. delectos consules habent Leid. 2. dilectus consules habent Leid. 1.* Vide ad xxxvii. 51. § 7.

§ 5 *Scribitur ducendus. Fabio in Veientes, in Æquos Furio datur. Et in Veientibus quidem]* Est in ple- risque rerum scriptoribus quædam observare, quæ inter se omnino sint contraria, maximeque repugnare vi- deantur; quale est illud, ut uno con- tenti simus loco, apud Livium: *Ad duo, inquit, bella exercitus scribitur du- cendus: Fabio in Veientes, in Æquos Spurio datur: in Æquis nihil dignum memoria gestum est: Fabio aliquanto plus negotiū cum civibus, quam cum hos- tibus, fuit.* Quibus perspicue verbis potest intelligi, Fabium in Veientes contendisse, proditumque a suis in acie. Verum non multo post c. 44. 'consensu,' ait, 'exercitus traditam ultro victoriam victis Æquis, signa deserta, imperatorem in acie relic- tum:' et rursus c. 46. 'Nec Veiens hostis Etruscæque legiones detrec- tant: prope certa spes erat, non

magis secum pugnaturos, quam pugnaverint cum *Æquis.*' Ecquid magis repugnans dici potuit, quam Fabio Veientes provinciam datam scribere, cui majus fuerit cum civibus negotiis, quam cum hoste: et in *Æquis* nihil memoria dignum actum: mox paulo et in publico consilio et in procinctu Etruscum proclamare, in *Æquis* rem Romanam a militibus proditam? Quid, prater memoriae lapsu, possit excusare, si Livius citatus adsit? habebit, ut opinor, nihil. Alii, ubi in utramque partem recte omnia rimati fuerint, boni consulunt, Li- viunque, si possunt, a calumnia vindicent. *Sabell.* Sic distingue, *ducendus Fabio in Veientes, in Æquos Furio datur.* Rhen. Hic locus ab Ant. Sabellico jure reprehensus est. Quidam emendandum putaverunt, si ita legeretur: *Fabio in Æquos, in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidem nihil dignum memoria gestum est.* Ita enim duo loci sequentes, quos notat Sabellicus, cum hoc consonarent. Et ipse aliquando in ea fui opinione. At Dionysii verba l. ix. p. 560. de iisdem consulibus satis declarant, sequentes duos locos in Livii codice male habere, non priorem. Cæsonis enim frater M. Fabius sequentis anni consul exprobrat p. 565. militibus Romanis, jam adversus Veios pugnam poscentibus, fratrem suum adversum eosdem hosteis desertum, et gloria privatum militum invidia. Verum in Livio hoc mirum videri non debet, si saepè in tanta rerum gestarum mole, jam senex historiam texens, memoria lapsus fuerit: quod ad auctoris contumeliam dictum minime videri velim, sed potius ut studiosos ab anxiō nimium labore dehortarer. *Glor.* Hic locus est, in quo primum Sabellicus, deinde etiam Glareanus, se valde jactant, et Livium duobus verbis sui oblitum esse contenderunt. [Uterque suam sententiam dixit absque jactantia: nou itaque viri de-

literis bene meriti ita notandi erant.] Movet enim eos, quod Fabium primum scribit cum Veientibus pugnantem ab exercitu desertum esse, in *Æquis* a Furio nihil gestum; deinde vero hanc ita multo post contraria suggerit: Fabium nimurum cum *Æquis* pugnantem fuisse desertum; ait enim c. 44. 'Proximo bello in ipsa acie, in ipso certamine, consensu exercitus traditam ultro victoriam victimis *Æquis.*' Item c. 46. 'Non magis secum pugnaturos, quam pugnaverint cum *Æquis.*' Omnis autem ejusmodi reprehensio tollitur, si legamus, quemadmodum legitur in antiquo exemplari: [Glareanus valde veretur hunc verum dicere. Nam Robortellus id quoque saepius facit.] *Fabio in Æquos, in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidem nihil dignum memoria gestum est.* Quod enim opponit Glareanus, Livium ita, ut vulgata lectio est, scriptum reliquisse, quia idem a Dionysio traditum sit, id mihi levissimum esse videtur. Quasi vero nunc primum Livius a Dionysio in hac historia explicanda dissentiat. Est enim multo magis ferendum, duos inter se dissidere, qui raro convenient, quam unum non sibi constare, et duobus verbis repugnantia dicere. *Sigon.* In MSS. hic verborum ordo est: *Fabio in Veientes, in Æquos Furio datur. Et in Æquis quidem.* Sed cuilibet et singulis verbis inscriptus numerus legere jubet, *Fabio in Æquos, in Veientes Furio datur. Et in Æquis quidem.* Ceterum et in Veientibus quidem legit etiam Ant. Fayus Galliens interpres: cetera ut vulgo edita fuerit. *Klock.* Crucem hic sibi ipsi critici fixerunt, quorum princeps Sabellicus ex verbis subseq. nescio quam antilogiam notat. Livium non solum defendens, sed etiam absolvens, Glareanus stare posse ait vulgatam lectionem, certe stabilitam a Pall. 1. ac 3. denique recensita Campano lec-

tione. Pal. 2. secundas in omnibus Signio agens, præstat lectionem, criticorum anxietates funditus, ut volunt, tollentein: *Ad duo simul bella exercitus scribitur: ducendus Fabio in Æquos, in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidem nihil dignum memoria gestum.* Gebh. Monet etiam Hearne, codices suos lectionem, quam Signius in veteri exemplari invenit, firmare. Contrarium testari debeo de omnibus, quos excussi, libris, eos nempe servare lectionem, quæ ante Signium in omnibus erat edd. nisi quod unus Harl. 2. Signii codici succinat; Hav. autem præferat, *deducendus Fabio in Vehientes, in Æquos Furio datur. Et in Vehientibus quidem;* τὸν et denique omittatur in fragm. Hav. Mihi quoque præstare videtur, ut, lectione Signii recepta, (licet a paucis iisque non semper optimæ fidei codicibus firmata,) statuamus, Livium a Dionysii narratione dissentire, quam ut, servata prisca lectione, (quam plures et fere integriores libri tuerunt,) dicamus, Livium non ferenda in tanti nominis ac famæ historico negligentia paucis interjectis sui oblitum fuisse, et priori narrationi contraria tradidisse. Et ita tandem etiam Glareanus, perspecta difficultate, quæ superest, si iv. c. 44. ‘*Victis Veientibus,*’ et c. 46. ‘*pugnaverint cum Veientibus*’ reponatur, ita tandem, inquam, Glareanus etiam sentit ad c. 46. § 1. quamvis aliud paullo ante ad c. 44. § 11. ipsi placuisse. Quid senserit Gebhardus, videndum ad d. c. 44. § 11. ubi, sententiam ejus obtinere non posse, docebo.

Quidem nihil dignum memoria gestum est] Evidem, pro quidem, est in Voss. 2. nihil quidem dignius Harl. 2. Præterea memoria est gestum fragm. Hav. Sed τὸν est exsulat a cod. Hav.

§ 6 Aliquantum plus negotii cum civibus, quam cum hostibus, fuit] Ab eodem cod. Pal. 2. τὸν fuit abest. Gebh. Idem

omnes nostri servant. Præterea quam hostibus, neglecta media voce, quædam ex edd. antt. Eamdem tamen non aliæ modo habent, sed et omnes servant codd. Et solitum fuisse Livium post τὸν quam iterare præpositiones, quæ jam præcesserant, videbimus ad iv. 58. § 4. Insuper aliquantum plus Lipsiens. Male. Vide ad c. 39. § 1.

*Unus ille vir, ipse consul, rempublicam sustinuit] Sic infra c. 61. ‘Unus e Patribus, ipse Appius Clodianus, et tribunos et plebem et suum judicium pro nihilo habebat.’ viii. 36. ‘Tantum momenti in uno viro, L. Papirio, fuit.’ Itaque satis fero; nec ab aliena manu irrepsisse cum viro docto suspicor *ipse consul:* ut nec iv. 28. ‘Uni viro Messio fortuna hostium innititur,’ τὸν *Messio.* J. F. Gron. Quæ hic Gronovius contra Freinshem. ad Flori 1. 13. § 21. e c. 61. hujus lib. e l. viii. c. 36. et lib. iv. c. 28. habet, ne ipsa quidem extra suspicionem glossæ sunt: ut neque *Manlium* in eo, quod infra c. 47. est, ‘ipsum consulem Manlium.’ Alia ratio est in his c. 10. hujus libri, ‘ni unus vir fuisset Horatius Cocles.’ Nam ibi nondum quidquam de eo dictum fuerat. Duk. Vir doctus, quem, voces *ipse consul* ab aliena manu in contextum Livii irrepsisse credentem, Gronovius refellit, est J. Freinshemius, qui videndus est ad Flori 1. 13. in fine. Ejus conjecturam verosimilem reddere posset, quod mox repetatur *consulis*, et iterum, paucis vocibus interjectis, *consul.* Nisi id forte referendum sit ad illa, quæ congetturi ad 1. 3. § 9. Immo vocem *consul* necessariam judico, sine qua friget mox τὸν *consulis*, atque omnis perit obpositio. *Consul remp. sustinuit, quam ex. odio consulis... prodebat.* Et sane licet inter nonnullos codd: de ordine harum vocum non conveniat, in quibusdam etiam vel hoc vel illud vocabulum omittatur,*

omnes tamen in servando *rē consul* consentiunt. Nam *unus vir ipse consul* habet Leid. 2. *unus ille non vir ipse consul* Port. *unus ille vir consul ipse Lipsiens.* et Harl. 2. *unus ille vir consul Hav.* Vulgatam lectionem *reliquorum*, sed *integerrimorum codd.* fides tuerit. Et ita fere loquitur Livius *iv. 18.* ‘Eques maxime resistebat, equitumque longe fortissimus ipse rex, ab omni parte effuse sequentibus obequians Romanis, trahebat certamen.’ Florus *i. 11.* ‘Dunc Postumius, ipse dictator, signum in hostes jaculatus est, (novum et insigne commentum) uti peteretur cursu.’ *Ille ipse* autem, ut infra hoc lib. c. 56. ‘Nec illum ipsum submoveare pro imperio posse more majorum’ ubi vide.

§ 7 Quas parando gerendoque bello edidit plurimas] Pal. 1. *edidit bello plurimas*: at Pal. 3. *gerendoque plurimas edidit bello.* Gebh. *Gerendoque edidit bello plurimas* Voss. ambo, Leid. ambo, et Harl. 1. *gerendoque plurimas edidit bello* Port. Lipsiens. et Gaertn. Paullo ante imperatoris artes, pro *imperatorias artes*, est in Hav. Qnod ejusdem generis est, ac *regis eastræ*, pro *regia cast.* Vide ad *xxxii. 6. § 6.*

Instruxisset aciem, ut solo equitatu emisso exercitum hostium] Instruxisset acies Voss. 2. Deinde solo emissio equitatu Hav. qui etiam mox omittit vocem *hostium.*

§ 8 Nec illos, et si non adhortatio] Muretus expungit *rē et.* J. F. Gron. Bene Muretus. Liv. *xxxii. 49.* ‘Ecquem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percunctari possit senatus.’ Cicero Epist. *ix. 8.* ‘Si non bono, at saltem certo statu civitatis.’ Duk. Td non in contextu Liviano aberat a fragm. Hav. sed postea oræ codicis adscriptum est: et sive adhortatio præfert Lipsiens.

Publicum in præsentia dedecus, postmodo periculum] Postmodum periculum

Leid. 2. Harl. 1. Lipsiens. et Hav. cum vett. edd. et postmodum periculum Harl. 2. Reliqui omnes postmodum servant: quod etiam recte Aldus alteri subposuit. Vide ad *xxv. 38. § 12.* Mox reddisset, pro *redisset*, Port. *rediisset* Voss. 2. Vide ad *xxxvi. 35. § 2.* Denique *rē potuit* deficit in Lipsiens. culpa librarii.

Aut, si aliud nihil, instare instructos] Muretus legebat, si aliud nihil, stare instr. J. F. Gron. *Instare* defendi potest ex hoc Suetonii in Tib. c. 72. ‘Instans in medio triclinio;’ et ex iis, quæ Casaubonus ibi adnotat ad hoc c. 39. ‘Inveniente eo.’ Duk. Voces aut si omittuntur in Leid. 2. Td aliud exsulat ab Hav. ausi alid nih. Flor. *Instare*, pro quo Muretus stare malebat, superest in omnibus scriptis. Id si servandum est, dicendum erit, compositum ponи pro simplice. Vide Popmam de Usu Antiq. Locut. *ii. 8.* et Gronov. ad Tacit. Annal. *xi. 19.*

§ 9 *Injussi signa referunt]* Mendosum vocabulum est *injussi.* Tu castiga, *injussu signa referunt.* Sic enim paullo post iterum loquitur c. 44. ‘*injussu*,’ inquit, ‘in castra redditum.’ Rhen. Recte *injussu* Rhenanus; neque aliter omnes nostri, nisi quod Harl. 1. et Gaertn. adhærent priscae scripturæ *injussi.* *Injussu* etiam Aldus ediderat, pro quo, veram lectionem deserens, inter errata postea monuit, *injussi* legendum esse. Infra c. 45. ‘Edicunt inde, ut abstineant pugna. Si quis *injussu* pugnaverit, ut in hostem animadversuros:’ ubi male Voss. 2. *habet injussus.* Vide Singtonum ad *iii. 63. § 5.* et quæ notantur ad *vii. 12. § 5.* Mox *eredens*, pro *crederes*, perperam Lipsiens.

Exsecrantes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam] In Pal. 3. fuit gnave actam. Deinde et illud navatam adscriptum statim. Gebh. Vox *exsecrantes*, quæ primum locum obtinet in verbis *præscriptis*, in ulti-

mum rejicitur in Harl. 2. Præterea *nunc novatam ab equite op.* Leid. 2. et Harl. 2. quod etiam inter versus in Voss. 1. exstat, enjus margini, ut et margini Leid. 1. adscriptum *grave actam, pro novatam.* Sed *nunc gnave actam navatam ab quiete op.* præfert Lipsiens. *nunc grave navatam ab eq. op.* Hav. *nunc uitam ab eq. op.* Voss. 2. Infra vii. 16. ‘*Castra nunc, inquit, vobis hostium urbique prædædo, si mihi pollicemini, vos fortiter in acie operam navaturos.*’ ix. 16. ‘*Consuli opera navaretur.*’ xxvi. 31. ‘*Navatam operam reipublicæ velit.*’ Curtius vii. 5. § 27. ‘*Ceteris gratiæ actæ, quod ad reliqua belli navaturos operam pollicebantur.*’ ix. 1. ‘*Ceteris quoque pro portione aut gradus, quem in militia obtinebant, aut navatæ operæ, honos habitus: ubi eadem varietate, atque hoc loco, quidam codd. noraturus et novatae præferunt.*

§ 10 *Nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quiesca sunt]* Quinque priora vocabula non adparent in Gaertn. Sed *Ne huic tam pestil.* ex. exhibit Voss. 1. et ambo Leid. *Nec huic pestil.* ex. Hav. Deinde ab imp. sita sunt Hav.

Adeo excellentibus ingenii citius defuerit ars] Ad excellentibus *ingenis* Leid. 2. duabus ultimis primæ vocis literis interceptis ab initialibus vocis seq. Eam autem lectionem vitiosam videns librarius inter versus adscribendo *ab, pro ad,* se eam emendatum existimavit, ut sit ‘*defuerit ab ingenii:*’ admodum inscite. Eleganter enim τὸ *Adeo in initio orationis proponendæ sententiæ sive epiphomenati inservit.* Supr. in Præfat. ‘*Adeo, quanto rerum minus, tanto minns cupiditatis erat.*’ Infra c. 47. ‘*Adeo spreta in tempore gloria interdum cumulator redit.*’ iii. 4. ‘*Adeo civitates hæ perpetuo in Romanos odio certavere.*’ v. 38. ‘*Adeo non fortuna modo, sed ratio etiam,*

cum barbaris stabat.’ iv. 1. ‘*Adeo vel infelix bellum ignominiosæ paci præferebant.*’ c. 31. ‘*Adeo, simul fortuna civitatis virtute vera eguit, nihil censoria animadversio efficit, quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.*’ xxvii. 9. ‘*Adeo ex parvis sæpe magnarum momenta rerum pendent.*’ Virg. Georg. ii. 272. ‘*adeo in teneris consnescere multum est.*’ Præterea *totius, pro citius,* Voss. 2. nullo sensu. Denique *defuit ars* Hav. et fragm. Hav. errore sæpius in MSS. obvio, quod librarii neglexerint, aut non sati adtente consideraverint vocem hac nota *defu'it* scriptam. Vide ad xl. 14. § 10.

Quam qua hostem superent] Quare *hostem superent* Leid. 2. *quumquā hostem superent* Harl. 1. et Gaertn.

§ 11 *Non tam belli gloria aucta, quam irritato, &c.] Non tum bel. gl. aucta, quam irritata* Gaertn. Mox, excrebatoque, pro exacerbatoque, Lipsiens.

Ut in gente Fabia consulatus maneret] Consulatus remaneret Haverk.

Fabio collega Cn. Manlius datur] Pal. 1. Ī. Nevius Mamilius. Pal. 3. Cneius Mamilius. Campan. *Fabio collega Veius CN. Manilius datur.* Gebh. Cons. nens. *Manilius* Voss. 1. sed pro cons. nens. est *Cneus* in marg. C. *Nevius Mamilius* Voss. 2. C. *Nevis Mamilius* Gaertn. C. *hejus Mamilius* Lipsiens. *Neus Manilius* Flor. C. *Nerus Manelius* Klockian. C. *Neius Manilius* Leid. 1. Cu. *Mamilius* Leid. 2. *Geneius Manilius* Harl. 1. C. *Neius Mamilius* Port. Cn. *Manilius* Hav. et fragm. Hav. Gn. vel Cu. *Manilius* libri olim typis excusi usque ad Aldnam, qui *Manilius* edi curavit. Recte. *Manilius* *Manilius* et *Mamilius*, diversarum gentium nomina, sæpe commutantur. Vide ad xxxiv. 53. § 2. et mox ad c. 47. § 1. etiam ad iii. 18. § 2.

CAP. XLIV. § 1 T. *Pontificius fuit]* Antiqua scriptura sic habet, Tib. *Pontificius*, hoc est, *Tiberius Pontifi-*

cins. Sic distingue, *legis agr. habuit*, *Tib. Pontificius* *suit* *is*, *eandem viam velut*. Rhen. Cum ante legeretur *T. Pontificius*, recte Rhenanus emendavit ad vet. codicis fidem *Tiberius Pontificius*. Nam eo pronomine affectit eum etiam *Dionysius ix. 562*. Id autem prænomen duabus literis, ut ab antiquis accepimus, scribebatur *Ti. non Tib. Sigon.* *Tib. Pontificius* *suit* est lectio Rhenani, applaudente Sighonio per omnes edd. traducta. *Pal. 1.* submonet, legitimam non esse, ingesta lectione *Catius Pontificius* *suit*: ad quam alludunt *Pal. 3.* et *Camp. Tatius Pontificius*. *Pal. 2.* habet *Titus Pontificius*, ex quo priores critici eduxere lectionem vulgatam. *Gebh.* *T. Pontificius* *Voss. 1.* et *Leid. 2.* *Titus Pontificius* *Hav.* et *Harl. 2.* *Tatius Pontificius* *Voss. 2.* *Port. Gaertn.* et *fragm. Hav.* *Tacius Pontificius* *Lipsiens.* *Tili.* *Pontificius* *Leid. 1.* *Tib. Pontificius* unus *Harl. 1.* quod codicis sui fide restituit Rhenanus, et *Dionysii* auctoritate firmavit Sighnius. Insuper τὸ *suit* omittitur in *Hav.* unde forte legi posset, *habuit* *Ti. Pontificium*: *is eandem viam*. At reliqui codd. vocem illam agnoscent: quare nihil muto. Neque interpunctio Rhenani proba est.

Velut processisset Sp. Licinio] Sp. Icilio, ut dixi. *Sigon.* Sighnius legit *Sp. Icilio* contra codd. nostros, quorum *Pall. 1.* ac *3.* nec non *Campani ed.* *velut processisset Spurius Licinus*. At *Pal. 2.* magis ad rem, *velut præcessisset Sp. Licinius*. *Gehh.* *Sigoniūm Sp. Icilio*, pro *Sp. Licinio*, substituentem vide ad *c. præc. § 3.* *velut processisset Sp. Lucinius* *Harl. 2.* *velut processisset Spurius Licinius* *Gaertn.* et *Lipsiens.* *velut processisset Sp. Licinius* *Voss.* ambo, *Leid. 2.* *Port. a m. pr. Hav.* *fragm. Hav.* *Latinii Neap.* et *Hearnii Oxonienses L. 1. 2. C. et N.* *velut precessisset Sp. Licinius* *Port. a m. sec.* Soli ex nostris *Leid. 1.* et *Harl. 1.* præferunt

recte *velut processisset Sp. Licinio*, nisi quod *Sp. Icilio* scribent Sighnio ad-sentiam: ‘Procedere’ simpliciter, pro prospere procedere, ex voto evenire, *Livio* et aliis frequens est. Infra xxiv. 26. ‘Quid? quod, si *An-dranodoro* consilia processissent, illa cum viro fuerit regnatura, sibi cum ceteris serviendum.’ *XLIV. 12.* ‘Et ne *Eumeni* quidem, simul a mari, simul a terra adgredienti, quid-quam satis procedebat.’ *Gellius XVII. 5.* ‘Processisset autem ar-gutatori isti fortassean reprehensio, si *Cicero* ita dixisset.’ Et ita ‘parum procedere,’ pro parum prospere procedere, sed sine addito casu, *Sall.* dixit in *Jng. c. 35.* ‘Sin id parum procedat, quovis modo *Numidam* interficiat.’ Ubi vide *Cort.* et ad *Sall. Cat. c. 1.* Pariter etiam simplex ‘cedere,’ pro prospere cedere, saepe obcurrit. Vide *Duk.* ad *Flor. II. 17. § 14.*

Delectum paullisper impediit] Dilectum Flor. Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. et a m. pr. Voss. 1. Vide ad *XXXVII. 51. § 7.* Vide etiam hoc cap. § 6. et § 10. *Tum impedit* *Gaertn.* Eadem etiam varietas supra erat *I. 37. § 2.* Vide plura ejus generis ad *XXXVI. 20. § 3.*

§ 2 *Ap. Claudius* *victam tribuniciam potestatem] Vide infra iv. 48. Klock.*

*In presentia reipublicæ, exemplo in perpetuum] Quidam emendaverunt in presentia re ipsa, ex. in perp. qui sensus haud paulo clarior est, quam si reipublicæ legerimus, et scriptura fe-sellit. Illud autem ‘in presentia’ apud veteres in multo usu: ‘in præsentiarum’ autem, quo nostra ntitur ætas, non item. Sed apud Vallani Perottumve natum videtur. *Glur.* Recte anteponit hanc lectionem *Gla-reannus*, in solo *Pal. 2.* et *Campani ed.* habitantem, alteri oecenanti *Pal. 1.* in presentia reipublicæ, et *Pal. 3.* in presentia Romani populi. *Gebh.* In presentia re, exemplo exhibent *Flor.**

Voss. 1. Leid. 1. et Klockian. *in præsentia re, extemplo* Harl. 1. *in præsentia r. p. exemplo* fragm. Hav. *in præsentia rei: p. exemplo* Lipsiens. et Gaertn. *in præsentia rei pu. exemplo* margo Voss. 1. et Harl. 2. *in præsentia reipublicæ, exemplo* Voss. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 1. N. et C. *in præsentia re ipsa, exemplo* Leid. 2. et Port. Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjicit *in præsenti re ipsa: quem non audiendum censeo.* Recte enim Glareanus *in præsentia apud veteres in multo usu fuisse observat.* Et quidem apud nullum magis frequentatur, quam apud Liv. Supra c. præc. ‘ *Suum saltem flagitium et publicum in præsentia dedecus, postmodo periculum, si animus hosti redisset, cogere potuit gradum adcelerare.*’ III. 7. ‘ *Fidesque sua sociis parum felix in præsentia fuit.*’ c. 40. ‘ *In præsentia omnia præter bellum omitti placere.*’ c. 56. ‘ *In præsentia se postulare, ut dicere liceat, ut judicium populi Romani experiri.*’ VI. 26. ‘ *Pacem in præsentia, nec ita multo post civitatem etiam inpetraverunt.*’ c. 35. ‘ *In præsentia tribunos plebis fieri placuit.*’ c. 42. ‘ *Contenta plebs cessit Patribus, ut in præsentia, consulum mentione omissa, tribuni militum crearentur.*’ VIII. 7. ‘ *Manlianaque imperia non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.*’ c. 33. ‘ *Non solum in præsentia moderatum iræ esse, ne quid de collega secus populo aut senatu scriberet.*’ VII. 37. ‘ *Milites, qui in presidio simul fuerant, duplice frumento in perpetuum, in præsentia singulis bobus, binisque privis tuniciis donati.*’ Plura alia exempla vide ad XXXIII. 13. § 13. Quod autem ad vocem *inpræsentiarum*, a Glareano damnatam, adinet, doctorum de ea sententias conlegit Gunther. de Latin. restit. in voce ‘ *Inpræsentiarum.*’ Adde Perizon. ad Sanctii Mi-

nerv. II. 3. pag. m. 117. et Catan. ad Plin. Ep. I. 7.

*Quando inventum sit, suis ipsam viribus dissolvi] Ad hoc ventum, pro inventum, fragm. Hav. a m. sec. qui cod. etiam præfert suis ipsam in viribus diss. Sed τὸ in perperam repetitum est ex ultima litera vocis præced. Vide ad XXXVII. II. § 4. Vel etiam ex prima syllaba seq. vocis *uiribus*, quæ simillimis, et in codd. vix distinguendis ductibus scribitur.*

§ 3 *Neque enim umquam defuturum] Tὸ enim non adparet in Lipsiens. Neque enim uni def. habet Leid. 2. Neque enim umquam futurum Hav.*

*Qui ex collega victorium sibi] Habent nostri omnes codd. Campanusque qui et ex collega. Gebh. Lege ex scriptis et Campano, qui et ex collega. J. F. Gron. Quin ex collega Port. quin et ex collega fragm. Hav. a m. sec. qui et ex collega Flor. Leid. ambo, Voss. 2. Harl. uterque, Lipsiens. et Gaertn. Hearne vero, solum memorans Oxoniensem L. 1. in quo vocula et deest, tacite fatetur, se eam in reliquis reperisse. Ex nostris tantum Voss. 1. et Hav. eam non agnoscent. Mox hoc cap. § 5. similiter Rhenanus eamdem particulam Livio reddidit, ubi etiam a priscis excusis aberat. Alia plura exempla, ubi a librariis sine legitima caussa omissa est, vide I. 30. § 3. c. 35. § 1. II. 27. § 1. c. 47. § 2. c. 49. § 10. c. 50. § 4. et § 8. c. 56. § 14. c. 64. § 11. III. 1. § 2. c. 21. § 7. c. 22. § 9. c. 31. § 7. c. 37. § 4. c. 65. § 8. IV. 7. § 8. c. 12. § 8. V. 6. § 6. et alibi sæpe. Adde Corte ad Plinii Epist. II. 5. Paullo post partis, quam bono, perperam addita media voce, Leid. 2. *partis pro bono* Harl. 2. Tum *venit quæsitum, pro velit quæs.* Harl. 1. *velit esse quæsitum typis excusi ante Aldum, qui τὸ esse primus omisit.* Eamdem vocem etiam nulli codd. agnoscent.*

Et unum vel adversus omnes satis esse] Plut. in Caton. Utic. pag. 768.

Δημαρχίαν μετιώσ, ὃς ἀντιταξόμενος πρὸς τὸν Μέτελλον. Τὸ γὰρ ἴσχυρὸν ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ κωλύειν ἔχει μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ πράττειν· καὶ πάντες οἱ λοιποὶ παρ' ἧνα ψηφίσωνται, τοῦ μὴ θέλοντος μηδὲ ἔντος τὸ κράτος ἐστίν. *Sen. lib. Contr. 1. 5.*

'Ex tribunis potentior est, qui intercedit.' *Klock.* Τὸ τελ abest a *Gaertn.* Male. De ejus vi ac potestate vide ad **xxiv.** 22. § 6. et ad **xxxvi.** 41. § 2.

§ 4 Aliquos tamen ex tribunis reipublicæ ac senatui conciliarent] *Aliquos tum ex tribunis Hav.* sæpius obvio in MSS. errore. Vide ad **xxii.** 17. § 5. Præterea reconciliarent idem cod. Contra plures codd. conciliaret, pro reconciliaret, præferunt supra c. 41. § 8. ubi tamen reconciliaret pluribus exemplis firmavi. Hic contra conciliarent verius est. Male consiliarent Lipsiens.

§ 5 *Præceptis Appii moniti Patres universi*] Hic et particula magno sententiæ detimento deest. Tu sic scribe: *Præceptis Appii moniti Patres, et universi comiter ac benigne tribunos appellare, et consulares: et quæ sequuntur. Rhen.* Particulam et, quam Rhenanus interponendam monuit, habent ex nostris *Flor.* *Voss.* ambo *Leid.* 1. et *Harl.* 1. Vide supra hoc cap. § 3.

Ut cuique eorum privatim aliquid] Abest ab omnibus nostris eorum. *Gebh.* Abundat eorum, nec videtur in compluribus scriptis. *Lib. III. 50.* 'Ut quisque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos adhortantes.' Et c. 53. 'De capite nostro fortunisque tunc, ut quæque causa erit, statuite.' *IV. 56.* 'Ut ad quosque ventum erat, numerus juniorum conscribebatur.' *v. 8.* 'Ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt.' *IX. 6.* 'Ut quisque gradu proximus erat.' Et alibi, sic ut plurimum *Livius.* *J. F. Gron.* Τὸ eorum abest ab omnibus, quos adhibui, MSS. præterquam a *Flor.* *Voss.*

1. *Leid.* 2. et *Harl.* 1. Supra 1. 7. 'Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit.' *Quique, pro cuique, male præfert Lipsiens.* Vide ad **ix.** 34. § 14.

Aliquid juris adversus singulos erat] *Pal.* 2. esse. *Pal.* 3. crant. *Gebh.* Eadem diversitas lectionis et in meis obvia: *erant enim Flor.* *Leid.* 1. et *Gaertn.* esse *Hav.* Præterea *uiris,* pro *uiris,* Lipsiens, qui error ex similitudine literarum *iu* et *ui* ortus est. Similiter *uiris*, pro *uiris*, substituit *Heins.* ad *Sil. Ital.* **xiv.** 670. Par ratione *ius* et *uis* in MSS. confunduntur. Vide ad *Liv.* **III.** 38. § 13. *iudex* et *videx.* Vide ad **ix.** 1. § 8. ubi plura dicam.

Partim auctoritate obtinuere, ut tribuniciae potestatis] Auctoritate obtinent, tribuniciae potestatis *Leid.* 2. Sed librarius scribere voluisse videtur quemadmodum est in *Gaertn.* *auctoritate obtinere, ut tribuniciae potestatis,* idque verius existimasse, quod præcedens 'adpellare' similiter infinitive acciperet. Sed quum 'adpellare,' pro 'adpellavere,' positum capi possit, et in alteram lectionem *obtinuere,* ut reliqui codd. conspirent, nihil innovandum puto. Quin etiam novum non esse, ut in hac forma orationis verbum finitum infinito subjungatur, supra monuit *Dukerus* hoc lib. ad c. 23. § 11.

§ 6 *Noremque tribunorum]* Quid nobis hic *Livius* narrat de auxilio *norem tribunorum?* Nonne ante dixit, duos tantum creatos tribunos, qui treis sibi collegas adsciverint? Num igitur memoria lapsus est, qui decem tribunos hic adstrnat, qui longe post sunt instituti, seu tertius liber c. 30. indicabit? Inspiciamus vet. codicem, consentiunt verba. Ergo tuebimur lectionem? Minime. Scribemus, *norumque, tribunorum ... conn. auxilio, delectum consules habent.* Porro 'nolum delectum' habitum dicit *Livius*

(id quod ideo factum est) ne proditor ille exercitus, qui Fabium adversus Veientes pugnantem pene uestitit, magno reipublicæ damno rursus educeretur. Novus igitur militum delectus habitus auxilio ceterorum quatuor tribunorum. Jam errori causam præbuit, quod sciens aliquis, nesciens adjectivum *norumque* esse referendum ad substantivum *delectum*, quod paulo post sequitur, quum non quadrarent hæc duo verba, *norumque tribunorum*, scripsit, *novemque tribunorum*. Id mendum e MSS. exemplaribus in excusos typis codices postea transfusum est, nec quisquam observavit. Debent hanc mihi gratiam studiosi, qui meo Marte post longam inquisitionem germanum hic vocabulum de postlimio restitui. *Rhen.* Mendum est in voce *norum*, quam vocem invexit Rhenanus, cum antea *novem* legeretur: neque enim novem tribunos uni resistere potuisse putavit, quia his temporibus non decem, ut postea, sed quinque tantum crearentur, Livio ipso auctore. Itaque *norum* ad vocem *delectum* referendum censuit. Qua lectione nihil esse durius potest.^{*} Ego autem lego libenter, quomodo legi animadvertis in vet. lib. *quatuorque tribunorum*, præsertim vero quum Dionysius eundem edat numerum, inquiens, *τέτταπας ἐκ τῶν δημάρχων ΙΧ.* p. 560. Mendi causa ex notis numerorum, ut sæpe fit, orta est, *IV.* et *IX.* Sæpe enim *X* pro *V* mendose est. *Sigon.* Ego Sigonio credo. Nam ex notis *IV.* et *IX.* error. Vide tamen Valer. Max. vi. 3. ex. 2. *Klock.* Pall. 1. ac 3. et Campani ed. *novemque*, ex quo Rhenanus fecerat *norumque*, infelici conjectura. Pall. 2. *quatuor tribunorum*; simia Sigonii. *Gebh.* Prisca lectio *novemque tribunorum* superest in melioris notæ codd. Flor. (qui etiam ab eadem manu habet *noque*) Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. 1. fragm. Hav. Gaertn. Port. a m.

pr. Latinii Neap. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et C. *neverunque tribunorum* in Lipsiens. Sed *quatuorque tribunorum*, ut Sigonius in vet. lib. invenit, habent Harl. 2. Port. a m. sec. Hav. et Hearnii Oxon. B. Non male autem Sigonius conjicit, errorem inde ortum esse, quod olim per notas scriptum fuerit *IVque tribunorum*, pro quo postea datum erat *IXque tribunorum*. Certe alibi sæpe notæ numerales *V.* et *X.* inter se commutantur. Vide quæ infra notantur ad xxxix. 29. § 7. Valerium autem, cuius locum videndum esse Klockius monnit, si historiam, quam narrat, ad hæc tempora referendam velit, errasse, viri docti ad eum locum docuerunt.

Adversus unum moratorem publici commodi auxilio delectum consules habent] Ita solus Pall. 2. in ora exteriore, et Campani vulgatio: reliqui duo male *adversus unum oratorem*. Gebh. *Adversus unum moratorem* in solo meorum Harl. 1. fuisse videtur. Certe *adversus unum oratorem* exstitit in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed prima litera vocis *moratorem* intercepta est ab ultima proximæ *unum*, quod infinitis locis ab indocta scribarum natione commissum observatur. Vide hoc lib. ad c. 11. § 10. ad c. 59. § 6. III. 10. § 10. IV. 18. § 7. c. 49. § 9. v. 5. § 11. c. 6. § 3. et alibi sæpe. Simili errore etiam optimæ notæ codex Leid. 1. infectus erat supra l. 50. ‘Cura reconciliandi eos in gratiam, moratum esse.’ Ita editur; quum ipse præferat *in gratiam, oratum esse*. Pariter olim peccatum erat in Cic. Divin. in Cæcil. c. 15. ‘Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem forte ex illo grege oratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, cuicunque vos delationem dedissetis.’ Ubi Cujac. Observ. iv. 40. aliisque viri docti reposuerunt *ex illo grege moratorum*.

Vide etiam Gifanii Observ. in Ling. Lat. voce ‘Moratores;’ qui eamdem vocem adhuc duobus aliis Cie. locis reddere conatur. Ceterum ‘moratores’ Aseon. ad d. loc. exponit hoc modo, ‘Obturbatores quosdam sordidosque caussidicos significat, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores advocati recrearentur, et se denso compararent ad dicendum.’ Eamdem vocem hoc sensu Gronov. in prima ed. Observ. II. 8. restituendam censuit Curtio IV. 10. ‘Sed Persarum moratores erant, mille ferme, qui speciem agminis magni fecerant’ pro *Persarum exploratores*. Ubi ‘moratores’ exponit, qui legitimum exercitum præcedebant, præsidebantque in locis ad insidias aptis, ut primum inpetum hostium tardarent, atque hebetarent. Postea Freinsh. emendationem ejus probavit, sed alio sensu vocem accipiendam docuit, pro illis, qui moras nectunt. Quod a se quoque dudum reprehensum fuisse monuit idem J. F. Gronov. in prima ed. notarum ad Liv. XXI. 47. Mox dilectum Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide supra hoc cap. § 1.

§ 7 Non tam Veientium gratia concitata] Deficit in Pal. 2. concitata. Gebh. Deficit etiam in Hav. Reliqui omnes in ea voce servanda conspirant. Præterea non tam V. id est, non tamen V. Leid. 1. non tamen V. Voss. 1. pro quo in margine emendatum non tam V. Tam et tamen saepius commutantur. Vide ad XXII. 59. § 13. et non tam V. Voss. 1. Vocula tam non adparet in Gaertn. Paullo ante Inde ad bellum Veiens Hav. vocibus trajectis.

Dissolvi rem Romanam posse] Rem Rom. diss. posse Hav.

§ 8 In omnium Etruriæ populorum consilii fremebant] In omn. Etr. consilii pop. Leid. 2. consilii Lipsiens. Vide ad I. 8. § 6. Sed omnes hi populi Etruriæ communuem quasi rem-

publicam constituebant; quorum legati convenientes, ut de communi republica consultarent, concilium, non consilium, vocari debent. Vide Gron. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Æternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi] Æternas esse opes Romanas Harl. 2. Lipsiens. et Port. Præterea inter semet ipsi, pro inter semet ipsos, ex antt. ead. reponebat Gron. supra hoc lib. c. 19. § 5. Et ita est in Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Harl. 1. Hearne etiam, inter semet ipsos tantum ex Oxon. N. et C. proferens, reliquos codd. quos consuluit, alteram scripturam firmasse, tacitus fatetur. Apud Aldum primum inter semet ipsos editum invenio. Vide, quæ supra notantur loco laud. Præterea sceviant Hav. Vide paullo infraius ad § 10. seminar Gaertn.

§ 9 Partim Patrum conciliis, partim patientia plebis] Nihili est hæc lectio. Reponatur, auctoribus omnibus libris, consilii. Gebh. Consilii non modo omnes præferunt, quibus utor, codd. scripti, sed et excusi antt. Primus Curio conciliis vulgavit, ejusque lectionem receperunt Lugdunenses MDLIII. Basileenses MDLV. Parisini MDLXXIII. pluresque recentiores, usque dum Gronoviis consilii reduceret. Recte. Indicat enim Patrum prudentia id malum sustentatum. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5. ubi hanc lectionem firmavit aliis exemplis. Tum partim patrias plebis Lipsiens. Mox jam id ad extrema renisse Leid. 2.

Suos cuique parti magistratus, suas leges esse] Suos cuique partim mag. Flor. Leid. 1. et Voss. 2. Sed perperam in fine vocis parti repetitur litera initialis proximæ magistratus. Vide ad XL. 7. § 8.

§ 10 Primum in delectibus sævire solitos, eosdem in bello tamen paruisse duabus] In dilectibus Flor. Leid. 1. et Voss. 1. a.m. pr. Vide supra hoc cap. § 1. Tum sœvire Hav. enjus librarius

pari modo etiam supra peccabat hoc cap. § 8. Doujatius, caussatus *sævire* vulgari significatione poni pro crudeliter agere, Romanos antem nondum eo furoris venisse ut mutuis cædibus inter se grassarentur, legendum existimat *sævire*, quod exponit, perpetram ac velut sinistre agere. At si lexica consuluisse, discere potuisse, non solo hoc sensu *rū sævire* adhiberi, sed etiam pro vehementer irasci poni. Verum fraudi ipsi fuisse videtur Calepinus, qui tantum ‘animis sævire’ ita sumi ex Virg. observarat *AEn.* v. 462. Attamen etiam simpliciter *sævire* hac significatione sæpius obcurrit. Ita apud Plaut. in Casin. iii. 5. 20. ‘nimium sævis:’ in Bacchid. iii. 3. 4. ‘Eja, Lyde, leniter qui sæviunt, sapiunt magis.’ Terent. in Andr. v. 2. 27. ‘Ah ne sævi tantopere.’ Et ita Servius verba Virg. *AEn.* iv. 544. ‘ne sævi, magna sacerdos,’ exponit, ne irascere n. s. adducto etiam loco Terentii laudato. Et idem ad Virg. *AEn.* xi. 910. *særum* exponit fortem, vel iratum. Quin et *sævire* dicuntur, non tantum qui cædibus, sed et plagiis ac verberibus grassantur. Ita apud Petron. Satyr. c. 105. ‘Jam Giton mirabili forma exarmaverat nauitas, cœperatque, etiam sine voce, sævientes rogare.’ Et ita in seditionibus, delectuum caussa excitatis, senatores ‘qui pulsati fuerant’ memorantur supra ii. 29. Quin et nihil difficultatis video, cur non et significatione, quam damnat, verbum accipi possit; non quod tumultibus illis intestinis re vera jam illo tempore sanguis profusus fuerit, sed quod tantum id ab principibus Tuscorum per *αὐξησιν* dictum sit, ut suorum auxilia tanto promptius undique ad bellum Romanum convenienterent. Patet itaque nihil mutandum esse, præsertim quum et mox hoc cap. dixerit ‘seditionibus sævire.’ Mox *eodem in bello tamen* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad iv. 44. § 5. *eosdem in bello tum Lipsiens.* *Sæ-*

Delp. et Var. Clas.

piissime tamen et *tum* confunduntur. Vide ad xxii. 17. § 5. Denique *aparuisse*, pro *paruisse*, Harl. 2. *parere* veteres, quas vidi, edd. Primus postea Aldus *paruisse* dedit, consentientibus reliquis omnibus codd. Et id verum. Olim enim, licet domi dissentirent, in bello tamen Romani ‘paruerant’ ducibus, nunc non amplius ‘parebant,’ ut addunt Etruriæ populorum principes, et proximi belli cum *Æquis* gesti exemplo probant.

Manente disciplina militari sisti potuisse] Manente disciplinæ militaris imperite librarius Leid. 1. Nec melius scisti potuisse Leid. 2. qui mox etiam dedit *jam si parendi*, pro *jam non parendi*. De locutione ‘sistī potest’ vide ad iv. 12. § 6.

§ 11 *Traditam ultro victoriam vicitis Æquis, signa deserta]* Duobus locis c. 43. adversus Etruseos provinciam Fabio, quo consule pugnatum ait Livius quum a militibus deserta est in acie res publica, datam dixit: quare alterum falsum omnino esse oportet. *Subell.* Hic est locus, de quo paullo ante ad c. 43. § 5. admonuimus. Nam *Veientibus* legendum et ex prioribus Livii verbis, et ex Dionysio. *Glar.* Glareanus hic legendum existimat *victis Veientibus*. Ast ego respondeo, egregie Livio custoditum decorum, inducenti peregrinum in rebus Romanis memoria labentem. Ita callidissime ex matronali ignorantia Naso Ep. Heroid. i. 15. ‘Sive quis Antilochum narrabat ab Hectorе vicium.’ *Gebh.* Immo talis ignorantia, si forte in vili plebecula ferri posset, indigna foret principibus Etruriæ populorum, quorum dicta in conciliis a Livio referuntur. Eadem tanto minus toleranda videbitur, si cogitemus Veientes Etruriæ populum fuisse; adeoque si Etruriæ principes *Æquos* pro *Vcientibus* memoraverint, non tam peregrinos in rebus Romanis, quam populares in rebus suæ gentis anno proximo gestis errasse; qualis

Livius.

19 D

ignorantia, certe viris principibus, decora, ut Gebhardus existimat, esse nequit. Patrocinium itaque, quod hinc Livio Gebhardus parare voluit, nocet potius quam prodest. At nihil verius obenurrit, quam ut cum Signo dicamus, supra c. 43. § 5. verba Livii mendosa esse, et, ubi Fabio exercitus in Veientes ducendus datus dicitur, pro *Veientibus*, *Aequos* repouendos esse. Ita enim Livius sibi constabit, at tantum a narratione Dionysii in diversa abibit; quod eum saepè alias fecisse constat. Ceterum *victoram*, *victisque Aequis signa* habet Hav.

Injussu in castra redditum] Injussu castra redditum Harl. 1. Quod si in suis Gebhard. invenisset, pro vero recipere non dubitasset. Certe ex MSS. Pall. legit iv. 29. ‘Quum dimisso exercitu urbem redisset,’ pro *in urbem*. Vide, quæ notat ad iii. 6. § 7. Potius tamen videtur, ut dicamus *et in sive i librariornm culpa omitti*. Respicienda sunt, quæ ad utrumque locum monni.

§ 12 *Suo milite vinci Romanam posse. Nihil aliud opus esse]* *Suo mil. Romanam vinci posse. Nil al. op. esse* Hav. *Nil aliud præfert etiam* Gaertn.

Cetera sua sponte fata et Deos gesturos] Facta Voss. et Lipsiens, ambo a m. pr. Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. et Port. sollempni librariorum errore. Vide ad iii. 40. § 9. *Præterea et eos* Lipsiens. quomodo etiam alibi lapsi sunt scribæ. Vide ad xxix. 11. § 6. Hic vero tanto facilius erratum erit, si altero verba præeunte scriptus sit codex. Nisi enim de industria omnia adcuratius pronuncientur, litera d ob præcedentem t vix auditur.

Ea spes Etruscos armaverat] Scribendum *Hæc spes Hetruscos armaverant*. Rhen. Solus Pal. 3. *Hæc spes Etr. armaverant*. Pal. 2. et Camp. *Hæc spes Etr. armaverat*. Pal. 1. *Hec spes Etr. armaverant*. Legendum est *Hæc spes*. Vide Melleri spicilegia. Gebh. *Hæc spes Etr. armaverat* Hav.

et fragm. Hav. *Hæc spes Etr. armavit* Harl. 2. *Hæc spes Etr. armaverant* Flor. Lipsiens. et Gaertn. *Hæc spes Etr. armaverant*, ut Rhenanus reposuit, Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 1. Port. et prisæ edd. De voce *spes* numero multitudinis vide ad iv. 36. § 2. Pro eo postea primus Aldns reposuit *Ea spes Etr. armaverat*, idque præfert codicum optimus Leid. 1. Quare hanc lectionem recepi. Ceterum necesse non erat, ut Gebhardus conjiceret *Hæc spes Etr. armaverant*. Si enim antiquata, quæ passim captat, placerent, potuisset modo Pal. primi scripturam *Hæc spes Etr. armaverant* probare. Olim enim *hæc* numero plurali æque genere feminino ac neutro dixerunt. Vide Vossium Gramm. vi. 5. Verum neque *Hæc spes* neque *Hæc spes armaverant* Livianum puto. Vide etiam ad i. 43. § 5. ad iii. 4. § 2. c. 19. § 2. c. 55. § 12. et alibi. Mox *casibus invictos*, *pro cas. victos*, Leid. 2.

CAP. XLV. § 1 Consules quoque Romani] Pal. 1. Consulesque. Gebh. Consulesque Romani ex nostris unns Voss. 2. Sed error ex scribendi compendio ortus est. Exarabant enim q; pro quoque. Suprascriptam autem literam o non animadverentes librarii frequenter pro eo q; vel que dederunt. Vide ad v. 27. § 1.

Nihil præterea aliud, quam suas vires, sua arma, horrebant] Pal. 2. *suaque arma*. Gebh. *Nihil porro aliud, quam suas vires* Gaertn. *nihil aliud, præterquam suas vires* Hav. Sed elegantissima est vulgata scriptura, *nihil aliud, quam . . . horrebant*, ut infra xxxi. 24. ‘A qua spe destitutus, nec quidquam alind, quam ad deformè spectaculum semirutæ ac fumantis sociæ urbis quum venisset:’ ubi alia plura vide. *Præterea suaque arma horrebant* idem Hav. Sed et hoc displaceat. Alterum enim vere Livianum est, et reliquorum codicium conspiratione concordi firmatur. *Supra* c. 32. ‘Singulis membris suum cuique con-

silim, suus sermo fuerat.' c. præc. 'Duas civitates ex una factas: suas eunique parti magistratus, suas leges esse.' III. 63. 'Ita demum liberam civitatem fore, ita æquatas leges, si sua quisque jura ordo, suam majestatem teneret.' IV. 46. 'Sua consilia velle, sua imperia sola rata esse.' XXIII. 7. 'Ut suæ leges, sui magistratus Capuae essent.' Vide etiam ad XXVII. 22. § 7. Ita Rhenanus supra emendaverat II. 15. 'Ea esse vota, eam esse voluntatem omnium: ubi alia plura vide.

Memoriaque pessimi proximo bello exempli terrebantur] Lege memoria pessimi, sine que particula annexa. Nam hoc sermonis genus asseverantius est. Quidam in Vormacensi codice castigarat terrebatur, ut memoria easu nominativo legeretur. *Rhen.* Placet magis, quod in Flor. Voss. Helm, terrebatur; nempe ipsos consules. *J. F. Gron.* Doujatinus lectori persuadere conatur, quum olim editum esset terrebant, Rhenanum pro eo terrebantur substituisse. Sed eum veteres edd. aut numquam, aut certe non hoc loco, consuluisse patet; quare cantins earum non meminisset. Edd. principes præferunt memoria pessimi . . . terrebatur. Aldus deinde dedit memoriaque pessimi . . . terrebantur. Adversus eam lectionem Rhenanus insurrexit, et memoria, copula omissa, legendum contendit. Doujatinum autem in errorem adduxit, quod notæ Rhenani præscriptum fuerit terrebant: unde in animum induxit, ita in prioribus excusis legi. Sed, ita vel ipsius Rhenani vel operarum lapsu editum fuisse, inde satis evincitur, quod illud terrebant in nullo typis descripto lib. inveniatur. Codicum plerique habent memoria pessimi . . . terrebantur. Sed memoria pessimi . . . terrebant Leid. ambo; ita tamen, ut in Leid. 2. literæ n nota fuerit subjecta, qua eam delendam librarius indicabat. Et ita memoria pessimi . . . terre-

bat superest in Harl. 1. et Hearnii Oxon. N. quomodo et in Vormaciensi Rhenanus castigatum monet. Id itaque Livio reddidi. *Memoria proximi . . . terrebantur* habet Lipsiens. enjus librarinus proximæ vocis sono deceptus est: *memoria pessima . . . terrebantur* Gaertn. Sed ultimæ litteræ τοῦ pessima signum expunetionis additum, et litera i adscripta est. *Memoria pessimi proximi . . . terrebatur* Flor.

Ne rem committerent eo, ubi duæ simul acies timenda essent] Ne rem converterent eo Harl. 2. aperto librarium errore. *Ne rem committerent ei Hav.* ne rem committere, nec ubi duæ Leid. 1. Locutio committerent eo instrabitur ex illis, quæ dicentur ad IV. 27. § 6. Neque rectius ubi duæ acies, τῷ simul omisso, idem Hav. *Duae simul acies,* ut 'duo simul filii' XL. 21. 'Duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus.' *Ubi duæ simul acie male etiam Lipsiens.*

§ 2 *Itaque castris se tenebant]* Optime, adstipulantibus duobus codd. damnantibusque spuriam lectionem Pal. 2. *Itaque se in castris ten.* Gebh. *Itaque se in castris ten.* Hav. *Itaque in castris se ten.* Harl. 2. Sed recte Gebhardus vulgatum defendit, a qua lectione etiam stant reliqui, quibus usus sum, omnes codd. Gronov. infra eamdem locutionem Livio ex conjectura restituit III. 2. 'Castris quies necessaria morbo implicitum exercitum tennit:' quum adhuc ederetur *Intra castra quies.* Plura ibi dicam.

Tam ancipiti periculo aversi] Pal. 1. *aversi.* Gebh. *Adversi* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lipsiens. *aversi* Leid. 2. Illud *aversi* non displicet, nisi malis a tam anc. per. *aversi.* Quod enim *aversi*, scilicet a prælio committendo, subintelligendum pntet Doujatinus, probare nequeo. 'Aversus' autem et 'adversus' infinitis locis commutari solent in MSS. Vide hoc lib. c. 31.

§ 5. Eoden modo etiam ‘avertere’ et ‘advertere.’ Vide hoc ipso cap. § 5.

§ 3 *Eo magis præpropere agere]* Propere Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. et Harl. 1. errore, quem et alibi librarii commiserunt. Vide ad XXXVII. 23. § 10. Deinde agunt Voss. 2. quomodo corruptum videtur a scribis, quod orationem infinitam non adsequentur. Vide ad 1. 50. § 5.

*Primo obequitando castris provocandoque] A bequitando castris Leid. ambo, ut forte adequitando conjici posset: de quo verbo dictum est ad 1. 14. § 7. Malim tamen existimare, librarios illos lapsos esse, quod særissime verba cum præpositionibus *ab* et *ob* composita inter se commutari soleant. Vide ad h. lib. c. 37. § 9. Præterea ‘obequitare’ Livio in frequenti usu est. Infra IV. 18. ‘Eques maxime resistebat, equitumque longe fortissimus ipse rex, ab omni parte effuse sequentibus obequitans Romanis, trahebat certamen.’ VII. 15. ‘Profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis.’ IX. 22. ‘Eo ferocius obequitare Samnites vallo, neque otium pati.’ XXIII. 1. ‘Alios præse actam prædam ex agris ostentantes obequitare portis jussit.’ c. 46. ‘Hunc Taurea quum diu perlustrans oculis obequitasset hostium turmis.’ XXVII. 32. ‘Præmissis equitibus, qui obequitando portis promtum ad excursiones genus lacesserent Ætolorum.’ XXXV. 11. ‘Numidæ e- quos condescendunt, et obequitare stationibus hostium, neminem laces- tentes, cœperunt:’ et ita alibi sæpe.*

Qua consules ipsos, qua exercitum increpando] Bene meruit, quicumque hanc particulam libris Livii redonavit, a MSS. fere exsulantem, pro qua habent pleniusque scripti libri vel tam, quam, ut hic Pall. 1. ac 3. et Camp. vel quam, quam, ut infra iidem. Sed in Pal. 2. integra restitit infra; ‘qua vera, qua falsa jacere:’ et mox:

‘Omnium illo die, qua plebis, qua Patrum, eximia virtus fuit.’ III. 11. ‘Ferox juvenis qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac viribus:’ ut recte ibidem Pall. 1. ac 3. ix. 8. ‘Sed tamquam rem qua infelicitas belli, qua ignominiosæ pacis.’ x. 38. ‘Consul insignis L. Papirius Cursor qua paterna gloria, qua sna.’ Gebh. Tam consules ipsos, quam exercitum Voss. 2. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. cum antt. edd. Quam consules ipsos, quam ex. Lipsiens. Vide mox ad § seq. tum consules ipsos, cum ex. Gaertn. Sed qua consules ipsos, qua ex. est in Voss. 1. Leid. utroque, et Harl. 1. quod primus Aldus revocavit. Vide ad x. 38. § 1. Præterea verbis proxime præcessit. *extremo*, pro *postremo*, Harl. 1. nullo tamen alio concinente.

§ 4 *Simulationem intestinæ discordia remedium timoris inventum]* Simulatione intestinæ discordiae Harl. 1. Port. et Hav. Sed ultimam literam primæ vocis elisit syllaba initialis sequentis *intestinæ*, quomodo et alibi in codd. scriptis peccatur. Vide ad Liv. XXXVII. 29. § 5.

Et consules magis non confidere, quam non credere suis militibus] Nihil hec vitii, sed difficultatis plurimum, quod in gratiam studiosorum tentabimus enodare. ‘Credimus’ illis quos solvendo putamus. ‘Confidimus’ his quorum benevolentia nos securos facit. Consules igitur potius ‘non confidunt’ suis militibus, quos alienos a se aversosque existimabant, quam quod de viribus illorum desperarent. Sic animo confidimus et moribus, si inde officia exspectamus, credimus facultati, quum id eos præstare posse nobis persuaderemus. Posse suos milites vincere credebant; velle eos vincere non confidebant. Nannius Miscell. v. 20. Opinionem Nannii confirmant Fabii consulis verba infra hoc cap. ‘Ego istos, Cn. Manli, posse vincere scio; velle ne scirem,

ipsi fecerunt.' Sen. Ep. 16. 'Jam de te spem habeo, nondum fiduciam.' Hirtius de Bello Alexandr. cap. 61. 'Cassius fidei magis, quam virtuti legionum, confidebat.' Klock. [Vid. Lectt. Var.] Nannius interpretatur, consules potius non confidere voluntati militum, quos alienos a se aversosque existimarent, quam de viribus eorum desperare. Consules credere milites suos posse vincere; sed, velle eos vincere, non confidere. Mihi haec sententia esse videtur: consules magis de virtute eorum dubitare, quam de fide ac voluntate. Objicunt Etrusci Romanis timorem, eumque veram caussam detrectandæ pugnæ esse dicunt; sed consules aliam prætexere, ac simulare, se propter discordiam intestinam non posse credere voluntati ac fidei militum suorum. Ita Etrusci, sed falso: nam consules magis confidebant virtuti militum suorum, quam eorum voluntati credebant. Unde mox Fabius, 'Ego istos posse vincere scio; velle ne scirem, ipsi fecerunt:' id est, satis iis confido, non satis credo. Duk. Recte vim verborum, magis non confidere, quam non credere militibus, deprehendit Nannius. Id enim infra etiam testatur consul Fabius hoc cap. 'Ego istos, Cn. Manli, posse vincere scio; velle ne scirem, ipsi fecerunt.' At non illud videri volebant Veientes Etruscique, sed potius hunc prætextum non pugnandi vanum ac falsum esse. Qui sensus ut ex verbis his emergat, ad ea ex præced. subintelligi debet simulationem. Ut dicant, simulationem intestinæ discordiæ, et simulationem, consules magis non confidere, quam non credere suis militibus, remedium timoris inventum. Ceterum codd. quibus utor, nihil mutant, nisi quod corrupte in Harl. 1. sit, et consules magis non con quam non credere suis militibus. Si tamen cum Gronovio magis non fidere, quam non credere legendum, eodem modo verba

capi debent. Mox oīūmque, id est, omniumque, pro otiumque, Gaertn.

*Gencris originisque, qua falsa, qua vera, jucere] Originis, omissa copula, Hav. Sed partientiam illam interceptit similitudo vocis *qua*. Vide ad xxiiii. 48. § 12. Ceterum hic etiam Aldus primus reposuit *qua falsa, qua vera*, quum antea etiam ederetur *tam falsa, quam vera*. Et ab Aldo stant plures codd. Damnata enim lectio tantum superest in Voss. 2. Port. et fragm. Hav. *quam falsa, quam vera* habet Lipsiens. At transpositis verbis *qua vera, qua falsa* Hav.*

§ 5 *Hac quum sub ipso vallo portisque streperent] Præpositio sub exsulat ab Harl. utroque.*

Ac imperitæ multitudini nunc indignatio, nunc pudor, pectora versare] Pall. et Camp. at imperitæ multitudinis nunc indignatio. Gebh. Flagitare sensu ex libb. vett. scripsimus at imperitæ. Sunt enim diversi plane motus animorum, quos in imperatoribus et exercitu ortos ait. Forte et legendum multitudinis, ut est in Voss. J. F. Gron. Livius utroque easu uititur. Cum dativo construit Virgil. Georg. III. 258. 'magnum cui versat in ossibus ignem Durns amor.' Duk. At imperitæ non modo omnes scripti, (nisi quod aut imperitæ sit in Hav. et Lipsiens. Vide Broekh. ad Propert. Eleg. IV. 3. 5. at impericie in Leid. 2. at impericie in Voss. 1. in quo tamen subiecta nota penultimam literam i delendam indicat,) sed etiam multæ ex vett. edd. ut Mediol. 1495. Veneta 1498. Ascensionæ et inde reliquæ insecuræ usque ad Basil. 1539. quæ iterum ac imperitæ dedit; quod, exceptis Vascos. Gryphiānis, Sigonianis, et paucis aliis, per recentiores omnes propagatum est usque ad Gronovium, qui recte MSS. lectionem reposuit. Eam vero, præter rationes a Gronovio datas, illud etiam firmat, quod Livius numquam, nisi locis de menda suspectis, τὸ ac præponat vo-

cabulis a vocali incipientibus. Vide ad x. 36. § 17. Solent autem vocalæ *at* et *ac* in MSS. commutari. Vide ad III. 61. § 4. Præterea locutioni ‘multitudini pudor pectora versare’ favet loens Livii xxv. 3. ‘Forte in cornu primus sedebat Casca, eui simul metus pudorque animum versabat’ eademque locutio illustrari posset ex similibus aliis passim in Livio obviis ‘augere animum alieni,’ ‘crescit animus hostibus,’ ‘accendere animum alieni,’ ‘obnubere caput liberatori,’ de quibus vide ad VII. 7. § 4. Verum aliquid hic postulat MSS. librorum auctoritas: *multitudinis* enim habent Voss. anibo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Dubinum etiam non est, quin eadem lectio etiam fuerit in pluribus eorum, quos Gronov. versavit, licet unius tantum Vossiani meminerit. Similiter loquitur Liv. I. 17. ‘Patrum interim animos certamen regni ac cupidio versabat.’ Eam itaque scripturam recipere non dubitavi. Præterea transpositis vocibus *inperitæ nunc multitudinis* Gaertn.

*Et ab intestinis avertere malis: nolle inultos hostes] Ab intestinis advertere fragm. Hav. a m. pr. quod reete m. emendatrice mutatum iterum in avertere. Sæpe hæc verba alterum alterius locum occuparunt. Vide ad VI. 23. § 8. Pariter ‘aversus’ et ‘adversus.’ Vide paullo ante hoc cap. § 2. Præterea *inulto* perperam Leid. 1. Denique *hostes* omittit Leid. 2. Alio etiam ordine *nolle hostes inultos* Gaertn.*

*Nolle successum, non Patribus, non consulibus externa et domestica odia certare in animis] Talis distinctio obsidet vulgatos libros. Malim, *nolle successum non Patribus, non consulibus; externa et dom.* Pal. 1. habet *nolle successum esse*, et mox *certare in armis: inepte.* Gebh. Distinctio, quam notat Gebhardus, tantum Gruterus in-*

vexit, et post eum servavit Dan. Heinsius. Reliqui omnes post vocem *consulibus* interpungunt. Deinde *nolle secessum* Voss. 1. pro var. lect. in margine præfert. *nolle successum esse* Voss. 2. *nolle successum* Leid. 2. Hinc *hesterna et dom. odia* Gaertn. vulgatissimo errore, quem in primis librarius hujus ejusdem codicis sæpe commisit. Vide ad Liv. XL. 14. § 2. Mox *in armis* Voss. 2. a m. pr. Solent eas voces commutare librarii. Vide ad XXII. 5. § 8. Denique omnia *hæc et dom. odia cert. in an. Tand. sup. ext. a m. pr.* omittebantur in fragm. Hav. ob vicinam vocis *externa* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 6 *Tandem superant externa, adeo superbe insolenterque hostis eludebat]* *Forte illudebat.* J. F. Gron. *Eludebat* satis se tuetur hoc e L. I. c. 48. ‘Satis illum diu per licentiam eludentem insultasse dominis.’ Gronovius ipse XXVI. 22. ‘eludere’ interpretatur ridere. Cic. Academ. IV. 39. ‘Si et vos ab illo irridemini, et ipsi illum vicissim elundetis.’ Duk. *Tandem superante externa* Leid. 1. mediæ vocis caudæ adhaerente litera, quæ sequentis initialis est: et ita *ad eos superbe, pro adeo superbe,* præfert idem Leid. 1. Vide de eo errore ad XL. 7. § 8. Eadem scriptura a m. pr. loco priori superest in Voss. 1. Verum illam aperte peccantem videns scriba emendare tentavit, inter versus adscribendo *externo*. Et ita jam *superante externo* in contextu habet Leid. 2. Mox *eludebat*, pro quo J. F. Gron. *illudebat* scribendum esse conjectit, servant omnes codd. nostri, nisi quod *elludabat* exhibeat Lipsiens. Et sane vulgatum probum est. Supra I. 36. ‘Ex eo ira regi mota, elindensque artem, agedum, inquit, divine, inaugura.’ Infra VII. 13. ‘Quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostis, haud seens quam feminas, abditos intra vallum, omnibus contumeliis elundunt.’ Cic. Academ. IV. 39. ‘Sed

et vos ab illo irridemini, et ipsi illum
vicissim eluditis.' Orat. Catil. 1. 1.
'Quonsque tandem abutere, Catilina,
patientia nostra? quandiu etiam fu-
ror iste tuus nos eludet? quem ad
finem sese effrenata jactabit auda-
cia?' Terent. Eun. 1. 1. 10. 'Periisti:
eludet, ubi te victimi senserit.'

Frequentes in prætorium conueniunt]
Frequenter Voss. 2. Lipsiens. Port. et
fragm. Hav. a m. pr. Male. Infra
*cap. 61. 'Exsequias frequens cele-
bravit.' III. 38. 'Senatumque in pos-
terum diem edicunt, qui aliquanto
spe eorum frequentior convenit.' IV.*
*47. 'Opportune senatus censuit fre-
quens.' Fronti. III. 10. ex. 6. 'Ad
qua illi vindicanda quum frequen-
tes procucurrisse.' Vell. Pat. II.*
*113. 'Contractis in una castra de-
cem legionibus, septuaginta amplius
cohortibus, quatuordecim alis, et plu-
ribus quam decem veteranorum mil-
libus, ad hoc magno voluntariorum
numero, frequentique equite regio.'*
*Cic. Ep. XII. 22. 'Senatus frequens
mihi est adsensus, cum de ceteris re-
bus magnis et necessariis, tum de
proviuiciis.' in Bruto cap. 62. 'Tan-
tum auctoritate dicendoque valuit,
ut legem Semproniam frumentariam
populi frequentis suffragiis abroga-
verit.'*

§ 7 Velut deliberabundi capita] *Velut*
deliberabunda capita *Hav. velut delibe-
randi* *Gaertn.*

*Pugnare cupiebant; sed retro revo-
canda et addenda cupiditas erat]* Mani-
festa tautologia: quippe mox sequi-
tur 'incitato semel militi adderent
impetum.' Quare rectissime Pal. 3.
pugnare cupiebant, sed retro rev. et
abdenda cupiditas erat, ut adversando
*(Pal. I. aversando) remorandoque: ele-
gantissima παρονομασία.* Consules
quoque pugnare cupiebant; sed il-
la cupiditas erat inhibenda ac dis-
simulanda, ut mora ac dissimula-
tione acuerent magis magisque ar-
dorem militum. Gebh. Omnes nostri,

qua scripti, qua editi, usque ad Gro-
nov. nihil mutant, nisi quod sed retro
vocando ei addenda cup. sit in Harl. 1.
et sed retro revocandaque addenda cup.
in Lipsiens. Puto tamen recte Geb-
hardum ex uno cod. et abdenda pro-
babasse, eamque lectionem Gronovium
in contextum recepisse. Alibi sæpe
voces 'addere' et 'abdere' comman-
tantur in membranis vett. Respic
quæ notavi ad Sil. Ital. VI. 394. ac
supra ad I. 31. § 8. et adde Burm. ad
Val. Flacc. II. 236. ac Cort. ad Sall.
Cat. c. 50.

*§ 8 Nondum tempus pugnæ esse: cas-
tris se tenerent]* *Nondum tempus esse*
pugnæ Leid. 1. a m. pr. Sed vox pugnæ
*exsulat ab Harl. 2. Præterea tene-
rentur Harl. 1. eodem errore mox §*
seq. creduntur, pro credunt, præfert
Voss. 2. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Edicunt inde, ut abstineant pugna]
Et dicunt inde Leid. 1. Quod genus
erroris in MSS. frequens obcurrit.
Vide ad XXVIII. 19. § 6. idicunt inde
fragm. Hav. a m. pr. quomodo etiam
passim in codd. priscis peccatur.
Vide ad Liv. XXXI. 49. § 12.

Si quis injussu pugnaverit] Injussus
pugnaverit Voss. 2. et Flor. a m. sec.
sed male. Vide ad III. 63. § 5.

§ 9 Consules velle credunt] *Velle*
creduntur Voss. 2. eodem errore ac
modo notatur § præc.

*Accedunt insuper hostes ferocius mul-
to]* Pal. I. *accenduntur: illumque al-
ludens Campanus et Andreas accen-
dunt insuper.* Gebh. *Accidunt insuper*
Lipsiens. solito errore scribarum.
Vide ad XI. 10. § 12. accenduntur
insuper Voss. 2. accendunt insuper
Port. fragm. Hav. et multæ veterum
edd. ut Tarvis. altera, Mediol. 1495.
Veneta 1498. Ascens. 1516. eamque
*secutæ recentiores ad Modium us-
que.* *Accendunt inde Gaertn. accen-
dit insuper Harl. 1. Sed additum fe-
rocius magis convenit τῷ accedere,*
quam accendere. Infra IX. 22. 'Eo fe-
rocius obequitare Samnites vallo,

neque otium pati:’ et postea eodem cap. ‘Ægre patiens, quo tam fero- citer adequitasset, inde se fundi fu- garique.’ Sæpe vero ‘accedere’ et ‘accedere,’ vel ‘accendere,’ in scrip- tis commutantur. Vide ad **xxiii.** 46. § 2.

*Ut statuisse non pugnare consules cog- nitum est] Et statuisse Flor. Tò consules exsulat a Leid. 2. At vocem illam, quæ breviter *cōs* scripta erat, elisit similitudo priorum literarum seq. cognitum. Præterea creditum est La- tinii Neap. et primæ edd. usque ad Aldum, qui cognitum est recepit. Et recte. Adstipulantur enim omnes nos- tri; et insuper ‘credunt’ mox præces- sit; ‘credi’ vero paullo post sequitur.*

§ 10 *Quippe inpune sc insultaturos]* Quippe *inpune ins. rati* Gaertn. *Quippe* *inpune se ins. rati* Hav. quæ eadem vox in fragm. Hav. eodem loco a m. sec. addita est. In Port. etiam mar- gini adipicta exstat, sed alibi addenda hoc modo, *Quippe rati inpune se ins.* Mox nec *credi militi*, pro *non credi mil.* Voss. 2. Verum voces nou *credi* defi- ciunt in Gaertn. *Non crediti mil.* Flor. Tum habet idem cod. *ad ultim.* *sed. a m. pr. pro ad ultimum sed. et a m. sec. ad ultima sed.*

Finemque venisse Romano imperio. *Finemque Romano imperio evenisse* Leid. 2. et Voss. 1.

His freti concursant portis] Pall. et Camp. *occursant.* Gebh. Repone ex MSS. et omnibus vetustioribus *oc- cursant portis.* J. F. Gron. Omnes etiam membranæ, quibus usus sunt, *occursant portis.* Neque aliter edd. quas vidi, Siganianis priores. In il- lis enim *concursant portis* primum in- veni, unde ea lectio ad reliquias tem- pore posteriores propagata est. Sed ‘*occursare*’ codem modo dictum est ut ‘*obequitare*,’ quo in hac re supra hoc cap. usus est. Vide ad **xxxviii.** 40. § 12.

Ægre abstinent, quin castra obpug- nent] *Abstinent ægre* Hav. *ægre sub-*

stinent Harl. 2. *ægres abstineat* Leid. 1. An forte legendum *ægre se abstinent?* Supra hoc lib. c. 22. ‘Sed recens ad Regillum lacum accepta clades, La- tinos ira odioque ejus, quicunque arma suaderet, ne ab legatis quidem violandis abstinuit.’ iv. 59. ‘A cete- ra præda Fabius militem abstinuit, donec collegæ venirent.’ **viii.** 24. ‘Hæc de Alexandri Epirensis tristi eventu, quamquam Romano bello Fortuna eum abstinuit, tamen quia in Italia bella gessit, paucis dixisse sa- tis sit.’ **xl.** 14. ‘Si domum tuam ex- pugnaturus, capta domo dominum interfecturus eram, non temperas- sem vino in unum diem, non milites abstinuisse meos?’ Et ita ‘abstinere manus’ **xxix.** 18. ‘Noctu auditæ ex delubro vox est, abstinerent manus.’ Sed ipsum hoc ‘se abstinere’ Ciceroni freqnens est. Quin et apud Liv. obcurrit. Ita **iii.** 11. ‘Multum et consules se abstinebant.’ **xxxiv.** 35. ‘Civitatibus omnibus, quas ipse restituisset, quæque se suaque in fi- dem ac ditionem populi Romani tra- didissent, omnia præsidia deducce- ret: seque ipse suosque ab his absti- neret.’ Vide Burm. ad Quinetil. De- clam. **xii.** 10.

§ 11 *Enim vero non ultra contume- lian pati Romanus posse]* *Pati Romanus posse Lipsiens. pati Romani posse Port.* et Hearnii Oxon. L 2. et C. *Roma- nos pati posse* Voss. ambo, Leid. 2. et Harl. 1. *pati Romani possunt* Gaertn. Cujus librarius non intellexit locu- tionem infinitam, cui finitam substi- tuit, ut sæpissime factum est in MSS. Vide ad **i.** 50. § 5. Antiquissimi ty- pis descripti libri vulgatum servant, pro quo Basileenses 1554. ediderunt *pati Romanos posse*, idque per tantum non omnes recentiores propagatum est usque ad Gruterum, qui prius il- lud *pati Romanus posse* restituit. Et recte. Alibi enim sæpe *Romanus* pro *populo Romano*, pro *Romanis*. Ita c. seq. ‘Res aliter longe evenit :

nam non alio ante bello infestior Romanus (adeo hinc contumeliis hostes, hinc consules mora exacerbaverant) prælium iniit.' et eodem cap. 'Sensit utraque acies unius viri casum, cedebatque inde Romanus.' c. 50. 'Vincebatque auxilio loci panceitas, ni jugo circummissus Veiens in verticem collis evasisset.' c. 59. 'Ut prius hostis desisteret sequi, quam Romanus fugeat.' Supra 1. 14. 'Hærens in terga Romanus, priusquam fores portarum objicerentur, velut agmine uno inrumpit.' 11. 27. 'Fusis Auruncis, victor tot intra paucos dies bellis Romanus promissa consulnis fidemque senatus exspectabat.' 111. 2. 'Prælium fuit utrimque vellemens, quod et Romanus ira odioque pugnabat, et Aequos conscientia contracti culpa periculi ultima andere et experiri cogebat : ubi vide plura.

Non jam sensim, ut ante] Pall. non tam sensim ut et Camp. Gebh. Non tam sensim, ut ante Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Port. fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. et vetustiores edd. Passim tam et jam commutantur. Vide ad xxi. 11. § 12. *Pro tam vero* Hav. præfert tamen, quæ et ipsa vocabula confundi solent. Vide ad Liv. xxii. 59. § 13. Sed recte jam est in Harl. utroque, itaque primus Aldus, et post eum reliqui omnes, ediderunt.

Per centurionum principes postulant] Per centurionem pr. post. Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Port. Hav. et fragm. Hav. *per centuriones pr. post.* Gaertn. Reliqui recte vulgatum defendunt. 'Principes centurionum' sunt, qui alio nomine vocantur 'principes ordinum,' vel 'centuriones primorum ordinum,' vel simpliciter 'primi ordines,' id est, primi centuriones hastatorum, principum, et triariorum cujusque legionis. Vide Lipsium de Milit. Rom. Dial. 11. 8. et Gronov. ad Liv. xxx. 4. § 1. Mox

omnibus clamoribus, pro omnium clum.
Gaertn.

Matura res erat, tergiversatur tamen Fabius] Sic scribe, distingue, adeoque expone: *tergiversantur tamen.* (Subaudi consules. Nam mox præcessit, 'ad consules curritur.') *Fabius deinde ad crescentem tumultum jam metu seditionis collega.* Rhen. *Tergiversantur tamen.* *Fabius sic distinxit, atque emendavit Rhenanus, et dudum ante ipsum Andreas Episcopus Aleriensis.* Est in Pall. Camp. *tergiversatur tamen Fabius: deinde.* Gebh. Lectio a Rhenano damnata superest in Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed *tergiversantur tamen.* *Fabius deinde in Flor.* Voss. 1. Leid. utroque, et Harl. 1. Neque aliter prisca edd. omnes usque ad Aldum, qui alteram lectionem subposuit. Ea vero in editis perstitit, quamvis interim veriorem Rheuanus revocandam monisset, usque dum Basileenses 1554. illa expuncta, meliora substituentia dicto audientes fuerint, et lectionem ab eo probatam receperint: nisi quod id ante etiam fecerit Vascos.

§ 12 Deinde ad crescentem tumultum jam metu seditionis collega concedente] Pal. 1. *deinde ad crescentem tumultum metum seditionis;* neque litera abit Pal. 3. non absurde, et, ut ingenue dicam, magis ad genium Livianum. Campanus edidit, *deinde accrescente tumultu jam metu seditionis:* nescio, an fretus, quos jaetat, veteribus libris. Gebh. Duo Pall. *ad crescentem tumultu jam metum sed.* Quod considerandum. J. F. Gron. *Accrescente tumultu, jam metu sed.* ut Campan. vulgavit, ex libb. vett. de quo Gebhardus dubitabat, haustum esse, fidem faciunt Harl. 1. Gaertn. Latinii Neap. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. quorum excerpta ita præferunt. Verbo 'accrescere' utitur Livius supra 1. 54. 'Dictis factisque omni-

bus ad fallendum instruetis vana aecresceret fides.' At scopæ dissolutæ videntur *accrescente tumultu jam metu seditionis*, neque stilo Livii convenire. Quare eam scripturam spernendam puto. *Ad crescentem tumultum jam metu sed.* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et Hearni Oxon. L. 2. et B. Eamdem lectionem probare videntur eodd. qui leviter mendosi præferunt *accrescentem tumultum*, *jam metu sed.* concedente, ut Klockian. et *accrescentem tumultum jam metu seditioni concedente*, ut Lipsiens. ubi *accrescentem*, pro *ad crescentem*, datum est eodem errore, quo *congratulatione* scriptum est, pro *cum gratulatione*. Vide ad iv. 24. § 7. *efferitate*, pro *et feritate*. Vide ad XXXVIII. 49. § 4. *ad crescentem tumultu jam metum sed.* Palatinis duobus Gebhardi concinentes, præferunt Voss. 2. Leid. 1. et Port. Et ita in contextu edidit Aldus, ut et ipse hanc lectionem in MSS. suis invenisse debeat. Verum inter errata priorem reponendam monuit. Sed alteram veriorem puto, quam Gronovius etiam, licet in notis considerandum esse dixerit, tamen in contextum recepit. 'Concedere ad crescentem metum' est propter crescentem metum, crescentis metus causa. Plin. Hist. Nat. viii. 40. 'Adsidua rotatam vertigine adflicxit, ad casum ejus tellure concessa.' Frontin. Strateg. i. 5. ex. 16. 'Ad novitatem rei laxatis ordinibus.' iii. 10. ex. 4. 'Ad primam eruptionem oppidanorum simulata fuga cessit.' Paullo post quum silentio classico *fecissent* Gaertn. *tum silentio* Hart. 2. Vide ad Epit. lib. XLVIII. circa fin.

Ego istos, Cn. Manli, posse vineere scio] Pal. 1. En. Manli. Pal. 2. *consul Malli.* Pal. 3. Gn. Manli. Camp. Cn. Manli. Andreas *Ego istos, Manli.* Gebh. Ut notis præscribitur, prium invenio in Froben. 1535. idque unus præfert Harl. 1. In antiquo-

ribus editis et in aliis scriptis varie ab operis peccatur. *Ego istos, consul Manili Hav.* *Ego istos Cons. Manili* Voss. 1. a m. pr. *Ego istos C. N. Manili* a m. sec. in marg. et in Lipsiens. *Ego istos Ga. Manili* Voss. 2. *Ego istos Cn. Manili Leid.* 1. *Ego istos Cn. Manili Port.* *Ego istos Gn. Manli* Hart. 2. *Ego istos Cn. Manili Leid.* 2. et fragm. Hav. *Ego istos M. Manilium* Gaertn. Ex editis *Ego istos Manili* est in vetustissimis. Aldus deinde prænomine addito dedit *Ego istos Cn. Manili.* Sed, ut dictum, Frobenius demum recte *Ego istos Cn. Manli.* Similia monstra in hoc nomine data erant hoc lib. c. 43. in fine.

Velle ne scirem ipsi fecerunt] Ita prisæ edd. et Pal. 3. At Pal. 1. vietiose, *velle nescio me ipsi fecerunt.* Pal. 2. *velle nescirem me ipsi fec.* Gebh. *Velle nescirem ipsi fec.* Flor. *Velle nescio me ipsi fec.* Voss. 2. *velle nescire me ipsi fec.* fragm. Hav. et Gaertn. *velle nescire met ipsi fec.* Hav. *velle nescire ipsi fec.* Port. *velle nescirem ipsi fec.* Harl. ambo. Ita alibi non raro *ne sciut et nesciat*, similiter *nee scit et nescit*, inter se commutantur. Vide, quæ notavi ad Sil. III. 143. et adde Bentl. ad Terent. Heaut. III. 1. 59. ac Oudendorp. ad Lucani v. 665. Fons erroris inde repetenda, quod olim voces continua serie scriptæ fuerint, quas postea secuti librarii recte distinguere non potuerent.

§ 13 *Itaque certum atque decretum est]* *Ita certum atque decretum*, ultima voce omissa, Voss. 2. *Ita cert. atque decr.* et Lipsiens. *Ita cert. atque decretum est* Leid. 1. Harl. 2. Gaertn. et Port. Similiter etiam Aldus in libris suis reperisse videtur. Eam enim lectionem in contextum recepit. Postea tamen rectius inter errata monuit, *Itaque præstare*, idque recipiendum esse. Solent autem sæpe *itaque* et *ita* commisceri. Vide ad XXI. 53. § 7. Porro *Itaque certum decretum est* Leid.

2. sive ἀσυνδέτως accipienda sint certum, decretum est; sive decretum pro substantivo librarius habuerit. Itaque cert. mihi atque decr. est Hav. Sed illud mihi ex interpretatione natum puto. Sæpe enim ea vox in hac similibusque locutionibus subintelligenda lectori relinquitur. Cic. pro Rosc. Amer. c. 11. ‘Certum est deliberatumque, quæ ad caussam pertinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam libenter, audacter, libereque dicere:’ ubi ‘certum deliberatumque’ junguntur, ut hoc loco certum atque decretum. Virg. Ecl. 10. 52. ‘Certum est, in silvis inter speixa ferarum Malle pati.’ Terent. Heaut. 111. 1. 56. ‘Sumat, consumat, perdat; decretum est pati.’ Mox, ne dare signum, pro non dare sig. Voss. 2. et Leid. 1.

Nisi victores se reddituros ex hac pugna jurent] Non erat hic opus mutare lectionem scripti voluminis, quæ habet jurant. Præcedit enim aliud verbum ‘Itaque certum atque decretum est.’ Rhen. Pronomen *se* abest ab Harl. 2. Quod sæpe abesse supra notatum est ad 1. 23. § 5. Unus tamen codex, isque non optimus, consensui concordi reliquorum dissentientium ut cedat, æquum est. *Nisi vicit sedituros* Flor. a m. pr. *reddituros* a m. sec. Præterea *jurant*, quod Rhenanus in suo reperit, est quoque in Flor. Leid. utroque, et Voss. 1. Quare eam lectionem recepi. Vide Cortinum ad Plin. Ep. ii. 10.

Centurio erat M. Flavoleius] Inde, pro prænomine *Marcus*, habet Leid. 2. Nimirum pro litera *m*, qua prænomen illud notari solet, librarius exaratnum esse credidit *in*. Solent autem *m* et *in* ob ductum similitudinem sæpe commutari. Vide ad Liv. xxxvi. 6. § 4. Alius deinde, addita superius nota, dedit *iñ*, id est, *inde*. Voces autem *in* et *iñ*, sive *inde*, confundi infra videbimus ad x. 20. § 6. Peccatum est etiam in nomine pro-

prio minus obvio ac noto. Nam *Flavoleius* habet Lipsiens. *Flavo ejus* Leid. 1. *Famileius* Hav. *Centurio erat M.* *Flavo ejus* Flor. Mox inter priores pugnae flagitator Lipsiens, alibi sæpius in Ms. obvio errore. Vide ad xxxvii. 43. § 10.

Revertar ex acie. Si fallat Jorem patrem, Gradivumque Martem] Locus videbatnr non bene habere. Sed est conversus sermo a secunda [immo a prima] persona in tertiam. Notandum autem est genus locutionis. Illud vero *Gradivum Martem* Servius in Æneid. 111. 35. interpretatur θεόποιον Ἀρην, id est, exilientem in prælia. Glar. Non secus Pal. 3. editio princeps, atqne Campani. Interim Pal. 1. *Sifallam*, Pal. 2. *Sinfallam*. Gebh. Genus loquendi, sive sermonis a prima in tertiam personam commutatio librariis nonnullis displicuit, qui lectionem vulgatam propterea corruperunt. Certe in Hav. ut in Pal. 1. Gebhardus invenit, legitur *Si fallam*. Et ita m. sec. etiam emendatum est in fragm. Hav. Verum tnm non convenit, quod mox sequitur, *invocat Deos*. Sed hic etiam in fragm. Hav. a m. eadem interpolatum legitur *in rōco Deos*. Eadem, quæ in fragm. Hav. lectio exstat, etiam superest in Gaertn. nisi quod corruptius præferat *vallē*, pro *fallam*. Similia vero, ac de *Gradiro Marte*, Servius habet a Glareano landatus, obcurrrunt etiam apud Fest. in voc. ‘*Gradivus*.’

§ 14 *Aliosque juratos invocat Deos]* Adnlleratus locns est temeritate scioli cuiuspiciam. Neque enim simplièiter hic invocat Deos: nam sequitur, ‘idem deinceps omnis exercitus in se quisque jurat.’ Proinde castigandæ sunt hic vulgatae edd. ad codicem Ms. qui sic habet: *Si fallat, Jorem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos invocat Deos*. Sensus est, iram Deorum Jovis et Martis sibi ipsi imprecatur, si fallat. Nunc apte cohæredit sequens sententia, ‘*Idem-*

que deinceps omnis exercitus in se quisque jurat.' *Rhen.* *Aliosque iuratus invocat Deos* ita quoque sanum est, vel sanum videtur, ut nusquam vel una verrnea mali appareat. Sed est in Buslidiano cod. saltem speciosior sententia. Sic enim legitur, *alirosque iratos invocat Deos*; nimis, si fallat (quod præcessit) exsecratione se ipsum obligans, nisi victor e prælio regrediatur. *Nannius Miscell.* v. 21. *Coloniensis liber habet aliosque ultores invocat Deos*; quod probo. Sic enim supra bis locutus est *Livius*. Sed *iratos legendum* est ex *Planti Amphitr.* iii. 2. 32. 'Id ego si fallo, tum te, summe Jupiter, Quæso, Amphitruoni ut semper iratus sies.' *Livius* iii. 2. 'Sin perjurii gandeant, Diis magis iratis, quam hostibus, gesturos bellum.' xxiii. 42. 'Sed ne Deos quidem iratos (si dici fas est) timeremus.' *Klock.* *Aliosque iratos invocat Deos* invexit *Rhenanus*, invitatis omnibus libris, quorum *Pal.* 1. 3. et *Camp.* ed. *alirosque juratus invocat Deos*; *Pal.* 2. *alirosque iuratōs*; pessime vero editio prima *Andreae aliosque natos invocat Deos*. Lectionem priorem ex *Bnslidiano* indicavit *Nannius Miscell.* v. 21. *Gebh.* *Juratus invocat Deos* *Voss.* 2. et multæ veterum edd. *juratos invocat Deos* *Harl.* 2. *Port.* *Gaertn.* *Lipsiens.* et *Hav.* *alirosqueratos invocat Deos* *Leid.* 1. *alirosque ratos invocat Deos* *Harl.* 1. Sed 'iratus' ac 'ratus' etiam aliis locis culpa scribarum perperam confunduntur. Vide ad iii. 2. § 10. Reliqui codd. *Flor.* *Voss.* 1. *Leid.* 2. et *fragn.* *Hav.* nec non antiqui nonnulli typis descripti *alirosque iratos invocat Deos*, nisi quod *Voss.* 1. et *Leid.* 2. ordine alio exhibeant *alirosque invocat Deos iratos*. Patet itaque, quam verum fuerit, quod *Gebhardus* suorum scriptura abreptus tradit, *iratos* a *Rhenano* invitatis omnibus libris inventum esse, nisi omnium nomine tres *Palatinos*, quibus solis *Metis* usus est, indicateaverit:

iratos autem omnino verum est. Ubique enim in jure jurando 'iratos Deos' adprecabantur, nisi dictis starent, et fidem solverent; vel si quos execrarentur. *Liv.* v. 11. 'Pro certo se habere, neminem in concione stare, qui illo die non caput, domum, fortunasque *L. Virginii* ac *M. Sergii* sit execratus detestatusque. Minime convenire, quibus iratos quisque Deos precatus sit, in iis sua potestate, quum liceat et oporteat, non uti.' *Petron.* in *Satyr.* c. 25. 'Junonem meam iratam habeam, si umquam me meminerim virginem esse.' Plura vide apud *Brisson.* de *Formul.* 1. p. m. 110. et 111. 'iratus' autem et 'juratus' etiam mox commutantur verbis seqq.

Inde deinceps omnis exercitus in se quisque jurat] *Buslid.* Item *deinceps*, &c. Nescio quid melius: in aequilibrio mihi res pendere videtur. Nam *Inde deinceps* non plane illepidum. Significat enim postea per ordinem singulos in se diras concepisse, nisi victores redirent. Item *deinceps* exemplo alterius imitationem significat. *Nannius Miscell.* v. 21. Alii *Idem deinceps*, alii *Item deinceps*. Sed omnino legendum *Idem deinceps*. Festas in 'Præjurationes.' 'Præjurations facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant. Post quos in eadem verba jurantes tantummodo dicunt, Idem in me:' ubi vide *Ursinum*. *Klock.* Idem *Nannius* ibidem volebat *Item contra rationem*, quia *Idem jurare* est eodem juramento se obligare ac devovere. Prima editio habet *Inde deinceps*. Male. *Gebh.* Omnes editi antiqui præferunt *Inde deinceps*. Quæ voces etiam alibi junctæ obcurrunt. Vide h. lib. c. 47. § 11. Alter tamen *Livium* scripsisse, indicat consensus omnium codicum, quibus utor, qui hic præferunt *Idem*: quod præstare videtur. Ita enim exprimitur, quid juraverit exercitus, quum ceteroquin *jurat in se* non subsiciat. Solent autem li-

brarii voces *idē* et *ide* commutare. Vide ad 1. 19. § 7. Et hinc etiam ducit unici, qui a reliquis codd. in diversa abit, Msti lectio *Item deinceps*. Nam *item* et *idem*, præsertim si librarius voce præeuntem scribendo subsecutus sit, facillime inter se commutari potuere. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIX. Præterea *Idem deinde* unus Lipsiens. Sed *deinde* ex glossa natum videtur. Vide ad v. 17. § 4.

Juratis datur signum] *Iratis* præfert Leid. 2. sed errore librarii; a quo hominum genere voces ‘iratus’ et ‘juratus’ confundi, modo ad verba præcedd. dictum est. *Addatur* habuit fragm. Hav. a m. pr.

§ 15 *Nunc armatis sibi quisque lingua promptum hostem obserfi*] In antiquo volumine est *nunc armati*; ubi subandiri poterit verbum *jubent*. Rhen. Abest a Pal. 1. verbum *offerri*: tamquam sit elegans aposiopesis, ira non suppetente verbis. Andreas porro edidit *nunc armato sibi*. Camp. *nunc armati*. Ille pejns. Gelb. *Nunc armatis sibi quisque* Voss. 1. Leid. ambo, et Harl. 1. quod optimorum codicem fide præstare existimo. Reliqui præferunt *nunc armatis sibi*, quomodo et in suis invenisse videtur Aldus, qui ita primus edidit; quoniam priores, quas vidi, edd. haberent *nunc armato sibi*. In scriptura autem illa *armatis sibi* male prima litera vocis *sibi* adhæsset fini præcedentis. Id autem sæpius me in litera *s* accidisse videbimus ad XXVIII. 25. § 2. Tò *obserfi* deest etiam in Voss. 2. quod negligentiae dormitantis librarii adscribendum videtur. Ceterum *nunc armatis sibi quisque lingua sibi promptum* Harl. 2. Quia scriptura librarius indicare voluisse videtur, se tò *sibi* in variis codd. duobus locis positum invenisse.

§ 16 *Qua plebis, qua Patrum, exigua*] *Quia plebis, quia Patrum* Harl. 1. *qua plebis, quam Patrum* fragm. Hav. a m. pr. *tam plebis, quam Patrum* a m. sec. Et ita præferunt Voss. 2.

et Gaertn. *quam plebis, quam Patrum* Lipsiens. Reliqui, ut et omnes typis excusi, vulgatum servant. Et recte. Vide hoc cap. § 3.

Fabium nomen, Fabia gens maxime enuit] Dueæ priores voces exsulat ab typis exaratis antiquioribus, quas primus recte addidit Aldus. Omnes certe nostri eas servant constanter. Supra hoc lib. c. 42. ‘Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem:’ et eodem cap. ‘Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus, unoque velut tenore omnes expertos tribunicii certaminibus habitum.’ c. seq. ‘Ut decet proceres, ut Fabio nomine est dignum.’ *Fabium nomen* sunt ipsi Fabii, quo sensu ‘nomen Cæninium,’ ‘nomen Latinum,’ ‘nomen Volsenii,’ ‘nomen Romanum,’ pro Cæninensibus, Latinis, Volscis, Romanis, passim apud Livium obcurrunt. Vide ad III. 8. § 10. Præterea vox *maxime* exsulat ab Harl. 1. Paullo post *ciribus certaminibus* aperta librarii aberratione Lipsiens. a m. pr. pro quo recte deinde *civilibus* interpolatum est a m. sec. Deinde *alia pugna*, pro *illa pugna*. Gaertn. Sæpius librarios has voces in vicem permiscuisse, infra docebimus ad XXIII. 7. § 3.

Nec Veiens hostis Etruscæque legiones detrectant] *Ne Veiens hostis* Leid. 1. et Harl. 2. Passim librarios voculas *ne* et *nec* confusisse, vel inde constat, quod innumeris locis *nec quidem*, pro *ne quidem*, dederint. Vide ad 1. 10. § 3. Vide etiam Bentl. ad Hor. Sat. II. 3. 262. Præterea *Etruscæque legiones* Harl. 2. Tandem *detractant* Flor. et Leid. 2. Vide infra quæ notantur ad XXXIV. 15. § 9.

CAP. XLVI. § 1 *Non magis secum pugnaturos, quam pugnarerint cum æquis*] Et hic est alter locus, in quo lapsum memoria Livium existimamus, nisi temporum injuria codicem fides fallat: quod equidem lectori judicandum relinquimus. Quamquam

si quis, pro *Aequis*, legat *Veientibus*, cum Veientes hic loquuntur, non video ut quadret. Sed omnino vel Livius videtur memoria lapsus, vel ex tribus jam dictis locis primus male habet, etiamsi Dionysius contrarium dicat. *Glar.* Et hic Loritus legendum monet *Veientibus*, falso, ut supra indicavi, fundamento. Pal. 1. ostendit *quam pugnaverint cum Aequis Etruscisque*. Gebh. Immo Glareanus potius colligit, ex tribus locis primum, qui obcurrit c. 43. male habere, quæ dicto loco sententia fuerat Sigonii, ubi eam mihi quoque veriorem videri dixi. Ceterum *τὸν pugnauerint omittitur in Harl. 1.* Verbis autem proxime praecedit. *Prope certa spes erat Veiiis, non magis Lipsiens.*

Majus quoque aliquid, &c. haud desperandum esse] *Majus quod aliquid* Harl. 1. quod placere posset, modo etiam esset substitueretur *τῷ* esse. Verum non modo ingrata est repetitio *quod aliquid*, sed etiam reliquorum codicium in vulgatum conspiratio, receptam lectionem non mutandam esse, persuadet.

§ 2 Non alio ante bello] *Non alio bello ante Voss. 1. et Leid. 2. non ante alio bello Harl. 2.* Paullo ante *Res longe aliter evenit* alio ordine Lipsiens.

Hinc contumeliis hostes, hinc consules mora exacerbaverant] Vir doctus ad marginem edit. Curionis *hinc consulis mora* scribendum conjectit: *hinc consulum mora* est in Lipsiensi et Port. Verum omnes reliqui typis et manu descripti vulgatum tuentes; et adprime convenit *contumeliis hostes, consules mora*. Illud *consulum natum* est ex male exposito compendio *cons.* quo ea vox perscribi solet. Vide ad x. 10. § 2. Præterea *exacerbaverant* Flor. et Klockian. sollempni et ubique in MSS. obvia commutatione literarum *v* et *b*.

Pralium iniit] Pal. 1. *τρογῆ.* Non sum *Oedipus*. Gebh. Omnes nostri

in receptam scripturam uno ore conspirant.

§ 3 Vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit] An non potius *ordines?* Sie 1. 27. de Fufetio: ‘Fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat.’ III. 60. ‘Nec omnes dum eductos, nec qui erant, satis explicatis ordinibus.’ J. F. Gron. Omnes nostri lectionem, quæ vulgo circumfertur, præferunt; nisi quod *et vix explicandi ordinis* sit in Voss. 2. notis tamen, quæ indices esse solent, aliquid delendum esse, voci *et subjectis*. Liv. xxxvii. 29. ‘Ita et explicuere ordinem prime in conspectu prætoris, et coactum agmen ab Rhodiis est.’ Verum ibi de classe sermo est, non de exercitu terrestri, qui ex variis militum ordinibus constat. Donjatius, quamvis fateatur, Gronovium non inmerito suspicari *ordines* rependum esse, attamen etiam receptæ scripturæ patrocinium tentat, per ‘ordinem’ intelligens ordinationem, sive rationem, a dispositionem totius prælii, verbum antem ‘explicare’ accipiens pro sequi atque inplere, quod antea constitutum fuerat. Sed longe præstare jndico, ut Gronovii conjectura probetur: tum quod ‘explicare ordines,’ ‘agmen,’ ‘copiae,’ ‘aciem,’ usitatissimæ in re militari lociones sint de expandenda acie, (vide ad XLIV. 28. § 5.) tum quod constrictio ‘explicandi ordinis,’ pro explicandorum ordinum, Livio frequens fuerit. Vide, quæ dicentur ad xl. 49. § 1. Posset tamen etiam legere *explicandis ordinibus*. Et quidem, si ea conjectura non displicet, his gradibus lectionem, quæ nunc obtinet, ei subpositam esse censendum est, ut librarii primo dederint *ordinis* pro *ordinibus*, infinitis locis obvio errore. Vide ad xxi. 60. § 7. Eo pecato admisso, ut conveniret præcedens vox, proclive fuit *explicandis* mutare in *explicandi*. ‘Explicandis ordinibus’ autem capiendum erit eo-

dem modo, ut ‘divendenda præda,’ de quo actum ad t. 53. § 3. Denique ‘spatium explicandis ordinibus’ dic-tum erit eadem ratione, qua ‘quære-re locum seditioni’ III. 46. ubi hujus generis plura constipantur. Mox perperam *adjectus temere magis, quam missis Lipsiens.*

Pugna jam ad manus, &c.] Vetus lectio *pugna jam in manus, jam ad gladios.* Rhen. Ita quidem Campani ed. *pugna jam ad manus, jam ad gladios.* Sed Pall. 2. ac 3. et impressio prima *pugna jam in manus, jan ad gladios.* Parcins Pal. 1. *pugna jam in manus, ad gladios.* Gebh. Codex Borbetom. Flor. tres Pall. Voss. uterque, Helm. Rott. Andreæ Romana (nam in aliis licet inde expressis jam mutatum est) *pugna jam in manus.* Et minime sper-nendum puto. Sall. Jug. c. 89. ‘Sed consul, uti statuerat, oppida castella que minita adire: partim vi, alia metu, aut præmia ostendendo aver-tere ab hostibus: ac primo medio-cria (gerebat,) existumans Jugur-tham ob nos tutandos in manus ven-turum; sed ubi illum procul abesse et aliis negotiis intentum accepit, majora et magis aspera aggredi tempus visum est:’ virgulis seclusi τὸ gerebat, quod ab indocto additum homine censeo; et mediocria enim et majora asperaque oppida et castella intelligo. Inf. idem c. 101. ‘Ab ja-culis eminus emissis corpora tegere, et, si qui in manus venerant, ob-truncare.’ Cæsar Belli Gall. II. 19. ‘His facile pulsis et proturbatis, in-credibili celeritate ad flumen decu-rerunt, ut pene uno tempore et ad silvas, et in flumine, et jam in manibus nostris hostes viderentur:’ ubi τὸ nostris mihi juxta suspectum, ut deleri velim. Sic edendum fuit apud Tac. Hist. IV. 71. ‘Ut ventum in manus, deturbati ruine modo præcipitan-tur.’ Vide Pichenam. Dictys Cretensis optimorum æmulus II. 32. ‘At ubi in manus ventum est, cohør-

tati suos quisque, arie conflixere.’ Virg. AEn. x. 280. ‘In manibus Mars ipse, viri.’ Et nostro lib. IV. 57. ‘Quum tantum belli in manibus es-set.’ J. F. Gron. ‘Ad manum ve-nire’ Livius supra dixit hoc lib. c. 30. ‘Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus defixis pilis stare suos jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.’ Verum in eam-dem formulam loquendi Livius ubi-que cogi neque potest, neque etiam debet, præsertim ab alia parte stan-tibus MSS. libris. Illis autem, quos Gronovius aliquie consuluerunt, ac-cedunt omnes, quibus usus sum. Tac. Ann. II. 80. ‘Ut venere in manus, non ultra dubitatum, quam dum Ro-manæ cohortes in æquum enite-rentur.’ Dictys Cretens. II. 2. ‘Sta-tim, condensatis utrimque frontibus, vi magna concurritur. Dein uti quisque in manus venerat, interfici-tur.’ ‘In manus venire,’ ‘in manibus esse’ dicuntur qui tam prope accesserunt, ut fere manu tangi pos-sint. Vide Lipsium Var. Lectt. III. 13. Quoniam autem ea, quæ in manus venerunt, in manibus sunt, ut plurimum etiam in alicuius potes-tate sint; hinc, ‘in manus venire,’ et ‘in manibus esse’ dicuntur quæ veniunt in potestatem, quæ sunt in potestate. Vide Nic. Heinsium ad Sil. Ital. XI. 163. Eleganter autem et ex more Liviano ‘in manus,’ ‘ad gladios.’ Solet enim Livius ita præ-positiones variare. Vide ad VI. 28. § 3. Tandem *jam in manus, ad gladios, τῷ jam posteriori loco omissō,* unus Voss. 2. Reliqui eam vocem recte agnoscunt. Infra XXXVIII. 5. ‘Jam munitis, quibus sepienda urbs erat, jam operibus, quæ admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis mœnia est adgressus.’ Ovid. Epist. Her. II. 87. ‘At si nostra tuo spumescant æqua remo, Jam mihi, jam dicar consuluisse

meis.' Vide plura similia ad Livii v. 35. § 4.

§ 4 *Spectaculo exemplaque civibus erat] Exemplaque fuit civibus Leid. 2. et Voss. 1.*

Tertio hic anno ante consul fuerat] Ultimam vocem neglexerunt librarii Voss. 1. et Leid. 2. Eam transponens fuerat consul exhibit Gaertn.

Principem in confertos Veientes euntem] Inter confertos Harl. 2. Vide ad Liv. XXXVIII. 57. § 6. Tum venientes Veientes Voss. 2. Sed librarius, quum forte venientes in contextu, *Vehientes* in margine emendatum reperisset, verioris lectionis incertus utramque expressit, ut sæpe hominum indocetum hoc genus olim facere solebat. Vide quæ notantur ad III. 44. § 4. Certe in confertos venientes euntem præfert Gaertn. venientes autem, pro Veientes, alibi etiam eorumdem errore in MSS. superest. Vide ad I. 15. § 3. Vide etiam ad IV. 52. § 7.

Tuscan incautum inter multas versantem] Etruscus Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad cap. seq. § 6. Deinde versantes perperam iudicem libri cum Flor. Leid. I. Harl. 1. et Gaertn. Vide ad IV. 44. § 5. Mox per pectus figit Lipsiens. pro per p. transfigit. Male. Vide ad I. 26. § 3.

Telo extracto præceps Fabius in vulnus abiit] Vett. codices obiit. Sigon. Quam lectionem ex suo cod. produxerat, postea omnibus vulgatis libris propagatam, Sigonius; eam quoque retinet Pal. 2. ætate et bonitate nihil distans Sigoniano codice. Sed contra editiones Andreæ et Campani, deinde Pall. I. ac 3. præceps Fab. in vul. ab. Quod rectissime editioni suæ redonavit de literis extra aleam optime meritus Gruterus noster. Gebh. *Præceps abiit non minus recte dicitur, quam ap. Catull. carm. 17. 'Quemdam municipem meum de tuo volo ponte Ire præcipitem in lutum per caputque pedesque.'* Et ap. Sueton. in Calig. c. 35. 'Ut calcata lacinia

togæ præceps per gradus iret: ubi non putem substituendum rueret, quasi parum Latine dicatur præceps iret, quod dicit Sallustius etiam ita, etsi per tropum, in Cat. c. 25. 'Luxuria atque inopia præceps abierat.' et c. 37. 'Sed uroana plebes ea vero præceps ierat multis de causis.' Vide Gronov. supra ad c. 27. § 3. *Duk. Telo extracto* Leid. 2. quod foret conjecto ac penitus acto telo. Vide quæ notantur ad Silii I. 307. et 642. At potius sensus est, Fabium, quum Tuscanus gladium ex vulnere extraxisset, pronum in pectus letali plaga percussum cecidisse. Servandum itaque *telo extracto*, pro quo librarius t. *exacto* dederat errore, qui et alibi in MSS. obvius est. Vide quæ notantur ad Liv. XXII. 18. § 9. Tum *princeps Fabius Lipsiens. et Hav.* Cuius peculiari alia exempla vide ad XXI. 18. § 9. Denique in *vulnus obiit Port. m. sec. et Hav.* eodem lapsu, quo 'abortus' et 'obortus' commutari vidimus ad h. lib. c. 37. § 9. Recte etiam Doujatius vulgatum *præceps in vulnus abiit* contra Sigonium tueretur, docens Livium velle, Fabium pronum cecidisse ex equo, et in pectus corruiisse, in quo mortiferum vulnus accepérat. Suam vim verbo *abiit* inesse, eoque inpetum notari, quo Fabius in terram decidit, monuit Burmann. pluribusque inlustravit ad Quinetil. Declam. IX. 5. ubi ex Statio Thebaid. IV. 463. 'cadere in vulnus' laudavit, ut hoc loco 'abire in vulnus.' Similiter 'prolabi in vulnus' Livius supra dixit I. 58. 'Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde desigit: prolapsoque in vulnus, moribunda cecidit.'

§ 5 *Cedebatque inde Romanus]* *Cedebat inde Romanus*, particula connexe omessa, edd. principes usque ad Aldum, qui primus eam adjecit. Eamdem etiam agnoscunt omnes, quibus utor, codd. solo excepto Port. a quo itidem exsulat.

*Quum M. Fabius consul transililit jacentis corpus] Pall. 1. 3. et Camp. transilivit. Pal. 2. transiluit. Gebh. Tum M. Fabius Lipsiens. et Gaertu. sollemni errore scribarum. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde vox *consul* deficit in Leid. 2. Tum transilivit etiam Voss. 2. Leid. ambo, Port. et fragm. Hav. neque aliter in margine Voss. 1. quum in ipso contextu exaratum foret *transiit*, quemadmodum etiam præfert Gaertn. Omnes etiam edd. *transiliit* exhibent, usque ad eam, quam Jac. Gronovius procnravit, in quam *transiliuit* recepit: id vero servant Flor. Harl. ambo, Klockian. Lipsiens. et Hav. Vide hoc lib. c. 10. § 11. Præterea *corpus jacentis* Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn.*

*Adeo ignavissimos hostes, &c. per quos jurastis] Omnia hæc verba negligentia librarii omittebantur in Lipsiens. adeone *ignavissimos hostes magis timetis servat* Gaertn. Paullo ante hoc *juratis*, pro *hoc juratis*, habet Harl. 1.*

§ 6 *At ego injuratus aut victor revertar] Dionysius ix. p. 567. ait, etiam consules jurasse. Glar.*

Q. Fabi, dimicans cadam] Hic dimicans, Q. Fabi, cadam Harl. 2.

*Consuli tum K. Fabius prioris anni consul] In scripto codice est Gaius Fabius. Rhen. Legendum Cæso Fabius, non C. Fabius, ut perperam quidam habent codd. Fuere autem tres Fabii M. Q. ac Cæso fratres, quorum hic septem consulatus ordine fuerunt. Glar. Assentior Glareano, hanc esse veram lectionem, stabilitam a Pal. 1. Nec me movet hic auctoritas Pal. tertii, exprimentis *Gaius Fabius*: multo minus Pal. sec. Andreæ ac Camp. editiones *C. Fabius*. Gebh. *Graus Fabius* Harl. 1. *Gravis Fabius* Lipsiens. *Graius Fabius* Voss. 1. Sed literæ secundæ prioris vocis subjicitur nota, qua librarius eam delen-*

dam innuit, ut sit *Gaius Fabius*. *Gaius Fabius* præferunt etiam Flor. Leid. ambo, Port. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. in quo a m. sec. emendatur *Cuius Fabius*. Sed *C. Fabius* Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et N. C. vel *G. Fabius* edd. antt. usque ad Moguntinam, quæ prima vulgavit *Cæso Fabius*. Et ita habuit Voss. 2. et in fragm. Hav. a m. tertia ac nupera inter versus adscriptum est: quæ vera est scriptura, ut viri docti monuerunt. Alibi sæpe prænomina *Cæso*, quod unica litera *K* notari solet, et *Gaius* vel *Caius* inter se commutari solent. Vide ad II. 43. § 1.

Consul, Verbisne istis, frater, ut pugnant, te impetraturum credis] Consul inquit, verbisne Harl. 2. Male. Sæpe enim vel hoc vel simile ejusdemque potestatis verbum a Livio aliisque scriptoribus omitti solet. Vide ad XXIII. 45. § 6. Deinde verbisne istis fratri ut pugnant Hav. verbisne istis fructus, ut pugnant Leid. 2. Tum te impetratum credis Harl. 1. Denique omnia hæc impetraturum credis? Dii impetrabunt per quos negligentia librarii omittuntur in Voss. 2.

§ 7 *Ut Fabio nomine est dignum] Ut Fabio est nomine dignum Hav. Mox idem codex male neglexit τὸ animos. Accedamus autem, pro accedamus, ostentat Gaertn. qui error et alibi in MSS. committi solet. Vide ad XXIII. 46. § 2.*

Sic in primum infestis hastis provolant duo Fabii] Pal. 1. Sic primum infensis hastis. Gebh. Sic primum Voss. 2. Port. a m. sec. et Hav. Et ita etiam præfert Mediolan. ed. 1505. Male. Est enim Livio frequens in primum, in primo. Vide J. F. Gron. ad Liv. x. 14. § 17. In primum infestos hostes Flor. a m. pr. in infenos hostes a m. sec. infensis hastis Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Port. et fragm. Hav. a m. pr. Sed præstat vulgatum infestis hastis. Supra hoc lib.

c. 19. ‘ Tantaque vis infestis venientium hastis fuit, ut brachium æbatio trajectum sit, Mamilio pectus pereussum.’ c. 20. ‘ Subdit calcaria equo, et Tarquinium infesto spiculo petit:’ ubi unns etiam codex male infenso spiculo. iv. 19. ‘ Calcaribus subditis infesta cuspide in unum fertur hostem.’ viii. 7. ‘ Quum infestis cuspidiibus concurrisse, Manlii cuspis super galeam hostis, Mettii trans cervicem equi elapsus est.’ ix. 22. ‘ In quem, insignem inter suos, citem pugnam, magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum, ut uno ietn examinem equo præcipitaret.’ x. 28. ‘ Inferensque se ipse infestis telis est imperfectus.’ Silius Ital. xii. 565. ‘ clansas nunc cuspide pulsat Infesta portas.’ Ovid. Epist. Heroid. v. 91. ‘ Tyndaris infestis fugitiva reponitur armis.’ Ita ‘ signa infesta’ sæpissime apud nostrum; ut vii. 37. ‘ Postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit.’ xxviii. 3. ‘ Eademque porta signa infesta in hostem inflata.’ xxxii. 25. ‘ Quum lucis principio signis infestis ad subjectum arci forum vaderet.’ xxxiv. 4. ‘ Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis inflata sunt huic urbi.’ xxxvii. 18. ‘ Ad Elæam primo infestis signis accessit.’ Vide Cort. ad Sall. Cat. c. 60. Solent autem passim ‘ infensus’ et ‘ infestus’ a librariis communutari. Vide superius notata ad Liv. ii. 20. § 3. et c. 39. § 7. iv. 10. § 3. ix. 38. § 11. xxxiii. 46. § 2. xxxv. 25. § 3. et alibi. Etiam Burmann. ad Nason. Ib. 471. Mox secum moverunt alio ordine Hav.

CAP. XLVII. § 1 *In altero cornu Cn. Manilius consul]* Exemplar vetustum ter habet *Manlius*; semel *Manilius*. Rhen. Solus *Cn. Manilius* habet ex MSS. Pal. 2. Pal. 1. *in cornu altero Manilius*. Infra autem, ut Pal. 3. *Manilius*. Edd. assentiuntur Rhezano. Gebh. *In cornu altero Leid.*

ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Port. Hav. et fragm. Hav. *In cornu altera Flor.* a m. pr. *in cor. alteram a m. sec.* Deinde *in Cn. Manilius consul* Leid. 1. *manibus Cn. Manilius consul* Voss. 2. priori voci tamen additis notis, quæ indices esse solent, librarios eam deletam velle. G. n. *Manilius consul* Lipsiens. *Cn. Manilius consul* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. *Cn. Manilius consul* fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 43. § 11. et infra aliquoties hoc capite: etiam viros doctos ad Frontini II. 6. ex. 7.

Pugnam ciebat] Pugnam agebat Voss. 1. et Leid. 2. Ita xxii. 9. ‘ Levibus præliis cum Gallis actis, et uno opido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitusque cæde audivit.’ Ita ‘ agere bella,’ ‘ prælia,’ infra inlustrantur ad Liv. Epit. lib. XLIX. Reliquis tamen in vulgatum conspirantibus, nihil innovandum arbitror. Non modo enim mox sequitur ‘ jam velut fusos agentem hostes,’ sed ‘ ciere pugnam’ Livio etiam frequens et usitatum passim est, æque atque aliis scriptoribus. Supra i. 12. ‘ Principes utrimque pugnam ciebant, ab Sabinis Mettus Curtius, ab Romanis Hostus Hostilius.’ III. 18. ‘ P. Valerius, inter primores pugnam cieus, interficitur.’ v. 37. ‘ Invisitato atque inaudito hoste ab oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente.’ ix. 22. ‘ In quem, insignem inter suos, citem pugnam permisit eum.’ x. 28. ‘ Iterum longius evecos, et jam inter media equitum agmina prælium cientes, novum pugnae conterruit genus:’ et sæpe alibi. Silius Ital. perpetuus Livii imitator, in haec locutione multus est. XIV. 31. ‘ ast eadem, quum bella cieret, Portus æquoreis sueta insignire tropæis.’ Ubi plura exempla laudantur. Justin. II. 12. ‘ Inter primos duces bellum acerrime ciebat:’ et ita alii passim. § 2 *Ut altero in cornu Q. Fabium, sic in hoc ipsum consulem Maulium]*

VII altero in cornu Leid. 1. *et altero in cornu* Hav. et Lipsiens. *uter altero in cornu* Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 31. § 5. et Burmann. ad Quinctil. Declam. XVI. 8. *ut altero cornu*, omissa prepositione, priscæ edd. quam primus Aldus restituit. Cum Aldo autem stant omnes scripti. Tum sic omittitur in Leid. 1. qui etiam *in*, id est, *inde*, pro *in*, præfert. De quo errore vide ad x. 20. § 6. Præterea *hoc ipso* Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Denique *Mamilium* Voss. 2. et fragm. Hav. *Manilium* Leid. 2. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Vide ad § 1.

Jam velut fusos agentem] Jam ut veluti fusos Harl. 2. *jam velut jam fusos* Leid. 2.

Et in pigre milites secuti sunt; et, ut ille] Tò et priori loco omittit Hav. Non recte. Vide ad c. 44. § 5. et *ut cumque ille præfert* Gaertn. *secuti sunt, protinusque ut ille Lipsiens.*

§ 3 *Cessissentque loco*] Concessissentque loco Harl. 1. Sæpe 'concedere' pro cedere usurpatur. Liv. supra hoc lib. c. 45. 'Fabius deinde, ad crescentem tumultu jam metum seditionis collega concedente, cum silentium classico fecisset.' Vide Burm. ad Gratii Cyneg. vs. 192. et Cort. ad Sall. Jug. c. 11. et c. 14. § 24. Hic tamen reliquorum constans consensus suadet, ut vulgatum cessissent præferam. 'Cedere loco' autem, ut 'cedere pugna,' de quo vide Gronov. ad h. lib. cap. 10. § 5. Præterea cessissent quoque loco Voss. 1. et Leid. 2. obvio sæpiissime errore. Ita vulgo supra editor c. 40. 'Monumento quoque quod esset, templum Fortunæ Muliebri ædificatum dedicatumque est:' ubi recte J. F. Gron. monumetoque quod esset scribendum conjectit. Multa alia similis erroris exempla notantur ad v. 27. § 1. Mox ordine inverso *nisi alter consul* Harl. 2.

Citato equo adrectus] Pal. 2. *citato equo aductus*. Gebh. Librarius vide.

tur voluisse adductus. Alibi sæpe hæc vocabula permuntantur. Vide ad xxvii. 38. § 12. Sed nihil mutandum. Cie. de Divin. i. 28. 'Equo adrectus ad quamdam magni fluminis ripam.'

Vivere clamitans collegam, &c. rem inclinatum sustinuisse] Collega Harl. 1. Deinde rem militarem inclin. Voss. 1. et Leid. 2. malo librariorum errore. Tandem victorem effuso altero cornu primæ edd. cuius loco Froben. 1535. *fuso altero cornu* substituit, quod servant omnes codd. et recte. Vide quæ notantur ad xli. 7. § 10.

§ 4 *Mamilius quoque ad restituendam aciem se ipse coram obfert]* *Mamilius* Voss. 1. *Mamilius* Voss. 2. et fragm. Hav. *Manilius* Leid. 2. Lipsiens. et Hav. *Maniliusque ad restituendam* Gaertn. Vide ad § 1. hujus cap. Præterea *ad restituendum aciem* Leid. 2. Vide ad xl. 49. § 1.

Simil et vanior jam erat hostium acies] Aut. Perizonius in margine Livi monuit, vix dubium esse, quin *rarior*, pro *vanior*, scripserit Livius. Clarissimus filius ejus adjecit hinc conjecturæ firmandæ locum infra c. 50. 'Quamquam rara hostium adparebant arma.' Vindicandæ deinde vulgaræ lectioni locum ex i. 8. 'Ne vana Urbis magnitudo esset.' Mihi tamen *rarior* non displiceret, si codd. accederent. Nam optimi ita passim loquuntur. Tac. Hist. iii. 25. 'Rariore jam Vitellianorum acie, ut quos, nullo rectore, suis qnemque inpetus vel pavor contraheret, didiceretve.' Frontin. iii. 10. ex. 4. 'Ut Saguntinos eliceret, rara acie ad muros accedens.' c. 17. ex. 1. 'Veniente ad obsidionem Hasdrubale, raros ex industria in muris posuerunt defensores.' 'Rarus' autem hoc sensu opponitur τῷ 'confertus,' vel 'densus.' Liv. xxiii. 27. 'Rari in confertos latiti.' ix. 27. 'Dextra pars, qua et Samnites ratis ordinibus constiterant, latius patefacta stetit. Sinistris, præterquam quod densiores steterant,

additæ vires.' Cæsar Bell. Gall. v. 16. 'Accedebat huc, ut numquani conferti, sed ravi magnisque intervallis, procliarentur:' etiam *τῷ spissus*. Colum. II. 9. 'Prima sementis rarius serere permittit, novissima spissius postulat.' Hoc sensu retia vocantur 'rara' apud Virg. Æn. IV. 131. 'Retia rara, plagiæ, lato venabula ferro.' Horat. Ep. II. 33. 'Ant amite levi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos.' Claudian. de Laudib. Stilic. III. 292. 'Opis frena tenuit: fert retia rara Lycaste, Auratasque plagas.' 'Raris nodis contexta' vocat Nemes. in Cyne. vs. 300. 'Atque plagas, longoque meantia retia tractu Addiscant raris semper contexere nodis.' His obponuntur 'densæ plagæ' apud Hor. Od. III. 5. 31. 'Si pugnat extricata densis Cerva plagiis, erit ille fortis, Qui perfidis se credidit hostibus.' Quomodo etiam 'rars' et 'densus' obponuntur apud Colum. II. 9. 'Ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit, etiam ex rara segete densam facit.' Sed vulgatum servo propter eodd. anctoritatem. Curtius IV. 14. 'Videntis ordines raros, cornua extenta, medianam aciem vanam et exhaustam:' et superius eodem cap. 'Contemserat paucitatem hostis, vanam aciem esse, extensis cornibus, ratus:' ubi etiam viri docti *raram aciem* scribendum conjiciunt. *Vanior tam erat Flor.* a m. pr. *tum erat a m. sec.*

§ 5 *Dum prædæ magis, quam pugnæ memores, tererent tempus]* Scribendum cum *prædæ*. Nam si malis illud, terrent faciendum: ut paullo ante, 'Dum mittunt ad castra oppugnanda.' Simile vitium x. 18. 'Dum ea in Sannio cujuscumque ductu auspicioque gererentur:' lege *Cum*, aut *Dum geruntur*. J. F. Gron. *Dum tererent Leid.* I. pr. *dum terrēt Port.* *dum terent Hearnii Oxon.* L. 2. Quomodo Gronovius recte scribendum conjectit. Vide quæ supra notantur

ad I. 40. § 7. Et hanc lectionem recepi. Præterea *corpus*, pro *tempus*, Voss. I. a m. pr. Paullo ante *Inde haud magno*, pro *In quæ haud magno*, Klockian.

Sustinere non potuerant] Non poterant Leid. I. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav.

Missis ad consules nunciis, quo loco res essent, congregati] Missis nunciis ad consules, alio ordine verborum, Harl. 2. Deinde quo loco res erat Hav. quo loco res esse Leid. 2. quo loco res esset Voss. 2. et Harl. 2. et esset et essent ferri potest. Supra I. 32. 'Mortuo Tullo, res, ut institutum jam inde ab initio erat, ad Patres redierat.' II. 48. 'Res proxime formam latrociniæ venerat.' IV. 6. 'Quum in concionem et consules processissent, et res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset:' ubi tamen quidam, sed levioris fidei, codices vertissent, aut tenserent. Et infra eodem cap. 'Per hæc consilia eo deducta res est.' XXXVII. 49. 'Eo, vetera et oblitterata repetendo, rem adduxeront, ut haud paullo plurimum maleficiorum gentis, quam beneficiorum, memoria subiret animos Patrum.' Virg. Æn. II. 322. 'Quo res summa loco, Panthen? quam prendimus arcem?' Hor. Epist. I. 12. 25. 'Nec tamen ignoras, quo sit Romana loco res.' Contra hoc lib. cap. 63. 'Fugaque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti:' ubi etiam quidam codd. *res erat*. Vide quæ ibi notantur. VII. 14. 'Jamque haud procul justo prælio res erant:' ubi quoque nonnulla notantur. c. 35. 'In eo enim loco res sunt nostræ, ut vobis ego magis necessitatis vestræ index, quam consilii auctor sim.' x. 33. 'Quarum rerum fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam:' et sæpe alibi. Quum itaque optimi codd. uno consensu vulgatum essent servent, nihil etiam mutandum est. Præterea una voce auctior Harl. 2. quo loco res esset, sig-

nificabant, *conglobati*. Male. Sall. Cat. c. 57. ‘Sed postquam in castra unius pervenit, Romæ conjurationem patefactam, de Lentulo, Cethego, ceteris, quos supra memoravi, suppli-
cium sumitum.’ Liv. xxxviii. 1. ‘Re-
missique nuncii ab eo ad principes Argitheam, si popularium animos sa-
tis perspectos haberet, inpetrato ab Ætolis auxilio, in Athamaniam se
venturum.’ Ita enim ex Mognnt.
cod. legendum ibi monebo, et pluri-
bus exemplis locutionem illustrabo.

Et sua sponte praelium ipsi renorant] Exemplar vetustum habet, et *sua sponte ipsi prael. ren.* Rhen. Alio or-
dine, indicavit et Rhenanus, Pall,
triga, *ipsi prael. ren.* Gebh. *Ipsi prael.*
ren. etiam Flor. Voss. 1. Leid. ambo,
Harl. 2. Lipsiens. Port. Hav. et
fragm. Hav. Quorum auctoritate
ita edidi.

§ 6 *Et Manilius consul... milite ob-*
posito] *Et Manilius* Leid. 2. Gaertn.
et Hav. et *Mallius* Voss. 1. et *Mamilius*
Voss. 2. et fragm. Hav. quod his
iterum verbis desinit, et demum in-
cipit c. 55. § 1. Vide hoc cap. § 1.
Mox *militie apposito* Flor. et Gaertn.
qui error in scriptis frequens est.
Vide hoc lib. ad c. 61. § 1. Hic nihil
mutandum est. Vide ad xxiii. 29.
§ 4. Deinde *viam hostibus clausrat*,
ordine vocabulorum mutato, Leid. 2.
via clausa erat Flor.

Ea desperatio Tuscis rabiem magis]
Etruscis magis rabiem Hav. *Tuscus* et
Etruseus passim in MSS. commutantur.
Vide ad ii. 7. § 2. c. 46. § 4.
c. 48. § 7. c. 52. § 7. c. 53. § 3. v. 5.
§ 11. c. 34. § 9. c. 35. § 4. et multis
aliis locis. Neque ordo vocabulo-
lorum receptus displicet. Modo hoc
capite praecessit, ‘Prædæ magis,
quam pugnæ, memores terunt tem-
pus:’ et cap. proximo sequitur:
‘Non Patrum magis, quam plebis,
studio K. Fabius cum T. Virginio
consul factus:’ eodem cap. ‘Veiens
hostis, assidnus magis, quam gravis:’

adhuc eodem cap. ‘Assidno magis,
quam magno presidio, bellum Veiens
eget.’ Et insuitis locis. Mox in
eodem Hav. omittitur vocula *quum*.

Quacumque exitum ostenderet spes,
raro aliquoties in petu issent] Vox exi-
tum deficit in Gaertn. Tum *ostendet*
præfert Harl. 2. Verum quum olim
ostend'ct scriptum fuisset; neglecta
nota, inde postea errore amannensis
factum est *ostendet*: quales errores
innumeris locis, partim supra, partim
infra, obcurrunt. Vide ad c. 56. § 7.
Deinde *raro impetu aliquoties* alio or-
dine idem Harl. 2. qui etiam *ivissent*,
pro issent, legit. Male. Amat enim
Livius præteritum hujus verbi per
contractionem efferre. Vide ad
xxviii. 38. § 10.

Globus jurenum unus in ipsum con-
sulem insignem armis invadit] Delenda
præpositio *in*, et auctoritate Pall. 1.
ac 2. deinde Campanianæ ed. legendum,
globus juv. unus ips. cons. insignem.
Gebh. Vox *unus*, quæ ab anti-
quioribus edd. aherat, addita est ab
Aldo, cum quo faciunt omnes, quibus
utor, codd. Præterea *in ipsum con-*
sulem invasit Voss. 1. et Leid. 2. *ipsum*
consulem invadit, omissa præpositione,
apud me Hav. et Gaertn. Et ita
Livius quidem loquitur. Quum ta-
men voculam illam reliqui omnes
agnoscant, nollem Gebhardum eam
suorum MSS. auctoritate deleri jus-
sisse. Passim enim Livius etiam
hanc constructionem adhibet. xxvii.
42. ‘In transversa latera invaserant
cohortes, secundis collibus via nuda
ac facili decurrentes.’ xxviii. 29.
‘Nec major in corpus menm vis mor-
bi, quam in vestras mentes, invasit.’
Ita supra quidam codd. habent hoc
lib. c. 34. ‘Aliud multo gravius ma-
lum in civitatem invasit:’ ubi tamen
vulgatum præferendum esse dixi.
Apud Ciceronem constructio illa
longe frequentissima est. Vide Ma-
nunt. ad Cic. ad Fam. xvi. 12. Apud
Sall. etiam obcurrit in Jng. c. 32.

'Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaserat:' ubi pariter viti docti in nonnullis MSS. *τὸν* in omitti docerunt. Sed Cortius 'invadere in animos' eadem ratione dictum docet, qua 'in urbem inire,' similiaque alia. Et solitum fuisse Livium prepositionem, quæ in verbo composito inest, iterare, supra dictum est ad Praefat. § 11. *Tὸν in*, sive *τὸν*, interceperat prima litera vocis seq. Vide infra ad Ep. Liv. lib. LXXXV. Denique *τὸν armis* non recte exsulat a Voss. 2.

§ 7 *Prima excepta a circumstantibus tela*] Primum Hav. et Lipsiens. quorum prior etiam *accepta*. Alterum præstat. Petron. Satyr. c. 1. 'Hæc vulnera pro libertate publica excepti.' Liv. XLV. 39. 'Insigne corpus honestis eicatricibus, omnibus adverso corpore exceptis, habeo.' Auctor Epit. Liv. lib. CXIX. 'L. Pansa, e vulnere, quod in adverso prælio excepterat, defunctus, in campo Martio sepultus est.' Solent autem infinitis locis 'aceipere' et 'excipere' commutari. Vide Burm. ad Nason. Fast. II. 787. Alia exempla obcurrunt supra ad I. 60. § 2. ad IV. 43. § 9. et passim. Mox dictio *tela* omittitur in Leid. 1.

Sustineri deinde vis nequuit] Ita primus edidit Clericus, nisi quod eamdem scripturam etiam in Basil. 1554. repererim. In reliquis omnibus constanter legitur *nequit*. Sed MSS. variant. *Sustineri deinde visne inquit* est in Leid. 1. *sustineri deinde vis nequid* in Leid. 2. quæ lectiones, licet aperte mendosæ, tamen dueunt ad receptum in plenisque *nequit*. *sustineri deinde rim nequivit* Port. *sustineri deinde vis nequid* Flor. *sustineri deinde vis nequidem quivit* Hav. *sustineri deinde vis nequit inquit* Gaertn. Et ita Lipsiens. etiam, in quo tamen *τὸν inquit* mox ab eadem manu expunctum est. Ex reliquis autem nihil notatum video in excerptis meis,

ut omnes alii eodd. vulgatum servasse videantur. In uno tamen Harl. 1. *nequit* fuisse suspicio est. Plurimum itaque auctoritatem secutus pristinam lectionem *nequit* revocavi. Pari modo fere variant librarii. XXXIX. 32. § 11.

Consul mortifero vulnere ictus cadit] Vet. lib. *Denum consul. Sigan.* *Denum consul unus Hearnii Oxoniensis* B. quod Siganus etiam in contextum recepit. Sed improbat Gron. vulgatum defendens, ad Liv. XXXVII. 20. § 7. ac docens, illud *Denum* ascitum fuisse ab illis, qui non caperent genium stili Liviani. Certe *τὸν Denum* in nullo eorum, quos consuli, obvium fuit. Præterea *vulnera mortifero* Harl. Denique *τὸν ictus exsulat* ab Hav. Sed male. *Ictus cadit*, ut supra I. 7. 'Ibi in turba ictus Remns eccecidit.' *Jeetus, pro ictus, præfert Lipsiens.*

Tuscis crescit andacia] *Etruscis Hav.* Vide hoc cap. § 6. Frontinus historiam hanc referens II. 6. ex. 7. bis voce *Etrisci usus est*.

§ 8 *Romanos terror per tota castra trepidos agit*] Pal. 1. *Rom. per tota castra terror trep. agit.* Gebh. Nostri omnes in ordinem, qui vulgo exstat, conspirant.

Et ad extrema ventum foret] *Ad externa* Leid. 2. librariorum lapsu. Alibi ita sæpe peccatur. Vide ad XXXIV. 25. § 6. Deinde *perventum foret* Harl. 2. *Mox ni leg. capto cons. corp.* Lipsiens. Harl. 2. Port. et Hav. infinitis locis obvio errore. Vide ad VI. 23. § 5. *ni legato consulis capto corpore* Harl. 1.

§ 9 *Ea erūpunt, consternatoque agmine abeuntes*] Pal. 1. *consternati que. Gebh. Ea irrumpunt* Voss. 2. *Ea rumpunt Leid. 2. Hinc consternare que* Voss. 2. *conservatoque agmine* Gaertn. *Tum inciderunt, pro incident*, Hav. Vide ad X. 12. § 4. *Mox τὸν iterum deest in Lipsiens. qui idem etiam præfert in verbis seqq. fusi*

cessique passim a m. pr. Sed vulgatum ordinem manus altera revocavit.

Victoria egregie parta] Pall. atque edd. nostræ *Victoria egregia parta*. Gebh. Lege cum o. vet. *egregia*. Lib. ix. c. 28. ‘Consules, egregia victoria parta, protinus inde ad Bovianum oppnugnandum legiones ducunt.’ *J. F. Gron.* *Victoria parata*, pro v. *parta*, omissa etiam voce media, Leid. 2. frequentissimo in codd. scriptis errore. Vide ad v. 6. § 1. ‘Omnis reliqui codd. illud *egregia*, a Gebhardo et Gronovio restitutum, servant. Neque aliter est in vetustioribus excusis. Froben. demum a. 1535. *egregie* reposuit.

Tristis tamen duobus tam claris funeribus] *Tristis mestus tamen duob. tam claris fun. rediit* Harl. 2. errore scribæ librarii, qui duplice lectionem junxit.

§ 10 *Itaque consul, decernente senatu]* *Ita*, pro *Itaque*, Port. Vide ad Liv. xxii. 53. § 7. Deinde *consuli decernente senatu* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Quod peccatum ex non recte intellecta nota coīs. natum videtur. Vide ad x. 10. § 2.

Triumphare possit pro eximia eo bello opera, facile passurum] Sola Campani ed. patrocinatur huic lectioni. Andreæ prima cum Pall. 1. ac 3. in diversum enunte, *pro eximia belli opera*. Pall. 2. quāmnam sinistra liberalitate correctorum, ingerit, *pro ex. ejus belli opera facile se pass.* Gebh. Duo Pall. Andreæ Romana, et complures edd. *pro eximia belli opera*. Pall. 3. *ejus belli*. Liv. iii. 9. ‘Secundæ belli res extemplo urbanos motus excitaverunt.’ Alterum edidit Campanus, et exstat in Voss. 1. Buslid. et Chisl. Flor. antiquissimus, *pro exim. æque bello*. Inde utrumque propagatum. *J. F. Gron.* *Pro eximia belli opera* Voss. 2. Harl. 2. Port. Hav. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. *pro eximia eo bello opera* Voss. 1.

et Leid. ambo, quorum auctoritas mihi gravior est. Non aliter fere etiam est in Harl. 1. nisi quod ordine immutato exhibeat *triumphare proxima possit eo bello opera*. Deinde *se passurum, pro facile passurum*, edd. principes. Primum Aldus, a quo etiam illud *eo bello profectum*, subposuit *facile passurum*, consentientibus omnibus membranis.

Se, familia funesta Q. Fabii fratribus morte, republica ex parte orba] Probe. Nihilominus Pal. 2. *orbata*. Gebh. *Sed familia Voss.* 2. Deinde *orbata* Harl. 2. et Hav. Male. Liv. xxvii. c. 33. ‘Duo consules, sine memorando prælio interfici, velut orbam rempublicam reliquerant.’ Cic. post Redit. ad Qnirit. c. 5. ‘Orba respublica consulis fidem, tamquam legitimi tutoris, imploravit.’ Justin. xxii. 4. ‘Ut, poculis veneno infectis, secretius senatum et sine arbitris interficeret, orbamque rempublicam facilius invaderet.’ *Orbata*, pro *orba*, est ex genere illorum errorum, de quibus agitur ad x. 37. § 2. Mox etiam *omiso*, pro *amiso*, Harl. 1. *amissus* est mortuus, prælio imperfectus. Vide ad Epit. Liv. lib. cxxvii.

§ 11 *Adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior reddit]* Hæc verba omnia absunt a Pal. 1. Gebh. Absunt etiam a Voss. 2. quæ tamen reliqui agnoscunt, nisi quod in tempore exsulet ab Harl. 1. Male. Quid sit in tempore, vide ad Liv. viii. 7. § 7. Præterea sumta in temp. gloria mendose habet Lipsiens. *redidit*, pro *redit*, Harl. 2. perperam iteratis duabus literis: quali errore *prendidi*, pro *prendi*, scriptum infra in uno exstat codice iii. 11. § 2. *rediit* Flor. et Leid. 1. Vide ad xxxvi. 35. § 2.

Funera deinde duo collegæ fratribus dicit] Ex his verbis posset aliquis putare, funera ista duo simul a consule et æquali honore ducta. Proinde non erat eradendum hie adverbium *deinceps*, quod unum post alterum ductum fuisse declarat. Ad or-

dinem enim *deinceps* resertur, significatque aliquid gradatim fieri. Itaque sic est restituendus locus ex archetypo Borbetom. *Funera deinde duo, deinceps collegae fratrisque dicit.* Sensus est, prius ductum funus collegæ, tamquam consulis; posterius fratri funus: quæ res et Fabii modestiam commendat. Sie v. 37. ‘Sed anteecedente fama nunciusque Clusinorum, *deinceps inde* aliorum populorum, plurimum terroris Romanam celeritas hostium tulit.’ Rursum eodem lib. c. 51. ‘Intuemini enim horum *deinceps* annorum vel secundas res, vel adversas.’ Item vi. 5. ‘Interreges *deinceps* M. Manlius Capitolinus, Ser. Cornelius Camerinus, L. Valerius Potitus: hic demum,’ &c. *Deinceps*, id est, quod vulgo dicunt alias post aliud, et successive. *Rhen.* Ne aliquis suspicaretur, funera ista Manlii consulis ac Q. Fabii simul a consule atque æquali honore ducta, Rhenanus non putavit eradendum vocabulum *deinceps*, quod restituit ex archetypo Borbetom. *Funera deinde duo, deinceps collegae fratrisque dicit.* Nam τὸν *deinceps* ad ordinem referri, significans aliquid gradatim fieri. Sed eam vocem neque ullo in manu exarato codice, neque alterutra ed. inventi. *Gebh.* Codicibus Gebhardi, vocem *deinceps* nescientibus, consentiunt Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. Contra vero cum Borbetom, a Rhenano laudato, qui eamdem servat, faciunt Flor. Voss. I. Leid. uterque, Harl. I. Klockian. et Hearnii Oxon. N. Ut autem hic *deinde deinceps*, ita ‘inde *deinceps*’ junguntur i. 44. ‘Addit duos colles, Quirinalem Viminalemque: inde *deinceps* anget Esquiliis.’ Et ita olim legebat hoc lib. c. 45. ‘Victor, inquit, M. Fabi, revertar ex acie. Si fallat, Jovem patrem, Gradivnumque Martem, aliasque iratos invocat Deos. Inde *deinceps* omnis exercitus in se quisque jurat:’ ubi tamen postea rectius editum *Idem*

deinceps: et inverso ordine *deinceps inde* v. 37. ‘Antecedente fama nunciusque Clusinorum, *deinceps inde* aliorum populorum, plurimum terroris Romanam celeritas hostium tulit:’ ubi vide quæ notantur. Pariter *deinde deinceps* junguntur apud Cic. de Divin. i. 30. ‘Adfert, Rhodium quemdam moriente sex æquales nominasse, et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui *deinde deinceps* moriturus esset:’ quem locum recte adversus J. Davisum defendit Thom. Wopkens Lection. Tullian. III. 3. aliisque similibus Ciceronis testimoniis vim τοῦ *deinceps* illustrat: de qua re vide etiam J. F. Gron. ad Liv. xxvii. 39. § 6. Etiam *postea deinceps* juncta infra obcurrunt XLV. 14. ‘Populum Romanum ab eo, bello Punico, forti fidelique opera adjutum, et illum favente populo Romano regnum adeptum: æquitate sua postea trium regum bellis *deinceps omnibus* functum officiis.’ ‘*Deinde postea*’ XL. 24. ‘Legati *deinde postea* missi ab rege, quum Megalopoli concilium esset.’ ‘*Inde postea*’ XLIV. 24. ‘Hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam populari suo, militante apud Persea, *inde postea* ad Demetriadem, semel cum Menecrate quodam, iterum cum Antimacho, regiis ducibus, sub ipsis mœnibus urbis conlocatus fuerat.’

Idem in utroque laudator] Laudatur Harl. 2. Hav. Lipsiens. Latinii Neap. et vetustiores typis excusi. Aldus *deinde laudator* recte edidit. Indicat enim, Fabium consulem oratione funebri et collegam Manlium et fratrem Kæsonem laudasse. Passim hoc sensu ‘laudare,’ ‘laudatio,’ ‘laudator.’ Vide Davis. ad Cic. Academ. Quæst. I. 2. Kirchmann. etiam de Funer. Roman. II. 18. Guther. de Jure Manium I. 24. et Rhenanum infra hoc lib. ad c. 61. § 9. Ceterum hic iterum Livium inter et Dionysium non convenit. Narrat enim Dionysius IX. 570. Fabium duobus mensibus

ante annum magistratus exactum consulatu se abdicasse, quod gravi vulnera ictus lecto decumbens munia consularia obire non posset. Multo minus itaque supremum pietatis officium collegae et fratri exhibuisse, et ntrinsque landatorem exstisset vero simile est. Mox male τὸ quum exsufflat a Leid. 1.

Ipse maximam partem earum ferrat]
Maximam carum partem Lipsiens. Tum referret Gaertn. Male. Ferret est 'acciperet.' Eo sensu exponendum est hoc verbum infra VI. 15. 'Sortem aliam fert: de capite deducite, quod usuris pernumeratum est: ubi plura vide.

§ 12 Neque inmemor ejus, quod initio consulatus inhiberat, reconciliandi animos plebis] Sic Cic. Orat. pro P. Quintio c. 6. 'Quod si facere nolit, atque imbibiterit, ejusmodi rationibus illum ad suas conditions perducere,' &c. 'Imbibiterit' enim est, hoc sibi plane proposuerit, hoc ita in mente ac cogitatione sua defixerit, ut evelli non queat. *Muretus*. *Inhiberat* recte Pal. 1. Andreæ ac Campani edd. At contra male Pal. 2. *inhibuerat*, vel nt Pal. 3. *inhiberat*. Sic infra c. 58. 'Tantum certamen animis inbiberrant.' Gebh. *Inhiberat* Leid. 1. Gaertn. et Hav. Sed Port. qui a m. pr. *inhiberat* præfert, utriusque literæ b notas adjectas ostendit, quæ delendi signa sunt librariis, adeoque inierat legendum indicat. Verum vulgatum recte Muretns inlustravit, quem etiam vide Var. Lect. 1. 6, ubi loenn Cic. recte ita, nt laudatus est, a Manntio emendatum monuit, qunum, pro *inbibiterit*, antea legeretur *inhiberit*: quæ eadem fere, nt vidimus, in quibusdam Livii codd. lectionum diversitas hic obvia est. Eodem sensu 'inbibere' usus est Cic. Act. in Verr. I. 14. 'An iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo inbibisset?' Vide etiam Lambin. ad Lucret. III. 1012.

Nec alibi majore cura habiti] Non alibi præferunt Voss. 1. et Leid. 2. Paullo ante dividit. *Patribus Fabiis plurimi data*, alia interpunctione recepta, Lipsiens. dividit Patribus. *Fabiis plurimis dati* Gaertn. Utrumque male.

Inde populares jam esse Fabii: nec hoc ulla, nisi salubri reipublicæ arte] Nescio, quid hic nostris MSS. atque edd. mali sit mala objectum manu, inferentibus nec hoc ulla alia re, nisi ut salubri reipublicæ parte. Gebh. Non saniores sunt, quibus utor, codd. Primo enim *Inde populare: nec hoc, reliquis omissis, Hav.* Deinde *nec hoc ulla alia re, nisi salubri recipublicæ parte* Voss. 1. Leid. 2. et Port. *nec hoc ulla alia re, nisi ut salubri reipublicæ parte* Voss. 2. *nec hoc ralerē, nisi salubri reipublicæ parte* Leid. 1. *nec ulla alia re ni hoc salubre reipublicæ parte* Harl. 2. *nec hoc nulla alia re, nisi salubri reipublicæ parte* Lipsiens. *nec hoc ulla re alia, nisi salubri reipublicæ parte* Gaertn. *nec hoc ulla re nisi salubri reipublicæ parte* Hav. et prisæ, quas vidi, edd. usque ad Aldinam, in qua demum, quæ vulgo circumfertur, lectionem conspicio. Eamdem etiam habere videtur ex codd. nostris solus Harl. 1. In reliquis perperam additur τὸ re; qnam vocem sæpe nolenti Livio obtrusam esse, supra vidimus hoc lib. c. 18. § 2. *Arte vero mutatur in parte; quas voces ubique confundi in libris scriptis, dictum est ad 1. 15. § 4.*

CAP. XLVIII. § 1 *Igitur non Patrum magis, quam plebis]* Ergo non Patrum Lipsiens. Alihi interdum hæ dictiones in vicem in scriptis confunduntur. Vide ad Liv. xxi. 40. § 6. Forte tamen hoc loco τὸ *Igitur* librario displicuit, quod rarius in principio orationis obenrat. Supersunt tamen apud optimos auctores exempla. Vide Cort. ad Sall. Cat. c. 54. Prisc. Gramm. XVIII. p. 1210. 'Apud nos et igitur et ergo tam præponuntur,

quam supponuntur.' Servius in Art. sec. Donati p. 1797. 'Igitur vero et primo et medio et ultimo convenit loco.'

Cæso Fabius cum T. Virginio consul factus] In scripto codice est *G. Fabius cum Tito Virginio Coss. factus.* Rhen. Legendum *Cæso Fabius III.* ex annis ab urbe cond. *cclxx.* et *cclxxxiii.* quibus fuit consul. *Glar.* *Cæso Fabius* constanter Pal. 1. ac 2. Deterius Pal. 3. *C. Fabius*, quem tamen superant edd. Andreæ et Campani, habentes *Cn. Fabius*. Porro scribunt Pal. 1. et edd. priscæ *Virginio*. Gebh. *Cn. Fabius* Leid. 2. et *Latinii Neap.* *G. Fabius* Flor. *Gn. Fabius* quædam vett. edd. *C. Fabius* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et Port. Vide ad c. 41. § 11. et c. 46. § 6. Præterea non opus est, ut cum Glareano tertii consuls nota K. Fabio addatur. Vide ad c. 16. § 7. Denique cum *T. Virginio consul factus* Flor. et Voss. 1. cum *T. Virginio coñs. factus* Leid. 1. cum *Tito Virginio consul factus* Harl. 1. et Gaertu. cum *T. Virginio consul factus* Leid. 2. cum *T. Virginio consule factus* Voss. 2. In nomine Virginii consulis scribendo eamdem varietatem in MSS. obviam sæpe notavimus. Vide ad c. 17. § 1. *consule* autem, pro *consul*, ex non recte exposita nota *coñs.* qua vox illa etiam nunc in Leid. 1. perscribitur, profluxit. Vide ad x. 10. § 2.

Neque bella, neque delectus, neque ullam alium priorem curam agre] An potius *belli* cum Hearnio? Duk. *Delectus* Flor. Vocem *neque* secundo loco omittit Harl. 2. Præterea *belli* edidit Hearne, quem nupera Londinensis editio secuta est. Quo licet commode ferri possit, invitit tamen scriptis et editis, qui constanter ab altera lectione stant, in contextum recipiendum non existimo.

Ut jam aliqua ex parte inchoata concordie spe] *Ut aliqua jam ex parte inchoata* Leid. 2. *jam ut ex parte in-*

choata Harl. 2. Nihil puto. 'Aliqua ex parte,' ut 'magna ex parte' infra iv. 46. 'Circumfusis jani magna ex parte hostibus per aversam portam fuga turpi deseruntur.' c. 60. 'Exercitum magna ex parte voluntarium novi tribuni militum consulari potestate Veios duxere.' v. 25. 'Ita tribuni plebis magna ex parte iidem refecti.' xxxviii. 3. 'Ea quoque magna ex parte sine certamine in deditio[n]em venit.' xlII. 57. 'Duæ alæ erant magna ex parte Gallorum.' xlIII. 11. 'Per paucos Italici generis, et magna ex parte tumultuatio delectu conscriptos ibi milites amissos referebant.' Ita præpositionem medium inter substantivum nomen et adjективum conlocare Livio frequens esse, supra dictum est hoc lib. c. 19. § 8. Præterea *inch. con. spē*, id est, *specie*, Leid. 1. Sed solent passim hæc vocabula in vicem commutari. Vide ad iii. 9. § 13.

§ 2 *Priusquam quisquam agrarie legis auctor tribunus existeret]* *Priusquam quisque agr. leg.* Port. et Lipsiens. *priusquam agr. leg.* Hav. cuius librario vocem *quisquam* omittendi caussam dedisse videtur præced. vox *priusquam*, simili modo, atque hæc, desinens; sive id negligenter ejus acciderit, ut sæpe alibi; sive studio factum sit, ut quasi δμοιστέλευτον vitaret: quod tamen non semper Livium vitasse, videbimus ad xxvi. 46. § 6.

Occuparent Patres ipsis suum munus facere] Omnes codd. qua MSS. qua eiusi, ipsi. Gebh. Illud ipsis, a Gebhardo culpatum, in nullis exstat edd. nisi in prioribus Gruteri, quod operarum error inrepsit, et ab ipso eo in postrema jam emendatum est. *Occuparent ipsi Patres* est in Harl. sec.

Æquum esse, habere eos, quorum sanguine ac sudore partus est] Ms. palam et sine ulla litura habet verum esse. Sie loquitur Solin. c. 25. [aliis c. 22.] 'Ne avaritia devertat a vero, discit

panpertate justitiam.' Vide ad l. III. c. 40. *Klock.* Locus interpolatius, quem transilierunt omnes critici, non tam bonis fors eodd. quam nos, potiti. Pal. 1. pro *aequum* offert *verum*. Et ita fuisse in Pal. 3. ex rasura colligere licet. Pal. 2. quoque ad exteriorem marginem scribit, alias haberet *verum*. Quare legendum, *verum esse, habere eos.* Sic Hor. Epist. 1. 7. 98. 'Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est.' *Martialis* xt. 25. 'Hoc damnum tibi non videtur esse, Si, quod Roma legit, requirit hospes, Non deridet eques, tenet senator, Laudat caussidiens, poëta carpit, Propter te perit? hoc, Labulle, verum est?' Vulgata lectio erat interpretamentum *τὸν verum esse.* Infra iv. 57. puto legendum, 'Non esse verum, mandatum sibi ab populo eripi honorem.' Vulgo, *non esse aequum.* Gebh. Lege cum MSS. *verum esse, habere eos.* Idem loquendi genus perierat xxiii. 11. 'Pro his tantis totque victoriis verum esse, grates Diis immortalibus agi haberique.' Sic xxxii. 33. 'Cæterum et sociorum audiiri postulata verum esse.' xxxix. 27. 'Multo verius esse, quæ sub Antiocho fuerint, præmia belli Enmenem, quam Philippum, habere.' xl. 16. 'Verius fuisse, consules, quorum provincia esset, quam se, quid e republica esset, decernere.' *J. F. Gron.* A Gebhardo et Gronovio damnatum *aequum* in multis eorum, quos Hearne Oxonii consuluit, superest, et quidem in B. L. 2. N. et C. ex nostris vero tantum in Harl. 2. et Hav. Id etiam pro var. lect. adscriptum est in margine Lipsiens. qui a m. pr. *rere esse* præfert in contextu: *jis esse* ostentat Gaertn. Quod simul cum *aequum esse* ex glossa atque expositione natum puto. Genuinum esse *verum esse*, viris doctis adsentio. Et ita reliqui omnes, quibus usus sum, recte servant. Est vero Livio familiare *verum*, pro *aquo* ponere. Locis, quæ

viri docti laudarunt, adde III. 40. 'Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse, præjudicium rei tantæ adferre.' xxxv. 8. 'Quum etiam verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato.' Vile Gelenium ad Liv. xxxii. 33. § 4. et Sigonium ad Liv. xl. 16. § 6. Similiter alii optimi scriptores locuti sunt. Virg. Æn. xii. 696. 'Quæcumque est Fortuna, mea est: me verius unum Pro vobis fœdus luere, et decernere ferro; ubi vide Servium, et ex recentioribus Pontanum et Ludov. de la Cerda. Cæsar Bell. Gall. iv. 8. 'Neque verum esse, qui snos fines tueri non potuerint, alienos occupare:' ubi vindendus Brantius in notis Politic. Adde Gronov. in Diatr. Stat. c. 61. p. 391. ubi etiam veram lectionem huic loco vindicavit, et ad Sen. de Ira ii. 29. Cortium ad Sall. Cat. c. 35. et Maikland. ad Statii Silv. i. 2. 41. Etiam Buchner. et Cortium ad Plini Epist. viii. 2. Ceterum *τὸν esse* omittitur in Voss. 2. sed pro eo est habet Harl. 1. Tum *eos habere*, tractejtis vocibus, Gaertn.

§ 3 *Vividum quondam illud K. ingenium]* Illud quondam priscae edd. usque ad Aldum, qui primus ordinem inmutavit: et recte. Adsentient enim omnes eodd. Sed *τὸν inge-*
niūm perperam exsulat ab Hav.

§ 4 *Vexabantur incursionibus Æquorum Lutini]* Versabantur Leid. 1. solito librariorum sphalmate. Vide hoc lib. ad c. 34. § 5. Deinde *incurs.* *Latinī Æq.* alio vocabulorum ordine Harl. 2.

In ipsum agrum depopulandum transit] Vet. lib. *depopulabundus transit.* Sic III. 3. 'Cum populabundusisset.' *Sigon.* *Depopulandum* passim edd. tam antiquissimæ, quam novellæ, nihil nostris dissidentibus MSS. *Sigoniins* tamen *depopulabundus.* Gebh. *Depopulabundus* etiam Gronovio placuit priori ed. notarum ad

Liv. iii. 16. verum in iteratis ac recentioribus hanc conjecturam induxit.
Liv. i. 15. ‘In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli.’ ii. 60. ‘Hunc tantæ concordia ducis exercitusque non ausi obferre se æqui, vagari populabundum hostem per agros passi:’ et alibi saepe. Verum omnes codd. quibus utor, itidem ut illi, quos Gebhardus adhibuit, in receptam scripturam conspirant, nisi quod *depopulatum agrum* sit in Harl. 2. et *transiit* in Voss. 1. a m. pr. Vide ad Epit. Liv. lib. cii. Oculos tamen animumque abducere nequeo a conjectura, quam mecum communicavit Heumannus, legendum esse *depopulatum*, idque pro supino capiendum. Pari modo *depopulatum*, pro *ad populandum* scribendum suspicatur Gronovius infra xxii. 21. ‘Concitis popularibus in agrum pacatum socios Romanorum depopulatum venerunt.’ *Depopulatum* et *depopulatum* nullo negotio commutare potuerunt librarii. Ita ‘notandum,’ pro ‘notatum,’ plerosque codd. scriptos præferre apud Plin. Ep. ii. 12. viri docti observarunt: *creandum*, pro *creatuum*, habet Voss. 2. infra hoc lib. c. 56. § 8.

Se in oppida receperunt, murisque se tenebant] Posterius se videtur exterrendum. J. F. Gron. Pronomen se utroque loco servant nostri. Neque sat justa locum tentandi cassa videtur, quod vox paucis interjectis præcesserit, vel mox repetatur. Vide ad i. 3. § 9. *Præterea recepere* Harl. 1. recipiunt in Pal. 2. legi, Gebhardus infra monet cap. seq. § 8.

§ 5 *At a Veiente hoste clades accepta]* In Pal. 1. deficit præpositio *a*. Pal. 2. *At ab* Veiente. Gebh. Præpositio *a* exsulat etiam a Voss. 2. *Et ab* Veiente est in Hav. Sæpe ambæ hæ voculæ *at* atque *et* commutantur. Vide ad xxxvi. 35. § 7.

Res proxime formam latrociniū venerat] Non nego, hæc norma Latini

sermonis consistere posse. Sed Pal. 1. *res proxime in formam latr. venerant.* Reliqui duo, totidemque edd. *res proxime in formam latr. venerat.* Gebh. Male Sigonius *in formam.* Imitatio Sallustii, cuius in Jug. e. 18. ‘Quæ proxime Carthaginem, Numidia appellatur.’ Et rursus c. 19. ‘proxime Hispaniam Mauri sunt.’ Noster xxx. 10. ‘Proxime speciem muros oppugnantium navinum.’ J. F. Gron. Si excipias Lipsiensem, ex quo nihil in excerptis notatum video, et Flor. qui præfert *proxima in formam;* omnes reliqui, quibus usus sum, codd. et cum illis Hearnii Oxon. N. ac vetustæ edd. constanter habent *proxime in formam.* In Frobeniana deinde 1535. quum *proxime formum evulgatum* esset, Sigonius postea prima ed. Scholiorni se in vet. lib. *proxime in formam* invenisse professus est, camque scripturam in contextum recepit. In recentioribus vero et scholion illud delevit, et priorem lectionem reduxit; quam verorem existimare non dubitarem, si codd. accederent; quemadmodum enim Livius aliquique optimi scriptores *prope* et *propius*, ita etiam *proxime* cum easin quarto construere soliti fuerunt. Vide ad vi. 42. § 10. *Præterea rex, pro res, est in Hav.* solito errore. Vide ad xxxvi. 9. § 9. Tum *evenerat* idem cod. Vide ad ix. 12. § 1. Sed *res* *venerant* natus Pal. apud Gebhardum. Respice, quæ proxime notata sunt ad cap. præced. § 5. et mox ad e. 50. § 2. Paullo ante *cum venientibus* pro *cum Veientibus*, Lipsiens. Vide ad iv. 52. § 7. et mox hoc cap. ad § 8.

§ 6 *Legionibus Romanis cedebant in urbem]* Vox *Romanis* non adparet in Leid. 1. *Præterea cedebant.* *In urbem ubi,* mutata interpunctione, præfert Lipsiens.

Ubi adductas senserant legiones, agros incursabant] Pal. 1. ac 2. *adductas:* non ita probe. Gebh. *Adductus eti-*

am Lipsiens. Gaertn. Voss. 2. Harl. 2. et Hav. Eas voces frequenter commutari, infra dicendum erit ad xxviii. 29. § 1. Præterea *agrum incursum*. Voss. 2. Sed vulgatum præfero, reliquis dissentientibus, et uno consensu id vindicantibus. Liv. v. 31. ‘Ob quæ Volsinienses Salapinatibus adjunctis superbia elati ulti agros Romanos incursavere.’ Vide ad iii. 3. § 6.

Bellum quiete, quietum bello] Td quiete abest a Leid. 1. sequens quietem a Leid. 2. De simili erroris specie vide ad xxxiii. 27. § 4. *bellum quiete, bello quietem minus recte præfert* Hav.

Ita neque omitti tota res, neque perfici poterut] Amitti Leid. 2. obmitti Voss. 2. Gaertn. et Hav. omitto Harl. 2. Alibi hæc verba commutavi solent. Vide ad iii. 37. § 11. Deinde *nec proficiisci* Gaertn. *nec perfici* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. et Hav. quod tanta codicium turba firmatum rejicere ausus non sum, et quidem eo minus, quia alibi, præcedente *neque*, librarii *td nec* subsequens similiter in *neque* mutarunt. Vide ad ix. 9. § 14.

Bella aut præsentia instabant, ut ab æquis Volscisque] Bella ut præs. inst. aut ab æquis Voss. 2. bella aut præs. inst. aut ab æquis Leid. 2. et Port. bella aut præs. instabat, aut ab æquis Lipsiens. bella aut præs. inst. ab æquis Gaertn. et Hav. aut et ut sæpe commutantur. Vide ad iv. 12. § 8. Præterea ab æquis Volscis, omissa vocula connectente, Harl. 2.

Quam recens dolor proximæ clavis transisset] Antiqua lectio transiret: nec erat opns mutare. *Rhen.* Transiret etiam omnes MSS. quibus usus sum, quod Gruterus demum a Rhenano monitus in contextum admisit. Præterea *dolor recens* priscae edd. pro quo Aldns primus substituit alio ordine *recens dolor*: et ita præferunt etiam constanter scripti.

¶ 7 Quod nullo tempore negligi poterat, aut averti alio sincbat] Neglegi

Voss. 1. et Leid. ambo; quomodo antiquiori tempore hoc vocabulum scribebatur, pro quo postea *neglegere*, et tandem *negligere* dixerunt. Beda de Orthogr. p. 2340. ‘Neglegeus per g scribendum, quasi neclegens, c in g converso.’ Vide hoc lib. ad c. 11. § 4. ‘quod illo tempore negligi non poterat,’ Gaertn. Deinde *td aut* omittitur in Harl. 1. Præterea *averti sinebat* alio, mutato ordine vocabulorum, Gaertn.

§ 8 *Tum Fabia gens senatum adit]* Ita primus edidit Froben. 1535. quum priores habeant *adiit*, quæ lectio etiam superest in Lipsiens. Gaertn. Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad xxxvi. 42. § 3. Mutatum videtur ab illis, qui animnum intenderunt ad id, quod proxime sequitur, *loquitur*. Verum ita sæpe tempora permutare et Li-vius et alii optimi scriptores soliti fuerunt. Vide ad iii. 46. § 9. Præterea *Quom Fabia gens* Gaertn. solito errore. Vide ad Epit. Liv. l. xlviii. circa finem.

Consul pro gente loquitur] Pall. et Campani ed. *consul pro ea gente*. Gebh. *Consul pro ea gente* Voss. 2. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et Voss. a m. pr. Sed vocula ab inepio interpolatore addita videtur, quam recte ignorant integerimi codd.

Tutam ibi majestatem Romani nominis fore] Totum Voss. 2. et Harl. 1. quomodo alibi non raro peccatur. Vide ad xxviii. 4. § 7. *Tum tutam sibi majestatem* Klockian. Alibi hæc vocabula commutata sunt. Vide ad i. 55. § 4. Præterea *nom. fore* Rom. Leid. 2. Paullo ante *venientibus*, pro *Veientibus*, Lipsiens. Vide hoc cap. ad § 5.

§ 9 *Respublica et milite illuc et pecunia vacet]* *Romanus populus et milite illuc* Voss. 2. Error ortus est ex imperita expositione literarum R. P. quæ *respublica* apud *ταχυγράφους* notare solent. Vide plura alia hujus peccati

exempla ad ix. 26. § 8. In verbis prioribns Lipsiens. vocem addit loco modo: *Nostrum id nobis fore velud familiare bellum: privatō sumtu, &c.*

§ 10 *Consul e curia egressus comitate Fabiorum] Consul curia egressus* Harl. 2. Sed reliquos uno consensu in vulgatum conspirantes sequor. Supra hoc lib. c. 35. ‘In exēntem e curia impetus factus esset.’ xxxv. 4. ‘Ubi egressum e finiibns suis hostem sensere:’ ubi etiam in quibusdam scriptis omittitur præpositio. Vide ad xxxvii. 30. § 9. Præterea vox *Fabiorum* male deficit in Voss. 2.

In vestibulo curiae senatusconsultum exspectantes steterant, domum rediit] *Senatusconsultum et spectantes* Leid. 1. in MSS. frequenter obvio errore. Vide ad xxviii. 19. § 6. *senatusconsulto jum exp.* Harl. 1. scribarm errore. Videtur enim primo per compendium scriptum esse *S. C. exspectantes*, quod mox perperam ab indocto redditum erat *senatusconsulto exp.* Vide ad xxxviii. 60. § 1. Deinde paullo petitior id emendaturus margini adscripsit *tum*, ut indicaret pro *senatusconsulto* scribendum *senatusconsultum*, idque alias iterum in contextum recepit: de quo dictum est ad iii. 44. § 4. Sed quam vocula *tum* sensum conimodum non præberet, ejus loco subposita est *jam*, quæ et alibi cum ea commutatur. Vide ad xxxvii. 45. § 3. Denique *domum* *redit* Flor. Leid. 1. Voss. 2. Harl. 1. et Port. Vide quæ infra notantur ad xxxvi. 35. § 2.

Ad limen consulis adesse, domos inde discedunt] *Ad limen consulis esse* Harl. 1. Male. ‘Adesse ad limen,’ ut ‘adferre ad consules.’ Vide hoc lib. c. 36. § 6. *Tum descendunt* Voss. ambo, et Leid. 1. Qui error in MSS. libris quam frequens esse solet, vide ad ix. 14. § 7. .

CAP. XLIX. § 1 *Familian unam subiisse civitatis onus]* Legendum ex tribus Pall. *subisse*: neque secus Cam-

panns *Gebh.* *Subiisse* unus habet Hav. nisi quod ita etiam m. sec. emendatum sit in Lipsiens. quum a m. præ datum fuisse *subiisse*. Reliqui omnes præferunt *subisse*. Neque aliter est in vetustioribus excusis. Aldus demum *subiisse* recepit. Vide ad xxxvi. 20. § 3. Priscam igitur lectionem revocavi. Deinde *onus*, pro *onus*, Lipsiens. Vide ad Liv. xxxvi. 40. § 9. Mox etiam voces *in privatam curam* omittuntur in Lipsiens.

§ 2 *Si sint duæ roboris ejusdem gentes]* Par Virgiliano Aen. xi. 285. ‘Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes Dardanus, et versis lugeret Græcia fatis.’ J. F. Gron. *Ejusdem roboris* Hav. qui mox cum Leid. 1. non agnoscit *rā in urbe*.

Deposcant, hæc Volscos sibi, illa Æquos; populo Romano tranquillum pacem ugente] Vir doctus, suis ad me literis, malebat, deposita *hæc Volscos*, *illæ Æquos*: quod, si codd. auctoritas accederet, non rejiciendum putarem. Nunc vero, quum ii omnes stent pro vulgato, nihil mutandum censeo. Præterea *hee Volscos sibi, ille Æquos, pro hæ Volscos sibi, illæ Æquos*, Gaertu. Tum *Æquos* illa Leid. 2. illa *Æquos* primo. *Romano* Hav. Denique *pacem* *tranq. edd. principes*. Aldus primus alio ordine dedit *tranq. pacem*; quod habent omnes, quibus utor, codd.

Fabii postera die arma capiunt] *Postero die* Harl. 2. Hav. et omnes typis descripti usque ad Aldum, qui *postera die* vulgari curavit. Eum vero recentiores omnes securi sunt. Vide ad i. 12. § 1. Mox *quo jussu, pro quo jussi*, Harl. 2. Vide ad iv. 44. § 5. *quo missi erunt* Gaertu. Vide ad iii. 4. § 10.

§ 3 *In vestibulo gentem omnem suam instructo]* *Gentem omnem suo instructo* Leid. 2. *gentem omni suam instructo* Hav. *gentem crimine suam instructo* Lipsiens.

Neque minor numero, neque clarior fama] In Voss. 1. quum recte, ut

editur, a m. pr. scriptum fuisse, alius deinde, nescio quid somnians, margini adpinxit *neque minor rumor, neque. Tum neque ut minor Flor.* Paullo ante signa fieri, pro s. ferri, Lipsiens.

§ 4 *Sex et trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis]* Multipli- citer historia Fabiorum, ut a scrip- toribus Romanis posteritati tradita fuit, fabulis inquinata est, quod partim iam reprehendit Dion. Hal. ix. p. 581. sed plenius explosit Jac. Periz. in Animadv. Histor. c. 5. p. 194.

Quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus senatus] Non placet *egregius senatus.* Et Eu- tropius legerat *egregius exercitus.* Sic enim scribit i. 16. ‘Profecti om- nes nobiles, et qui singuli magnorum exercitum duces esse deberent.’ Decins apud Liv. vii. 35. ‘Veniendo huc exercitum egregium populi Ro- mani servastis.’ L. Camillus viii. 13. ‘Unde sociali egregio exercitu per multa bella magna que saepe usi estis.’ T. Faber. Nihil mutant, quo- cunque vidi, vel manu vel typis exa- rati libri, neque aliquid mutantum esse persuadent, quæ Faber ad hunc locum notavit. Non simpliciter *se- natus*, qui gratia vel ambitione in hac re duci poterat, sed cum emphasi *egregius senatus*, qui unice reipublicæ utilitati intentus erat, nullum Fabio- rum ducem sperneret, sed singulos eorum dignos existimaret, qui mag- norum exercitum duces essent. Patet itaque male τὰ *egregius senatus* Fabro displicuisse, neque necesse esse, ut statnamus, Eutropium hic *egregius exercitus, pro egregius sena- tus, legisse.* Vox *quibuslibet* exsulat a Gaertn. Mox *inminantes, pro mini- tantes, Lipsiens.*

§ 5 *Sequitur turba, propria alia cog- nitorum]* In militiam scilicet. Nam Festus auctor est in ‘Scelerata por- ta,’ Fabios trecentos sex cum quin-

que millibus clientium Carmentali porta adversus Etruscos egressos. *Klock.* Sequebantur Leid. 2. sive quod *turba* ut collectivum consideraverit librarius, (vide ad xxxv. 26. § 9.) sive quod duplex turba memoretur. Ceterorum tamen consensus vulga- tum tuetur. Ad hæc manus docta margini editionis Curionis adscrip- sit, forte legendum esse *turba prope alia.* Sed male. Vulgatum enim ser- vant omnes libri, qua scripti, qua ex- cusi. *Turba alia propria cogn. præfert, ordine mutato, Lipsiens. turba propria cogn. alia Gaertn.*

Inmensa omnia volventium animo] *Inmensa omnia volentium animo Voss.* 2. quod exponi posset per optantium, voventium. Sed reliqui nihil mu- tant: et recte: quod enim vulgo cir- cumfertur, probum est. ‘Volvere animo’ est cogitare, animo versare. Catull. de Nupt. Pelei et Thetidos vs. 251. ‘Multiplices animo volve- bat saucia curas.’ Valer. Max. iii. 6. ex. 1. ‘P. Scipio quum in Sicilia angendo trajiciendoque in Africam exercitu opportunum querendo gra- dum, Karthaginis ruinam animo vol- veret.’ vi. 5. ex. ext. 2. ‘Retulit, Themistoclem ut utile consilium, ita minime justum animo volvere.’ Ta- cit. Histor. i. 30. ‘Stupra nunc et comissiones et fœminarum cœtus volvit animo.’ ‘In animo volvere’ Liv. ipse infra dixit xlii. 5. ‘Per- seus jam bellum vivo patre cogita- tum in animo volvens.’ ‘In pectore volvere’ xxxv. 18. ‘Scire ferarum modo, quæ claustris act vinculis te- neantur, ingentes jamdudum iras eum in pectore volvere.’ Similiter etiam ‘volutare animo’ et ‘in animo’ tum Livius, tum alii dixerunt. Prius est ap. Liv. xl. 8. ‘Multas cum animo volutans inambulavit.’ Curtium v. 12. § 10. ‘At ille, remotis arbitris, diu aliud consilium animo volutabat.’ Tacit. Hist. ii. 49. ‘Atque illum, supremas jam curas animo voluntan-

tem, repens tumultus avertit: ' alterum ap. Liv. xxviii. 18. ' Hæc eum jam pridein voluntare in animo, hoc palam fremere.' xl. 13. ' Parricidium, venena, gladios in comissionem præparatos, volutabam in animo: ' et xlII. 11. ' Hæc eum voluntatem in animo, obpresso fato, regnum ei reliquise, quem infestissimum esse sensisset Romanis.' Voices ' volvo ' et ' volo ' alibi etiam in scriptis commutantur. Vide iv. 49. § 16. *In mensa omnia volvendum animo* habet Lipsiens.

Alia publica sollicitudine excitata ex favore et admiratione stupens] Præpositionem ex inter prælegendum aliquis adjectit, quæ postea recepta est in contextum. Tu rursum deme. Rhen. Pal. 1. illa pub. soll. excitata ex fav. et adm. stupens. Sed τὸ ex delendum censuit Rhenanus, quod neque in Pal. 3. neque in edd. cascis convisitur. In Pal. 2. est superscriptum. Gebh. Aliqua, pro alia, est in Harl. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad xxv. 38. § 3. Tum publica sollicitudinem exireta Lipsiens. ' Excitus ' et ' excitatus ' alibi in MSS. confunduntur. Vide ad xxviii. 24. § 4. Deinde τὸ ex superest in Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. et Harl. 2. A reliquis omnibus, ut et excusis antiquioribus, exsulat. Primus addiderat Aldus. Recius tamen abest. Livius hoc lib. c. 30. ' Volsci, cursu et clamore fessi, quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis.'

§ 6 *Ire fortes, ire felices jubent, incæptis eventus pares reiddere]* Duæ priores voces omittuntur in Harl. 2. sine dubio negligentia librarii ob repetitionem τοῦ ire. Sed eleganter *fortes* et *felices* jungit Livius, utpote qui quenque Fabiorum in præcedentibus ut *ducem* consideraverat, de quo sollemniter his vocibus saepè usus est, quum *fortes* et *fideles* milites aliique minores duces dicantur. Vide Gronov. ad Liv. xxviii. 9. § 7. Mox

etiam vocabulum *eventus* male aberat ab Hav. Paullo inf. alio ordine *omnia pr. ab se, hon. om. sper.* Harl. 2. *honores spectare Flor. a m. pr. hon. expectare a m. sec.* Sed reliqui rectius in vulgatum consentiuntur.

§ 7 *Prætereuntibus Capitolium a. eemque et alia tempa] Prætereuntibus que arcemque Port. a m. pr.* Pro quo margini alia manu lectio, quæ passim exstat, adscripta est; ubi etiam in eodem cod. conspiciuntur verba *se- quentia quidquid Deorum oculis*; quæ in contextu omissa erant. At sola vox *oculis* aberat ab Hav.

Quidquid animo obcurrit] In animo Harl. 2. Male. Liv. xxiiii. 48. ' Sed obenurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur.' Cie. de Orat. ii. 24. ' Quum rem penitus caussamque cognovi, statim obenrrit animo, quæ sit caussa ambigui.' Academ. iv. 8. ' Si, quid officii sui sit, non obenrrit animo, nihil umquam omnino aget.' Cic. pro Sextio c. 17. ' Facilius facta eorum obcurrent mentibus.' Ovid. Ep. Her. x. 81. ' Obenrunt animo pereundi mille figuræ.'

Sospites brevi in patriam ad parentes restituant] Gronovius prima notarum ed. observans, Livium supra dixisse ' propriam turbam cognatorum sodaliumque ' prosecutam exeuntes; intra vero, quod et alii tradunt, Fabios omnes extintos, ' unum prope puberem ætate relictum, stirpem Fabiæ genti; ' propterea querit, unde igitur hos parentes? Ideoque omnino scribendum putabat in patriam ad parentes restituant. Nam parentes pro quibusvis cognatis pouere, non esse ex usu hujus seculi. At curis secundis recte hanc conjecturam induxit. Ne dicam enim monstro simile fore, si ex trecentis et sex, (quos Livius omnes ex una gente Fabia prognatos creditit,) non plures fuerint, qui patres ætate provectos et bello ineptos in Urbe reliquerint; potuerunt

certe plures matres reliquisse, quas 'parentum' nomine Livius indicavit. Est et vir doctus, qui, suis ad me litteris, *in patriam ac penates* scribendum conjicit, ad id permotus loco Curtii iv. 14. § 7. 'Iter in patriam et penates manu esse faciendum.' Verum nihil mutant codd. scripti, vel editi. Vnlgatum mihi probum videtur. Locutionem 'restituere ad parentes' inlustrat Gronov. ad Liv. xxiv. 47. § 10. alteram *in patriam ad parentes* ad ix. 5. § 9.

§ 8 *Incassum missae preces*] Has voces et omnes sequentes usque ad illas L. Æmilius inde in Oxoo. L. 1. deesse, Hearne monuit.

Infelici via a dextro Jano portæ Carmentalis profecti] Ovid. Fast. ii. 201. 'Carmentis portæ dextro est via proxima Jano. Ire per hanc noli, quisquis es: omen habet.' Proinde quasi vetns illa Carmentalis porta continuo duas haberet in proximo vias suis adjunctas Janis: dextram, quæ scelerata est appellata ob calamitatem trecentorum Fabiorum; et alteram sinistram. Sed his in locis de templo Jani, proximo portæ Carmentali, verba accipienda sunt, auctore Festo, cuius haec verba sunt lib. xvi. 'Religioni est quibusdam porta Carmentali egredi, et in æde Jani, quæ est extra eam, senatum habere.' Turneb. Advers. vi. 10. Portenti forma exstat in Pal. 1. *Infelici via de Trojano portæ*. Pal. 3. et Camp. *Infelici via a dextro Jano*. At Pal. 2. *Infelici via ex ad dextero Jano*, voce *ex* ab inferiore parte notis insignita. Lege *ab dextero*, Gebh. 'Dextrum' hic plerique 'Janum' pro Jani templo accipiunt, quod extra illam portam erat, et 'dextrum' appellatum respectu Janiculi, qui ei ad manum erat sinistram. Verum hic de Janis portæ, non de templo Jani agitur, quod extra portam. Ovid. Fast. ii. 201. idem dicit, 'Carmentis portæ dextro est via proxima Jano.' Unde

Delph. et Var. Clas.

liquet, tam sinistrum, quam dextrum, portæ Carmentali fuisse Janum. Tum et 'Janus' a templo Jani diversum quid, nt idem poëta Fast. i. 257. 'Quum tot sint Jani, cur stas sacratus in uno, Hic ubi juncta foris templa duobus habes?' Affirmat id ipsum et P. Victor. 'Jani,' inquit, 'per omnes regiones incrustati et ornati signis.' Quid autem Jani fuerint, nemo melius Cicerone explicuerit, qui de Nat. Deor. ii. 27. 'Ex quo transitiones perviae Jani nominantur.' Omnes igitur transitus, queis ex uno in alium commebatur locum, quibusque duplex, ut Jano, facies erat, introitus scilicet et exitus, 'Jani' dieti; inserviebantque usni publico compendia viarum sectantium in foro alibile negotiatorum. Hinc in portis interiores transitus, qui in multis, tam antiquis, quam hodiernis, etiam nunc tecti detectique, visuntur, 'Jani' fuere appellati. Et quia in Carmentali dexter fuit, consequitur etiam sinistrum in eadem fuisse. Nardinus Romæ Veter. i. 9. *Infelici via a dextro Jano portæ Carmentalis* jam et Andreas. Florent. tres Pall. Voss. Helm. Rott. carent præpositione, *Infelici via dextro Jano*; id est, habentes, vel quæ habet dextrum sive ab dextra Janum. Ovid. Fast. ii. 201. 'Carmentis portæ dextro est via proxima Jano.' J. F. Gron. Sic quoque Turnebus Advers. vi. 10. et Donatus de Urbe Roma i. 9. Aliter Nardinus Romæ Veter. i. 9. qui putat, portam Carmentalem duos habuisse Janos, sive transitus pervios, eumque quo egredi sunt Fabii, dextrum fuisse, et aliis quoque locis Urbis duplices hujusmodi Janos, utroque arcu intergerina columna suffulto, fuisse ostendit. Hoc etiam Turnebus primum in mentem venerat, sed retraxit eum auctoritas Festi, qui in voc. 'Religioni' scribit, ædem Jani extra portam Carmentalem fuisse. Verum ex eo non conse-

Lirius.

19 F

quitnr, portam Carmentalem non potuisse habere duos Janos. Nec quidquam videtur obstare, quo minus locus Ovid. Fast. II. 201. e Nardini sententia exponatur. Quidquid est, parum obvium est hoc genus loquendi eo sensu, quo id hic accipiunt viri doctissimi, neque ullus veteris scriptoris testimonio comprobatum. Livius certe aliter loqui solet de locis, quæ iter facientibns ad dextram vel sinistram sunt. Vide Gron. ad Liv. I. 8. adde ad xxvi. 26. et ad xxviii. 5. Duk. *Infelici via ex Troj. portæ Carm.* Voss. 1. a m. pr. Sed postea margini adscriptum *dextro Jano. Infelici via de Troj. portæ Carm.* Voss. 2. Verum si prioris codicis voculæ ex litera *d* præponatur, alterius codicis *τφ* de litera *x* subjungatur, et alio modo literæ, quæ olim perpetua serie cohæserunt, in voces dividantur, plane exibit, quod Gronovius restituit, *Infelici via dextro Jano portæ Carm. profecti*. Adeoque inde etiam patebit, præpositionem *a*, vel, ut Gebhardns volebat, *ab* delendam esse, quam etiam nesciunt reliqui codd. Leid. ambo, Harl. ularque, Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. Eamdem etiam recte Aldus in contextu omisit. Postea tamen inter errata iterum adscivit. Ceterum per *Janum dextrum portæ Carmentalis* non indicari, templum Jani, quod ad portam Carmentalem erat proficiscentibus ad dextram fuisse, (quemadmodum præter Turnebum et J. F. Gronovium, quorum notæ præscriptæ sunt, locum etiam intelligendum existimarent Douyat. ad h. l. et Dacier. ad Festum in v. ‘Religioni est,’) sed potius, ex Urbe egressos esse per *Janum sive transitum dextrum portæ Carmentalis*, pluribus monet Jac. Gronovius Dissert. Epist. in T. Livii loca quæd. Geogr. Epist. II. 13.

Ad Cremeram flumen perreniunt]
Pal. 2. *perrenierant*: sicut supra contra ‘Æqui se in opida recipiunt.’

Gebh. *Ad Cremeram fluvium* Harl. 2. *perreniunt autem constanter omnes*, quibus utor, codd. præter Lipsiens. in qno preveniunt. Idem etiam habet Cremeriam. Mox is portunus v. l. *communiendo iterum Lipsiens. is opportu-*
nus v. l. co īminuendo Gaertn.

§ 9 *L. Æmylius inde et C. Servilius]*

Et hic legendum *L. Æmylius iterum*, quippe qui fuit A. U. C. cclxx. et plane suspicor, ab sciole aliquo, pro *iterum*, positum *inde*, ut qui notas non intellexerit. Glar. Respiunt Latini literam *y* in vocibus Latinis, quæ, nescio quomodo, temere invasit in multa nomina Romanorum, ut in ‘Æmilios’ et ‘Papirios.’ Quod ex Græcis et manuscriptis libris, et ex antiquis lapidibus, præsertim Capitoliniis, et argenteis nummis, percipitur. Sigon. Perperam Glarcanus *iterum*, pro *inde*, scribendum opinatur. Plerumque enim Livius notam iterati vel tertii consulatus in illis, qui honorem hunc ante decemviros legum ferendarum gesserunt, omittere solitus est; ut supra observatum fuit ad 16. § 7. Ceterum *L. Æmilius deinde* Voss. 1. Leid. 2. et Hav. quod ferri posset. Vide, quæ notantur ad idem cap. 16. in princ. *L. Æmilius et inde* Voss. 2. Verum quum vulgatum *inde* perstet in reliquis MSS. nihil muto. Accedit, Livium ita sæpius particulam *inde* in anni seq. consulibus præponendis adhibuisse. Supra cap. 15. ‘P. Lueretius inde et P. Valerius Publicola consules facti.’ cap. 28. ‘A. Virginius inde et T. Vetusius consulatum ineunt.’ cap. XLIII. ‘Q. Fabius inde et C. Julius consules facti.’ cap. 54. ‘L. Furius inde et C. Manlius consules.’ III. 4. ‘Consules inde A. Postumius Albus, Sp. Furius Fusus.’ cap. 25. ‘L. Miñneius inde et C. Nautius consules facti.’ et alibi sæpius. Æmiliorum autem nomen non per vocalem Græcam *Æmylius*, ut olim factum, sed per Latinam *Æmilius* scribendum esse,

infra etiam monet Sagonius hoc lib. cap. 61. § 1. Alter consul *Cn. Servilius* vocatur in Leid. 2. Sed reliqui nro consensu *Caui* prænomen ei tribunnt.

Nil aliud, quam in populationibus] Ita omnes, quas consulere licuit, præferre vidi edd. At contra *nihil aliud* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. Perinde esse confiteor. Sed quia perinde est, scriptis potius quam excusis adhæreo. Recepit itaque τὸ nihil.

Qua Thuscus ager Romano adjacet] *Tuscus* sine adspiratione scribitur in tabulis Capitolinis, in veteribus Latinis, et in vulgatis Græcis libris. *Sigon.* Immo *Thuscus* addita adspiratione scribendum est, si vera haberi debet, quæ quorundam opinio fuit, eos ἀπὸ τοῦ θεωριῶν dictos esse. Vide Dausq. Orthogr. part. 2. pag. 322. Vera itaque scribendi ratio incerta videtur, quamvis tamen animus in Sagonii opinionem propendeat.

Vagantes per utrumque finem] *Per utramque finem* Harl. 2. et Gaertn. et ita fere Lipsiens. in quo est *per utramque finem*. Vocem hanc fœminino genere Livio vindicat Gronov. iv. 2. § 4. Pro termino tamen regionis ex genere nondum obcurrit. Quare reliquorum codd. auctoritas præferenda est.

§ 10 *Dum et Veientes, adicto ex Etruria exercitu]* Vocabulam et omitunt Voss. 1. et Leid. 2. quem errorem frequenter admissum esse, supra vidimus hoc lib. cap. 44. § 3. Præterea *Veiens accito*, &c. oppugnavit Lipsiens. *Veiens accito*, &c. oppugnat Harl. 2. et Gaertn. oppugnat etiam Port. ‘*Veiens obpugnat*’ eodem modo dictum videri posset, quo ‘*Romanus pugnabat*’, de quo vide ad iii. 2. § 11. Quum tamen reliqui in vulgatum consentiant, id etiam præferendum judico. Tandem *accito exercito ex Etr. Hav.*

Ab L. Æmilio consule abductæ] Pall. 1. ac 3. *ab Livio Æmilio*, ex falsa interpretatione prænominis *L*: hic quoque *abductæ*. Gebh. *A L. Æmilio* Gaertn. *ab Livio et Milio* Lipsiens. Alibi sæpe in MSS. prænomen *Lucius*, quod unica litera *L* scribi solet, ab indoctis librariis per *Livius* redditum est. Vide ad v. 32. § 2. Deinde *abductæ* Harl. 2. et Port. frequenter obvio in MSS. librariorum lapsu. Vide ad xxviii. 29. § 1.

§ 11 *Ab latere Romana equitum ala]* *A latere* Leid. 2. *Tum Romano* Hav. sed *Romanorum equitum* Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hearnii Oxon. C. Deinde *alla* Harl. 2. *alia* Lipsiens.

Sed consistendi ademit locum] Prima vocula abest ab Harl. 2. quam in hac locutione, præcedente τῷ ‘non modo,’ vel ‘non solum,’ vel ‘non tantum,’ Livius aliisque sæpe omittere soliti fuere. Infra xxviii. 39. ‘Ita bello adfixit, ut non modo nobis, ne posteris quidem timenda nostris esset:’ ubi vide; et Burmann. ad Phædri Praefat. i. 6. Quuni tamen reliqui omnes constanter illud *sed retineant*, expungendi auctor non sum. Deinde *consciscendit* Leid. 2. Denique *adeunt*, pro *ademit*, Hav. literis *un* et *mi* confusis.

§ 12 *Fusi retro ad saxa Rubra (jbi castru habebant) pacem]* *Ad Rubra saxa* Hav. *Tum ubi castra hab.* Voss. 1. Leid. 2. Klock. et Port. Sæpius ita peccatur in libb. scriptis. Vide quæ notantur ad xxvii. 5. § 2.

CAP. L. § 1 *Sine ullo majoris belli adparatu]* Codd. scripti et editi nihil mutant. Vide tamen, num reponendum sit *sine ullo majore belli adp.* Eo sensu ‘majore mole’ dixit viii. 13. ‘*Camillus ad Pedum cum Tiburtibus maxime valido exercitu, majore mole, quamquam æque prospero eventu, pugnat:*’ ubi alia vide. Forte tamen existimari potest, *majoris belli adp.* pro *majore belli adp.* dictum esse, ut ‘*majora initia rerum*,’ pro ‘*majo-*

rum rerum initia,' i. 1. 'consummata belli gloria,' pro 'consummati belli gloria,' xxviii. 17. quibus tamen locis J. F. Gronovio vulgata scriptura displicuit. Sed vide hoc lib. c. 51. § 7.

*Modo in agros, aut subiti in petus incursum] Omnia hæc vocabula omittuntur in Leid. 1. ob negligentiam librarii, cui caussam dedit præcedens verbum 'incurssiones,' simile ultimo horum 'incursum.' Vide ad ix. 11. § 11. Sed primam tantum vocem modo omisit Hav. *Inp. incurantes lupi sed Flor.* Mox id se aliquoties, pro *sed aliquoties*, Leid. 1.*

§ 2 *Ex opulentissima, ut tum res erant] Ut tum res erat Port. a m. sec. et multæ ex vetustioribus edd. Male. Infra c. 63. 'Fusi primo prælio hostes, fugaque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti:' ubi etiam pauci erat præferunt. Vide ad c. 47. § 5. Corruptius *ut tamen res erat præfert Lipsiens.* Sed *tum et tamen inter se commutari, obviuum est.* Vide ad xxii. 17. § 5. Paullo ante gens una idem Lipsiens. pro *gensque una.**

§ 3 *Id primo acerbum indignumque Veientibus visum] Veientibus est visum exemplar antiquum. Rhen. Veientibus visum Pall. codicium trias. Andreæ et Campani edd. Veientibus est visum, quod ex libro suo inuinit Rhenanus. Gebh. Id primum Gaertn. eadem varietate, qua partim 'secundo,' 'tertio,' partim 'secundum,' 'tertium,' atque ita porro in MSS. obcurrunt. Vide ad v. 16. § 1. Tum Veientibus est visum Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. et omnes edd. Aldo priores. Is enim primus τὸ est ejicit, quod etiam reliqui codd. non agnoscunt. Mox captandi negligentia librarii omittuntur in Lipsiens.*

Gaudere etiam, multo successu Fabiis auluciam] Multis vocibus auctior Hearnii codex Oxon. N. ita exhibit

Id facile rati, quod multo successu vi- dissent Fabiis aud. At omnia illa ex glossa nata nemo non sentit. Accedit, librarios orationes infinitivas, quibus Livius aliisque historici delectantur, passim corrumpere solitos fuisse. Vide, quæ notantur ad i. 50. § 5. secessu, pro successu, est in Gaertn. quomodo et supra peccatum erat hoc lib. c. 45. § 5.

§ 4 *Itaque et pecora prædantibus aliquoties] Τὸ et exsulat ab Harl. 2. et Hav. Vide ad c. 44. § 3.*

Agrestium fuga vasti relictū agri] Agrestum fuga Voss. 1. et Leid. 2. Tum vasti relictū agri Voss. 2.

*Sæpius simulato, quam vero, pavore refugerunt] Pal. 2. defugerunt. Gebh. Defugerunt etiam Harl. 2. Lipsiens. et Hav. quod a m. sec. Port. margini adscriptum ostentat, quoniam in contextu ipso a m. pr. vox omittatur. At saepe literas D et R in MSS. commutari infra dicendum erit ad ix. 10. § 6. Præterea *bello, pro pavore, priscae* edd. Sed jam Veneti 1495. recte *pavore ejus loco substituere.* Non aliter enim, quos vidi, codd. exhibent.*

§ 5 *Junque Fabii adeo contemserant hostes] Pal. 1. Jam Fabii. Pal. 2. Itaque Fabii. Gebh. Itaque Fabii etiam Hav. et Lipsiens. Præterea contemserunt hostes Harl. 1.*

Neque tempore ullo crederent sustiniri posse] Redderent Leid. 1. facili ac prono errore, evanescente, quæ prima est, litera, quarta vero repetita. Eodem modo olim peccabatur apud Claudian. in Cons. Honor. III. 109. 'Distulit Augustus cupido se credere cœlo:' ubi ante Nic. Heinsium vulgo etiam reddere edebatur. Vide etiam Carrion. ad Val. Flacc. II. 292.

*Hæc spes adeo provexit] Lectio ve- tuts *Hæc spes provexit.* Rhen. Recte voculam *adeo* Rhenannus delevit. Non modo enim paullo ante præcessit, verum etiam non adparet in codd. nostris, et a multis etiam vett. edd.*

abest; quam demum inveni in Veneta 1495. Quin et Hearne, qui plures codd. Oxonii consuluit, se eam in uno tantum B. invenisse testatur, ut a reliquis omnibus exsulasse verosimile videatur. Insuper *huc spes proverxit Leid. 2.* Mox *ut conspectu, pro ut ad conspecta,* perperam omissa præpositione, Gaertn.

Quamquam rara hostium adparebant arma] Lego quoniam. Klock. *Rara appar. hostium arma* Leid. 2. Præterea *appararent* edd. principes ante Aldum, qui ejus loco *apparebant* recepit. Licet itaque conjunctio hæc interdum subjunctivum admittat, ut Vossius docuit de Arte Gramm. vii. 67. hic tamen *adparebant* probandum est, tum quod pro ea lectione stent omnes, quos consului, codd. tum etiam quod semper ita loquuntur Livins. Ita ii. 4. ‘Quamquam visi sunt commisso, ut hostium loco essent, jns tamen gentium valuit:’ nbi quidam codd. *visi sint.* viii. 24. ‘Quamquam Romano bello fortuna eum abstinuit.’ x. 28. ‘Quamquam communis adhuc Mars belli erat, neendum discrimen fortuna fecerat.’ xlii. 48. ‘Thebani nihil moti sunt, quamquam non nihil, et damnatis principibns, et restitutis exsulibns, succensebant Romanis:’ et passim infinitis locis. Præterea *quamquam part. hostium* Flor. a m. pr. *parata hostium* a m. sec. Mox *decurrerent* Gaertn. Adparet, quum olim *decurrerent* scriberetur, ex neglecta nota errorem natum esse. Vide ad xl. 14. § 2.

§ 6 *Et quum inprovidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent]* Pal. 2. qui cum *inprovidi*. Gebh. *Et que impr.* Lipsiens. qui quum *impr.* Hav. Sed, utraque lectione juncta, et qui *quum impr.* Harl. 2. quod librariis sollemne fuisse, si veriorem eligere nescirent, docebimus ad iii. 44. § 4. Præterea *inpr. effusi cursu ins.* Leid. 1. quod commode satis defendi potest. Nam *inprovidi effusi* pro in-

provide effusi accipi potest, quomoilo ‘*infensa coorta*’ supra c. 35. ‘Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum esset Patribus.’ Vide ad xxii. 12. § 7. Deinde ‘*cursu superassent,*’ pro *cursim, currentes.* Infra c. 65. ‘*Fixis in terram pilis, quo leviores ardua evaderent, cursu subeunnt.*’ Quum tamen reliqua Mstorum turba constanter vulgatum servet, nihil novandum arbitror, præsertim quum ‘*effuso cursu*’ Livio frequens sit. Infra xxviii. 7. ‘*Attalus inermis atque incompositus cursu effuso mare ac naves petit:*’ ubi plura vide. Insuper *Circa ipsum inter locas Flor.* a m. pr. *inter loca a m. sec. circa ipsum locatas Lipsiens.* *circa ipsum inter locatas Voss.* 2. et a m. pr. *Voss. 1. circa ipsum ante locatas Hav.* *superassent insidias* denique, est eas prætergressi essent, a tergo reliquissent. Liv. xxv. 27. ‘*Iudem venti superare enim Pachynum prohibebant.*’ xlii. 48. ‘*C. Lucretius prætor, ab Neapoli profectus, superato freto, die quinto in Cephalleniam transmisit:*’ et c. 61. ‘*Facilius nobis sequentibus victos Peneum superare erit, quam illis trepidantibus fuit.*’ Virg. Æn. i. 242. ‘*Antenor potuit, mediis elapsus Achivis, Illyricos penetrare sinus, atque intima totus Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi.*’ Et eo sensu ‘*superare montem*’ ap. Liv. xlii. 53. ‘*Deinde saltu angusto superatis montibus, quos Cambunios vocant, descendit ad (Tripolim vocant) Azorum, Pythium, et Dolichen incolentes.*’

Palatique passim raga, ut fit pavore injecto, raperent pecora] Pal. 1. *palatique passim vagantur, ut sic pavore.* Pal. 3. *palatique passim raga, ut fit, injecta rap.* Gebh. *Palantesque primæ edd. pro quo recte Aldus palatiique.* Id servant Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Klockian. et Port. a m. pr. Eodem etiam ducunt reliquorum vestigia.

Nam palutique est in Harl. 1. *paulatimque* in Hav. et a m. sec. in Port. Vide ad 1. 11. § 1. Una voce auctior sparsi *palatique* præfert Gaertn. Sed τὸ sparsi ex interpretatione vocis sequentum est. Hujus autem codicis librario sollempne fuisse, interpretationes margini adscriptas simul cum ipsa voce, quæ exponebatur, in contextum recipere, videbimus ad 4. 55. § 5. Præterea *vagantur sic pavorem injecto rap.* Gaertn. *passim vagantur, ut sic pavore injecto rap.* Voss. 2. *passim vaga, ut fit, injecto pavore rap.* Hav. et a m. sec. Port. qui a m. præfert *passim vaga, ut fit, injecta rap.* quod ipsum etiam inveni in Lipsiens. Denique *pavore incerto* Leid. 2. Male. De locutione ‘injicere pavorem’ vide hoc lib. ad c. 36. § 3.

Subito ex insidiis consurgitur] Subito ex insidiis pavore cons. Hav. ex proximo perperam voce repetita.

*Et adversi et undique hostes erant] Le-*go et *adversi aversique undique.* Klock.

§ 7 *Dein tela ab omni parte accidebant] Rei et Latinitatis natura sic le-*gendum præit: tamen ut omnes MSS. et priscæ edd. *accedebant.* Alter vii.

23. ‘Ut pila omnia hastæque non tamquam ex æquo missa vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur.’ Gebh. *Deinde tela* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et priscæ edd. usque ad Aldum; cuius *dein* vulgantis scriptura satis defenditur Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. auctoritate; præsertim quum alinnde constet, Livio in primis placuisse *dein* et *proin*, eaque passim a librariis in *deinde* et *proinde* mutata esse. Vide ad 111. 3. § 6. Præterea *accedebant* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. enī priscis excusis usque ad Froben. 1535. ubi primo *accidebant* reperi, quod servat unus Harl. 1. et recte Gebhardus ex rei et Latinitatis na-
tura verum judicat. Cæsar Bell.

Gall. 111. 14. ‘Ut neque ex inferiore loco satis commode tela adjici possent, et missa a Gallis gravius acciderent:’ et c. 25. ‘Quum item ab hostibus constanter, ac non timide, pugnaretur, telaque ex loco superiore missa non frustra acciderent.’ Vide Nic. Heinsium ad Nason. Fast. v. 360. quosque ibi laudat Burmannus. Solitos autem fuisse librarios verba ‘accidere’ et ‘accedere’ passim commutare, patebit ex illis quæ notantur ad Liv. xxi. 10. § 12.

*Cōcūntibusque Etruscis] Extūntibus-*que Etr. Leid. 2. *cōcūntibus Etr.* Voss. 2. et Leid. 1. Mox armatorum *sæpti* Flor. *arm. septi quoque, quo magis* Lipsiens. addito τῷ quoque, qui idem contra verbis seqq. voculam et omittens exhibet *spatio ipsi orbem.*

§ 8 *Quæ res paucitatem eorum insig-*nem] Insere hic particulam et: *quæ res et pauc. . . . et mult.* *Hetruscorum,* &c. Sic Livius loqui solet. *Rhen.* Vide ad 11. 44. § 3. Attamen omnes nostri particulam hic ignorant, exceptis tantum Flor. Harl. 1. et Lipsiens. Eorum prior contra non agnoscit τὸ *quæ.*

Multiplicatis in arcto ordinibus] Hoc ut splendide dictum videri potest; ita ingenue fateor, me non intelligere. *Glar.* Hoc quid velit, Glareanus homo ingenuus profitetur se nescire. Est autem sensus: Aciem, quo breviore in spatio cogitur, et orbem colligit, eo plures ordines habere; quo majore in spatio explicatur, eo panciores. *Sigon.* Ego, quale sit hoc, quod Siganus profert, non percipio, nec ullum puto esse, qui percipere possit. Imo vero longe secus se res habet. Quo enim breviore in spatio cogitur acies, eo panciores ordines esse, necesse est; quo autem majore in spatio explicatur, eo plures. Sed Siganus Livii verba non intelligit. ‘Multiplicatis’ enim eum dixit, idem est ac si dixisset, ‘condensatis.’ Ut sit sententia,

‘ multiplicatis in arcto ordinibus,’ id est, densatis, factum est, ut Fabii, qui erant trecenti tantum, pauciores viderentur; hostes vero, qui plurimi erant, et ante dispersi fuerant, videbanturque pauci, postquam in unum collecti sunt breviore spatio, plures viderentur. Rem totam explicat *Aelianus* in libro de *Acie More Græcorum Instruenda* p. 36. in iis, quos ego Venetiis curavi imprimendos, cum antea a nullo editi fuissent, et in Latinum iterum verti. ‘Ιστέον, ὅτι διπλασιάζεται ἡ φάλαγξ ἢ προσώποις ἢ τόπῳ: et paulo ante, ubi loquitur περὶ ἐξελγυμοῦ. Sed non est necesse, ut plura dicam. Robortell. Annotat. II. 30. Ego vero miror, cur Robortellus, quod ipse se negat intelligere, reprehendat. Quid autem, cum id scripsi, spectarim, demonstrabo. ‘Multiplicari in arcto ordines’ intellexi augeri non magnitudine, sed numero. Secutus autem sum sententiam illam Livii XLII. 15. ‘Primo a mari circumfusa turba amicorum ac satellitum procedebat: deinde extenuabant paullatim angustiæ agmen.’ Quo ergo magis ab angustiis loci ordines extenuantur, eo plures sunt. Ut si viginti sint ordines, quorum singuli decem habeant milites; deinde angustiis loci compulsi non nisi quinque complecti possint, multiplicabuntur ordines, et erunt, quadraginta, sed tenuiores. Atque hoc esse opinor διπλασιασμὸν κατὰ πρόσωπον, de quo *Aelianus* in lib. de aciebus instruendis, ὅτε ἀπὸ τοῦ βάθους τοὺς ἡμίσεις διπλίτας εἰς λόχους ποιήσαντες συντάξουν μετὰ τῶν λοιπῶν τὴν μῆκος, ὥστε γενέσθαι τοὺς λόχους ἄντλαι, κδ̄, β., μη̄. τούτῳ διπλασιασμὸς προσώπων ἔστιν. Id est, *Duplicatio personarum* est, quam ex latitudine dimidiam partem militum in ordines conjectam cum reliquis instruemus in longitudinem, ut ordines sint pro mille viginti quatuor, duo millia quadraginta octo. Atque hoc modo sit, ut hæc multiplici-

catio ordinum et paucitatem insignem reddat, quia ordines exiliores sunt; et multitudinem insignem, quia ordines plures evadunt. Itaque quod dixi breviore spatio plures ordines fieri, refero tam ad Fabios, quam ad Etruscos, quod dixi majore pauciores, ad nullos. Robortellus autem ‘multiplicatis’ pro condensatis accipit, ac vult eandem condensationem ordinum eos, qui pauci sint, reddere pauciores; qui multi, plures. Ego vero putarem, si condensati paucorum ordines pauciores videntur; pari ratione et multorum, non ita multos potius, quam plures, videri. Sed de hoc sensu judicent alii. *Sigoni*. Emendat. I. 34. Præter Robortellum et *Sigonium* vide Lipsium de Milit. Rom. IV. 8. *Duk.* Notam *Sigoni*, quæ censuræ Robortelli occasionem dedit, ita exendi curavi, quemadmodum legebatur in priore Scholiorum ed. 1555. In reliquis enim recentioribus verba posteriora ad mentem Robortelli inmutata sunt, invicem commutatis vocibus ‘plures’ et ‘pauciores,’ ita ut altera alterius locum occuparit. Id, utrum volente *Sigonio* factum sit, me nescire profiteor: certum tamen est, id jam commissum fuisse in ed. Veneta 1566. quæ, vivente adhuc *Sigonio*, in lucem emissâ est.

In arcto] Pall. art. Lib. IV. c. 34.
‘Nec nunc lato satis ad hoc amne,
et tum aliquanto, ut a veteribus ac-
cepimus, artiore:’ ut habent Pall.
dno. Pal. 2. ibi male legit acriore:
vulgo arctiore. Gebh. In arto etiam
Voss. I. Leid. amb. Lipsiens. Gaertn.
et Port. a m. pr. Hanc autem ortho-
graphiam in optimis membranis pas-
sim obviam esse viri docti sæpius
observarunt. Vide quos laudavi ad
Sil. VII. 280. quibus adde Castal. ad
Rutil. Itin. II. 20. Gebhard. ad Li-
vii III. 6. § 3. Burmann. ad Nason.
Trist. El. I. 10. 47. Duker. ad Flori
II. 6. § 31. et Cort. ad Sall. Jug. c. 52.

§ 6. etiam Cannegiet. ad Aviani Fab. ix. 1. Vide etiam infra ad v. 26. § 5.

§ 9 *Tum omissa pugna, quam in omnes partes parem intenderant]* *Tum omni omissa pugna* Voss. 1. sed voci *omni additæ* suæ notæ, quæ eam perperam exaratam, ac delendam esse indicant. *Tum omissaque pugna* Port. a m. sec. Mox tò parem deest in Hav. Lipsiens. et Port. enjus posterioris margini tamen a m. sec. adscriptum est. Videtur eam vocem intercepisse similitudo præcedentis.

Eo nixi corporibus armisque rupere cuneo riam] A ‘nitor,’ ‘nexus’ dicitur et ‘nitus.’ Sed video magis Livio placuisse ‘nitus;’ ut hic, *eo nisi corporibus.* Et inferius paullo c. 52. ‘Quum et Patres minus, quam pro Coriolano, adnisi essent.’ Rursum c. 61. ‘Patres quoque non temere pro ulla æque adnisi sunt;’ ut taceam de aliis locis. *Rhen.* *Nisi, non nixi,* Pal. 2. sed non nisi a m. interpolantis. *Gebh.* *Nixi* Harl. 2. Port. et Hav. Reliqui *nisi* præferunt. Vide supra ad i. 33. § 5. hoc lib. ad c. 39. § 11. et infra c. 52. § 4. c. 61. § 4. iii. 63. § 4. c. 70. § 5. iv. 42. § 5. v. 25. § 13. c. 29. § 1. Gruterus eumque secuti recentiores omnes post *eo* distinguebant, *eo, nisi corporibus.* Sed virgulam delendam ad marginem Livii recte monuit Aut. Perizon. Præterea *corporibus armisque* Harl. 1. *corporibus atque armis* Hav. ‘Rupere viam,’ ut ‘rumpere iter’ apud Sil. Ital. xv. 781. ‘Auditio ante alios senioris vulnere, rumpit Per medios Nero sævus iter.’ Ubi vide quæ olim notavi, nt et ad Sil. vii. 568. præterea Nic. Heinsium ac Burmann. ad Val. Flacc. i. 3. quorum hic recte observat, verbo ‘rumpere’ non rei celeritatem, sed difficultatem indicari. Tò *rupere* perperam omittitur in Lipsiens.

§ 10 *Duxit via in editum leniter collam]* *Editum* Leid. 2. Unde legendum videri posset *eductum:* quo sen-

su ‘educere molem,’ ‘turrim,’ et similia dicuntur. Vide Gronov. ad Liv. xxxii. 11. § 3. Solent vero librarii voces ‘educere’ et ‘edicere’ perperam confundere. Vide ad Liv. xxxix. 15. § 11. Sed præstat vulgata lectio: ‘edeci’ enim usurpatur de his, quæ opera humana in altitudinem excrescunt. At hic sermo est de colle naturali, non manu facto; præterquam quod *duxit* præcedat. Sæpe autem ‘edictus’ et ‘editus,’ quanvis alio sensu, inter se commutantur. Vide ad xxii. 62. § 7. Deinde vocabulum *leniter* non adaptaret in Voss. 1. et Leid. 2. pro quo *leviter* est in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. utroque, Gaertn. Port. et Hav. Sed male. Infra vi. 24. ‘Lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra.’ xxv. 36. ‘Nec natura quidquam satis arduum ant abscissum erat, quod hosti aditum adscensumve difficilem præberet; omnia fastigio leni subvexa.’ xxix. 33. ‘Ipse leni clivo ferente ad hostem per adversum montem erectam aciem ducit.’ Colum. de Re Rust. i. 6. ‘Sterquilinia quoque dno sint: unum, quod nova purgamenta recipiat, et in annum conservet; alterum ex quo vetera vehantur: sed utrumque more piscinarum devexum leni clivo, et exstructum pavitumque solum habeat.’ Cæsar Bell. Gall. vii. 19. ‘Collis erat leniter ab infimo adclivis.’ Et c. 83. ‘Erat a septentrionibus collis, quem quia opere circumplexi non potuerant, nostri necessario, pene iniquo loco et leniter declivi, castra fecerunt.’ Curtins vi. 6. ‘Prærupta rupes erat, qua spectat occidentem; eadem, qua vergit ad orientem, leniore submissa fastigio, multis arboribus obsita perennem habet fontem: ubi etiam codd. male *leviore* præferunt. Tac. Hist. iv. 23. ‘Pars castrorum in collem leniter adsurgens, pars æquo adibatur.’ Lucan. iv. 11. ‘Colle tunnet

modico, lenique excrevit in altum Pingue solum tumulo.' Ad quem locum vid. Ondendorp. Martial. Epigr. IV. 64. 'Puris leniter admoventur astris Celsæ culmina delicata villæ.' 'Clementer crescens jugum' vocat Silius Ital. I. 273. 'Hand procul Herculei tollunt se litore muri Clementer crescente jngu:' ubi videnda sunt, quæ notavi. Solent autem voices 'lenis' et 'levis' passim negligenter librariorum in membranis antiquis conmutari. Vide ad XXXVI. 31. § 8. Ceterum leviter in hac locutione etiam servari posse, contendit Dion. Voss. ad Cæs. Bell. Gall. II. 8.

Inde primo restitere] In primo Hav. Invenerat fortasse librarius in primo. Est autem in per compendium scriptum pro inde. Evanescere deinde vel perperam neglecta nota, a superiori parte addita, factum est in primo. Alibi saepe similiter in membranis erratur. Vide ad x. 20. § 6. At integra vox inde abest a Voss. 2. Præterea resistere Voss. 2. Lipsiens. et Hav. Ita etiam peccabatur I. 12. § 7.

Recipiendique a pavore tanto animum] Et capiendique per errorem dedit scriba Hav. recipiendique pavore, pro rec. a pavore, Lipsiens. Liv. XLIV. 10. 'Persens tandem a pavore eo, quo adtonitus fuerat, recepto animo malle, imperiis suis non obtemperatum esse.' ubi alia vide. Paullo post verbis proximis repulere, pro pepulere, Gaertn. P. et R. saepius in MSS. confunduntur. Vide ad XXIII. I. § 6. Sed optimi et reliqui omnes codi. stant pro vulgato, quod commode ferri potest. Infra VII. 8. 'Si neque ex equis pepulissent hostem, neque pedites quidquam momenti facerent.' XLIV. 41. 'Elephantorum inpetum subsecuti sunt socii nominis Latini, pepulerantque laevum cornu.' Est autem 'pellere hostem' plus quam 'movere,' sed minus quam 'avertere.' Liv. VII. 8. 'Primo gradu

moverunt hostem, deinde pepulere, postremo haud dubie avertunt.'

Vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circummissus] Quid hoc esse dicam, quod integrerimi codd. Leid. I. et Harl. I. præferant vincebantque aux. loci paucitas? An vox paucitas, pro pauci numero milites, collective capienda, et ita cum plurali construenda? non puto. Potius librarios errasse existimo. Non multum inde divergens ridebantque auxilium loci habet Lipsiens. Præterea nisi jugo circummissus Gaertn. et Hav. ni jugo, nota idem significante, Port. Alibi ita variant codd. Vide infra ad XXIII. I. § 8. Mox τὸ Veiens exsulat a contextu ejusdem Port. et tantum in margine conspicitur. Erasissent etiam, pro evasisset, habet Harl. I.

§ 11 *Præsidiumque expugnatum]* Præsidiumque expugnatus Harl. I. ut forte librarius scribere voluerit præsidiumque expugnatur. Sed reliqui codd. vulgatam lectionem tuentur.

Trecentos sex perisse satis convenit. Unum, &c.] Hanc opinionem recte reprehendit Dionys. IX. p. 580. Neque enim verosimile est, tot eximios viros domi nullos filios reliquise. Nam de parentibus etiam Livius non dubitat, quippe qui paulo ante dicat c. 49. 'precantur, ut illud agmen faustum atque felix mittant, sospites brevi in patriam ad parentes restituant.' Frustra igitur hoc dictum, 'unum prope puberem ætate relicturn,' et initio libri sequentis vanius repetitum. Glur. Vide ad c. 49. § 4. Ceterum tricentos sex Port. a m. sec. tercentos sex est in Voss. 2. errore librarii, qui passim in notis numeribus reddendis simili modo errarunt. Vide ad XXXIII. 4. § 5. Deinde perisse Gaertn. Vide ad v. 8. § 3.

Unum prope puberem ætate relicturn] Videndum, num fuerit, prope puberem ætatem. Certe sic loquitur I. 3. 'Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolumem mansit:' et rarsus e.

35. ‘Jam filii prope puberem ætatem erant.’ J. F. Gron. De constructione τοῦ prope cum casu quarto vide ad vi. 42. § 10. Codd. tamen conspirant in vulgatam lectionem. Et ita locutus est Val. Max. vi. 9. ex. 9. ‘Asculo capto, Cn. Pompeius, Magni pater, P. Ventidium ætate puberem in triumpho suo populi oculis subjecit.’ ix. 1. ex. 9. ‘Filiū suū, quem et solum et ætate jam puberem habebat, veneno sustulit.’ Mox perperam stirpe, pro stirpem, Lipsiens. Stirpem gentis Fabiae Flor. a m. sec.

Dubiisque rebus populi Romani sæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium] Ex codd. nihil notatur. Sed edd. vetustiores Aldo vel po. Ro. vel populo Ro. vel populo Romano. Qnod, si codd. accederent, non displiceret, et dictum existimarem, ‘auxilium populo Romano,’ quemadmodum ‘tegumentum corpori,’ ‘prætinum libertati,’ ‘adjutores triumviris,’ et similia alia, de quibus vide ad iii. 46. § 2. Et ita convenirent, ‘stirpem genti Fabiae,’ et ‘auxilium populo Romano.’ Deinde domique bellique Gaertn. Præterea vocula vel omittitur in Hav. Lipsiens. et antiquis excusis. Eam primus addidit Aldus, reliquis MSS. lectionem ejus firmantibus; nisi quod perperam nihil, pro vel, sit in Gaertn. Forte olim pro uel scriptum fuerat nil, idque deinde mutatum est in nihil. De τῷ vel vide ad xxxvi. 41. § 2. Dubias res illustrat Cortius ad Sall. Jng. c. 14. § 5. Adde Justin. viii. 2. ‘Inmemores prorsus, quod in dubiis rebus suis illo Deo etiam consiliorum auctore usi fuerant.’ Curtium iv. 16. § 22. ‘Nec defuit ei perpetua in dubiis rebus felicitas.’ Tac. Annal. ii. 62. ‘Profugus olim vi Marobodui, et tunc, dubiis rebus ejus, ultiōrem ansus.’ ‘Dubia’ vocat Sil. Ital. i. 561. ‘Hinc puer, invalidique senes, hinc feminā ferre Certat opem in dubiis, miserando nava labori.’

CAP. LI. § 1 Quum hæc accepta clades esset, jam C. Horatius] Acc. clade se etiū C. Hor. Leid. 1. quod monstrum lectionis profluxit ex continua literarum serie indocte in voces divisa. Nam ex cladesectionem faciendum erat clades rēt, jam: eēt autem per compendium scribitur pro esset.

Et T. Menenius consules erat. Menenius aduersus Tuscos] Pall. tres L. Menenius Gebh. L. Menenius etiam Leid. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed Tīros Merīvios vocatur Dionys. ix. p. 576. Præterea voces consules erant. Menenius perperam omittuntur in Leid. 2. Cui errori ansam et occasionem dedit repetitio vocis Menenius. Vide ad ix. 11. § 11.

Aduersus Tuscos victoria elatos confestim missus] Vox Tuscos male omittitur in Leid. 2. Male etiam victoria elatus Gaertn. victoria illatos Harl. victorie latos Leid. 1. Victoriae latos Flor. De voce elatus vide ad xxxvii. 12. § 4.

§ 2 Tum quoque male pugnatum est, et Janiculum hostes occupavere] Pal. 1. Cumque male pugnatum esset, Jan. Consideretur, non male. Gebh. Cumque male pugnatum esset, Jan. ex nostris solus Voss. 2. quod librariorn errori tribuere malo, qui tum et cum saepius in scriptis commutarunt. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Idem etiam particulas que et quoque passim confuderunt. Vide ad v. 27. § 1.

Ni Horatius consul ex Volscis esset revocatus] Ni C. Horatius consul Hav. addito prænomine, quo tamen, præsertim invitis reliquis libris, non opus est, quomodo eum prænomine jam notum fecerit. Tum enim in seqq. Livius illud pleniusque omittere solet. Præterea revocatus esset Voss. 1. et Leid. 2. Paullo ante etiam, alio vocabulorum ordine, ob sessaque foret urbs Harl. 2.

Adeoque il bellum ipsis] Pal. 1. adeo ad bellum. Gebh. Adeo quā id bellum

Leid. 1. *adcoque ad bellum* Harl. 1.

Ut primo pugnatum ad Spem sit æquo Marte] Corrigimus *Spei*, sicut ‘ad Veneris’ dicitur, et ‘Ventum erat ad Vestæ’ apud Horat. *Satyr.* 1. 9. 35. Suppletur enim in talibus ‘ædem,’ aut ‘templum,’ aut aliud hujusmodi, ac simile. *Jac. A Cruce in Annotat.* p. 688. Consentit exemplar Borbetomagense. Sic autem dictum est hic *ad Spei*, quemadmodum ante l. 1. c. 41. ‘ad Jovis Statoris.’ *Rhen. Pugnatum ad Spei sit*, optimis codd. consentientes, habent Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Port. a.m. pr. nisi quod in eorum secundo sit *pugnatum primo*. Verum quum ellipticam locutionem non intelligeret, aut ferre non posset indecta librariorum natio, varie locum corruperunt. Quidam enim vocem ‘ædem,’ quæ ab interprete expositionis caussa margini adscripta erat, in contextum receperunt. Hinc scriptum *ut primo pugnatum ad ædem Spei sit* in Lipsiens. Gaertn. et Harl. 2. *ut primo pugn. ad Esquilius ad Spei ædem sit* in margin. Port. *ut primo pugn. ad Spei ædem sit* in Hav. et Hearnii Oxon. L. I. B. et C. Sæpe autem alibi eam vocem invito Livio obtruserunt. Vide ad x. 23. § 13. Alii voces *ad Spei*, quas non intelligebant, omittentes dederunt *ut primo pugnatum sit æquo Marte*, quod est in Voss. 1. et Leid. 2. vel *ut primo aspere pugn. sit æquo Marte*, quam lectionem Hearne inventit in Oxon. N. Alii denique, quod non intelligebant, emendantes exarrant *ut primo pugnatum ad Spem sit*, ut præfert Voss. 2. et in quales codd. etiam inciderunt primi operis Liviani editores, usque dum Mediolanenses *Jac. a Cruce* emendationem a. 1495. in contextum recte receperint. Ceterum Dionys. auctor est l. ix. p. 583. prælio et ad *Spei* et ad portam Collinam victoriam penes Romanos fuisse, quos Livius priori loco æquo Marte pugnasse tradit.

§ 3 *Ibi quamquam parvo momento*

superior Romana res fuit] Is quamquam male Lipsiens. male etiam vox superior exsulat ab Gaertn. Alio præterea ordine verborum, res Romana Hav.

Recepto pristino animo] Pal. 1. item, excepto pristino animo. Gebh. Excepto pristino animo etiam Voss. 2. Sed recte reliqui nihil novandum evincunt. ‘Recipere animum,’ sed diverso sensu, habuimus cap. præc.

§ 4 *A. Virginius et Sp. Servilius consules fuit] A. Verginius Flor.* Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 1. et Gaertn. Vide ad c. 17. § 1. Tum *P. Servilius* Voss. eterque, Leid. eterque, Harl. eterque, Lipsiens. Klockian. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. Dionysio ix. p. 583. vulgo Σερούιος Σερούιλιος vocatur, ubi viri docti ex scriptoribus Latinis Σπέριος Σερούιλιος legendum monnerunt. Solus meorum Gaertn. hic *Spurius Servilius* præfert. Mox vocem fuit omittunt Leid. 1. et Voss. 2. Potest etiam abesse. Supra c. 40. ‘Consules T. Sicinius et C. Aquilius. Sicinio Volsci, Aquilio Hernici provincia evenit.’ Infra c. 54. ‘L. Furius inde et C. Manlius consules. Manlio Veientes provincia evenit:’ ubi etiam unus cod. *consules facti*. Vide alia ad c. 19. § 1. Si quis tamen fuit servandum contendat, non pertinaciter adversabor. *Fiant enim et facti* passim in hac re apud Livium obvia.

Post acceptam proximam pugnae cladem Veientes abstinuere acie] Vet. lib. proximæ pugnæ. Sigon. Pall. tres, ut Sigonii liber, proximæ pugnæ: qui bns assentitur Camp. Gebh. Siganianus et alii libri proximæ. Malim, *post acceptam proxima pugna*. J. F. Gron. *Proximæ pugna* etiam Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. Sed, si qnid mutandum, cum Gronovio malim conjicere proxima pugna. Se etiam libenter Gronovii conjecturæ subscribere Doujatius profitetur, ad-

dens tamen, nihil revera esse, quod in vulgata lectione reprehendas. Et sane 'proxima pugnæ clades' eadem forma dici potuit, qua mox hoc cap. § 7. 'hesterna felicitas pugnæ,' quod et ipsum male sollicitatur. Præterea abstinuere aciē Leid. 1. Harl. antiqu. et Klockian. de qua constructione dictum est supra hoc libro ad c. 16. § 9. Sed præfero vulgatam scripturam.

Populationes erant, et velut ab arece Janiculi] Adpellationes erant aberrans dedit librarius Lipsiens. populationes erant Fabios secuti, et velut Leid. 1. sed voces Fabios secuti perperam ex subsequentibus hic repetitæ sunt. Verbum ceperant, quod mox sequitur, et iisdem literis finitur, ex quibus rō erant constat, librarium in errorem induxit, et effecit, ut media omnia inter illa vocabula omittentur. Sed errorem animadvertens, quum jam scripsisset Fabios secuti, voces illas delere vel oblitus est, vel dedita opera noluit, ne liber lituris deformaretur. Vide ad c. 34. § 9. et v. 29. § 2. Tā ab arece male omittuntur in Harl. 1.

In agrum Romanum inpetus dabant] Impetum dabant Leid. 2. et Hav. Sed vulgatum præfero, non modo ob reliquorum codd. impetus servantium consensum, verum etiam partim ne ita tria vocabula iisdem literis exeuntia enmulcentur; partim quod verosimile sit, Tuscos, ex arece Janiculi passim agrum Romanum populantes, plures in eum inpetus revera dedisse. Et ita 'facere inpetus' supra est 1. 4. 'Hinc rohore corporibus animisque sumto, jam non feras tantum subsistere, sed in latrones præda onustos inpetus facere, pastoribusque rapta dividere:' ubi alia vide. Mox non usquam tutæ pecora, alio ordine vocabulorum, Harl. 1. non usque pecora tutæ Voss. 2. nusquam pecora tutæ Gaertn. eodem fere errore, quo 'nec scit' et 'nescit' librarii in MSS. confude-

runt. Vide hoc lib. ad c. 45. § 12. Pro eo datum deinde *nunquam pecora tutæ* in Lipsiens. Ita alibi sæpe *nunquam* et *nusquam* scribarum errore commutantur. Vide ad xxxvi. 17. § 10.

§ 5 *Capti deinde eadem arte sunt]* Capiti perperam Harl. 1. Tum dedita operum librarius aberrans codicis Leid. 2. Denique *inlatebras*, pro *inlecebras*, Leid. 1.

Præcipitavere in insidias] Bene, pro 'præcipitati sunt.' Ita Plautus Triummo II. 1. 30. 'qui in amorem Præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat.' Quod concoquere non poterant librarii inepti, qua acuminis laude decepti: ideo rescripserunt in Pal. 3. *præcipitavere insidias*, quasi præcipitanter sibi attraxissent. Lib. v. c. 18. 'Dum bellum majore animo gerunt, quam consilio, præcipitavere in insidias.' Male additur in libris quibusdam se. Pal. 2. et ibi *præcipitavere insidias*. Lib. vi. c. 30. 'Quibus velut circumventis, quum id falso nunciatum esset, dum, præsidio nt essent, citati feruntur, ne auctore quidem asservato, qui eos, hostis Latinus pro milite Romano, frustratus erat, ipsi in insidias præcipitavere.' Corrigo quoque vii. 6. ex ed. Campani, 'Forte ita tulit causus, ut Gennadius, ad hostes magno conatu profectus, in insidias præcipitaret:' ut initio quoque fuit in Pal. 2. vulgo *præcipitaretur*. Vulgata lectio stabilitur Pall. primo ac secundo, editionibusque primariis. Gebh. Illud *præcipitavere insidias*, quod Gebh. in Pal. 3. invenit, potius aberrante librarii manu, quam dedita ejus opera, natum videtur. Initium enim vocis *insidias* elisit voculam *præcedentem in*. Eumdem errorem in hac eadem locutione commiserunt librarii codd. Hav. et Gaertn. loco a Gebhardo landato vi. 30. § 4. Alia similis erroris exempla notamus ad viii. 33. § 6. *præcipitavere se in insidias emen-*

datur in margine Port. quomodo etiam peccatur in quibusdam cod. v. 18. § 7. ad quem locum de hac locutione plura vide, ut et ad xxv. 11. § 6. Sæpe etiam aliis verbis Livium ὠδετέρως usum esse, notatur ad hujus libri c. 62. § 2.

Quo plures erant, major cædes fuit]
Quos plures erant Hav. quo populares erant Voss. 2. quo pupalares erant Pal.
 1. ut Gebhardus supra monuit hoc lib. c. 39. § 6. Ceterum omittitur hic vocula *eo*, quam plerumque adsciscit τὸ *quo*: *quo plures erant, eo major*. Vide ad xxvi. 20. § 5.

§ 6 *Ex hac clade atrox ira majoris cladis caussa atque initium fuit]* Omnia hæc deerant in Leid. 2. cui errori caussam dedit vox *fuit*, quæ proxime hæc verba præcedit, eorumque ultima existit. Vide ad ix. 11. § 11. Mox *traj. enim Tib. nocte* alio ordine est in Harl. 1. qui etiam una cum Leid. 1. *Servili*, pro *Servilii*, præfert, quomodo *Lavini* datum est pro *Lavini*. Vide ad 1. 3. § 3. *sauci*, pro *saucci*. Vide ad xxxviii. 27. § 8.

Indefusi magna cæde in Janiculum se ægre receperunt] *Magna clade ac cæde* Gaertn. Sed additæ voces sunt ex margine invectæ. Vide ad iv. 55. § 5. Tum *recepere* est in omnibus, quos vidi, codd. nisi quod *cepere* habeat Leid. 2. duabus prioribus literis interceptis ab dnabus nltimis vocis præced. Cujus erroris similia exempla passim in libris manu exaratis obvia sunt. Vide ad v. 19. § 2. An tamen *recepérunt*, pro *recepere*, substitutum est a primis editoribus, ut vitarent ὀμοιοτέλευτον trium vocum litera *e* finientium? Id tamen non ubique religiose fugit Livius, ut doceamus ad xxvi. 46. § 6. Codicum itaque lectionem in contextum recepi.

§ 7 *Consul et ipse transit Tiberim, castra sub Janiculo communīt]* Et *ipse consul transit Hav.* Deinde sub Jan. commonīt Voss. 2. sub Jan. commorit

Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. pr. pro quo *communīt* adscriptum est margini posterioris cod. pro varia lectione. sub Jan. *communīt* Harl. 2. et Hav. Sed passim duplex et simplex i in libb. vett. confunduntur, unde factum est, ut multorum verborum præsens et perfectum tempus commutentur. Vide ad xxxvi. 20. § 3.

Nonnihil et hesterna felicitate pugnæ ferox] *Hest. nonn. fel. pugnæ* Hal. 2. *nonn. hest. fel. pugnæ* Voss. 1. *nonn. externa fel.* Leid. 2. et Lipsiens. *nonn. et externa* Voss. 2. *hesternus et externus* errore scribarum sæpe confundi, ostendam ad xl. 14. § 2. *nonn. ethest. fel. pugnæ et audacia ferox* Gaertn. Sed voces *et audacia*, quam reliqui omnes ignorant, ab librario additas puto. Similia emblemata passim in hoc codice conspiciuntur. Vide ad iv. 55. § 5. Ant. Periz. codici adpinxit, forte legendum esse *nonnihil et hesternæ fel.* Quod non unam ob caussam probare nequeo. Displacent enim tria vocabula, *hesternæ felicitate pugnæ*, eadem litera desinentia. Quod licet alibi in Livio obvium esse ex illis, quæ ad § prædicta sunt, pateat; ei tamen invititis codd. obtrudendum non existimo. Deinde ‘*hesterna felicitas pugnæ*’ ab indole stili Liviani alienum non videtur. Ita supra hoc cap. dixit, ‘*post acceptam proximam pugnæ cladem*,’ *pro proximæ pugnæ*: cap. præ. ‘*sine ullo majoris belli adparatu*,’ *pro majori belli adparatu*: ubi alia exempla videri possunt. Mox τὸ tamen omittitur in Hav.

Quod inopia frumenti, quamvis præcipitia, dum celeriora essent, agebant consilia] Hic locus non solum in edd. perulgatis omnibus est adulteratus; sed et in Ms. codice, qui ut recte habet in *præcipitia*, sic perperam continet *agebant*. Tu sic castiga, quamvis in *præcipitiū*, dum celeriora essent, agebat *cons.* siquidem *inopia nominandi*

casu dictum est. *Rhen.* Quidam agebant emendarunt, male mutato numero. Ego urgebat legere malim, ut sit sensus, ‘Inopia urgebat in præcipitia consilia.’ *Glar.* Vetus lectio est *quamvis præcipitia*: quod placet; ut reddatur trita illa locutio, ‘Agere præcipitem.’ *Sigon.* Habet *Pal.* 1. *quamvis præcipitia, dum celeriora essent, agebant*; quod et Andreas editione sua secutus. At *Campanus* et reliqui duo *Pall.* *Mss.* *quamvis præcipitia, dum celeriora essent, agebat*. Vulgatam invenit *Rhenanus*, quam non improbarem, si ullius libri auctoritate fuleiretur. Bonus *Loritus* nulla de caussa legit *urgebat*. *Gebh.* *Quamvis in præcipitia, dum celeriora essent, agebat* optime *Rhenanus*. At quid in mentem venit *Sigonio*, ut prepositionem tolleret auctore scripto, hoc est, priorum editionum viatum referret? Placet, inquit, ut reddatur trita illa locutio, ‘agere præcipitem.’ At quis audivit unquam, ‘consilia agere præcipitia?’ quam belle congrueret huic loco? foret enim omne consilium tollere ac proturbare. Immo quid est ‘agere consilia?’ Hæc profecto adeo non sunt trita, ut ne quidem unquam extiterint in sermone Latino. Dira fames Romanos cogebat ardentera et audentiora conari, ut eo citius tanto malo liberarentur. Hoc melius, quam istis verbis, non potest explicari. *J. F. Gron.* Puto esse, in consilia quantumvis præcipitia. Supra c. 39. ‘Quamvis suspectos infensosque inter se jungebat animos.’ Mox c. 54. ‘Nec auctor quamvis audaci facinori decretat.’ xxxi. 41. ‘Inde tumulum snis, quamvis levimumento tutum, cepit.’ *Catull.* Carm. 104. ‘Deinde esto quamvis sævus et indomitus.’ *Virg. Aen.* 1. in princ. ‘Ut quamvis avido parerent arva colono.’ *Duk.* Vacula prima quod, quam agnoscunt omnes codd. quibus utor, aberat a primis edd. et

demum recepta est ab Aldo. Præterea *quamvis præcipitu, dum cel. es- sent, agebant Leid.* 1. *quam præcipitia, dum cel. essent, agebat Leid.* 2. *quamvis præcipitia, dum cel. essent, agebat Voss.* 2. *Harl.* utsique, *Port.* *Hav.* *Lip-siens.* *Gaertn.* *Oxon.* *Hearnii L.* 2. et N. ac vetustiores edd. pro quo Aldus demum agebant vulgari curavit. Sed recte *Gronov.* *Rhenani* lectionem *quamvis in præcipitia, dum cel. essent, agebat probavit, quam etiam servat Voss.* 1. ‘Agere in consilia præcipitia’ codem modo dictum, ut ‘agere in arma’ xxx. 14. ‘Quæ regem nobis socium alienasse, atque in arma egisse præcipitem dicatur:’ ubi vide *Gronov.* Nec multum abit, quod inferius obcurrit *XLII.* 30. ‘Æs alienum et desperatio rerum suarum, eodem manente statu, præcipites ad novanda omnia agebat.’

§ 8 *Interventu collegæ ipse exercitusque est servatus]* *Pal.* 2. *exercitusque ejus serratus.* At *Pal.* 3. *exercitusque ejus est servatus.* *Gebh.* *Dno Pall.* *exercitusque ejus est serratus.* Non est superfluum. Lib. xxii. c. 30. ‘Quod mihi tibique, quod exercitibusque his tuis, servato et conservatori, sit felix.’ *J. F. Gron.* *Int. collegæ exercitusque ejus serv.* *Hav.* *int. collegæ ipse exercitusque ejus serv.* *Harl.* 2. *Lip-siens.* et *Port.* *int. collegæ ipse exercitusque est serv.* ut ante *Gronovium* edebatur, exhibit *Flor.* *Voss.* *ambo,* *Leid.* *ambo,* et *Hearnii Oxo-* *N.* quam lectionem veram existimat *Cortius* ad *Plinii Epist.* 1. 2. § 5. et illustrat alio loco *Livii* III. 56. ‘Redintegrata extemplo est omnibus memoria fœdissima potestatis, quum ipsum satellitesque vidissent:’ quemadmodum ibi legunt duo meliores codd. *Pall.* Verum non modo plerique et optimi eorum, quos mihi versare contigit, illo loco cum vulgatis servant ipsum satellitesque ejus, sed hic etiam recte *Gronovius ipse exercitusque ejus est serv.* ut præferunt *Harl.* 1.

et Gaertn. probavit, addens illud ejus superfluum non esse. Nam uterque consul suum habebat exercitum; hinc non tantum Servilium exercitumque, sed signate exercitumque ejus, interventu collegæ Virginii servatum dicit. Ut igitur hic 'ipse exercitusque ejus,' ita 'tuum exercitusque tui præsidium,' et 'tuis collegæque tui exercitus' Livius dixit xxviii. 42. et eadem forma sæpe alibi. Vocula illa ejus alibi quoque a librariis omissa est. Vide ad c. 56. § 6.

§ 9 *Occidione occisi*] *Obsidione occisi* Leid. 1. Sed librarius dare voluisse videtur *obcidione occisi*. Locutio enim notissima est 'occidione occidere,' pro funditus, ad internecionem delere. Liv. iii. 10. 'Quia occidiones prope occisos Volscos et Æquos movere sua sponte arma posse jam fides abierit, novos hostes quæri:' ubi quædam vide. iv. 58. 'Modo duo præsidia occidione occisa, et cum periculo retineri.' ix. 58. 'Palatis per agros nemo obvius fuit, quum occidione occidi possent:' ubi vide Gebhard. Justin. ii. 14. 'Fama ad utrumque exercitum venit, viciisse Græcos, et Mardonii copias occidione occidisse:' ubi videnda quæ viri docti notarunt. *Occidione occisi sunt*, addita ultima voce, Gaertn. Paullo ante verbis proximis *his atque terga Lipsiens. nunc his nunc illis terga* Gaertn. Sed præfero vulgatum, quod reliquorum omnium consensus tueretur.

CAP. LII. § 1 *Urbis cum pace laxior etiam annona rediit*] *Ubi cum pace Lipsiens. Tum laxior et annona* Harl. 2. *laxior annona Flor.* Vide ad xxii. 47. § 9.

Postquam timor sibi cuique futuræ inopie abiit] *Lego, timor suæ sibi cuique. Klock.* Vulgatum satis placet. Perperam etiam *tumor* Gaertn. Sed sæpissime alibi hæc voces ejusque derivata 'tunidus' et 'timidus' in MSS. commutantur. Vide quæ olim

notavi ad Sil. ii. 626. Ita recte apud Sil. Ital. editur viii. 547. de Capua, 'pravo peritura tumore:' ubi male *pravo timore* exhibent codd. Oxon. et Putean. cum priscis edd.

Eo, quod abditum fuerat, prolato Quod prius abditum fuerat Hearnii Oxon. N. Id etiam voluisse videntur scribæ Voss. 1. et Leid. 2. qui tamen aberrantes dederunt quod plus abditum. Solent autem voces plus et prius sæpe commutari culpa scribatur. Vide ad c. 56. § 6. Præterea absurde etiam *eoque aditum fuerat prolatu* Voss. 2. ut librarius *eoque*, pro *eo quod*, daret, ex non intellecta nota utriusque voculæ natum videtur. Vide ad ii. 41. § 8.

§ 2 *Ex copia deinde otioque lascivire rursus animi*] Deinde *ex copia* Leid. 2. *Ex copia demum otioque* Harl. 2. Sed demum et deinde passim confunduntur negligentia librariorum. Vide ad xl. 22. § 1.

Pristina mala, postquam foris deerant] Postquam foris deerat Voss. 2. decierant, pro deerant, præfert Lipsiens, a m. pr. Mox *legem agiture*, pro *plebem ag.* Klockian. *plebem agitari Lipsiens.* Deinde *a gratia lege*, pro *agraria lege*, Gaertn.

In resistentes incitare Patres, nec in universos modo, sed in singulos] Pall. nec *iri in universos modo*. Hæc tamen ultima vocula modo deficit in Pal. 1. Gebh. *Agitare, pro incitare*, Voss. 1. et Leid. 2. Sed perperam ea vox ex proximo versu repetita est. Præterea nec *iri in univ. sed in sing.* Harl. 2. nec *univ. modo, sed in sing.* præpositione in priori loco omissa, Leid. 1.

§ 3 *Q. Considius et T. Genutius*] Ne quis moveatur Dionysii lectione, velim; qui l. ix. p. 585. Κούρτιδιον pro Κούρτιδιον habet. Displacet autem 'Quintili' nomen in tribuno plebis hoc tempore, quia 'Quintilia' gens patricia est. Porro autem *Genucius* scribe ad fidem Græcæ et Capitolinæ scripturæ. Idem *Genucius* in vett.

libris non *Titus*, sed *Caius*. Apud Dionysium modo *Tīros*, modo *Graūos* nominatur. *Sigon.* *T. Genutius* solus Pal. 3. Nam Pal. 1. et Andreas *T. Genitius*; at Pal. 2. *C. Genutius*. Camp. *T. Genitius*. Gebh. Rott. Voss. uterque, Flor. S. Marci et *T. Genucius*. Jac. Gron. Q. *Cossidius* Harl. 2. Q. *Confidius* Port. Q. *Consilius* Hav. Deinde et *T. Genitius* Voss. ambo. et *T. Gernitius* Harl. 2. et *T. Genutius* Leid. 1. et *Gn. Genutius* Klockian. et *C. Genutius* Hav. Lipsiens. et Gaertn. ‘*Caii*’ prænomen ei tribuit Hearnii Oxon. C. qui etiam testatur, codicem L. 2. aliasque prænomen omittere, quod etiam deerat in Gruteri postrema ed. aliisque recentioribus usque ad Jac. Gronovium, qui ex codicem MSS. auctoritate restituit. Ceterum *Tīros* vocatur apud Dionys. Antiq. ix. p. 585. apud quem eundem p. 595. *Graūos* *Terbūcos* memoratur, verum is non huius anni tribunus plebis fuit, sed demum eam dignitatem gessit triennio postea: ad quod non adtendit Sigonius, monens *Genucium* hanc apud Dionysium modo *Tīrov*, modo *Graūor* nominari. Denique *Genucius*, non *Genutius*, scribendum esse, observat Sigonius etiam ad III. 33. § 3. et ad VII. 3. § 3. *Mox diem dictum, pro diem dicunt, male Lipsiens.*

Quum haud procul inde stativa consul habuisset] Haud procul in stativa Lipsiens. procul iū olim scriptum fuerat. Postea negligentia librarii vel alio casu omissa est vocis per compendium scriptæ nota. Vide ad x. 20. § 6. haud procul inde stativa castra Gaertn. Sed vox castra ex marginali expositione in contextum migravit. Vide ad III. 2. § 1. Tum alio ordine habuisset consul præfert Port. Paullo ante initiae erat, pro invidiae erat, Lipsiens.

§ 4 Eam oppressit] Vet. lib. Eum oppresserunt: ut sit, Q. Considius et T. Genucius trib. pleb. Menenium oppreserunt. Sigon. Eum oppressere

ab Sigonio est. Junta *Eam oppreserunt*. Reliquæ omnes ab Andrea ad Curionem et Gryphium cum MSS. Voss. Helm. Flor. Rott. *Eam oppressit*. Nimurum legendum, *Ea oppressit*, nempe invidia Menenium. Brevis, qualis paullo superius c. 51. ‘hæc spes provexit:’ et passim nostro. Deinceps distingue, *Quam et Patres, haud minus quam pro Coriolano, annixi essent, et patris Agrippæ favor haud dum exolevisset, in multa temperarunt tribuni*. J. F. Gron. *Eam oppreserunt* habent Leid. 1. et Voss. 2. *Eum oppreserunt* Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. Et ita in Voss. 1. inter lineas adscriptum est, quum in contextu a m. pr. sit *Eam oppressit*. Sed *Eum oppressit* Harl. 1. quod accipi posset, eum Menenium oppressit, nempe invidia. *Eam oppreserunt* ante Juntam receperat Aldus; sed inter errata *oppressit*, pro *oppresserunt*, legendum monuit. *Eum oppressare*, quemadmodum nunc vulgo circumfertur, in uno tantum Gaertn. obvium fuit; quod idem demum adparuit in edd. Gruteri, et inde per recentiores perperam propagatum est. Cum Sigonio itaque ob codicem auctoritatem præfero et in contextum recipio *Eum oppreserunt*, quod jam Hearne etiam recepit. Partim enim ita totidem literis exhibent plerique codd. partim eo aliorum ducunt vestigia. *Eum oppreserunt* est accusatione injusta effecerunt, ut damnaretur. Florus 1. 24. ‘Quum opressam judicio filiam trahi in servitatem videret Virginis pater.’ Auctor de Vir. Instr. c. 78. ‘Mox Dolabellam judicio opressit.’ Cic. pro Quint. c. 2. ‘Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo judicio opprimere possit.’ Liv. 1. 51. ‘Oblato falso crimen insontem opressit.’ Similiter tamen etiam interputationem Gronovii admisi. Antea ita distinguebatur: *Eum oppresere: quum et Patres*

haud minus quam pro Coriolano annixi essent: et patris Agrippæ favor haud dum exolevisset. In multa temperarunt tribuni.

Pro Coriolano adnixi essent] Vet. lib. *pro Cor. ante annixi essent.* Sigon. Sedulo monuit Rhenanus, amare Livium annisi, quod et exstat in Pall. omnibus et Camp. recensione. Ceterum Pal. 2. consentit cum Sigoniano, legens *ante annisi essent.* c. 61. ‘*Pro ullo æque annisi sunt.*’ Gebh. Voculam *ante*, quam addit vet. lib. Sigonii, unus ex nostris Hav. perpetuus ejus suffragator, habet. Reliqui omnes eam ignorant. Etiam Hearne, Sigoniani codicis lectionem recensens, de suis silet, ut pariter ab omnibus Oxon. exsulasse videatur. Deinde ausi essent Lipsiens. *annexi essent* Hav. *adnisi essent*, vel *annisi essent*, Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. et Gaertn. quod recepi. Miror enim editorum inconstantiam, qui, quum supra hoc lib. c. 50. § 9. Rhenano obsecuti nisi, pro nixi, edidissent, passim tamen alibi ‘annixi,’ ‘connixi,’ &c. servarunt. Hearne in Oxon. C. *pro Coriolano laborarunt* se invenisse profiteatur: quod vere lectionis glossema esse nullus dubito. Paullo ante quum Patres, pro quum et Patres, Lipsiens.;

Patris Agrippæ favor haud dum exolevisset] *Patris Agrippæ favor exol.* Voss. 1. a m. I. sed margini a m. sec. adseribitur *patris Agrippæ favor jum dudum jam dudum favor exol.* Sed tribus vocibus *jam dudum favor* notæ subjectæ, quæ indicant, eas perperam repetitas ac delendas esse. *Favor haud dudum exol.* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Port. duabus literis male repetitis. *Favor haud dubium exol.* Hav. *favor nondum exol.* Leid. 2. Sed *haud dum probum est.* Infra xxviii. 2. ‘*Tria millia ferme aberat, quum haud dum quisquam hostium senserat.*’ xxix. II. ‘*Æsculapium quoque ex Græcia quondam, haud duni illo fædere so-*

Delph. et Var. Clas.

ciata, valetudinis populi caussa arcessitum. Ad quod idem caput etiam inlustrabo simile aliud ‘*nullus dum.*’ Præterea *excrevisset*, pro *exolevisset*, Hearni Oxon. C. Male. ‘*Exoletum vetustate odium*’ supra dixit n. 35.

In multa temperarunt tribuni] *In multa scribunt* Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Hav. Etiam Pierius testis est ad Virg. Æn. xi. 839. in vet. T. Livii codice passim ‘*multam*,’ ‘*multare*,’ ‘*multatitium*,’ et similia absqne c litera scripta esse. Eam orthographiam, quam plerumque infra editores receperunt, hic etiam Livio restituendam existimavi. De hac voce vide Gell. Noct. Attic. xi. 1. et quæ viri docti ad eum locum notarunt. Præterea *temperant tribuni* Voss. 2. *temperare tribuni* Harl. 2. *tempora in tribuni* Lipsiens. *temperatum tribuni* Gaertn. Sed tuu ita totus locus interpungendus esset: *Eum obpresserunt.* Quum et Patres *haud minus, quam pro Coriolano, adnisi essent, et patris Agrippæ favor haud dum exolevisset, in multa temperatum.* *Tribuni, quum capitilis, &c.* Sed plerique, et inter eos etiam integerrimi codd. *temperarunt tribuni* servant.

§ 5 *Quum capitilis anquisissent]* Hunc locum interpretans Budæus ait, ‘*anquirere capitilis*’ actionem criminalem intendere. Sed vera hæc lectio in sola ed. Andreæ Aleriensis episcopi mili reperta est. Alias Pal. 1. *cum capitilis accessissent.* Pal. 2. ad verum proxime accedens *cum capitilis ante quesissent.* Pal. 3. vero et Camp. *cum capitilis inquisissent.* Infra vi. 20. ‘*Sunt, qui dunniviros, qui de perdnellione anquirerent, creatos auctores sunt.*’ viii. 33. ‘*Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse.*’ xxvi. 3. ‘*Cum tribunus bis pecunia anquisisset, tertio capitilis se anquirere diceret.*’ Gebh. *Quum capitilis uersisset* Voss. 2. *quum capitilis aquisissent Lipsiens. et quom capitilis inquisissent Gaertn. quum*

Livius.

19 G

capitis quesisset Port. in contextu, pro quo in margine legitur *quoniam capitum ante quesisset*: idque posterius ostentant Harl. 2. et Hav. Verbum minus usitatum librariis imposuit, iisque errandi causa exstitit, non modo hoc loco, verum et tribus illis, quæ landavit Gebhardus, ut postea videbimus. Passim etiam alibi in hoc verbo lapsi sunt. Vide quæ notantur ad vi. 20. § 12.

Duo millia aeris damnato multam edixerunt] Turbat hic Pal. 1. *duo milia aeris dampnatum ediderunt*. Gebh. ‘Mulcam dicere’ saepe est in Livio et aliis: ‘edicere mulcam’ an alibi legatur, non possim dicere. Sigon. de Judic. III. 10. hunc locum laudans habet *dixerunt*. Duk. *Edidi et edixi* in MSS. commutari videbimus ad XXXIV. 56. § 12. *damnata multam edixere* est in Port. a m. pr. sed, pro *damnata*, inter versus *damnato* adscriptum erat: *damnato multam dixerunt* habet Leid. 2. in contextu, in margine vero *damnato multæ dixerunt*. Ex utriusque vero lectionis *multam* et *multæ dixerunt* conjunctione (de quo errore vide ad Liv. III. 44. § 4.) nata videtur vulgata lectio *multam edixerunt*, pro qua cum codicis Leid. 2. primigenia manu scribendum puto *multam dixerunt*. Proprium enim in hac re verbum est ‘dicere.’ Liv. XXV. 3. ‘Duo tribuni plebis Sp. et L. Carvillii, quoniam rem invisam infamemque cernerent, ducentum milium aeris multam M. Postumio dixerunt.’ XXXVII. 51. ‘Imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta, et multæ dictæ, et tribuni appellati, et provocatum ad populum est.’ XL. 42. ‘Ob eam rem multa dumnviro dicta a pontifice.’ Cie. Orat. Philipp. XI. 8. ‘Crassus consul et pontifex maximus Flacco collegæ, flaminii Martiali, multam dixit, si a sacris discessisset.’ Valer. Max. I. 1. ex. 2. ‘Metellus vero pontifex maximus Postumium consulem, eundemque flaminem Martialem, ad bellum ge-

rendum Africam potenter, ne a saeris discederet, multa dicta Urbem egredi passus non est: ita præfert codex Traject. prior a m. pr. eamdemque lectionem in suis MSS. viri docti invenerunt: vulgo editur *multa indictu*. Tac. Ann. XIII. 28. ‘Neve multam ab iis dictam quæstores æarrii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent.’ Gellius XI. 1. ‘Quoniam ejusmodi multa pecoris armantium a magistratibus dicta erat, addicebantur boves ovesque alias pretii parvi, alias majoris.’ Paullo post eodem cap. ‘Suprema multa est ejus numeri, enjus diximus; ultra quem multam dicere in singulos jus non est:’ et adhuc postea. ‘Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Romani more majorum multa dicuntur vel minima, vel suprema?’ et adhuc semel. ‘Quoniam autem usus et mos sermonum is sit, ut ita et nunc loquamur, ut plerique veterum locuti sint, multam dixit, et, multa dicta est:’ et denique XIV. 7. ‘Præter haec de pignore quoque capiendo disserit, deque multa dicenda senatori, qui, quoniam in senatum venire deberet, non adesset.’

Negant tulisse ignominiam: ægritudineque, inde morbo absuntum esse] Scribebendum est, *Negant tulisse ignominiam ægritudinemque: inde morbo*. ‘Ægritudo’ refertur ad animalium, ‘morbis’ ad corpus. Rhen. Vide Nonium in voce ‘Ignominia.’ Klock. *Ægritudinemque* habent omnes, quos evolvi, codd. Neque aliter Aldus edidit, cui proximi dicto audientes esse debnerant. *Præterea negant intulisse ign.* Port. Tum *inde morbo absuntum: alius Flor. inde morbo assuntum esse* Leid. 2. Lipsiens. et Hav. errore alibi frequenter obvio. Vide ad II. 42. § 4.

§ 6 *Alius deinde reus Sp. Servilius*] Scripti nihil mutant. At vetustissimæ edd. habent *Alius inde reus*. Sed cum *inde* præcesserit proximo versu,

ejus loco deinde recte ab Aldo restitutum est. Sæpe eas voculas commutari, videndum ad xxxvi. 24. § 10.

*C. Nautio et P. Valerio consulibus, initio statim anni] C. Martio, pro C. Nautio, perperam Lipsiens. et Hav. C. Marcio Gaertn. Vide etiam ad cap. seq. § 5. Tāos Nātios a Dion. recte vocatur Antiq. ix. p. 586. cui alii consentiunt. Deinde in initio statim anni Port. et Harl. 2. Utrumque in usu est *initio* et *in initio*. Vide hoc lib. c. 30. § 14. Pluribus itaque et integroribus codicibus *initio* præferentibus adhæreo. Td in ex principio vocis proximæ perperam erat repetitum. Vide ad iv. 6. § 11.*

Ab L. Ceditio] Cædicio scribe, Græcorum librorum et Capitolinorum marmorū auctoritatem sequutus. Sigan. Caui prænomen ei tribuit cod. Port. Sed Λεύκιος etiam vocatur apud Dionys. Antiq. ix. p. 586. De vera nominis ‘Cædicius’ orthographia Sigenius etiam agit ad v. 32. § 6. et ad x. 40. § 7. Cecidicio est in Harl. 2. in Flor. Ceditio et Statio.

*Et T. Statio] Pal. 1. et C. Statio. Gebh. Et C. Statio etiam Voss. ambo, sed in eorum priori *Titi* prænomen a m. sec. inter versus adscriptum exstat. L. T. Statio habet Port. Tēros Στάτιος vocatur Dionysio Antiq. ix. p. 586.*

Non, ut Menenius, precibus suis] Ita Jac. Gronovius restituit notis ad Liv. i. 25. § 14. quum in duabus saltem postremis edd. ut non Menenius, temere inversis particulis, datum fuisse. Gronovio consentiunt libri manus exarati. Præterea Menius habet Flor. et Leid. 2. Menevius Hav. qui mox itidem præfert T. Menevii, et Menevianum.

§ 7 Et huic prælium cum Tuscis ad Janiculum erat criminis] Ex hinc prælium male Lipsiens. cum in Tuscis Hav. cum Etruscis Port. a m. sec. sollemni et familiariter librariorum errore, de

quo vide ad hujus lib. c. 47. § 6. Deinde criminis Voss. 2. Sed ultima ejus vocis litera perperam repetita est ex prima sequentis: quod frequenter in litera s accidisse, dicendum erit ad xxviii. 25. § 2. ‘Crimini esse’ ut infra xl. 15. ‘Neutra res mihi nec gloriae nec criminis sit.’ Apud Cic. pro Sex. Rose. Amer. cap. 17. ‘Vitainque hanc rusticam, quam tu probro et criminis putas esse oportere, et honestissimam et suavissimam esse arbitrantur:’ et eodem cap. ‘Ut parum miseriae sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam, quod omnino coluit, criminis fuerit:’ et c. 29. ‘Illam sicariorum multitudinem, in qua ipsi duces ac principes erant, huic criminis putabant fore:’ et sæpe alibi. Ita ‘invidiae,’ ‘impedimento,’ ‘prædæ esse,’ similiaque apud Livium et alios frequenter obcurrunt. Vide ad iii. 29. § 2.

*Sed servidi animi vir, ut in publico periculo ante] Placet mihi colloccatio Pall. secundi ac tertii in publico ante periculo. Sic Propert. El. 1. 1. 2. ‘ante cupidinibus:’ ad quem vide meas animadversiones. Gebh. Eadem colloccatio verborum mihi quoque obvia fuit in Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. Gebhardus quidem ad laudata Propertii verba nihil notavit: at alii *antecupidinibus* conjunctim cuperunt, quomodo etiam ‘antejuvencæ’ apud Propert. El. ii. 28. 61. ipse Gebhardus accipiendum existimavit. Quod si hic etiam voluit, repono ipsi verba cultissimi Broekhus. ad priorem Propertii locum, qui ita sentiunt, videri rus illud horridum redncre. Certe optimi codd. ordinem verborum, qui vulgo obtinet, constanter servant. Insuper *feriundi animi vir* Voss. 2. *fervidus animi vir* Port. Reliqui nihil mutant. ‘Fervidus animus,’ ut ‘fervidum ingenium’ xxvii. 33. ‘Quum toto eo bello damnosa, præpropera, ac fervida ingenia imperatorum fuisserint.’ ‘Fervidi animi vir’ dictum,*



quemadmodum ‘vehementis ingenii vir’ supra c. 23. ‘Appius, vehementis ingenii vir, imperio consulari rem agendam censebat.’

Refutando exprobrandoque T. Menenii damnationem] Refutando et exprobrando Harl. 2. Paullo ante sic *cum in suo*, pro *sic tum in suo*, Harl. 2. *sic quom in suo* Gaertn. Ita *tum et cum* passim commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem: et mox hoc ipso § *sic tamen in suo* Lipsiens. Confunduntur etiam ubique a librariis *voces tum et tamen*. Vide mox hoc ipso §. Si animum adtendere voluissent scribæ, facile vidissent præcedens *ante hic requirere voculam tum*.

*Eos ipsos, quibus tum saceret, magistratus, eas leges haberet] Prima vox abest a Leid. 2. Male. ‘Eos ipsos magistratus, eas leges’ eodem modo dictum, quo ‘id caput, eas vires belli esse’ III. 10. § 8. ubi alia vide. Deinde quibus *tamen serviret* Voss. 2. Sed *tum et tamen* passim permuntantur. Vide ad XXII. 17. § 5. et hoc cap. paullo ante hoc § et § seq. Similiter permuntantur etiam ‘sævire’ et ‘servire.’ Aliud exemplum habuimus hoc lib. c. 27. § 7. *quibus cum serviret* Hav. Etiam *tum et tum* ubique confunduntur. Vide paullo ante hoc § *quibus tum serviret* Lipsiens. et Gaertn. *quibus tum sacerere* Leid. 1. et Harl. 1.*

Periculum audacia discussit] Codex L. 1. quem Hearnus Oxonii consuluit, distulit: male. Non tantum enim audacia hac periculum distulit, id est, in aliud tempus rejectum; sed etiam discussit, id est, dispulit, amoavit, abstulit. Sæpe hoc sensu Livius verbo illo usus est. Hoc lib. c. 28. ‘Unum hercule virum, qualis Ap. Claudius fuerit, momento temporis discussurum illos cœtus fuisse.’ IV. 49. ‘Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis, ut rogationem ferret, qua Bolas quoque, sicut Lavicos, coloni mit-

terentur, per intercessionem collegarum discussum est.’ XXXV. 45. ‘Thoas negare, paci studere Phœnam, sed discentere adparatum belli velle.’ XXXVIII. 13. ‘Discussa ea quoque’ disceptatio ‘est constantia ducis.’ XXXIX. 16. ‘Quum demolientes nos Bacchanalia, discentientesque nefarios cœtus cerneretis.’ XLII. 12. ‘Nisi discussa res per paucos, Romanum imperium intentantes, esset:’ et alibi. Auctor Epitom. Liv. v. ‘Quod consilium auctore Camillo discussum est:’ ubi quædam vide. Cic. pro Muren. c. 39. ‘Hoc, quod conceptum respublika periculum parturit, consilio discutiam et comprimam.’ Vide quæ notavi ad Sil. Ital. VI. 153.

§ 8 *Juvit et Virgininus collega] Pal. 1. harivit et coerginius. Gebh. Linivit et Virginius Voss. 2. inuit et Virginius Lipsiens. Tum Virginius Flor. Voss. 1. Gaertn. et Leid. 1. Vergineus Leid. 2. Vide ad c. 17. § 1.*

Magis tamen Menenianum] Magis tum Menenianum Hav. Utrumque errorem supra hoc cap. notavi § 6. et 7.

*Adeo mutarerant animum] Lego mutaverant animi. Klock. In Pal. 2. superscriptum ab eo: male. Melius autem meo animo hic legeretur adeo mutarerant animi. Sic III. 10. ‘Quod intercidit, sparsum ita jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret:’ quem locum imperite contaminat Sigonius. IV. 56. ‘Inclinante deinde fortuna ad caussam plebis:’ male alii eodd. injiciunt inclinante se. V. 13. ‘Annona ex ante convecta copia nihil mutavit.’ lib. eodem cap. 19. lego *Omnia repente mutaverunt, imperatore mutato: quia Pal. 1. mutaverunt, non mutaverat: deinde Pal. 3. mutato. Nihil certius hac emendatione. Gebh. Non necesse est aliquid mutare. Sed tamen incidebat animi ex consuetudine Livii. Sic III. 10. ‘Quod intercidit, sparsum ita jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor**

mutaret.' v. 13. 'Annona ex ante convecta copia nihil mutavit.' xxix. 3. 'Tantum fortunam mutasse.' xxxix. 51. 'Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.' Plura ex aliis habent Scaliger ad Catalecta Poët. p. 119. Fruterius in fin. lib. ii. Verisimil. Palmerius in Spicileg. p. 867. et Burmann. ad Ovidii Epist. Her. vs. 77. Duk. Eadem mihi quoque conjectura in mentem venit, antequam Klockii et Gebhardi ineditas notas videre contigisset. Neque nunc sententiam muto. De verbo 'mutare' sensu passivo vide ad iii. 10. § 6. Nihil tamen mutandum esse censuit Burm. ad Virg. Aen. i. 579. Mox profuit in judicium Leid. I. cuius liberarius duplicem lectionem, *indictum* et *judicium*, quarum forte alteram in contextu, alteram in margine inveniat, conjunctum exhibere voluit, ut saepe facere soliti sunt. Eo modo infra Voss. codex legit xxxix. 17. § 7. *nullam moram in judicio fecerunt*, ut scriba indicaret, sibi duplicem lectionem obviam fuisse, *nullam moram indicio fecerunt*, ut præferunt plerique codd. et *nullam moram judicio fecerunt*, ut vulgo editur. Similiter explicantur lectio, quam codicem Campensem præferre leg. 2. § 24. ff. de Orig. Jur. testis est Corn. van Bynkershoek in prætermissis ad d. l. Exhibit enim, qui *proditionis conjurationem in judicio detexerat*: quo liberarius iterum innuit, duplicem hujus loci scripturam sibi obviam fuisse, vel *indicio*, ut nunc recte editur, vel *judicio*, quod etiam in quasdam editiones inrepit. Vide ad iii. 44. § 4.

CAP. LIII. § 1 *Certamina domi finita. Veiens bellum exortum]* Censeo uno spiritu legendum, *Certamine domi finito, Veiens bellum exortum.* J. F. Gronov. Hic vir summus J. F. Gronovius legendum censet, *Certamine domi finito, Veiens bellum exortum.* Fateor, facilem esse emendationem

et commodam structuram, si ita legas. Nihil tamen ego video caussæ, quo minus stare queat lectio vulgata. Evidem eam servaverim, partim quia Livius amat ellipsis verbi *sunt* in hujusmodi participiis, (ut c. 18. hujus libri, 'Bellum indictum: tacitæ induciæ quietum annum tenuere: ') partim, quia seditiones et intestinos motus plurativa *Certaminum* voce designare solet: sic c. 56. hujus libri, 'Res certaminibus in annum extrahitur.' iii. 67. 'Patrum ac plebis certamina.' iv. 52. 'Pestilentia coorta, minacior tamen quam perniciosior, cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum avertit, minusque eam damnosam fuisse, quam seditio futura fuerit, credunt.' v. 16. 'Ad hoc Veienti quoque et Falisco et Capenati bello occupatos videbant Romanos, nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus Patrum ac plebis.' Ejusdem libri c. 51. 'Adeo milii acerbæ sunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec tristissimi exili solatium aliud habuerim, quoad Ardeæ vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram.' Lamb. Bos, Animadv. ad Script. Latinos c. 1. Hearne, Gronovii conjectura in contextum recepta, monuit, ita MSS. suos et plerasque edd. præferre. Ex edd. Frobeniana 1535. illam lectionem prima exhibuit, et post eam reliquæ omnes, quas vidi, usque ad Gruterum, qui priorem revocavit. Ex codd. autem meis solus Harl. 2. stat a sententia Gronovii. Simili ratione divulsam Livii orationem connectere vir summus saepissime conatus est: de eo quid censeendum, vide ad xxii. 36. § 4. Hic tamen Bos non male censuisse videtur, vulgatum potius servandum esse. Id enim defendit constans reliquorum codicem auctoritas, tum illud etiam, quod Livius alibi his concisis orationibus delectetnr,

ut modo laudato loco videbimus. Et simili fere modo loquitur Livius III. 32. ‘Neque eo anno quidquam belli externi fuit: domi motus orti.’ Interrationes tamen, quibus lectionem receptam defendo, non memorarem, ut Bos fecit, Liv. vocem *certamina* numero plurali de seditionibus et intestinis motibus adhibere solitum esse, quam eam etiam numero singulari eodem sensu frequenter usurpet. Supra c. 28. ‘Adparebat atrox cum plebe certameu.’ c. 30. ‘Sed et homini et potestati melius rati credi, omisso certamine, nomina dedere.’ Infra c. 64. ‘Extremo anno pacis aliquid fuit, sed, ut semper alias, solicitae pacis certamine Patrum et plebis.’ III. 1. ‘Atrox certamen aderat, ni Fabins consilio, nentri parti acerbo, rem expedisset.’ c. 10. ‘Id factum ad impediendam legem tribunni criminabantur, ingensque aderat certamen.’ c. 24. ‘Quum consules nihil minus adversus continuacionem tribunatus, quam si lex minuenda suæ majestatis caussa promulgata ferretur, tetendissent, victoria certaminis penes tribunos fuit.’ VI. 18. ‘Nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversus Patres noritis.’ VII. 21. ‘Extremo anno comitia consularia certamen Patrum ac plebis direxit.’ Alia exempla cuivis observare facile est.

Adcitis Latinorum Hernicorumque auxiliis] Accitus Lat. Hernicorum aux. non recte Hav. Paullo ante P. Valerio consule, &c. cum exercitu Veios missos, castra, &c. adgreditur perpetram Gaertn. Mox verbis seqq. pro man. loc. soc. erant Voss. 1. et Leid. 2. ordine mutato: locuta habet Harl. 1.

Ut, dum dispersi alii, alii manipulati excurrunt] Lectio vetus, ut, dum dispersi, alii alia, manipulatim. Alia, subaudi ‘porta.’ Nam mox sequitur, ‘ea porta caperetur.’ O pulchre tractatum Livium! Rhen. Prodiit

auctore Rhenano hæc emendatio, ut subintelligeretur alia porta: neque aliter exstat in Pall. 1. ac 3. nisi quod in hoc superscriptum, quemadmodum edidit Campanus, dum dispersi alii alio manipulatim. Peculiariter vero Pal. 2. ut, dispersis aliis, aliis manipulatim excurrentibus. Gebh. Lectio, quam Rhenanus ex codice suo reduxit, sperest in Flor. Voss. utroque, Leid. 1. et Port. Eadem etiam exstat in edd. quas vidi vetustissimis. Mediolan. demum 1495. præfert ut, dum dispersi alii, aliis manipulatim; quam scripturam servant etiam Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Harl. 1. Verum ut, dispersis aliis, aliis manipulatim excurrentibus Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. exhibent, quod, si majoris auctoritatis codd. confirmarent, non displiceret. Nunc optimorum codd. consensu adducor, ut Rhenani lectionem veriorem credam, et locum ita accipiam, Sabinos, trepidatione injecta, non aciem ex castris eduxisse, ut iusto prælio cum Romanis decertarent, sed dispersos, ac tantum per manipulos, alios alia excurrisse, ut vim a castris arcerent. Ut hoc loco ‘alii alia,’ ita ‘alii alio’ cap. seq. ‘Sicut acies funditur, duce occiso; ita dilapsi passim, alii alio.’ Ceterum mox ad orcedum hostium vim Lipsiens. Vide ad XL. 49. § 1.

Cui signum primum intulerat] Reponere cui signa primum. Sic infra cap. 59. ‘Nec ante restitit, quam signa inferentem Volscum munimentis vidit.’ Rhen. Est quoque ab Rhenano. Nam Pal. 1. cui primum signum. Pall. 2. ac 3. cui signum primum. Andreas edidit ubi signum. Campanus primum animadvertit, legendum cui signa primum, quod sero monuit Rhenanus. Gebh. Cui signum primum intulerant Port. cui signum primum, quod merito Rhenano displicuit, Leid. uterque, Harl. 2. Gaertn. et Hav. Idem autem primum mihi in Aldina ed. obvium fuit; quam vetustiores, ut Geb-

hardus monnit, haberent *ubi signum int.* Sed cui signa primum Voss. uterque, et Harl. 1. quomodo passim Noster aliquae omnes scriptores loqui amarunt. Livius III. 19. ‘Prins in elivum Capitolinum signa intulisti, quam hos hostes de foro tolleretis?’ cap. 60. ‘Postquam multa jam dies erat, jubet signa inferri consul:’ et paullo post, ‘Consul Romanus prins, quam totis viribus fulta constaret hostium acies, intulit signa.’ IV. 18. ‘Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Veientem Capitolinum Quintius intulit signa.’ XXV. 24. ‘Prinsnam signa Acradinam admovevit, præmittit Syracusanos.’ XLIV. 12. ‘Alii aliunde coibant, convocabanturque, ut signa in urbem inferrent:’ et sæpius alibi. Cic. pro Flacc. cap. 2. ‘Damnatus est is, qui Catilinam, signa patriæ inferentem, interemit.’ Orat. Philipp. v. 8. ‘Atque ille furens jam patriæ signa Brundisio inferebat.’ Cæsar Belli Gall. I. 25. ‘Romani conversa signa tripartito intulerunt.’ III. 25. ‘Centurionibusque nominatum adpellatis, reliquos cohortatus milites, signa inferre, et manipulos laxare jussit.’ Belli Civ. I. 82. ‘Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere.’ Frontiū. II. 1. ex. 9. ‘Languentibus jam Atheniensibus, concitatis intulit signa, et ipsos cecidit.’ Tac. Annal. XIV. 30. ‘Se ipsi stimulantes, ne muliebre et fanaticum agmen pavescerent, inferunt signa, sternuntque obvios.’ Florus I. 22. § 3. ‘Inferentem signa filium mater Veturia laerimis suis exarmavit.’

§ 2 *Intra vallum deinde cædes magis, quam prælium, esse]* Pal. 3. *Intervalum deinde deinceps cædes.* Gebh. Nostri nihil mutant, nisi quod *cædes magna, quam prælium, esse præferat Lipsiens.* Quæ lectio ferri posset, si plures accederent codd. Nam alibi quoque *magis, vel potius, ante tñ quam,* Livius per ellipsis omittere

solutus est. Vide ad Liv. XXXIV. 49. § 10. Klockius in contextu exemplaris sui vocem *magis* induxit, quasi vellet *intra vallum deinde cædes, quam prælium, esse.* Verum quum reliqui codd. *tñ magis* servent, illud neque inducendum, neque in *magna mutandum* arbitror.

Tumultus e castris et in urbem penetrat] *Tumultus est castris Lipsiens.* Deinde voculam et perperam omitunt Voss. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Eadem etiam deest in Mediol. ed. 1495. et in Veneta 1498.

§ 3 *Paullisper aversi turbatique sunt]* *Adversi* Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. et Port. sollemni et passim obvio errore. Vide ad II. 31. § 6. *aversi*, nempe ab obpugnatione castorum ad Veientes, qui Romanos adoriebantur. *Præterea turbatique sunt Romani Gaertn.* Sed ultima vox ex glossa addita est, quæ modo præcessit. Neque de aliis, quam de Romanis, hæc verba intelligi posse, sequentia satis ostendunt.

Eques, ab consule inmissus, Tuscos fundit fugatque] *A consule Port. ad Cos.* Lipsiens. quod et ipsum ab consule antiquitus lectum fuisse persuadet. Deinde missus, pro inmissus, Port. a m. pr. et Harl. 2. de quo errore jam supra egi ad cap. 31. hujus lib. § 2. *Et adeque ab cons. immissos Tuscos Flor.* Tandem *Etruscos* Port. a m. sec. Vide h. lib. cap. 47. § 6. sed in margine ejusdem codicis pro varia lectione adscriptum *Veios*, quod ex interpretatione ac glossa natum. Per *Tuscos* enim Veientes hic intelliguntur.

Eademque hora duo exercitus, duæque potentissimæ et maxime finitimæ gentes superatæ sunt] Legendum ad volumen scriptum *duæ potentissimæ et maximæ, finitimæ.* Rhen. Quæ adnoto, prænente Rhenano, exseqnor. Quippe et hic locus ejus judicio constitutus, ac per omnes posteriores edd. propagatur. Et, ut verum fa-

tear, assentitnr Pal. 1. nisi quod, re-
cisis conjnnectionibus, scribat eni-
Pal. 3. et Camp. eadem hora duo exer-
citus, duæ pot. et maximæ finitimæ.
Pal. 2. præit, ut edidit Andreas re-
tentis his copulis, eadem hora duo exer-
citus, duæ potentissimæ finitimæ.
Gebh. Copula utroque loco deleta
eadem hora duo exercitus, duæ poten-
tissimæ Flor. Harl. 2. Leid. 1. et
Lipsiens. eadem hora hii duo exercitus,
duæ potissimæ Gaertn. Sed illud hii
inde natum censeo, quod pro duo per
notas numerales scriptum fuerit II.
quod alii pro pronomine accipientes
ii et deinde hii scripserunt, quod
utrumque librarius cod. Gaertn. in
contextum admisit. Alibi etiam pro-
nomen ii et nota numeralis II, sive
duo, in MSS. commisceantur. Vide ad
xxxvi. 43. § 11. ‘Potissimus’ autem
et ‘potentissimus’ etiam aliis locis
a librariis confundi solent. Vide
Corte ad Plin. Ep. iv. 4. § 1. Deinde
finitum agentes Leid. 1. ex qua
scriptura patet, id quod jam aliquoties
supra notatum est, librarium
ejus cod. voces unico contextu olim
conscriptas male divisisse, quum dare
debuisset *finitum gentes*. ‘Finitimæ’
eadem forma, qua etiam scriptum
fuit ‘æditimus,’ pro ‘æditimus,’
unde exulta litera m, deinde factum
‘æditnus;’ qua insuper ‘optimus,’
‘maximus,’ et similia. Vide ad iv.
iii. § 4. Præterea eademque hora duo
ex. duæ potentissimæ et maximæ Port.
eademque hora duo ex. duæ potentissimæ
et maximæ gentes Voss. 1. eademque
hora duo ex. duæ potissimæ et maximæ
Leid. 2. eademque hora duo ex. duæ
potentissimæ Hav. eademque hora duo
ex. duæque potentissimæ et finitimæ
edd. quas vidi, omnes usque ad Al-
dum, qui recepit eadum hora duo exer-
citus, duæ potentissimæ et maximæ.
Sed in erratis maxime loco τὸν maxi-
mæ reponi jussit. Voces et maximæ
exsolant etiam a Lipsiens. Quæ om-
nes, aut certe pleræque lectiones,

quiibus partim τὸ potentissimæ, partim
τὸ maximæ omittuntur, partim etiam
maximæ in maxime mutatur, inde ortæ
sunt, quod duo nomina adjectiva
uni substantivo, non intercedente co-
pula, minus recte jungi, nasuti libra-
rii existimaverint. At vide quæ de
hac re notantur ad i. 14. § 7. Ne-
mo, ut puto, ægre latus fuisse, si
Livius inverso ordine scripsis-
set potentissimæ et maximæ gentes
finitimæ. Id quod vulgatis edd. cir-
cumfertur, eademque hora duo ex. duæ
que potentissimæ et maximæ, superest
in Voss. 2. et Harl. 1. Sed recte
Rhenan. duæ, non duæque. Et ita
maxima pars codd. Livins iv. 33.
‘Quum duæ acies, duo diversa prælia
circumventos Etruseos et a fronte et
ab tergo urguerent.’

§ 4 *In Latino agro posuerant castra]*
Pal. 1. posuerunt. Gebh. Omnes nos-
tri in receptam lectionem conspirant.

Populatique fines erant] Postulati
fines erant perperam exhibet Hav.

*Eos per se ipsi Latini, absuntis Her-
nicis]* Eos persecuti Latini non recte
Voss. 2. Deinde absuntis Leid. 1.
De quo errore vide ad hujus libri
cap. 42. § 4. *assumpti Hernicis male*
Lipsiens. Tum vox Hernicis abest a
contextu Port. sed a m. sec. margini
adscripta est. Præterea *exilio*, pro
auxilio, habet Hav. manifesto scriba-
rum lapsu. Denique *exerunt*, pro *exue-
runt*, Voss. 2. *castra exerunt*, pro
castris ex. Lipsiens.

§ 5 *Ingenti præda, præter suis recu-
peratas res, potiti sunt]* Sunt potiti, in-
verso ordine, Leid. 2. recuperatas in
cod. suo esse Klockins monuit: et
ita in Flor. a m. pr. legitur. Vide
infra ad lib. viii. 18. § 1.

*Missus tumen ab Roma consul in Vol-
scos]* Missus tum Hav. et Gaertn.
quod genus erroris, ex compendiaria
scribendi ratione ortum, in MSS. fre-
quentissimum est. Vide ad xxii. 17.
§ 5. Tum a Roma Voss. 1. Lipsiens.
a m. sec. et Hav. a Romañ, id est, a

Romanis, Leid. 2. ab Romā Leid. 1. Ceterum post voces *consul* in *Volscos* omnia deerant in Hav. usque ad voces *editum* in *Volscos*. Cui peccato ansam librario negligentē dedit repetitio vocum in *Volscos*. Vide ad ix. 11. § 11.

C. Nautius] Et hic et supra immutat nomen Pal. 2. *C. Mantius*. Gebh. *C. Martius* Lipsiens. Gaertn. et Harl. 2. Quomodo etiam cap. prae. § 6. legebat Hav. Male. Vide quae ibi notantur. Verbis seqq. *Mox credo pro Mos credo*, Gaertn. Vide ad iv. 8. § 5. Deinde *socios proprios viribus consiliisque* Leid. 1. *socios propriis viribus consulis*, que Lipsiens. *propriis socios viribus consiliisque* edd. antt. usque ad Aldum, qui verba eo ordine digessit, quo nunc circumferuntur. In eum etiam conspirant omnes reliqui codd.

§ 6 *Nullum genus calamitatis contumeliaeque non editum in Volscos est*] *Nullum bellum calamitatis, et editum in Volscos esse* Gaertn.

Nec tamen perPELLi potuere, ut acie dinicarent] Archetypus scriptum habet, nec tamen *perpeti potuere*. Suspicer, scripsisse Livium, *haec tamen perpeti potuere, quam ut acie*. Subanditur 'potius,' aut 'facilius,' aut simile comparativum more Græco. Quod orationis genus etiam alibi indicabimus in libris seqq. *Rhen.* Scriptum erat primo *perPelli*, quia antiquiores non geminabant consonantem; ita, ut vitarent dicere *olla*, faciebant *aula*. Quo hic quoque non intellecto, exiit *haec menda per omnes codd. fere, ut exhiberetur in illis, nec tamen perpeti potuere, ut in Pall. 1. 3. Campani ed. qnod et in sno reperit Rhenanus: unde divinabat, *haec tamen perpeti potuere, quam ut acie*, subandito 'potius,' aut 'facilius,' aut simili comparativo more Græcorum. Pal. 2. alludit ad vulgatam lectionem *Nec tamen pelli potuere*. Non displicet mihi, si e libris, quod vulgavit Andreas, *Nec tu-**

men perlici potuere. Gebh. *Tam, pro tamen, habet* Voss. 2. De quo errore vide ad xxii. 59. § 13. *Tum perpeti potuere* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. *perduci potuere* ejnsdem Oxon. L. 2. *pelli potuere* Harl. 2. et Hav. *perlici potuere* editi, quos consului, omnes usque ad Aldum, qui primus dedit *perPelli potuere*. Et id etiam servant Voss. 2. et Leid. 2. quod etiam rectius videtur. Audacius enim puto, ut *perPelli* probetur, *nec mutare in hac, et τὸ quam inseri, idque invitis editis*. Eamdem ob causam etiam Donjatus vulgatum probavit. De voce 'perpellere' hoc sensu plura vide ad iii. 30. § 4. Praeterea *demicaret* Hav.

CAP. LIV. § 1 *L. Furius inde et C. Manlius consules*] Dionysius Antiq. ix. p. 594. Αὐλῶν Μάνλιον nominat, cui assentior. Est enim idem 'Manlius,' qui paullo post in decemviratu et a Dionysio Antiq. x. p. 680. et ab ipso Livio iii. 33. 'Auli' prænomine afficitur. *Sigon.* Sigonins ex Dionysio legit *Aulus*. Sed Pall. tres et prima ed. eundem *C. Manilium* nominant. Gebh. *L. Furius et C. Manlius inde consules* Harl. 2. Si tamen vocula *inde* in proponendis novorum consulium nominibus adhibetur, ea post primi nomen conlocari, non post secundi rejici solet. Vide hoc lib. c. 49. § 9. Sed voculam *inde* omittit Hav. Et alibi quidem illam, eive similem *deinde*, omisit Livius. Vide ad c. 16. § 1. Quum tamen in eam consentiant reliqui codd. horum auctoritatem sequi malo. *In, pro inde*, est in Leid. 1. Sed id factum est ex non intellecto compendio scribendi iiii. Vide ad x. 20. § 6. Praeterea alteri consuli in codd. scriptis constanter *Caii* prænomen tribuitur, præterquam in Gaertn. ubi *Cneus* dicitur. Μάρκος Μάριος Οὐαστῶν vocatur Diod. Sicul. Biblioth. xi. p. 274. corrupte, cui *Aulo* prænomen fuisse ob-

easdem, quas jam Sigenius adtnlit, rationes contendit Pighius in Annal. Rom. A. U. C. cclxxxix. p. 113. Fuit autem non tantum decemvir, sed etiam unus legatorum, qui legum describendarum eaussa Athenas missi sunt. Vide Liv. iii. 31. et Dion. Hal. x. p. 676. ubi constanter *Marci* prænomine adpellatur. Insper *Manilius*, et mox *Manilio*, habent Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Neque aliter est in priscis, quas vidi, edd. usque ad Froben. qui 1535. *Manlius* reposuit. Ubique hæc nomina communtantur. Vide ad xxxiv. 53. § 2. et mox ad § 3. *Manilius* . . . *Manlio* Flor. Tandem *consules facti* voce auctior Hav. Sed frustra. Vide ad c. 51. § 4. In verbis proximis *venientes* *provincia* Lipsiens. Vide ad iv. 52. § 7.

Non tamen bellatum] Et hic Hav. addito verbo substantivo *bellatum est*, reliquis omnibus nihil innovantibus. Mox *indicia*, pro *inducia*, Lipsiens. Deinde *impetrato* Voss. 1. errore passim obvio. Vide ad ix. 30. § 10. Manus tamen emendatrix priori literæ t notam addidit, quæ index sit, eam delendam esse.

§ 2 *Agrariae legis tribuniciis stimulis plebs furebat*] *Agrariae legis tribunitiae* Hav. Verum male: plebs furebat stimulis agrariae legis, sed 'tribuniciis,' sive qui a tribunis plebis subditi erant, quibns tribuni plebem incitabant. Præterea *plebes* Voss. 2. Vide ad c. 24. § 2. hujus libri. Inter lineas tamen a m. see. adscriptum est *plebs*, quam lectionem reliqui codd. retinunt. In margine Lipsiens. duplex varia lectio adscripta legitur, pro *furebat*, alias *præferre fremebat*, alias *ferebat*. Alibi 'furere' et 'fremere' in MSS. confunduntur. Vide Heinsium ad Sil. Ital. x. 312. et Burmann. ad Albinov. Eleg. ad Livi- am vs. 101. Ibidem etiam confunduntur 'furebat' et 'ferebat.' Vide quæ notavi ad Silii xii. 267. Vulgatum ta-

men, reliquorū codd. testimonio probatum, verum est. 'Furit' hic plebs tribuniciis stimulis ad seditionem incitata eodem sensu, quo 'furor' de seditione dici vidimus hoc lib. c. 34. § 11. Et ita *furores tribunicii* iv. 2. 'Negabant consules, jam ultra ferri posse furores tribunicios.' Voces furebat, &c. *Genucius tribunus plebis* desunt omnes in Gaertn.

Abeuntes magistratu consules Genucius tribunus plebis arripuit] Mirum vero, quo jure Genutius hosce apprehenderit consules. Neque enim quicquam causæ narrat Livius: et Servilius (quamquam illi, quod peccaverat, objici potuit) strenue se defendebarat. Verum apud Dionysium ix. p. 595. clarior longe narratur causa. Consulibus enim Sp. Cassio ac Proculo Virginio senatusconsultum factum erat; quod, quia ad horum annorum historiam planius intelligendam multum lucis afferre visum, placuit nobis hic referre ex libro utcumque Latino: neque enim codicis Graeci copiam habere, ut ante diximus, potuimus, ex quo vel male versa emendaremus, vel per librarios corrupta restitucremus. Est autem hujusmodi decretum [Antiq. viii. p. 544.] 'Decemviros consulares creari aeo maximos, qui, terminos regioni publicæ ponentes, declarant, quantum ejus locari, quantumque dividi populo oporteat: æquo autem jure civibus ac sociis. Si quam postea acquirant communiter militantes, contingentem quibnsque partem secundum conventa tradi: electionemque horum virorum distributionenque sortium et cetera, quæcumque fieri oporteat, futuros consules perficere.' Hæc ille. At id statim post Cassii mortem a consulibus Q. Fabio ac Servilio impeditum ad hos usque annos jacuit. Id tribunum Genutium ac plebem male habuit, quod consules in exequendo senatusconsulto cessabant, ideoque in jus traheban-

tur. *Glar.* Pro *abeentes*, Lipsiens. præfert *adeunte*. Præterea mirum accidit, *Genucii tribuni prænomen a Livio omissum esse: abeentes magistratu consules Gn. tribunus plebis*, Port. habet in contextu. Sed in margine pro *Gn.* emendatur *Genutius*. *Cn. Genutius. tr. pl. arripuit Flor.* Vera lectio exstat in Leid. 1. et *Hearnii Oxon.* C. qui præferunt *abeentes magistratu Cn. Genutius*, vel *Genucius, tribunus plebis*. Vox *consules*, quæ in vulgaris edd. reliquisque codic. adparet, per compendium scribitur *cons.* Id autem natum est ex nota, qua prænomen *Cnaeus* exaratur *Cn.* Vide hoc cap. ad § 6. Td *consules* tuto abesse potest, quum modo præcesserit, et de iis verba fieri non modo ex superioribus, sed et ex sequentibus pateat. Quin et expresse Γνάος Γενύκιος vocatur apud Dionysium Antiq. ix. p. 595. Eam itaque scripturam in contextum recepi. Præterea *Genitius*, pro *Genucius*, est in Hav. *Genicius* in Lipsiens. Vide ad c. 52. § 3. *Tum tribunus pl'us*, id est, *populus*, Lipsiens. a m. pr. Denique *invasit*, pro *arrivuit*, Oxon. C. ab *Hearni* consultus, quod ex glossemate vel interpretatione marginali in contextum inrepsisse puto. Infra iii. 58. ‘Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius, invidiæ proximus, quod in Urbe fuerat, quum injustæ vindiciæ a collega diceerentur.’

§ 3 *L. Æmilius et Opiter Virgininus consulatum incunt*] Legendum *L. Æmylius tertium*: bis enim antea consul fuit, anno CCLXX. iterum anno CCLXXVI. *Glar.* Glareani conjecturam invitis libris scriptis admittendum non esse, evincunt, quæ notantur ad c. 16. § 7. Ceterum jure miramur negligentiam Doujatii, qui ad hunc locum notare sustinuit, *L. Æmilium alias vocari T. Æmilium*, pro eo vero Sigionum ex Dionysio legi jubere *Ti. Æmilium*; quum ea rejicienda sint ad hujus lib. c. 61. idque

sentire potuisse ex Dionysii mente, qui, ut ipse in sequentibus observat, hujus anni consulem, non *Tib.* sed *L. Æmilium* vocat. Præterea *Opitum Lipsiens. Oppiter Voss.* 1. et *Gaertn.* Denique *Virginius Flor.* Leid. 1. *Gaertn.* et *Voss.* 2. *Virgineus Voss.* 1. et *Leid.* 2. Vide ad c. 17. § 1. Mox etiam *Virginio Flor.* *Voss.* ambo, *Gaertn.* et *Leid.* 1. *Virgineo Leid.* 2.

Vopiscum Julium in quibusdam pro Virginio annalibus consulem invenio] In omnibus nostris, qua MSS. qua excusis, reperi hunc ordinem, *Vopiscum Julium pro Virg. in quib. ann. cons. inv.* quem cur alii mutarint, rationem non invenio. *Gebh.* In quem ordinem digesta vocabula Gebhardus invenit, in enmdeum mihi quoque obvia fuerunt in *Voss.* 2. *Leid.* ntroque, *Harl.* ntroque, Lipsiens. Port. *Hav.* et priscis edd. usque ad Basil. 1539. ubi demum ordo ille mutatur. Quare codicium auctoritati cedendum, ac pristinam lectioñem revocandam censui. Insuper addito prænomine *pro L. Virginio in quib. ann.* habet *Gaertn.* Præterea *Vepiscum Leid.* 2. *Opiscum Voss.* ambo, *Harl.* 2. Lipsiens. *Gaertn.* Port. et *Hav.* Deinde *Vilium*, pro *Julium*, præfert *Hav.* Tandem *consules invenio*, pro *consulem inv.* *Flor.* et *Gaertn.* Vide ad x. 10. § 2. Ceterum *Vopiscum Julium pro Virginio consulem hoc anno ediderunt Fasti Capitolini*, in quorum fragmentis solum alterius consulis cognomen *IVLVS* superest, quod non Virginiorum, sed Juliorum vetus cognomen est. Vide Pighium in Annal. ad A. U. C. CCLXXX. p. 114. qui insuper observat, Livio consentire Marianum et Cassiodorum; at Fastis Capitolini tabulas Græcas, Dionysium Aut. ix. p. 594. et Diodor. Sicul. Biblioth. xi. p. 275. nisi quod in posteriore corrupte edatur Λέύκιος Στρόνδιος Ιούλιος.

Hoc anno (quoscumque consules ha-

buit) rei ad populum Manlius et Furius circumcunt] Quoscumque consules rei ad populum habuit Voss. 1. et Leid. 2. quoscumque consules habuit re ad populum Port. a m. pr. Sed pro re a m. sec. rep^a, emendatum est: quoscumque consules habuit resp. vel respub. ad populum Harl. 2. et Hav. quoscumque consules habuit respub. populum Gaertn. quoscumque consules Romanus populus habuerit, Manlius et Furius Hearnii Oxon. N. Tot modis verba quam maxime sana et intellectu non difficilia corruperunt indocti librarii. 'Rei ad populum' est in judicio, apud populum accusati. Infra xxxviii. 55. 'Ceterum ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem reus exemplo factus L. Scipio:' ubi vide, ut et ad vii. 7. § 4. Præterea Manlius Voss. ambo, Leid. 2. Harl. ambo, Gaertn. Port. a m. sec. et Hav. Vide hoc cap. in princ. Post vocem autem Manlius additur in Gaertn. ob legem agrariam facti rei. Quæ verba, olim pro lemmate vel glossemate margini adscripta, postea male in contextum admissa sunt.

Circumeunt sordidati, non plebem magis, quam juniores Patrum. Suadent] Pal. 1. et Campani ed. sordidatique non plebem. Pal. 2. sordidatique non Patres magis, quam miiores Pal. 3. vero sordidatique non plebem magis. Nihil sani. Vulgatum expressit quoque Andreas. Gebh. Sordidatique non plebem magis, quam juniores Patres Voss. 1. a m. sec. (nam a m. pr. habet juniorum Patres) et Leid. 2. sordidatique non plebem magis, quam juniores Voss. 2. Gaertn. et Port. sordidatique non Patres magis, quam juniores Harl. 2. et Hav. sordidatique non plebem magis, quam juniores Leid. 1. et Harl. 1. sordidam non plebem magis, quam juniores Lipsiens. Solæ edd. hic veram exhibit lectionem, quæ non est sollicitanda.

§ 4 Suadent, monent] Vet. lib. monentque. Sigan. Suadent monentque

solus Pal. 2. qui nisi pluribus in locis melior Siganiano esset, crederem alternumque ab altero esse descriptum. Reliqui duo cum edd. suadent, monent. Gebh. Etiam nostri omnes cum edita lectione conspirant, nisi quod monentque sit in Hav. monentque in Hearnii Oxon. L. 2. et C. Infra iii. 12. 'Suadere et monere, juvenem egregium, instructum naturæ fortunæque omnibus bonis, sum, quam alienum, malling civem esse.' iv. 48. 'Suadendo, monendo, pollicendoque, gratum id singulis privatim, gratum universo senatui fore.' Sed numero et auctoritati integerimorum codicium, copulam ignorantium, palmam dandam censeo. Suadent, monent ἀσύνδετως junguntur, ut 'Monere, prædicere' ii. 10. 'Itaque monere, prædicere, ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant.' Convoca, jube' iii. 45. 'Proinde omnes collegarum quoque licetores convoca, expediri virgas et securis jube.' 'Hortantur, orant' xxix. 2. 'Ut fluctuantia viderint signa, hortantur, orant, ut percusso invadant.' Similiter 'Fnndere,' 'fnngare.' Vide ad xxxviii. 53. § 2. 'Ferre, agere' iii. 37. 'Hi ferre, agere plebem, plebisque res:' et ita passim in aliis. Vide etiam Jac. Gron. ad Liv. xxii. 60. § 10.

Honoribus et administratione reipublicæ abstineant] Pal. 3. et ab ministracione. Gebh. Auctoribus, pro honoribus, Klockian. Deinde et ab ministracione etiam Port. et ab administratione Lipsiens. ut ab honoribus et administrationibus reipublicæ abst. Harl. 2. Hinc videri posset Livius scripsisse, ut ab honoribus et ab administratione reipublicæ abst. Verius tamen puto, rō ut interpretis additamentum esse. Solent enim Livius aliisque, eam vocalam post verba monendi per ellipsis omittere. Vide ad xxxix. 27. § 2. Præterea subscribo codicem turbae, præpositionem ab omittentium,

quum utraque locutio, ‘abstinere aliqua re,’ et ‘ab aliqua re,’ Livio in usn fuerit, licet, eum amasse præpositiones, unde verba componuntur, repetere, supra dictum sit ad Præfat. § 11. quod tamen non ubique captandum est. De locutione ‘abstinere aliqua re,’ vide ad v. 43.

§ 8.

Claris insignibus relut infulis velatos ad mortem destinari] Varr de Ling. Lat. vi. p. 70. ‘Infulas dictas apparet in hostieis, quod velamenta e lana quæ adduntur, infulæ, intra hostiarum cornua velamenta erant. Itaque cum ad sepulcra ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, sed velatas frondenteis comas: ubi vide Scalig. Florus iv. 2. § 92. ‘Quæ omnia velut infulæ in destinatam morti victimam congregabantur.’ Marcellin. xxviii. 4. ‘Nonnullos fulgentes sericis indumentis, ut ducendos ad mortem, vel, ut sine diritate omnium loquamur, prægresso exercitu arma cogentes manipulatum concitato fragore sequitur multitudo servorum.’ Klock. Destinati, pro destinari, est in Lipsiens.

§ 5 *Dulcedo sit, ita animum nunc jam inducant] Luxatæ et depravatæ voces ita leguntur in antiquis libb. jam nunc ita in animum inducant. Qui dicendi modus olet undique Livianam formam. Sigon. Pertinax consensus in Pall. MSS. et priscis edd. jam nunc ita in animum inducant: quod Liviano dicendi modo congruere autumat Sigonius. Gebh. Sigonianam emendationem firmant omnes nostri codd. nisi quod *jam tunc ita in animum inducant* habeat Voss. 1. *jam tunc in animum inducant* Leid. 2. Sed *tunc*, pro *nunc*, adscribendum est errori librariorum, qui alibi has partienias confuderunt. Vide ad xxxvii. 4. § 9. Eamdem firmant etiam vetustissimi ex editis. Frobenius de num 1535. vulgavit *jam nunc ita animum inducant*, invitis omnibus meis*

inducta præpositione, quum Livius potius ‘in animum inducere’ uti soleat. Vide ad 1. 17. § 4. Basileenses deinde 1555. dederunt *ita animum nunc jam inducunt*. Verum Livius si duas illas voculas jungit, eo ordine conlocat, ut dicat *jam nunc*. Vide ad xxxi. 32. § 3.

Ab tribunicia potestate esse] A tribunicia potestate Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Lipsiens. et Gaertn.

*Consuli, velut adparitori tribunicio, omnia ad nutum] Consuli vñ velut apparitori, id est, consuli vero, Port. Sed vocula vero est ex illis particulis, quibus nasuti scribæ orationem Livianam, eorum sententia male cohærentem, connectere soliti sunt. Vide quæ notantur ad xxi. 13. § 2. Reliquis itaque codicibus, rð vero nescientibus, adhæreo. Præterea *velut adparitori, tribunicia omnia Lipsiens. Deinde omnia ad mictam* Voss. 2.*

§ 6 *Si respexerit Patres, si aliud, quam plebem, esse in republica crediderit] Octo priora vocabula perperam aberant a Leid. 2. si se respexerit Patres est in Port. a m. sec. qui insuper rð esse non agnoscit. Tum esse rempublicam crediderit habet Hav. esse in rempublicam crediderit Gaertn.*

*Exsilium C. Marci, Menenii damnationem et mortem sibi proponat] Cn. Marci, vel Marci Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Hav. etiam Voss. 1. a m. pr. Postea tamen prænomini notæ a m. sec. addite, quæ docent, librarium credidisse, illud delendum esse. Omittitur etiam in Leid. 2. *exsilium consulis Marci* vel *Marci Voss. 2. Lipsiens. et Port.* qui error natus est ex non intellecto compendio Cn. quo prænomen *Cnaus* scribi solet. Vide hoc cap. ad § 2. De Marci prænomine, quod *Caius*, non *Cnaus*, fuit, vide supra ad Epit. hujus lib. Præterea *dannationes* Hav. Tum *præponut* Lipsiens. *proponit* Voss. 2. *propont* Voss. 1. Leid. uterque, Gaertn. et Harl. 1. cum priscis editis ante*

Aldum, qui primus proponat restitui curavit.

§ 7 *Consilia inde, non publica, sed in privato]* Puto concilia. Cœtus enim, conventus, congressus consiliorum ergo intelligit. J. F. Gron. Vide eundem Gronovium pluribus ad Liv. XLIV. 2. § 5. Codd. tamen constanter *consilia præferunt*. Mox *publico* Voss. 2. et Harl. 2. quasi voluisse, *non in publico, sed in privato*. Verum reliqui codd. qui omnes vulgato adhærent, nihil innovandum evincunt.

Seductaque a plurium conscientia habuere] Vet. lib. *seducta a plurium consc. habere*, ut sit dicendi modus ille frequentissimus, qui infinitivo profertur. Sigan. Male *seductaque a plurium consc. habuere* et in antt. edd. et in MSS. traductum. Melius alii *haberi*. Sed optime Pall. tres, consentiente Siganio, *seductaque a plurium consc. habere*: nisi quod Pal. 2. Siganiano adulans *seducta a plurium consc.* Sic mox hoc cap. ‘Nec Patres satis moderate ferre lætitiam.’ Gebh. Vide Gronovium ad Senecæ Consolat. ad Helviam c. 16. Duk. *Seducta, omissa copula, inuenio in Gaertn. et Hav. sed habuere in Voss. 1. Leid. utroque, et Harl. 1. Hearne etiam in Oxon. N.* Sæpiissime librarios orationem per infinitivum prolatam corrupisse, supra vidimus ad 1. 50. § 5. Unde tamen evenisse dicemus, ut scripti integrerrimi hic vitiosam, reliqui veriori lectionem servarint? Male etiam *plurimum, pro plurium*, Harl. 1.

Jure an injuria eripiendos esse reos] Aut *jure aut injuria* Gaertn. nullo alio adstipulante. Male. Sensus est, constitisse inter Patres, eripiendos reos esse; perinde autem habnisce, utrum id jure an injuria fecisse existimarentur, utrum ad id obtinendum jure an injuria grassarentur; quo cummodo eripiendos esse. Præterea *eripiendos* Harl. 2. Sed vulgatum seruo. Suet. in Aug. cap. 56. ‘Cunctari enim se, ne, si superasset, eriperet

legibus reum.’ Eodem cap. ‘Unum omnino e reorum numero, ac ne emi quidem, nisi precibus, eripuit, exorato eorum judicibus accusatore, Castriatum.’ Quinctil. Instit. Orat. vi. 1. ‘Fuit quondam inter hæc omnia potentissimum id, quo L. Murenam Cicero, accusantibus clarissimis viris, eripuisse præcipue videtur.’ Valer. Max. vi. 2. ex. 4. ‘Cn. Piso, quum Manilium Crispum reum ageret, eumque, evidenter nocentem, gratia Pompeii videret eripi.’ Præterea eos, pro reos, Hav.

Nec auctor quamvis audaci facinori deerat] Nec actor Leid. 2. sæpe obvio in MSS. errore. Vide ad 1. 26. § 5. Deinde quamquam, pro quamvis, Harl. 2. Male. Supra 1. 4. ‘Posse quamvis languida mergi aqua infantes, spem ferentibus dabat.’ xxxiv. 19. ‘Semperque victores ex quamvis temere excepto certamine abire.’ Vide Dukerum ad cap. 51. § 7. Denique audaci facinore Voss. 1. et Leid. 2. Mox *Jugiter jud. die pro Igitur jud. die Flor.*

§ 8 *Quum plebs in foro erecta exspectatione staret]* Erecta perperam Voss. 2. Lib. III. 47. ‘Quum civitas in foro exspectatione erecta staret.’ xxvi. 22. ‘Erectis omnibus exspectatione, quidnam postulaturus esset.’ ‘Erectus in exspectationem’ Livius dixit xxi. 20. ‘Civitatem omnem in exspectationem belli erectam invenierunt.’ Soliti autem fuerunt librarii has voces confundere. Vide ad III. 5. § 7.

Mirari primo, quod non descendenter tribunus] In Pal. 1. videtur esse qui non descendenter; non abludente Pal. 2. quid non descendenter. Gebh. Pal. unus ex melioribus et Rott. quid non, ut et Siganianus: alter, qui non descendenter. Ea vera lectio est. Sic xxvi. 3. restituimus. ‘Qui autem solum se restantem prodesse reipublicæ, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset, potuisse?’

xxx. 10. ‘Qui enim restitissent agili et nautico instrumento aptæ et armatae classi naves tormenta machinæque portantes.’ J. F. Gronov. Signorius in prima Scholiorum ed. monuerat, se in vet. lib. invenisse quod non descenderet, eamque lectionem in contextum receperat. Eamdem vero in iteratis edd. postea servavit, licet in illis scholion hoc omiserit. Ceterum omnes, quibus usus sum, codd. constanter vulgatam scripturam retineunt; quare probare nequeo factum virorum doctorum, qui eam unius vel alterius Ms. anctoritate mutare conati sunt. Quin et alibi illud ‘miror quod’ Gronovio apud Livium dispiuit, ut xxxiv. 57. ‘Ex eo genere quum Antiochus esset, mirari se, quod Romani æquum censeant, ei leges dicere.’ xxxviii. 10. ‘Eo tandem legati Ætolii, mirante consule, quod morarentur, venerunt: quibus locis similiter qui vel quid loco τοῦ quod, quamvis codd. disseuntiant, substituendum conjectit; ita tamen, ut, quemadmodum ultimo loco addidit, non ubique hunc generi loquendi controversiam movendam censuerit. Neque etiam potest, quum et Cicero non semel ita loquatur. Ut de Divin. ii. 24. ‘Vetus illud Catonis admotum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset.’ ad Attic. xvi. epist. ult. ‘Non dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sæpius.’ ad Att. vi. 9. ‘Admiratusque sum, quod nihil minus ad me tua manu scripsisses.’ Et ita etiam optimi quique. Putem igitur, vulgatum, magna codicim turba firmatum, satis commode ferri posse.

Deinde quum jam mora suspectior fieret] Dein Flor. et Leid. 1. Vide ad iii. 3. § 6. Præterea suspectior fuerit Lipsiens.

Deterritum a primoribus credere] Detentum Hearne Oxonii invenit in

cod. C.

Dcserum ac proditam caussam publicam] Et proditam Leid. 2. Deinde publicam caussam edd. vetustissimæ usque ad Aldum, qui inverso ordine primus caussam publicam vulgari curavit. Et ita præferunt omnes, qui bus usus sum codd. scripti.

§ 9 *Fuerant, nunciant domi mortuum esse inventum] Ultima duo vocabula deficiunt in Pal. 1. Andreas edidit nunciant: domi mortuum inventum. Gebh. Erant, nunciant domi fuisse mortuum inventum Harl. 2. mortuum fuisse inventum Port. nunciant domi mortuum inventum omnes priscae edd. usque iterum ad Aldum, quo auctore mortuum esse inventum excusum est. Nam lectionem servant reliqui codd. manu exarati, quos adhibui.*

*Quod ubi in totam concionem pertulit rumor] Pal. 2. quod ubi totam contentionem perculit rumor. Miror hic Singtonianum a germano suo divortium fecisse. Gebh. Cnm Pal. 2. hic facit Hav. sed male. Infra iii. 3. ‘Tanto cum tumultu invasere fines Romanos, ut ad Urbem quoque terorem pertulerint.’ xlii. 16. ‘Ibi adeo secreta ejus curatio fuit admittentibus neminem, ut fama mortuum in Asiam perferret.’ Primo præpositio *in*, quæ hac nota ī scribi solet, exciderat ob ultimam literam proximæ vocis. Vide ad xxxvii. 41. § 8. Ea intercepta librariis pronum fuit *pertulit* mutare in *perculit*. Alibi enim sæpe ita pecarunt. Vide ad xxxv. 27. § 16. Ceterum *in totam concionem tulit rumor* erat in Leid. 2.*

Sicut acies funditur, duce occiso] Pal. 3. confunditur. Forte, ut Ovid. Amor. El. iii. 9. 15. ‘Nec minus est confusa Venus, moriente Tibullo:’ et Plinius Secundus iii. 10. ‘Præterea veritus sum, ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam gravissimi luctus reduxissem.’ Ita Diodorus Sic. iii. Συνεχύθη τὴν ψυχήν. Gebh. Acies confunditur etiam

Havl. 2. Port. Gaertn. et Hav. quod ex interpolatione natum esse, evincent sequentia *ita dilapsi passim, alii alio.* Indicant enim, similiter plebeios, qui in comitium convenerant, Genuci morte audita, alium alio, dilapsos esse, quemadmodum exercitus in prælio dispergi solet, quum ducem cecidisse intelligit. ‘Fundere aciem,’ est dispergere, efficere ut dilabatur, in fugam conjicere. Supra hoc lib. e. 43. ‘Quum consul ita instruxisset aciem, ut solo equitatu emisso exercitum hostium funderet, insequi fusos pedes noluit.’ e. 47. ‘Se victorem fuso altero cornu adesse.’ Hinc junguntur ‘fundere et fugare,’ vel etiam, omissa copula, ‘fundere, fugare.’ Vide ad XXXVIII. 53. § 2. Omisso τῷ funditur, Lipsiens. præfert sicut *acies, duce occiso; ita dilapsi passim alii alio:* ut ad prius membrum ex posteriori repetendum sit; ‘sient’ dilabitur ‘acies duec occiso.’ Verum ejus unius testimonium reliquorum consensu refellitur.

Quam nihil auxiliū sacratæ leges haberent, morte collegæ monitos] Quod nihil auxiliū Voss. 2. Harl. 2. et Hav. q^a, id est *quia, nihil auxiliū* Port. Utramque lectionem ex librariorum errore natam puto. Solent enim *passim quam et quod* commutari. Ita Gron. III. 52. § 2. pro *scio quod*, reponendum contendit *scio quam*. Simili etiam labe Phædrum inquinatum putat Fab. v. 2. 2. ubi et aliud exemplum ex Nason. Fast. IV. 529. Burmannus laudavit. Solent etiam voces *quod* et *quia* inter se confundi. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *quamquam nihil auxiliū*, id est, *quamquam*, Gaertn. Sed et hic errore scribæ τὸ *quam male duplicatum* puto. Contra *quam*, pro *quamquam*, sæpius datum invenio. Vide ad IV. 12. § 8. Verbis proxime præcecdi. *favor, pro favor,* erat in Leid. 1. et Gaertn. Sed et hic error in MSS. frequens est. Vide ad III. 33. § 7. Præterea *auxiliis, pro auxi-*

lii, habet Leid. 1. Sed librarius in fine hujus vocis perperam iteravit primam literam sequentis: quod præsertim in litera *h* hac sibilante sœpe evenit. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

§ 10 *Adeoque neminem noxæ pœnitentiat]* In exemplari scripto legitur *noxiae.* Dicitur autem ‘noxia’ substantive non minus, quam ‘noxa.’ Hoc admonendum duxi propter eum, qui hic, pro *noxia*, scripsit *noxae*, velut emendans locum. Rhen. Vet.lib.*noxae.* Sigan. Quod ad sensum adinet, nihil interest, utrum *noxae*, an vero *noxiæ* legatur. Utraque enim vox culpam, peccatum, delictum notabit. Et quidem ambae eo sensu non modo apud alios scriptores, sed etiam apud Livini obcurrunt. ‘Noxa’ I. 1. e. 58. ‘Consolantur ægram animi, avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti:’ ubi unus codex *noxiam.* III. 42. ‘Illa modo in dñeibus culpa, quod, ut odio essent civibus, fecerant; alia omnis penes milites *noxa* erat:’ ubi etiam quidam codd. *noxia erat.* IX. 1. ‘Bona eorum, ne quid ex contagione *noxæ* remaneret penes nos, Romam portavimus.’ e. 8. ‘Quando neque de noxa nostra, neque de poena retristis.’ XXVII. 25. ‘De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio, defendantे ipso, quos eeperat armis; aliis infensis, et plerisque æquantibus eos Campanorum *noxæ pœnæque.*’ ‘Noxia’ vero x. 19. ‘Ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat: si quæ clades incidisset, desertori magis, quam deserto, *noxiæ fore.*’ Vide Sanctum in Minerva IV. p. 416. et quæ ibi notavit Perizon. etiam Burmannum ad Vell. Pat. I. 1. e. 12. *Noxiæ* tamen hic præferunt Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Integerrimorum igitur codicium auctoritate eam lectionem recepi; et quidem eo magis, quod verosimilius sit, librarios in aliis MSS. notiorem vocem minus usitatæ, quam in his non ubique obviam

notissimæ substituisse. Voces 'noxa' et 'noxia' pluribus instruantur apud auctores de Latinitate J. Ctorum veterum, quos junctim edidit Dukerus, p. 8. et seqq. Præterea *adeo quod*, pro *adeoque*, est in Port. et Hav. sed errore scribarum, qui sæpius ita lapsi sunt. Vide ad t. 8. § 6. ad hunc lib. c. 41. § 8. Error inde ortus est, quod libra-rii notas, quibus voculae *que* et *quod* per compendium exarantur, inter se confuderint. In verbis præcedid. *Nec satis Patres* habent vetustissimæ, quas vidi, edd. Aldus primus vulga-vit *Nec Patres satis*, ut præferunt li- bri scripti.

[*Palamque ferrent*] Legendum *pa-*
lamque ferretur, impersonaliter. *Rhen.*
Vet. lectio *palamque ferrent*. Sigan.
Palamque ferrent primum obcurrit in
Aldina ed. idque superest in *Hav.* et
Hearnii Oxoniensibus B. N. et C.
ferent in *Leid.* 2. *Gaertn.* et *Harl.* 2.
Reliqui codd. nostri et *Neapol.* *Latini*
cum edd. *principibus palamque*
ferretur: quoil recte *Rhenanus* re-
duxit, et probavit *Jac. Gronovius* sun-
pra ad *Liv. I.* 30. § 8. Sæpe *Livius*,
ut orationem variaret, eam ab activo
ad passivum, aut a passivo ad acti-
vum transferre solet. Vide quæ no-
tantur ad *IV.* 2. § 7. Tum *malum do-*
mandam *Flor.*

CAP. LV. § 1 *Sub hac pessimi ex-*
empli victoria] Magis forsitan ex
more Livii, *Sub hanc pessimi ex-*
empli victoriæ. Lib. *IV.* c. 44. 'Sub
judicij tempus plebem offensurum',
xxi. 2. 'Africo bello, quod fuit sub
recentem Romanam pacem' Alibi
xxxv. 31. 'Sub hanc vocem fre-
mitus variantis multitudinis fuit.' Hoc simplicius puto. Possit alias in-
terpretari vulgatum: quasi subnixi
hac victoria Patres delectum decre-
verint edixerintque: quod dicerent Galli, à la faveur de cette victoire. J. F. Gron. Vulgo grammatici ita dis-
tinguere solent, nt 'sub adventum'
notet paullo ante adventum, instantे

adventu; 'sub adventu,' quum jam
advenit. Sed distinctionem hanc va-
nam et a scriptoribus observatam non esse, recte docuit Burmann. ad *Vell. Pat. II.* 24. Vide etiam *Ondendorp*. ad *Front. I.* 5. ex. 9. et *III.* 9. ex. 1. Idem etiam ex multis *Livii* locis intelligi potest. Ita sæpius uti-
tur locutione 'sub idem tempus': ut *I.* 22. 'Utrumque legati fere sub
idem tempus ad res repetendas mis-
si.' Similiter etiam *XXXVII.* 11. et
18. *XLII.* 17. *XLIV.* 35. *XLV.* 25.
Idem autem est ac si dixisset, 'per
idem tempus,' 'eodem tempore: quibus locutionibus usus est *XXXVII.*
18. Pari modo 'sub hæc dicta' *VII.*
31. 'Sub hæc dicta omnes manus ad
consules tendentes pleni laerimarum in
vestibulo curiæ procubuerunt.' 'Sub hanc vocem' *XXXV.* 31. loco,
quem Gronovius laudavit. Quibus
locis non indicat quum hæc dicturus
esset; sed ubi hæc dixit, post hæc
dicta, ubi hæc dicta sunt, sive 'se-
*condum talem orationem,' nt inquit
XLV. 25. Contra 'sub adventum'
plerumque apud Nostrum pro in-
stante adventu usurpatur. At eodem
sensu 'sub adventu' adhibetur *XLV.*
10. 'Excesserunt urbe sub adventu*
Romanorum quidam, alii mortem sibi
consciverunt: ita constanter habent
omnes edd. etiam prima, quæ ex
unico codice procurata est. Pluribus
etiam locis, ubi nunc sub adventum vulgo circumfertur, codd. scripti, et
inter eos interdum optimi, sub adventu servant. Vide *XXVII.* 15. § 8. *XXVIII.*
10. § 11. *XXXV.* 51. § 7. *XXXVI.* 21.
§ 1. *XXXVII.* 6. § 3. et alibi. Ita et
'sub lucem,' 'sub ortum lucis,' 'sub
occasum solis' passim in *Livio* ob-
currunt. At similiter 'sub luce'
dixit xxv. 24. 'Sub luce Hexapylō
effracto, *Marcellus*, omnibus copiis
urbem ingressus, excitavit, conver-
titque omnes ad arma capienda: ubi
nihil variant *qua* *scripti, qua* *editi*.
Quin etiam, ubi vulgo est sub lucem,

sub occasum solis, in libris excusis, manu exarati sub luce, sub occasu solis, præferunt. Vide ad **xxxviii.** 26. § 8. **xxxviii.** 30. § 8. Quum itaque ex his pateat, Livium sine discrimine τῷ sub nunc quartum, nunc sextum casum addidisse, et codd. scripti hic in lectionem vulgatam consentiant, ea etiam loco non movenda videtur; præsertim quum ‘sub hac victoria’ ponatur pro hac victoria parta, post hanc victoriam: quo sensu, si vera quam maxime grammaticorum distinctio foret, τὸ sub non quartum, sed sextum casum requireret.

Delectus edicitur: parentibusque tribunis] *Educitur male Leid.* 1. errore etiam alibi passim obvio. Vide ad **xxxix.** 15. § 11. *Deinde parentibus tribunis* Harl. 2. et Port. Ceterum hic iterum incipit fragm. Hav.

§ 2 *Tum vero irasci plebs]* *Lege plebes ex Pal. 2. ut supra sæpins.* Sic mox c. 56. ‘Voleroneim amplexa favore plebes.’ c. 63. ‘Non ultra videbatur latura plebes dilationem.’ Ita Pall. I. ac 3. Vide c. 41. Sic **III.** 26. recte edidit Andreas, ‘Tum plebes benigne arma cepit.’ **IV.** 5. habet Pal. 3. *Parata robis plebes est:* ibidem c. 6. lege *Tribunum accrimum auctorem plebes nacta:* quia dno Pall. *plebis.* **IV.** 48. *Præterquam plebes habeat,* habet Pal. 2. v. 29. *Plebes continuare latoribus legis tribunatum, iubent legi membranae* Pall. *Gebh.* *Plebes præferunt etiam Port. et Hav.* eamque lectionem Gronovius in contextum recepit. Vide ad I. 20. § 6. *plebs tamen est in Flor.* Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. utroque, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *Cum vero, pro Tum vero,* Voss. 2. sollemnii librariornm lapsu. Vide ad Epit. Liv. lib. **XLVIII.** circa finem.

Actum esse de libertate sua] Præpositionem de non agnoscit Harl. 2.

Cum Genucio una mortuam ac sepulcam] *Mortuam esse ac sep.* Harl. 2.

Alind agendum, ac cogitandum] Vox agendum non adparet in Leid. 2.

Deinde accogendum Voss. 2. et Gaertn. Mox modo res. pro quomodo res. Flor.

§ 3 *Id autem unum consilium esse]* *Id unum autem alio ordine Harl. 2. Id hoc unum consilium esse typis descripti antiquissimi usque ad Aldum, qui primus vulgavit, quod nunc passim exstat.* Et id etiam superest in reliquis scriptis, nisi quod *consilium ē,* id est, *consilium est,* habeat fragm. Hav. Mox ut se ipsa plebs, id est, se ipsum, Flor. et Gaertn. Male. Vide hoc lib. ad c. 19. § 5.

Quando aliud nihil auxiliū habeat] *Quando nihil aliud aux.* Lipsiens. Deinde τὸ auxiliū pro varia lectione adscriptum est in margine Voss. 2. qui in contextu ipso habet *consiliū.* Alibi non raro hæc vocabula commutantur. Vide hoc lib. ad c. 27. § 2. *Tum habebat* Gaertn. aberrante librario. Ceterum hæc verba et multa seqq. usque ad illa et eos ipsos plebis, deerant in Harl. antiq. omissa librarii culpa; enī ansam dedit vox *plebs*, quæ modo præcessit. Vide ad **IX.** 11. § 11.

Quatuor et viginti lictores adparere consilibus] Donjatius, sibi difficultatem movens, quomodo hic viginti quatuor consulum lictores niemorentur, quum constitutum fuerit, ne insignia regia eodem tempore penes utrumque consilium essent, respondet, lictores a securibus, vel potius duo genera fascium distinguenda esse; utriusque enim consuli duodecim lictores cum totidem fascibus præesse, sed tantum alternis mensibus secures fascibus additas fuisse, teste Dionys. Hal. Antiq. v. p. 278. Quæ responsio admitti nequit. Loquitur enim Dionys. de primis consulibus Bruto et Collatino, quibus cum fascibus etiam secures prælatæ sunt. Eo autem tempore, ut Dionys. narrat, obtinebat, ut alteri consuli duodecim fasces cum securibus, alteri tantum duodecim fasces præferrentur. Quum autem id jam primo anno mutatum, et a Poplicola

post mortem Bruti introductum esse addat Dion. p. 292. ne fascibus consulum in Urbe secures adderentur, patet, distinctionem inter fasces, quibus secures vel additae vel demitae erant, hic locum habere non posse. Potius itaque dicendum esse videtur, eundem Valerium, quem vetaret, fascibus consulum in Urbe secures addi, simul etiam constituisse, ut consulibus in Urbe fasces tantum alternis præferrentur. Valer. Max. iv. 1. ex. 1. ‘Invidiosum magistratus fastigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit, fasces securibus vacuefaciendo, et in concione populo submittendo. Numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, ultro Sp. Lucretio collega adsumto; ad quem, quia major natu erat, priores fasces transferri jussit.’ Livius tamen indicare videtur, id jam mox post reges ejectos usu receptum fuisse, ii. 1. ‘Id modo cautum est, ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega, fasces habuit.’ Nisi, quemadmodum viri docti volunt, ibi intelligendi sint fasces, quibus secures additae erant, distincti a fasibus, quibus demitae secures. Jam antem eo tempore, quo tantum alteruter consulum fasces habebat, eum, penes quem fasces non erant, duodecim tamen lictores secuti sunt. Sueton. in Cæs. c. 20. ‘Antiquum etiam retulit morem, ut, quo mense fasces non habcret, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur.’ Hinc ergo patet, recte viginti quatuor lictores consulum memorari posse; duodecim, qui alteri consuli fasces præferebant; et totidem, qui alterum pone sequebantur. Adde, si uterque consul in suam proficisceretur provinciam, unicuique duodecim, et ita ambobus viginti quatuor lictores additos esse. Vel hanc itaque ob caussam necesse fuit, ut tot forent lictores. Ceterum consu-

les, pro consulibus, Leid. I. Lipsiens. et Gaertn. qui error natus est ex non intellecta nota cōs. Vide ad x. 10. § 2.

Et eos ipsos plebis homines] Nota, lictores e populo fuisse. Sed confecto bello Punico fere e Brutiis sumebantur. Agell. x. 3. Klock. Td et non adparet in vetustissimis excusis. Primus adjecit Aldus. Eamdem voculam servant constanter omnes codd. scripti.

Nihil contentius neque infirmius] Plebis homines esse nihil contentius sine distinctione præfert Gaertn. ut incertum sit, quo τὸ esse pertinere voluerit, utrum jungendum putarit ‘plebis homines esse,’ an ‘esse nihil contentius.’ Verum additae simul notæ sunt τῷ esse, quibus librarii innuere soliti fuernut, vocem delendam esse. Sane ea vox in nullo alio meorum codicum superest. Deinde nihil contentius, nihil infirmius Harl. 2. Ita xl. 14. ‘Nihil aliud scio, inquit, nihil arguo, nisi quod cum ferro commissatum venerunt: ubi plures codd. neque arguo præferunt. Verum quemadmodum ibi vulgatum ferri potest, ita hic unius illius codicis auctoritas levior est, quam ut ejus fide vulgatum mutem. Mox in verbis seqq. si sunt pro si sint Flor. Tum sibi quemque magna, omissa τῷ ea, Lipsiens. Deinde magna et horrenda facere Harl. 2. Sed etiam hic utroque loco reliqui a vulgato non discedunt.

§ 4 His vocibus alii alios quam incitassent] Quum alii alios incitassent Harl. 2. et Port.

Voleronem Publum de plebe hominem] ‘Volero’ prænomen est, ut ait Valerius fragm. lib. x. ‘Publius,’ item prænomen: itaque, ne duo prænonina conjugantur, *Publilium* lege, quod plebeiæ nomen gentis est. Quæ scriptura exstat etiam in Capitoliniis fragmentis. Sigan. *Ad Voleronem Publilium* restituit Siganus ex Fragmentis.

tis Capitol. quod et ante illum natum vedit atque edidit J. Andreas. Pall. 1. 2. et Camp. *Publum.* Pal. 3. vero *Publicum*, τῷ c subjecto signo, quo litteram defendam indicatur. *Gebh.* *Voleronem Publum Gaertn.* *Voleronem Plubium Lipsiens.* *Voleronem Publum Flor.* Leid. 2. Harl. uterque, Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *Voleronem Publicum* Voss. 2. et Port. Πόπλιος Βολέρων vocatur Dionys. Halic. ix. p. 596. Sed recte *Voleronem Publum* habent Voss. 1. et Leid. 1. neque multum discedit Klockian. qui *Voleronem Publirium* præfert. Alibi sæpe ‘*Publius*’ minus notum nomen, in notissimum ‘*Publius*’ a librariis corruptum fuit. Vide Sigon. ad vi. 19. § 5. ad viii. 12. § 4. et Pighim ad Valer. Max. fragm. lib. x.

Quiu, quod ordines duxisset, negaret] Forte malis, *qui, quod ordines . . . est missus.* Sed parum interest, *qui, an quia, legas.* J. F. Gron. Non modo parum, sed etiam nihil interest, *qui, an quia, legatur.* Quum itaque vulgatum servent omnes, qua manu, qua typis descripti libri, recepta etiam lectio non est mutanda; et quidem tanto minus, quod Livius, si *qui scripsisset, etiam negabat* potius, quam *negaret*, dicturus fuisse videatur. Tῷ *quia* Livium sæpe subjunctivum addidisse, dictum est hoc lib. c. 8. § 5. Præterea *negare* male Harl. 2.

Lictor missus est a consulibus] *Missus a cons.* Port. *missus est et a cons.* Harl. 1. *missus est ab cons.* Hav. *missus est a consule* Leid. 2. Vide modo ad § 3. ubi quidam codd. *consules, pro consulibus, præferunt.*

§ 5 *Consules spoliari hominem, et virgas expediri jubent]* *Consules expoliari* Voss. 2. De verbo ‘*expoliare*’ vide ad xxxviii. 14. § 10. Tum *expedire* Leid. 1. Denique *hominem jubent, et virgas exp.* Voss. 1. et Leid. 2. Sed, quod vulgo circumfertur, probum esse evincit locus Livii viii. 32. ‘*Tunc*

Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri jussit. Verbo ‘*spoliare*’ in simili re etiam usus est Valer. Max. ii. 7. ex. 8. ‘*O exemplum admirabile, et Rullianus, et magister equitum, et victor, scissa veste, spoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus.*’ Et ita mox Liv. hoc cap. ‘*Eo infestius circumscindere et spoliare lictor.*’ Paullo post *Provoa, inquit, ad populum, Volere male habet Lipsiens.*

In conspectu suo virgis cædi malunt] Td suo non adparet in Leid. 2. Quæ vox abesse ac deleri posset, si plurimum codicum auctoritas adstipularetur, quum mox etiam sequatur, ‘*quam ipsi in lecto sno a vobis trucidari.*’ Certe supra etiam dixit Liv. ii. 29. ‘*Citari nominatim nnum ex iis, qui in conspectu erant, dedita opera jubent: non in conspectu suo: et c. 40.*’ *Quum in conspectu Roma fuit:* non in conspectu tuo. Et ita sæpe infra. Alibi etiam eamdem vocem librarii de suo addere soliti fuerant, ubi ab integroribus MSS. abest. Vide quæ notantur ad v. 46. § 1. Unus tamen codex levior est, quam ut ei adversus aliorum omnium consensum fides habeatur. Vide Ondendorp. ad Frontin. iv. 1. ex. 10.

Eo infestius circumscindere] Id est, lacerare vestem. Infra iii. 58. ‘*Donaque ea gerens, in conspectu populi scissa veste, tergum laceratum virgis ostendit.*’ viii. 32. ‘*Tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri jussit.*’ Fabins, fidem militum implorans, lacerantibus vestem lictoribus, ad triarios, tumultum jam in concione miscentes, sese recepit.’ xxix. 9. ‘*Vocatosqne tribunos nudari, ac virgas expediri jubet.*’ Dumi spoliandi iis (repugnabant enim, militemque implorabant) tempus teritur.’ Klock. *Confestius circumscindere, priori vocula omissa,* Leid. 2.

eo infestius satagebat circumscindere
Hearnii Oxon. N. Sed vocem *satagebat* existimo glossema esse librarii, qui orationem infinitivam ferre non potuit. Multa similia vide ad 1. 50.

§ 5. *circumsindere* Lipsiens. et Harl. 2.

§ 6 *Tum Volero, et prævalens ipse, et adjuvantibus advocatis, repulso lictore]* Omnia hæc deerant in Voss. 2. sed culpa amanuensis, quem decepit vox proxime præcedens *lictor*, quum horum ultima sit *lictore*. Hinc saltu dato media omnia male neglexit. Vide ad ix. 11. § 11. Male etiam *Valero* Leid. 1. Haud absimili errore *Valearius Nero* vocatur in Flori MSS. et priscis edd. 1. 22. § 2. ubi videndi viri docti.

Eo se in turbam confertissimam recipit, clamitans] Pall. 1. 2. et Camp. *recepit*. Gebh. *In conf. turbam* Harl. 2. *Tum recepit* Leid. ambo, Hav. et fragm. Hav. pro quo *recepit* præfert Gaertn. Sed vide ad xl. 14. § 10. Deinde *clamans* Lipsiens. Sed in frequentativo, quod in reliquis omnibus exstat, vis et emphasis inest. Indicat enim, non satis hahnisse Voleronem, id semel clamasse, sed sæpius iterasse. Alibi sæpe librarii primitiva et frequentativa commutarunt. Vide ad v. 40. § 3. Paullo ante, addita prima vocula, et ubi *indign.* Leid. 1.

§ 7 *Quibus ipsis vestro auxilio opus est]* *Nostro auxilio* Voss. 2. et Hav. Sæpius hæc voces in MSS. commutantur. Vide ad xxxiv. 2. § 2.

§ 8 *Adparebatque, omne discrimin adesse]* *Omne discrimin esse* Hav. Sed similiter locutus est hoc lib. cap. 29. ‘Ne prædictum negetis, Patres conscripti, adest ingens se-ditio:’ omisso verbo *adesse* c. 28. dixerat, ‘Adparebat atrox cum plebe certamen.’ Mox nihil cuique sanctum Port. Paullo ante *Provoca*, pro *Pro-voco*, Gaertn. Vide ad § 5.

§ 9 *Huic tantæ tempestati quum se consules obtulissent]* Quia Pal. 1. tanto,

puto legendum *Huic tanto tempestatis.* Gebh. Pal. primi lectionem ex lapsu librariorum natam, nihilque mutandum esse, puto. Certe omnes nostri in vulgatum uno ore consentiunt.

Fascibus fractis e foro in curiam] Se foro, ultima præcedentis vocis litera in principio sequentis iterum repetita, Leid. 1. Vide ad xxxvii. 29. § 8. *et foro* Voss. 2. *ex foro* Harl. 2.

Incerti, quatenus Volero exerceret victoriā] *Quatinus* Leid. 2. et Klockian. Sed distinxisse antiquos inter quatenus pro ‘qua parte,’ ‘quousque,’ et *quatinus* pro ‘quoniam,’ antiqui grammatici observarunt. Vide Vorst. et Torren. ad Val. Max. ix. 11. in princ. Duker. ad Flori t. 5. § 2. et viros doctos ad Justini xii. 11. § 6. Ex illis autem, quæ addunt, non modo constat, promiscue, non observato hoc discrimine, *quatenus* et *quatinus* in MSS. antiquis passim reperiri; verum, si vel maxime canon ille observatus fuisset, hic tamen *quatenus* servandum fore; id enim nunc pro ‘quoniam’ ponitur. De locutione ‘exercere victoriā’ vide ad vi. 22. § 4.

§ 10 *Conticescente deinde tumultu]* *Conticidente* Flor. Leid. 1. Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. quomodo et supra præfert codex scriptus c. 29. § 10. et infra iv. 1. § 5. ubi vide. *Conticessente* Lipsiens. et Hav. *contiscentē* Harl. 1. An volnit librarius *conticente?* Sed ‘conticessere’ in hac re nsus est Livius xxv. 10. ‘Romani, qui cædibus superfuerant, in arcem configuerant, conticescebatque paulatim tumultus.’

Quum senatum vocari jussissent] *Vetus* codex habet, *quum in senatum vocari.* Magis placet vulgata lectio. *Rhen.* Illam lectionem, quam laudat e suo Rhenanus, *quum in senatum vocari*, in nullo nostrorum videre est. Gebh. Valde placet Rhenani ex Borbet. *quum in senatum vocari.* Nec placere magis illi vulgata lectio debuit. Nam et Flor. Voss. 1. Helm.

Rott. sic; et restituimus ex optimis xxiii. 32. *Quoties in senatum vocassent.* Lib. xxiv. 28. *In hac turbatione rerum in concionem vocari placuit.* Val. Max. viii. 13. ex. 4. ‘Jam vero de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in senatu consil rogaverat, superstes fuit.’ Fanovictorienses membr. *in senatum convocarerat:* conjecti statim, *quos in senatum consul vocarerat:* quod fatetur Pigbinus plane in veteribus esse; sed probare non potuit, quoniam sit unice verum. J. F. Gron. *Quum senatum vocari Flor.* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et codd. quibus Hearne Oxonii usus est. *Quum in senatum vocari Leid.* 1. et Harl. 1. ut in reliquis præpositio *in intercepta* videatur ab ultima litera proximæ vocis *quum.* Similia hujus erroris exempla vide ad x. 13. § 3. *quum in senatum vocari jussissent* præfert quidem Voss. 1. a m. pr. sed *τ&* in subjectæ visuntur notæ, quibus librarii vocem illam delendam indicant. Locutionem ‘*vocare in senatum*’ Livio etiam vindicavit Gronov. xxxvi. 21. ‘A porta ad prætorem M. Junium iter intenit. Is prima luce in senatum vocavit:’ ubi vulgo similiter omittebatur præpositio: vide quæ ibi notantur. Eiusdem formæ est ‘*vocare ad consilium,*’ quod contra Sigonium tuerit idem Gronov. xliv. 37. ‘Tertia demum hora, sacrificio rite perpetrato, ad consilium vocavit:’ et ‘*advocare ad concionem,*’ de quo vide ad xxvi. 48. § 13. Insuper, pro *jussissent*, male *jusserit* Leid. 2. Paulo post *vin* *plebis*, et *Voleronem* Lipsiens. addita conjunctione, quæ ab aliis omnibus abest.

CAP. LVI. § 1 *Voleronem amplexa favore plebs proximis comitiis tribunum plebis creat]* Tò *plebis* videtur abundare: etsi Flor. Rott. et Helm. *plebi*, quod est *plebei.* J. F. Gron. *Amplexa plebs favore* Hav. Tò *favore* non adparet in vetustioribus excusis. Primus Aldus eam vocem adjecit, quam

etiam servant omnes scripti. *Amplexo favore plebs* habet Voss. 2. Vide ad c. 60. § 5. *umplexa favore plebis* Leid. 2. ut forte librarius dare voluerit *amplexa favore plebes*, quoniam modo se in Pal. invenisse Gebhardus supra testatus est ad c. 55. § 2. Vide ad 1. 20. § 6. Omnes tamen reliqui, et inter eos optimi, *plebs* præferunt. Deinde *proximum comitiis Lipsiens.* Tum *tribunum plebis* servant Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. et Port. *tribunum pl.* Hav. *tribunum pleb.* frag. Hav. alii *tribunum plebi*, quod et Voss. 1. a m. pr. præfert, sed inter lineas *plebis* adscriptum exstat. Vide ad cap. 42. § 6. Gronovius vocem *plebis* delendam censuit. Eamdem etiam non agnoscunt priscae, quas vidi, edd. et demum in Aldina obvia fuit. Ita mox hoc cap. ‘*Plebs Voleronem tribunum reficit.*’ Alibi sæpe vox *plebis* in MSS. vel præcedenti *tribunus* additur, vel omittitnr. Supra ii. 42. ‘*Ceratum eo quoque anno cum tribunis est:*’ ubi solus Sigonii codex legit *cum tribunis plebis est.* iii. 56. ‘*Tum tribuni, adgredi singulos tutum matrumque jam rati, accusatorem primum Virginium et Appium reum diligunt.*’ vii. 17. ‘*Intercedentibusque tribunis interrex Fabius aiebat, in duodecim tabulis legem esse:*’ ubi iterum Sigon. cod. habet *tribunis plebis.* ix. 33. ‘*Quoniam inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina fuerant:*’ ubi iterum Sigonii aliquique codd. *tribunosque plebis.* c. 36. ‘*Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant:*’ ubi male nnus ex Oxoniensibus Hearnii MSS. vocem *plebis* omittit. Invitis tamen codd. vocem delere non andeo. Neque alia caussa Gronovio eam inducendi fuisse videtur, quam quod modo præcesserit *plebs.* Quæ tamen non satis justa mutandi ratio existimanda est. Infra iii. 55. ‘*M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit, qui plebem sine tribu-*

nis reliquisset:’ in Epit. Liv. lib. iv. ‘Lex de connubio patrum et plebis a tribunis plebis contentione magna, Patribus repugnantibus, perlata est.’ xxxiv. 1. ‘Tribuni plebei ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tolerat eam C. Oppius tribunus plebis.’ c. 53. ‘Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto tulit ad plebem, plebesque scivit.’ Vide ad 1. 3. § 9. Denique creant Voss. 2. ut sit ‘plebs creant:’ de quo vide ad 11. 5. § 2. Sed unius auctoritas non satis idonea est lectioni immutandæ. Erat librarii aberratione præfert Hav.

L. Pinarium, P. Furium consules habuit] L. Primarium Port. et Hav. L. Pinarum Leid. 2.

§ 2 *Contraque omnium opinionem] Circa omnium opin. Leid. 2. Sed circa et contra saepè alibi ab indoctis librariis confunduntur in libris scriptis. Vide ad xxxvii. 15. § 7. contra omnium opin. opin. Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. contra omnem opinionem Hav. Vide ad xlvi. 19. § 13.*

Eum rexundis prioris anni consulibus administraturum tribunatum credebant] Vetus lectio, permissurum administraturum trib. cred. Opinor legendum, qui eum vex. prioris anni cons. permissum administraturum trib. cred. Nam illi plebs tribunatum plane permiserat. Rhen. Ne ipsa quidem Hygea tam sana perhiberi potest quam hic locus, vex. prioris anni consulibus permissurum trib. stabilitus auctoritate Pall. 1. ac 3. ‘Permittere’ quia hic eleganter noveque dictum erat a Livio, invida correctorum imperitia extorre esse cogebatur. Supra c. 30. ‘Ut imperium, sua natura vehemens, mansuetu permittere ingenio.’ ‘Permittimus’ autem nostram ‘potentiam,’ sive magistratum injuria, dum aliis injuriam faciendi licentiam ex occasione tribunatus sumimus, totamque nostram vim consumimus. Rhenaus opinatur legendum, qui eum vex. prioris anni cons. permissum administraturum

trib. cred. Valde inepte, quo elegantiam sermonis Liviani penitus jugulat. Silent hic ceteri structores commentariorum scholiorumque. Andreas edidit, qui eum vex. prioris anni cons. administraturum trib. cred. Pal. 2. qui eum vex. prioris anni cons. pertinacissimum admissurum trib. cred. Et ita fere Campan. nisi quod pertinacissimum administraturum. Gehl. Refert e scripto Rhenaus, permisurum administraturum: et facit permissum administraturum; quasi plebs illi tribunatum plane, ut loquitur, permiserit. At milii certum, τὸ administraturum esse hominis, qui pro captu suo explicabat τὸ permissurum: quod docte Livius sumpsit ab illis, qui ‘permittere equum’ dicunt, hoc est, incitare, et ei frenos immittere ad liberum cursum. Vide Observ. 11. 13. Est igitur ‘permissurum tribunatum vexandis consulibus,’ tribunati frena laxatrum, potestate impotenter usurum ad vexandos consules. J. F. Gron. Eum vex. prioris anni cons. administraturum permissurum trib. cred. Voss. 1. adjectis tamen notis indicavit librarius, vocem administraturum delendam esse: at in margine eum vix vexandis erat. Eum vix vex. prioris anni cons. permissurum trib. Lipsiens. et Gaertn. eum vex. pr. a. cons. administraturum trib. Flor. eum vex. prioris anni cons. pertinacissimum admissurum trib. cred. Hav. eum vix vex. prioris anni cons. pertinacissimum trib. cred. fragm. Hav. eum vex. prioris anni cons. pertinacissimum administraturum trib. cred. Neap. Latinii. Ex Oxon. etiam codicem B. admissurum tribunatum, sed N. administraturum permissum tribunatum habere, Hearne monuit. Administraturum tribunatum præferunt omnes typis excensi usque ad Graterum, qui permissurum tribunatum edidit, quod ex nostris plurimi servant scripti, Voss. 2. Leid. ambo, Harl. ambo, Port. et modo memorati Lipsiens. et Gaertu. Id autem recte probavit

atque illustravit Gronovius, docens ‘permittere tribunatum’ eodem modo dictum esse, quo ‘permittere equum,’ id est, frena ei laxare; de qua locutione vide quæ infra notantur ad *III. 70.* § 9.

Ut plebeii magistratus tribunitiis comitiis fierent Sic pluribus locis. *Gellius* tamen docet *xv. 27. tributis comitiis*, non *tribunitiis*, esse legendum. *Sabell.* Ne, quæso, graventur docti, aliqua his observationibus a nobis conspergi, quorum paulo proiectores ne admoneret quidem velint. Nam ut in missilibus spargendis nulla principis largitio populo grata esse potuit, si in orchestram, aut intra equestria tantum, non in popularia, concidissent; sic literatorum vulgus in me reclamabit, ex hac nostra lucubratione ad se nihil pervenisse: nec dubitabit, in ambitionis suspicionem nostrum devocare officium, quasi peritioribus ostentare id sit, non in medium scribere. Quamquam certo scio, non defuturos, ut delicato sunt plerique stomacho, qui hæc in publicum projecta indigna judicent, quæ non modo non digniores ordines, sed ne ipsum quidem cupiat vulgus colligere: adeo in locando magis, quam parando, nobis laborandum fuit officio. At sint ratabula hæc, marræ, sarenla, et alia id genns viuitora: pandant ad eorum casum pagani et rupices sinnen, videantque, num emendata sit lectio apud *Livium*, ut *plebeii magistratus tribunitiis comitiis fierent*, an *verius tributis comitiis*, pro *tribunitiis*, sit legendum. Et mox c. 60. ‘Insignem annum comitia tribunitia efficiunt,’ pro *tributa*. *Lælius Felix*, *Gellio* auctore *Noct. Att. xv. 27.* tria comitiorum genera fuisse tradidit: ‘*curiata*,’ quum ex generibus omnium suffragium ferretur: ‘*centuriata*,’ quum ex censu et ætate: quum vero ex regionibus et locis, ‘*tributa*.’ Quibus *Lælii* verbis, utra emendatior lectio, facile est legentibus judicare. *Sabell.* Quidam

codd. falso legunt *tribunitiis*, pro *tributis*. *Dionys.* hoc in loco (*ix. p. 598.*) centuriata comitia distinguit a tributis: quod centuriata fierent præcedentibus SCC. multitudineque per curias ferente suffragia, ac post utraque hæc signis a nomine et angriis nihil adversantibus; tributa vero, quod, neque senatusconsulto prins facto, neque sacris, neque aruspiciis sancientibus, fierent, unaque die haberent finem. At *Coriolani* judicium describens *I. vii. p. 464.* curiata a centuriatis distinxit, quod in curiatis viritim suffragia ferrentur, in centuriatis per centurias. Quæ loca si quis conferat, in altero centuriata a curiatis neutiquam distincta reperiatur, in altero tributa cum curiatis propemodum eadem facia. At *Gellius xv. 27.* ‘Curiata comitia,’ inquit, ‘sunt, quum ex generibus omnium suffragium fertur: centuriata, cum ex censu et ætate: tributa, cum ex regionibus et locis.’ Hæc ille. Ex quibus verbis curiata a centuriatis satis distincta sunt, at a tributis non admodum clare. Ego conjicio, ‘*curiata comitia*’ esse, cum viritim per omnes tribus suffragia feruntur, ut de *Coriolani* judicio scribit *Dionys.* ‘*centuriata*,’ cum ex censu et ætate, atque ab his non abesse vel Patres vel patricios: ‘*tributis*’ autem solam adesse plebem, ut hic ex *Livio* satis patet. Sed hæc, ut in aliis jam sæpe fecimus, lectoris judicio relinquimus. Nam *Livii* diligentiam in re admodum necessaria hic plane desideramus. *Glar.* Qnod jam supra notatum fuit, hic repetendum est, versionem *Dionysii Latinam*, qua *Glareanus* usus est, multis erroribus obsitam fuisse. Ex contextu autem Græco, quem frustra quæsitum *Glareanus* indagare non potuit, constat, *Dionysium* priori loco lib. *ix.* a ‘*tributis*’ comitiis distinxisse non ‘*centuriata*,’ sed ‘*curiata*,’ vel φατριακὴν, aut φατριακὴν ψηφηφορίαν, ἦν οἱ ‘Ρωμαῖοι κουριάτην

καλοῦσι· ubi auctor versionis istius κεντουριάτην legisse videtur. Sed male: φράτρα enim vel φρατρία non centuriom, sed curiam, notat, ipso teste Dionysio Antiq. II. p. 82. Εἴη δὲ ἐν Ἑλλάδι γλώττῃ τὰ ὄντα ταῦτα μεθερμηνεύμενα, φυλὴ μὲν καὶ τριτῖν, ἡ τρίβος φράτρα δὲ καὶ λόχος ἡ κουρία. et l. VI. p. 410. Νεμηθεὶς δὲ δ δῆμος εἰς τὰς τότε οὖσας φρατρίας, ἡ ὥπτια βούλεται τις αὐτὰς προσαγορεύειν, ἀς ἐκεῖνοι καλοῦσι κουρίας. Ex eodem etiam contextu Graeco patet, Dionysium posteriori loco l. VII. a ‘centuriatis’ non ‘curiata,’ sed ‘tributa,’ comitia distinxisse. Memorat enim ibi τὴν λοχήτην ἐκκλησίαν et τὴν φυλετικὴν ἐκκλησίαν. De tribus comitiorum generibus, in quibus distinguendis graviter etiam lapsus est Glareanus, sed quae pluribus refelli hoc loco ratio notarum non permittit, quædam superius dicta sunt ad hujus lib. c. 35. § 6. ubi similiter etiam Glareanus errabat; sed de iis prolixè agunt Nic. Gruchius et Carol. Sigonius libris doctissimis de hac re conscriptis. Ceterum tribunitiis comitiis perperam exstat in Flor. a m. sec. Voss. I. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. in margine, (qui in contextu habet tribuni comitiis) Hav. fragm. Hav. et Oxon. Hearnii B. L. I. 2. N. et C. tributis comitiis tamen superstes in optimis Leid. 1. Harl. 1. et Voss. a m. pr. Similiter etiam peccabatur infra c. 58. § 1. et c. 60. § 4. atque alibi. Præterea ut plebei magistratus Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. plebei magistratus Leid. uterque, Harl. uterque, Gaertn. fragm. Hav. a m. sec. et Hav.

§ 3 Sub titulo prima specie minime atroci] Et minime atroci Voss. 1. in marg. Leid. 2. Harl. 2. Port. Hav. et Lipsiens.

Omnem potestatem] Nempe curiata comitia erant in Patrum potestate: nec enim haberri poterant, nisi senatus jussisset, et populus per curias

convocatus approbasset, et aves auspiciaque addixissent. Erant vero angures illi ex patriciis. At tributa habebantur, etiamsi nec senatus consultum factum esset, nec de cœlo servabant angures, unoque die peragebantur, nt in hac eadem narratione docet Dionysius IX. p. 598. Vide Livium VI. 41. Porro tam centuriatis, quam curiatis comitiis Patres auctores siebant, teste Liv. eodem lib. VI. 42. quod notandum. Sed maxime notandum, ut legum comitiis centuriatis ferundarum ante initum suffragium Patres auctores fierent, ut Livius VIII. 12. H. Vales.

Per clientum suffragia creandi] Pall. tres clientium. Gebh. Clientum primus recepit Aldus, cum quo ex codd. nostris faciunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Hav. Aldo vetustiores dederant clientium, quod iterum J. F. Gronovius contextui reddidit. Neque aliter habent reliqui, quos adlibui, codd. Vide ad XXIII. 3. § 2. Tò per deest in Gaertn. Mox auferre, pro auferret, habet Lipsiens.

§ 4 Nec, quæ una vis ad resistendum erat, ut intercederet aliquis] Neque una vis omnes, uno excepto, codd. mei, quos in eundem errorem conspirasse miror. Solus Gaertn. ipse etiam male habet nec una vis. Præterea una vis erat ad resist. Harl. 2. Denique neque ubi interc. Voss. 2. neque ut interc. Harl. 2. et Gaertn. nec ut interc. Port. neque scilicet ut interc. Hav.

Aut consulum, aut principum] Aut consulum, aut principum Voss. 1. cuius tamen librarius literæ i notam addendo indicavit, principum scribendum esse. Vide hoc lib. ad c. 27. § 12. Mox res ipsa tamen suo mol. alio verborum ordine Harl. 2. Tum olimine, pro molimine, Leid. 1. et Harl. 1.

Gravis, certaminibus in annum extrahitur] Vet. codex plenior gravis, magnis certam, et recte. Sigon. Vox mag-

nis, intrusa a Sigonio, exsulat omnibus nostris et MSS. et impressis libris.
Gebh. Tò magnis, quod inseruit Sigoni, nos, auctoribus scriptis et vett. ed. ejecimus. Est enim usus ablativi nudi veteribus Latinis satis frequens, nonis non ita tritus. Sic in. 51. ‘Mediaque Urbe agmine in Aventinum pergunt.’ Eodem c. 54. ‘Armati per Urbem silentio in Aventinum perveniant:’ sed et hinc non longe cap. seq. ‘Lex silentio perfertur.’ Ut Graeci Homer. Il. Δ. 412. Τέττα, σιωπὴ ἡσοῦ. et Il. Γ. 8. Υσαν σιγὴ μένεα πνεόντες Ἀχαιοῖ. et Il. Δ. 431. σιγὴ δειδίστες. Prorsus autem, ut hic voluntus, iv. 43. ‘Quum pars major insequentis anni per novos tribunos plebis et aliquot interreges certaminibus extracta esset.’ v. 45. ‘Castra Gallorum, intuta neglectaque ab omni parte naeti, clamore invadunt:’ ita MSS. male insertum vulgo, *cum ingenti.* vii. 7. ‘Relictis equis, clamore provolant ante signa:’ sic lectum ante Sigonium, qui hic iterum infersit e pravo libro *ingenti.* J. F. Gron. Vocem *magnis* nesciunt etiam omnes, quos vidi, libri manu exarati; quam a Sigonio perperam additam esse recte Gronovius monuit, et usum ablativi illustravit. Locutionis istius ‘agmine procedere’ alia exempla vide ad Liv. xxxvi. 20. § 2. ‘clamore invadere’ ad v. 45. § 2.

§ 5 *Plebs Voleronom tribunum reficit*] *Tribunum preficit* Voss. 2. An forte scribere voluit *tribunum pl. seu plebis, reficit?* Sed vox *plebis* optime abesse potest. Vide ad cap. hujus princ. Mox ad *ultimum* perperam neglexit Harl. 1. seriba. Denique *futurum, pro venturam*, Leid. 2. Ita variant codd. scripti apud Valer. Max. i. 6. ex. 3. ubi vide viros doctos. Similiter optimus codex Florent. *fuisset, pro venisset*, supra habet apud Gronov. ad Liv. i. 50. § 8. Error natus videtur ex vitiosa verba praeuentis pronunciatione *fenturam,*

quod exigua mutatione in *futuram* verti potest.

Appium Claudium Appii filium] Pal.
2. Appium Appii Claudi filium. Sed a Pall. 1. ac 3. abest *Appii filium.* Gebh. Pighius in Annal. ad A. U. C. ccxcii. dieit, ‘Si pater decemviri est, ut e Dionysio et Livio fere colligitur, secundum Fastos Capitolinos, quos sequimur, M. F. vocari debet.’ Nempe quia Appius decemvir in Fastis Capitolini est *A.P. F.M.* N. Sed nondum ostensum est, hunc fuisse patrem decemviri. Livius eum omnino pro filio Ap. Claudi, ejus, qui A. U. C. ccclviii. consul fuit, non M. Claudi, habuit. Hoc ostendunt verba, ‘jam a paternis certaminibus invisum infestumque plebi:’ et c. 58. ‘Odisse plebem plus quam paterno odio:’ ac denique c. 61. ‘Plenus suarum, plenus paternarum irarum.’ Nam nullus e gente Claudia certamina cum plebe memoravit, quam Appii, non Marci, Claudi. Et consentit cum Livio Dionysius ix. 42. *Duk.* Viro summo, τὰ *Appii filium* a Voss. 2. non agnoscit affirmanti, fidem habeo. In excerptis tamen ntriusque Voss. quæ penes me sunt, nihil ex codd. illis notari video. Quum autem Gronov. excerpta codd. Pal. haberuerit, eorumque hoc loco non meminerit, quamvis duo τὰ *Appii filium* omittant, forte manus Gronovii aberravit, et pro Voss. 2. scribere voluit *Pall. duo.* Ceterum eadem voces ad parent etiam in Harl. 1. Licet autem reliqui plerique codd. varie verba illa exhibeant, ex eorum tamen vestigiis colligendum, librarios simile quid in exemplaribus, quæ expressebunt, reperisse. *Apul Clauditum apul F. habet* Leid. 1. *Appium Claudium Appii Furium* Leid. 2. *Appium Claudium Appii Claudi filium* Harl. 2. in margine Port. (quum in contextu ipso verba *Appii filium* non adpareant) et Hearnii Oxon. B. et C. *Appium Claudi filium* Hav. et fragm.

Hav. a m. sec. quum τὰ *Appii filium* in eo quoque a m. pr. non conspiciantur, quæ etiam absunt ab Gaertn. et Lipsiens. et ab Oxon. L. 2. abesse Hearne auctor est. Ex his patet, in paucis tantum, iisque non optimæ fidei, codd. voces *Appii filius* desiderari, si Pall. 1. ac 3. excipias. Onuphrium tamen in Fastis ex marmoribus Capitolinis, in quibus Ap. Claudius decemvir, qui vulgo filius hujus Ap. Claudii habetur, *Ap. F. M. N.* vocatur, hic *Marci filium* corrigendum censuisse, observat Hearne. Idem etiam fecit Siginus Comment. in Fast. et Triumph. Rom. ad an. CCLXXXIII. Quum tamen hic ‘paterna certamina’ memorentur, et non alius Claudii, qui cum plebe certaverit, ejusque commodis adversatus sit, supra mentio fiat, quam Ap. Claudii, qui ex Sabinis Romanam commigravit, et inter Patres lectus est; recte hic *Ap. Claudium*, *Ap. filium* editum esse existimo, quomodo etiam præfert Harl. antiq. Certe III. 15. C. Claudius consul, quem viri docti Ap. Claudii decemviri patrum, adeoque Ap. Claudii hic memorati fratrem, censem, *Appii filius* vocatur. Idem sensit etiam Dion. Halic. qui Appium hunc Antiq. IX. p. 599. vocat Ἀππίον Κλαύδιον, νιὸν Ἀππίου, τοῦ πλειστα τῷ δῆμῳ περὶ τὴν κάθοδον ἐναντιωθέντος. Forte igitur olim duplex de Claudio, qui Romanum commigravit, opinio vulgata fuit, enim vel *Appii* prænomen habuisse, quam securi sunt Livinus, Dionysius, et alii, vel *Marci*, cui adhaerent fasti Capitolini.

Jam inde a paternis certaminibus invisum infestumque plebi] Pal. 2. ab paternis cert. Gebh. Ab paternis cert. etiam Hav. a cert. paternis Voss. 1. et Leid. 2. Tum inv. infestum plebi, copula neglecta, Harl. pr. et Hav. Vox *plebi* abest a Port.

§ 6 Collega ei T. Quintius datur] T. Quintus Voss. 2. et Harl. 2. Q. Titus Hav. ut videri posset librarius

in cod. suo reperisse *Quintius Titus*, de quo ordine nominis ac prænominiis vide ad III. 1. § 1. At reliquorum in vulgatum consentientium auctoritas evincit, nihil mutandum esse. Prænomen omiserunt vett. edd. quod primus Aldus recte addidit. Est enim in omnibus scriptis. Collega ejus, pro c. ei, male etiam præfert Gaertn.

Nihil prius, quam de lege, agebatur] *Nihil plus, quam de lege* Hav. Quomodo interdum librarii lapsi sunt. Vide hoc lib. ad c. 52. § 1. *nihil aliud, quam de lege* Harl. 2. qualia plurim, Livio familiarissima, congerentur ad XXXI. 24. § 3. Verum et hic conspians ceterorum MSS. auctoritas receptam lectionem firmat ac tuetur. *Quam de lege agebatur agraria inepte* Gaertn.

Ut inventor legis Volero, sic Lectorius, collega ejus, auctor] Hæc sententia, vere introsum turpis, speciosa pelle decora est. Si Volero erat ‘inventor’ legis, cur Lectorius ejusdem ‘auctor’ dicitur? quum ‘auctor’ idem sit quod ‘inventor,’ hoc est, qui aliquid primus et præcipitus instituit. Recte igitur Buslidianus codex, pro auctor, actor habet, hoc est, exercitator et executor; ut Volero habeat laudem institutæ legis; Lectorius de opera ferendæ legis primas obtineat. *Nannius* Miscell. v. 22. Edico tibi, Petre Nanne, et pro summa, quæ inter nos communium studiorum caussa intercedit, amicitia sedulo moneo, ne quid novi molaris in hoc Livii colo; optime enim conceptus est, commodissimamque sententiam continet, quam tu tamen videre non potuisti, propterea quod ‘auctorem’ idem semper valere quod ‘inventorem,’ falso tibi persuaseris; quæ res tibi ansam peccandi præbuit. Nunc igitur tibi narro, vocem illam apud Latinos capi interdum prosuatore, ac monitore; quoniam, qui alteri quicquam suadet, plurimum auctoritate valeat necesse est: alio-

quin suadebit quidem, sed non persuadet, nisi potius ejus oratio strepitum ac sibilis explodetur, ac penitus rejicitur. Ex quo natæ sunt hæ loquendi formulæ, 'tibi auctor sum,' 'ut illud facias,' et 'hoc te auctore feci.' Horatius certe in hunc sensum vocem illam sumsisse videtur, cum inquit ad Pisones vs. 193. 'Auctoris partes chorus officiumque virile Defendat.' Dicit enim, chormi suadentis dissuadentisque partes sustinere debere; quod ipsius munus in primo Ajaxis choro apud Sophoclem observare licet, et apud Senecam tragicum sapissime: rursus Hor. Od. III. 5. loquens de Regnlo, qui captivos reddendos esse negabat, oratione que in senatu habita, ut hoc ipsum evinceret, vehementissime contendebat, 'fertur,' inquit, 'virilem Torvus humili posuisse vultum, Donec labantes consilio Patres Firmaret auctor numquam alias dato.' Rob. Titius Loc. Controv. I. 21. 'Auctorem' hic pro suasore et monitore positum, monet R. Titius. Vide Hotom. Comment. Verb. Jur. in 'Auctor legis.' J. Pameilius in Epist. Cypriani LV. num. 6. 'auctorem' hic accipit pro propaginatore. Klock. Valeat Nannins cum suo actor, quod in solo Pal. 3. solemni vitio exstat. Quomodo distent 'inventor legis' ac 'auctor,' facile dicere est. 'Inventor legis' erat Volero, prima velut origo et excogitator, 'ut plebeii magistratus tributis comitiis fierent.' Terent. Enn. v. 8. 4. 'Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector.' Liv. III. 20. 'Comes animosior, quam auctor.' IV. 20. dicitur Augustus 'auctor templi' Jovis Februarii, quod vetustate dilapsum referat. Gebh. Male cum Buslid. Nannins actor: non enim 'auctor' semper idem qui 'inventor,' sed sæpe approbator, quique alias Livio 'suasor' dicitur. Sic supra c. 44. 'Et hic annus tribunum auctorem legis agrariæ ha-

buit.' At 'inventor' ejus Spurius Cassius. Item c. 48. 'Prinsquam quisquam agrariæ legis auctor tribunus existeret' qui auctoritatem ei præstet. Cic. ad Att. VIII. 3. 'Ille legibus per vim et contra auspicia ferendis auctor' de Pompeio loquitur et Julius intelligit. J. F. Gron. Etiam Nerus Analect. II. 1. observaverat, hic 'auctorem' ab 'inventore' distinguui. Duk. Lectorius Voss. ambo, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Lectorius Leid. 2. Sed recte jam Siganus Lætorius edidit, ut præfert Port. Neque multum ab ludunt Leid. 1. et Harl. 1. qui exhibent *Lætoribus*. Vide ad cap. 27. § 6. et hoc cap. § 10. Lætorius h. l. et inf. § 10. 12. Flor. Tum vocula ejus aberat ab Harl. 1. Sed alibi sæpe eam librarii neglexerunt: vide ad II. 51. § 8. Tandem *actor*, ut Nann. in Buslid. invenit, habent etiam Voss. I. Leid. 2. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Frequenter has voces in MSS. confundi, vidimus ad I. 26. § 5. Sed recte Titius et Gronov. vulgatum vindicarunt, ac docuerunt, 'auctorem' hic poni pro suasore. Legem Volero non modo invenerat, ac promulgarat, sed etiam suadebat. At Lætorius a collega inventam, promulgatam, ac suasam, multo acrius, vehementius suasit. Eo sensu Patres dicuntur 'auctores,' id est, suases, adprobatores, 'fieri' eorum, quæ comitiis centuriatis ac curiatis gerebantur. Supra I. 17. 'Decreverunt enim, ut, quum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent.' et eodem cap. 'Prinsquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiant.' III. 59. 'Multique erant, qui mollius consultum dicerent, quod legum ab iis latarum Patres auctores fuissent.' lib. VI. cap. ult. 'Patricii se auctores futuros negabant' et eodem cap. 'Patres auctores omnibus ejus anni co-

mitis fierent.' Eodem sensu 'contra auctoritatem senatus' fieri dicitur, quod fit invito, non probante senatu, apud Cic. de Sen. cap. 4. 'C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitut, agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti.' Liv. III. 63. 'Tum primum sine auctoritate senatus, populi jussu triomphatuni est.' 'Auctor alicuius rei' esse dicitur, qui suadet. Infra XLIV. 16. 'Is pacis semper anctor regi fuerat:' ubi alia exempla vide. 'Snasor et anctor' junguntur apud Cic. de Offic. III. 30. 'Hujus deditioonis ipse Postumius, qui dedebatur, snasor et anctor fuit.' Vide Grævium ad Cic. ad Attic. I. 19.

Tum recentior, tum acrior] In veteri est *cum recentior, tum acrior*. Rhen. *Tum recentior* servant Voss. ambo, Leid. 2. Lipsiens. Harl. umerque, Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad Liv. VI. 23. § 3. Voces *auctor* *quum recentior, tum acrior erat*. *Ferocem faciebat belli gloria ingens, quod atatis ejus perperam absunt* a Leid. 1. *atrotior, pro acrior, male habet* Hav.

§ 7 *Quod atatis ejus haud quisquam manu promptior erat]* *Quod atatis ejus se haud quisquam* Voss. 2. *manu prop̄cior* Lipsiens. Unde vir doctissimus conjiciebat *manu prop̄cior*. Sed nihil mutandum est. 'Manu promptus' est fortis, strennus. Sall. Cat. cap. 43. 'Natura ferox, vehemens, manu promptus, maximum bonum in celeritate putabat:' ubi vide Cortium. Vell. Pat. II. 73. 'Hic adolescens erat studiis rudis, sermone barbarus, in petu strennus, manu proutns, cogitatione celer.' Curtius v. 1. 'Vir inlustris, et manu promptus, famaque etiam proximo pr̄elio celebris.' Quintil. Iust. Orat. XII. 1. ed. Barm. 'Nec omnibus, qui fuerint manu prompti, viri fortis nomen concesserim, quia sine virtute intelligi non potest fortitudo.' Justin. XXIII. 4. 'Quod ostentum et consilio cautum,

et manu proutnum, regemque futurum significabat.' 'Manu fortis' dixit Liv. XXXIX. 40. 'In bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis.' Nepos in Datam. c. I. 'Et manu fortis, et bello strennus, et regi multis locis fidelis erat inventus:' ubi vide Savar. Ita 'ingenio promptus' Liv. v. 3. 'Non promptus ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus, tales orationem habuit.' 'Lingua proutns' II. 45. 'Nunc armatis sibi quisque lingua proutnum hostem obferri.' Sall. Jug. cap. 44. 'Iners, inbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingna, quam manu, promptior:' ubi vide iterum Cortium.

Quum Volero nihil, pr̄terquam de lege, loqueretur] Cum *Volerone* Leid. 2. Et ita erat in Voss. 1. a m. pr. Sed ultimis duabus literis vocis *Volerone* additæ postea notæ sunt, indicantes eas expungendas esse. Deinde *loquetur* Voss. 2. errore ex scriptura compendiaria *loqu'etur* nata. Parri modo ostendet perperam, pro ostenderet, scriptum habuimus hoc lib. cap. 47. § 6. *deseretur, pro deserere* t, I. 20. § 2. et v. 30. § 6. *sinent, pro sincent*, II. 6. § 2. *committentur, pro committerentur*, cap. 37. § 2. *dicent, pro dicent*, v. 12. § 8. *secernent, pro secernerent*, ibid. cap. 23. § 9. et similia alia s̄epissime.

Insectatione abstinent consulum] *Ab-* sistens priscae edd. quas vidi, usque ad Moguntinos, qui *abstinent* substiuerunt, probantibus codd. meis. Aliibi hæ voces commutatae sunt a libra-riis. Vide ad XXXVII. 17. § 8. *Insect. abs. cons. nihil*, addita ultima voce, Gaertn. contra sensum Livii. Verba *abs. cons. ipse in acc. scribæ culpa non adparent in fragm. Hav. sed m. sec. margini adscripta exstant.*

In accusationem Appi] Deest hic pronomen *ipse* in edd. per vulgatis, *Ipse in accusationem Appi*. Rhen. Pronomen illud superest in omnibus meis codd. Recte. Infra hoc cap. 'Ni

Quinctius, consul alter, consularibus negotio dato, ut collegam vi, si aliter non possent, de foro abducerent, ipse nunc plebem sævientem precibus lenisset, nunc orasset tribunos, ut concilium dimitterent.' Pro ipse Lipsiens. habet *Lectorius*, quod ex margine contextum invasit. Præterea in accusatione habent Port. et Lipsiens. Mox et plebem, pro in plebem, idem Lipsiens.

§ 8 *Quum a Patribus non consulem*] Palat. 2. cum ab Patribus. Gebh. Ita et Hav. *quum a patricibus* Harl. 2.

Ad vexandam et lacerandam plebem creatum esse] *Ad lac. et vex. plebem* Voss. 1. *ad lacerandum et vexandum plebem* Leid. 2. Præterea *creandum* Voss. 2. a m. 2. De qno errore vide hoc lib. cap. 48. § 4. Ceterum in loci hujus interpunctione peccatum esse Jac. Perizonius existimabat. Margini itaque codicis ita distinguendum adscripsit, *creaturn esse contuleret. Rudis* (vel *At rudis*). Aut etiam *exorsus, (scilicet 'est')* *Quum a Patribus non consulem, &c. creatum esse contuleret, rudis, &c.* Verum ad sensum Livii adtendentи facile patebit, receptam distinctionem satis commode ferri posse. Mox *rudis in mil. ling. homine, trajectis vocibus, Gaertn. a m. pr.*

§ 9 *Quandoquidem non tam facile loquor, inquit, Quirites, quam*] Td tam deest in Ms. Recte. Terent. Eun. iv. 4. 50. 'Parmenonis esse hancce scio technam, quam me vivere.' Klock. Particula *ταῦ φαντος* est in Pall, tribus ac priscis recensionibus Andreæ et Campani. Gebh. In MSS. et edd. antt. Andreæ, Campani, Becharii, Ascensii *Quandoquidem non facile loquor, particula desecta.* Nec fecit melius Moguntina, quæ prima addidit. Lib. xxv. 13. 'Quem facile elici ad certam rem rebantur posse, non militum, quos perpancos habebat, fiducia, quam juventutis Thuringæ?' sic optimi. Adde quæ ad xxvi. 18. et

cap. 31. tum quæ ad v. 21. xxv. 29. xxviii. 44. xxx. 28. dicemus. J. F. Gron. Illud *tam abest etiam ab omnibus, quibus utor, codd. excepto Flor.* quod et Hearne ab Oxon. B. L. et C. exsulare notavit. Quare, Hearni exemplum secutus, voculam ex contextu ejicere ausus fui. Alia hujus ellipsis exempla videantur apud viros doctos ad Just. vi. 3. § 3. XII. 8. § 14. et Cortium ad Sall. Jug. cap. 100. § 4. Ceterum in loco Terentii, quem laudat Klockius, hodie editur, *Parmenonis tam scio esse hanc technam.* Donati tamen ætate τδ tam in contextu non exstisset ex ejus adnotacione colligi licet. Dicit enim: 'Deest magis; ut sit, 'magis scio, quam me vivere.'

Quod locutus sum, præsto] Deest τδ sum in Lipsiens. Tum peto habent Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Ita et Aldus edidit, insuper vocem peto ad sequentia referens: 'peto crastino die adeste.' Eum pauci editores secuti sunt. Tempore priores eodem *præsto* retulerunt, 'præsto crastino die adeste.' Sed recte Froben. 1531. non modo *præsto* restituit, sed et locum melius interpusxit.

Crastino die adeste] *Crastina die* Harl. 2. et primæ edd. Sed jam Aldus *crastino* reposuit, quod servant reliqui codd. mei. Vide ad III. 20. § 4. In Leid. 1. erat *crastino andie.* Videtur librarius invenisse in codice suo *crastino na die*, quod quum non intelligeret, dedit *crastino an die.* Illo vero *crastino na die*, quisquis ita scripserit, indicatur, duplum exstisset lectionem, *crastino die* et *crastina die.* Vide ad III. 44. § 4.

Aut hic ego in conspectu vestro moriar] Legendum juxta antiq. Iectio nem *Ego hic aut in consp. Rhen.* Pariter præferunt omnes codd. mei. Mox *aut preferam legem* Hav. Cui errori compendium scribendi causam dedit. Vide ad v. 4. § 12.

§ 10 *Occupant tribuni templum]* Pal. 2. *occupabant.* Gebh. Nostri nihil mutant. Mox ad implendam legem Voss. I. a m. pr. pro quo in margine a m. sec. repositum impediendum. Sed ad pediendum legem Harl. 1. ad impe- diendum legem Harl. 2. Vide ad XL. 49. § 1.

Submoveri Lætorius jubet, præter- quam qui suffragium ineant] Lectorius Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. a m. sec. (quum a m. pr. fuisset *Lictorius*) et fragm. Hav. a m. sec. pro quo m. pr. dederat *Lectorius*, quod Flor. habet. Sed *Læto- ribus* Harl. 1. Eadem fere lectionum varietas bis adhuc infra hoc cap. o- currevit, et jam supra § 6. notata est. Deinde qui suffragia ineant Voss. 2.

§ 11 *Tum ex his prehendi quosdam]* Concise Pall. 1. ac 3. *prendi.* Notavi in antiquis. Infra III. 11. lege e Ms. ‘Quemcumque lictor jussu consulis prendisset.’ IV. 42. e Pal. 3. leg. *In quo nihil, præter fortunam, reprendi posset.* Gebh. *Prendi* etiam Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Gaertn. et fragm. Hav. *pendi* Lipsiens. a m. pr. pro quo altera emen- davit *prehendi*. Vide superius notata ad hujus libri c. 29. § 4. Vide etiam Gebhard. ad Liv. VIII. 33. § 5. *Præ- terea cum ex his* Harl. 1. *Paulo sup. Adulescentes* Flor.

Negare jus esse tribuno] Jus esset Leid. 1. et Harl. 1. Sed ultima litera *τοῦ* esset perperam repetita est ex prima seq. vocis; quod sæpe a libra- riis commissum esse, aliquoties ob- servavimus. Vide ad XL. 7. § 8.

§ 12 *Non enim populi, sed plebis eum magistratum esse]* Supra c. 35. ‘Aux- ilii, non pœnæ, ius datum illi magis- tratui, plebisque, non Patrum, tribu- nos esse.’ Ut autem hic ‘populus’ et ‘plebs,’ sic III. 55. ‘Ut quod tributum plebes jussisset, populum teneret.’ III. 11. ‘Initium erat rixæ, quum dis- cedere populum jussissent tribuni:’ et c. 19. ‘Si quis vobis humillimus

homo de vestra plebe, quam partem, veluti abruptam a cetero populo, ves- tram patriam fecistis.’ Vide § 4. In- stit. de Jur. Natur. Gent. et Civil. et Agellium x. 20. *Klock.*

Nec illum ipsum submovere pro impe- rio posse] Nec ullum ipsum Harl. 1. Frequenter hæc vocabula in MSS. commutari videbimus ad XXV. 11. § 3. Et ita sensus foret, ipsum tribu- num non posse submoveare ullum ci- vem. Præstat tamen recepta lectio, quam servant reliqui omnes codd. Ita accipendum conjunctim illum ip- sum, ut apud Cic. de Orat. II. 40. ‘Tu inimicus ejus cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco:’ pro Marcello c. 2. ‘Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina Fortu- na in istius se societatem gloriæ non obfert:’ ad Attic. II. 1. ‘Me, il- lum ipsum vindicem æris alieni, ære, non Corinthio, sed hoc circumfora- neo, obruerunt.’ ‘Submovere’ an- tem siue addito casu, ut modo verbis proximis, ‘submoveri Lætorius ju- bet, præterquam qui suffragium in- eant.’ IV. 50. ‘Quum submoventes passim lictores centurionesque vexa- rent turbam.’ XLV. 7. ‘Donec consul lictores misisset, qui submovendo iter ad prætorium facerent.’ Male etiam non illum esse imperium submovere pro imperio posse Gaertn. Præterea pro imperio deest in Lipsiens. Sed trans- ponit Harl. 2. hoc modo, pro imperio submovere posse: qui idem codex in præcedentibus etiam ordinem verbo- rum mutat exhibens *plebis magistra- tum esse eum.* Paullo post discendite, pro discedite, Lipsiens.

Facile et contentim de jure disserendo perturbare Lætorium poterat] Si quid video, nullus hic idoneus sensus *τοῦ* poterat. Sed scriptum ab auctore fuit perturbare *Læt. parat.* Ut I. 19. ‘Ur- bem novam, conditam vi et armis, jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat.’ XXII. 14. ‘Italiam ab Hannibale recuperare pa-

rat.' XXXVIII. 30. 'Legem parabat ferre.' J. F. Gron. *Parat* non melius videtur esse, quam *poterat*. Non parabat Appius Lætorium perturbare, sed jam perturbarat, contemtim de jure tribunicie potestatis disserendo, et dictis eum confutarat, quibus militaris et rudi lingua homo respondere non poterat. *Duk.* Corrupte discernendo Voss. 2. Hinc corruptius discernendo Leid. 1. *Poterat* autem constantes servant libri qua manu qua typis exarati. Pro eo *properat* scribendum conjicit Donatius. An potius, τῷ et ejecto, legendum facile contemtim de jure diss. pert. *Læt.* *poterat*; facile poterat perturbare contemtim de jure disserendo. Indicat Livius, Appium contemtim de jure disserendo perturbasse Lætorium, idque eum facile ac nullo negotio fecisse. Male τὸ facile abest a Lipsiens.

§ 13 *Ardens igitur ira tribunus*] Ita, pro *ira*, Port. manifesto errore, sed qui in MSS. admodum frequens obcurrit. Vide ad xxiv. 16. § 1.

Ad tribunum, privatum esse clamitans, sine imperio, sine magistratu] Hunc locum, in quo tribunum plebis privatum, non magistratum esse, traditur, ne quem forte Romanæ antiquitatis ignarum perturbaret, verbis Plutarchi prolatis visum est explanare. Ea sunt in libro τῶν κεφαλαίων p. 283. in hanc sententiam: 'Cur, enim purpura alii magistratus utuntur, tribunus plebis non utitur? An quia tribunus plebis magistratus non est? Neque enim ex sella tribuni jus dicunt, neque principio anni, ut reliqui magistratus, inueniunt, neque, creato dictatore, se abdicant: verum omni translato ad dictatorem imperio, ipsi tamen potestatem suam retinent, quasi magistratus non sint. Quemadmodum autem translationem iudicium esse rhetores quidam negant, sic tribunatus impedimento potius est magistratui, quam magistratus. Etenim resistere potentiae magistra-

tus, et nimiam ejus licentiam coercere, ad ejus anuctoritatem pertinet.' [Errat Sagonius, cum 'purporam' vertit. Nam περιπόφυρον habet Plutarchi liber, et satis notum est, hanc a Plutarcho dici, quam 'prætextam' Latini vocant. Robort: Emendat. II. 28. Et ut in hoc, sic quoque in illo errat, quod ait, creato dictatore, consules 'se abdicare' solitos. Nam Plutarchus ait παῖει, quod non 'abdicare se,' sed interim desistere uti potestate et jure suo, dum dictatoris est, ut ibidem annotat Robortellus.] *Sigon.* Contenderunt de sententia hujus loci Sagonius de Ant. Jur. Prov. III. 5. et Gruchius Refutat. ad posterior. Sigonii Disputationem c. I. et c. 2. Sigonius tribunos plebis plane e numero magistratum videatur velle excludere. Respondet Gruchius, fuisse magistratus plebis, non populi, idque Appium ipsum paullo ante haec verba dicere: 'non enim populi, sed plebis eum magistratum esse.' Et sic Livius compluribus locis. Nec tamen dubium est, quin deinde simpliciter et sine ulla adjectione magistratus vocentur, quod multis e Cicerone locis ostendit Manutius ad Sall. Jug. cap. 37. *Duk.* Quemadmodum Sigonius interpretationem Latinam veiborum Plutarchi adversus Robortelli censuram defendat, pluribus videri potest Emendat. I. 32. Ceterum ex hoc loco minime probari potest, tribunos plebis non fuisse magistratus, sed tantum, quo loco ab Appio habitu fuerint, ex cuius persona Livius dicit, 'eos privatos esse, sine imperio, sine magistratu'; quum ipse Livius eos revera pro magistratibus habuerit, et saepius 'magistratus' vocaverit. Supra hoc cap. 'Rogationem tulit ad plebem, ut plebeii magistratus tributis comitiis fierent:' et deinde, 'Consul Appius negare, jus esse tribuno in quemquam, nisi in plebeium: non enim populi, sed plebis, cum magis-

tratum esse.' c. 33. 'Agit deinde de concordia cœptum, concessumque in conditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset.' iv. 2. 'In eadem civitate tribunos plebis et Patres esse: aut bunc ordinem, aut illum magistratum tollendum esse.' xxiii. 23. 'Primos in demortnorum locum legit, qui post L. Æmilium et C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, necdum in senatum lecti essent, ut quisque eorum primus creatus erat: tum legit, qui ædiles, tribuni plebeii, quæstores fuerani: tum ex iis, qui magistratus non cepissent, qui spolia ex hoste fixa domi haberent, aut civicam coronam accepissent.' Similiter etiam alii scriptores. Sall. in Jug. c. 37. 'P. Lucullus et L. Annus tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur.' Varro ap. Gell. xiii. 12. 'In magistratu habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum. Vocationem, ut consules et ceteri, qui habent imperium: prehensionem, ut tribuni plebis et alii, qui habent viatorem: neque vocationem neque prehensionem, ut quæstores et ceteri, qui neque licetorem habent, neque viatorem.' Cic. de Orat. i. 7. 'C. Cotta, qui tum tribunatum plebis petebat, et P. Sulpicius, qui deinceps eum magistratum petiturus probabatur.' Pomponius JCTus l. 2. § 20. ff. de O. J. 'Eisdem temporibus, quum plebs a Patribus secessisset, tribunos sibi in monte Sacro creavit, qui essent plebeii magistratus.' Vide Manutium et Corntium ad Sall. locum laudatum, posteriorum etiam ad Cat. c. 39. Similiter etiam a Polyb. Dionys. Halic. Diod. Siculo, Appiano, Plutarcho, Dione Cassio, aliisque ἐρχοντες vocantur. Et hinc nomina eorum, una cum reliquo magistratum nominibus, quotannis in magistratum libris adnotabantur, teste Livio XXXIX. 52.

Delph. et Var. Clas.

'Hic Nævius in magistratum libris est tribunus plebis P. Claudio, L. Porcio consulibus.' Vide ad iv. 3. § 12.

§ 14 *Violotusque esset tribunus]* *Violotus atque oppressus esset tribunus* Hearnii Oxon. N. Mox *ni et concio*, id est, *nisi et concio* Hav. Vide ad xxiii. 1. § 8. *ni et contētio* Leid. 2. Qui error in scriptis sæpe obvius est. Vide ad iv. 6. § 4. *ni concio* edd. vett. Primus Aldus *rō et interposuit*, quod servant omnes codd. Vide ad c. 44. § 3.

Ex tota urbe concitatæ multitudinis fieret] Bene sic Pal. 3. editionesque adeo priscæ. Sed Pall. 1. et 2. *concitata multitudine*. Gebh. *Et ni concursus* Harl. 2. Deinde *concitata multitudine* Voss. 2. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Tandem *rō fieret* non adpareat in Leid. 2.

Sustinebat tamen Appius pertinacia tantam tempestatem] *Sustinebat tū Appius* Hav. sollemni errore, ex scribendi compendio nato. Vide ad xxiii. 17. § 5.

§ 15 *Certatunque haud incruento]* *Certatique* Gaertn. Deinde voculam *haud male omisit scriba* Leid. 2. Mox *ni Quintus alter* Hav. omissa voce *consul*.

Ut collegam vi, si aliter non possent, de foro abducerent] *Ut collegam, nisi aliter non possent* Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. et Port. *ut collegam nisi aliter alt' non possent* Leid. 2. Præterea *de foro educerent* Voss. 1. et Leid. 2.

Precibus lenisset, nunc orasset tribunos] 'Lenire' et 'orare' quædam ex priscis edd. Mox etiam male *consilium dimitterent* Gaertn. Agitur enim hic de comitiis ac conventu populi, quod non *consilium*, sed *conclitum* dicitur. Vide ad XLIV. 2. § 5. *consilium ambigue præfert* Lipsiens. Vide ad i. 8. § 6.

§ 16 *Darent iræ spatium: non vim suam illis tempus admeturum]* *Spatium iræ* Voss. 2. Deinde *non vim suam il-*

Licius.

19 I

lud tempus Harl. 2. *ne vim suam* Gaertn. *non inde suam* Lipsiens. a m. pr. quo *non vim suam* in margine manus sec. emendavit. Facillime *iñ*, id est *inde*, et *uñ*; id est *vim*, confundi potuerunt in scriptis. Vide ad v. § 2. Denique *adepturum* Port. qui error alibi saepe commissus est. Exempla quaedam vide hoc lib. c. 15. § 6. Adde c. 25. § 6.

Consilium viribus additurum] Adempturum joenlari errore Leid. 2. cuius librarii animo adhuc obversabatur, quod modo praecesserat, vocabulum. *Mox cons. in Pat. pot. fore*, alio ordine, est in Hav.

Cap. LVII. § 1 Ægre sedata ab Quintio plebs] Alius ordo in Pal. 2. *Ægre a Quintio sedata plebs*. Gebh. In ordine vocabulorum nihil turbant codd. mei: sed a *Quintio* habent Voss. a m. pr. et fragm. Hav. et *Quintio* Hav. *ab Quirito* Port. hoc loco, ut et mox § seq. litera *n* dissonata in *r* et *i*. Vide ad III. 30. § 3. Deinde *plebis* Leid. 2. ut Livius *plebes* scripsisse videri possit; de quo vide ad I. 20. § 6. Sed reliqui conspirant in vulgatam lectionem.

Multo ægrius consul alter a Patribus. *Dimisso tandem concilio]* Andreas editit, *consul alter a Patribus dimisso tandem concilio*: ut habet quoque Pal. 1. quæ distinctio non allubescit. Gebh. *Ab Patribus* Hav. Deinde *consilio Lipsiens. consilio* Gaertn. Vide ad cap. *præc.* § 15.

§ 2 Quum timor atque ira in vicem sententias variassent] *Tum timor* Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *sententiam variass.* Voss. 2. Malc. XXII. 60. ‘Ibi quum sententiis variaretur.’

Adconsultandum avocabantur] Forte avocabantur. Klock. Male Campanus edidit *advocabatur*: at Pal. 2. legit, *ad consultandum avocabantur*. Gebh. Non improbarem avocabantur, si auctoritate librorum veterum niteretur. Sulpicius ad Cic. Epist. IV. 5. ‘Etiam

tu ab hisce rebus animum ad cogitationem avoca.’ Duk. *Ad consulendum* Voss. 1. a m. pr. Sæpe ea vox pro consultare usurpatur. Infra XXI. 16. ‘Ut, tot uno tempore motibus animi turbati, trepidarent magis, quam consulerint.’ XXIII. 20. ‘Vicit tamen pars, quæ nihil raptim ac temere agendum, consulendumque de integro censuit.’ XXIV. 22. ‘Postquam animadvertisit, eos, qui liberassent partiam, servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in medium’ et saepe alibi. Ob aliorum tamen codd. in vulgatam lectionem consensum, eam servandam puto. Alibi librarii hæc verba in vicem commutabant. Vide ad XXI. 16. § 2. Deinde *avocabantur* Hav. sollempni errore. Vide ad I. 6. § 1. Utraque lectio admitti potest. Quare numero codd. in vulgatum consentientium cedendum existimo. Si tamen codd. plures accederent, alterum preferrem.

Eo plus abhorabant a certatione animi] Pal. 2. abh. ab crt. Gebh. *Præliis*, pro plus, Voss. 2. Tum *adhorabant* Leid. 1. Denique *a certamine* Voss. 1. et Leid. 2. Quod ex glossa procreatum videtur.

§ 3 Quod ejus opera mitigata discordia esset] *Discordia mitigata esset* Port. *Quod ejus opera mitigata discordia essent* Gaertn.

Ut tantam consularem majestatem esse vellet] Tantam solum in margine Voss. 1. exstat; in contextu vero totam. ‘Totus’ autem et ‘tantus’ confunduntur etiam apud Sil. Ital. XI. 222. Tum vox *consularem* abest a fragm. Hav. a m. pr. sed *majestatem consularem* habet Port. Deinde tñ esse definit in Lipsiens.

Quanta in concordi civitate esse posset] Pall. tres et Camp. *quanta esse in conc. civ. posset*. Gebh. Idem ordo verborum, quem in suis Gebhardus invenit, mihi quoque obvius fuit in Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. utroque, Port. Gaertn. Hav. et fragm.

Hav. Quare ita edi jussi. Sed esse in concordia civitatis Flor.

Dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahant] Antiqua lectio *Dum tribunique consules ad se. Conjicio scribendum, Dum tribunique consulesque ad se. Rhen.* Non probo hanc lectionem Rhenani, quæ antiquis libris, quos vidi, repugnat; sed *tribuni consulesque*. Sigon. Rhenanus putavit legendum, *Dum tribunique consulesque*, quia vocula *que* in ipsius libro erat trajecta: quam lectionem recte damnat Sigonius, et Pall. et Campani ed. vulgatae adstipulantibus. Andreas olim dedit aliam lectionem, *Dum tribuni et consules. Gebh. Dum tribunique consulesque Flor. Dum tribunique consules ad se Leid. 1. Dum tribuni consules ad se Hav. Dum tribuni et consules ad se Harl. 1. et edd. antt. quas vidi, usque ad Aldum, qui primus vulgavit *Dum tribuni consulesque ad se*; quæ etiam lectio superest in reliquis codd. Deinde traderant Voss. 2. *trabant Harl. 1. trahant Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragni. Hav. omnesque typis descripti usque ad Clericum, qui editi trahunt.* Vide ad Liv. I. 40. § 7.*

Nihil relictum esse virium in medio] Non tento sane. Sed non video sic Livium loqui, ut ex his patet. xxxvii. 23. ‘Extremo agmini nihil loci ad terram relictii erat.’ xl. 12. ‘Ut ne ego quidem apud te quicquam spei reliquæ habeam.’ ix. 16. ‘Quia nihil satis præparati erat ad obsidionem tolerandam.’ Jac. Gronov. Videtur itaque Gronovius censuisse, legendum esse nihil relictum esse virium in medio. Sæpius ita locutum fuisse Livium, ut dicat ‘nihil reliqui,’ ‘nihil integri esse,’ videbimus ad xxxvi. 7. § 6. Certum insuper est, interdum etiam dixisse ‘nihil spei reliquæ,’ quod evincunt loca, quæ Gronov. hue adulit. Eo referendum illud ix. 43. ‘Nec quidquam satis tuti loci victis est.’ Ini-

quum tamen foret, si Livium invitissimis codd. ad eamdem formulam semper redigere vellemus. Certe alind ipsi placuit infra xlviij. 7. ‘Quum sibi nihil vivi reliquum, præterquam linguam ad deplorandas patriæ suæ calamitates, præfatus esset:’ et fere etiam hoc lib. c. 15. ‘Obsidum quod reliquum erat, reddidit:’ ut v. 4. ‘Quibus aliquid novi adjectum commodi sit.’ Quemadmodum igitur illis locis ‘nihil vivi reliquum,’ ‘quod obsidum reliquum,’ ‘aliquid novi commodi adjectum,’ dixit, ita hic ‘nihil virium reliquum.’ Quum autem ea lectio constanter extet in omnibus, quos versavi, codd. nisi quod *virum*, pro *virum*, perperam sit in Voss. 2. nihil etiam mutandum existimo.

Distractam laceratamque rem publicam per magistratus: magis quorum in manu sit] Nullibi comparent hæc verba per magistratus aut in Pall. aut in omnibus antt. edd. Gebh. Tà per magistratus nec in MSS. nec in edd. principibus Andreæ Romana, et Tarvisina, Campani, Ascensii, Saveterii reperiuntur. Veneta de Zanis et Becharii *remp. per mag. quorum. Moguntina denique remp. per magistratus, magis:* quam omnes sunt secutæ. Nos vero reducimus et magnopere probamus primam illam, optimis auctoribus subnixam, lectionem, distractam laceratamque remp. magis, quorum in manu sit. Est enim enallage accusativi pro nominativo, *distracta et lacerata res publica*, longe elegantissima; quam Senecæ etiam sartam tectam esse primi jussimus de Benef. iv. 32. Varro de Re Rust. ii. 9. ‘Quod si lupus aliasve quis his vulneratus est, reliquas quoque canes facit, quæ id non habent, ut sint in tuto.’ Cicero Agr. ii. 21. ‘Quæ est ista æquitas, cæteros etiamsi privati sint, permittere, ut publici judicentur; hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur?’ structura ordinaria: permit-

tere, ut ceteri, etiamsi privati sint, publici judicentur. Sed illud oppido sci-
tius, si non mihi, saltem Ciceroni et
tot Romanis credatur. Sall. Jug.
c. 41. ‘Ita omnia in duas partes dis-
tracta sunt: respublica, quæ media
fuerat, dilacerata.’ J. F. Gronov.
*Voces per magistratus non reperiun-
tur etiam in codd. nostris.* Quibus
ejectis, recte Gronovius periodum,
in duas olim divisam, redintegrat, et
distractam laceratamque rempublicam
per enallagen casus pro *distracta la-
cerataque respublica* ponit docet. Si-
mile exemplum est xxiii. 10. ‘Eum
postulare, ut sibi dedatur,’ pro pos-
tulare, ut is sibi dedatur. xxxi. 27.
‘Hic metus Codrionem, satis vali-
dum et munitum oppidum, sine cer-
tamine ut dederetur Romanis, effec-
cit:’ pro effecit, ut Codrio dedere-
tur. Terent. in Prol. Andr. vs. 5.
‘Populo ut placerent, quas fecisset
fabulas:’ in Eun. iv. 3. 11. ‘Ennu-
chum quem dedisti nobis, quas tur-
bas dedit?’ et is ita saepe. Sall. in
Jug. c. 14. ‘Extorrem patria, ino-
pem et coopertum miseriis effecit, ut
nibis tutius, quam in meo regno,
essem:’ ubi vide Cortium. Eadem
figura in aliis etiam easibus apud
Nostrum frequens est. Infra xl. 20.
‘Speculatum magis inquisitumque
missi de iis, quorum Perseus Deme-
trium insimulasset sermonum cum
Romanis:’ pro sermonibus cum Ro-
manis: ubi plura vide. Per ellipsis
potius similes locutiones exponit.
Perizon. ad Sanctii Minerv. II. 5. p.
130. Ceterum distractam laceratamque
Harl. 1. laceratam distractamque Voss.
1. et Leid. 2. Denique quorum in ma-
nu, quam ut incolonis sit, τῷ sit priori
loco expuneto, Leid. 2. quam incolo-
nis sit Flor. quorum in manus sit Leid.
1. prima litera τῷ sit in praeced. vocis
fine male repetita. Vide ad xxviii.
25. § 2.

§ 4 *Non consulem senatui, sed sena-
tum consuli deesse]* Non solum senatui

Voss. 2. Mox quam in saero monte
accepta sunt idem Voss. 2. cum Leid.
2. Port. et Hav.

*Victus tamen Patrum consensu quiet-
vit] Tū, pro tamen, Hav. sollemni er-
rore.* Vide ad xxii. 17. § 5. Mox
profertur, pro perfertur, Leid. 2. et
Gaertn. Vide ad v. 4. § 12.

CAP. LVIII. § 1 *Tum primum tri-
butis comitiis creati]* Solo in Pal. 3.
hæc lectio integra servata est: nam
in reliquis duobus MSS. et edd. ut
supra, repositum erat tribunitiis.
Gebh. *Tribunitiis comitiis* perperam
hic etiam præferunt Voss. 2. Port.
Gaertn. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav.
Eamdem lectionem in margine etiam
servant Leid. 2. et Voss. 1. qui in
ipso contextu præferunt *tributis co-
mitiis*, quod superest etiam in Leid.
1. et Harl. 1. Vide quæ notantur
hoc lib. ad c. 56. § 2. *tribunis comi-
tiis* habet Lipsiens.

Numero etiam additos tres] Pal. 1.
et Camp. *additi* Pall. 2. ac 3. *nu-
mero etiam addito: tres, &c.* neque aliter
Andreas. Gebh. *Numero etiam addito
tres* Pall. Voss. 1. Helm. Flor. uter-
que, Rott. idque longe præstat vul-
gato *additos*. Vide II. 2. *Jac. Gron.*
Non liquet, cur hoc præstet vulgato,
in quo aperta sententia est, in *addito*
satis obscura; nec, quæ ad II. 2.
adnotantur, quidquam huc faciunt.
Duk. *Numero etiam addito tres omnes*
codd. quos vidi, cum vetustioribus
editis: neque aliter Hearnus in
codd. Oxon. invenit: *additos* demum
obcurrit in Mogunt. hinc in Froben.
a. 1531. et reliquis recentioribus us-
que ad *Jac. Gron.* qui priorem lecti-
onem revocavit.

*Perinde ac duo ante fuerint, Piso
auctor est]* Proinde Leid. 2. Novi
equidem proinde saepe pro *perinde*
poni. Vide Manut. ad Cic. ad Fam.
xi. 28. Quum tamen reliqui codd.
vulgatum constanter exhibeant, ve-
rius est, unius cod. scribam lapsum
esse, errore orto ex similitudine no-

tarum, quibus voculæ per et pro exarari solent. Vide infra ad lib. xxvii. c. S. § 18. Tum *duo antea* Flor. Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et priscaæ edd. usque ad Froben. qui 1535. *ante* reposuit: pro quo priorem lectionem revocavi. Deinde fuerunt Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Denique *Piso actor est* Voss. 2. et Leid. 2. passim obvio librariorum lapsu. Vide ad 1. 26. § 5.

§ 2 *Nominat quoque tribunos, Cn. Sicciūm, L. Numitorium, M. Duiliūm, Sp. Iciliūm, L. Meciliūm]* Hos tribunos nominat Diodorus xi. p. 278. Μάρκου Δοντλίου, Σπέριον Ἰκίλιου, Γέιτον Σικίνιου, Λεύκιον Νομετάριον. Seribo igitur *Duilius*, non *Duellius*, partim Graecis, partim Capitolinis monumentis auctoribus. Quamquam Cic. in Oratore c. 45. *Duellium* videtur defendere. Inquit enim, ‘ut duelum, bellum, sic *Duellium*, qui Pēnos classe devicit, Bellinum nominarunt.’ Præterea *C. Siciniūm*, non *Cn. Sicciūm*, partim Diodori scriptura motus, partim etiam Livii, qui paulo post c. 61. *C. Siciniūm* cum *M. Duiliūm* tribunum prodit. De ‘*C.*’ autem ‘*Sicinio*’ et ‘*Sp. Icilio*’ tribunis plebis supra etiam dictum est c. 33. et c. 43. *Sigon.* *Sicciūm cons̄.* Voss. 1. *CN. Sicciūm* Voss. 2. Leid. ambo, Harl. 1. et fragm. Hav. *C. Sicciūm* Flor. *Gneum Sicium* Harl. 2. *Gajum Sicciūm* Port. *C. Siccinium* Hav. *consul' Sicciūm Spuriūm* Gaertn. *con. Sicciūm* Lipsiens. *M. Sicciūm* Hearniī Oxon. L. 2. et C. Ex his patet, omnes codd. uno Haverk. excepto, in veterum edd. lectionem consentientes, primo loco memoratum tribunum plebis *Sicciūm* vel *Sicium* adpellasse, plerosque etiam *Cnæi*, pro *Caïi*, prænomen ei deditisse: adversus quorum auctoritatem an probanda sit lectio, quam Sigonius unius Diodori Siculi fide substituit, vehementer dubito, licet ita etiam censeat Pighius

in Annal. ad a. CCLXXXIII. pag. 117. Quod enim Sigonius scripturam illam etiam ex Livio defendat, qui c. 61. ‘*C. Sicinum et M. Duiliūm*’ tribunos plebis memoret, sciendum est, eamdem ibi lectionum varietatem in MSS. inveniri, quam modo hoc loco produximus, ut ex loco illo nihil probari possit. Si quis tamen pertinaciter Sigonii et Pighii sententiæ adhærendum putet, per me licebit, et quidem tanto magis, quod scriptores antiqui passim *Sicciorum* et *Siciniorum* gentes confuderint. Vide ad c. 40. § 14. Tum *L. Numitorium*, literis perperam transpositis, Lipsiens. et Hav. Hinc *M. Duellium* omnes nostri præter Hav. qui tamen exhibet *M. Duellum*. Sed, ubique gentem illam non *Duelliam*, sed *Duiliam*, appellandam esse, non modo Sigonius ad hunc Livii locum, et infra ad c. 61. § 2. tum ad III. 35. § 5. ad c. 41. § 10. ad VII. 16. § 1. et alibi contendit, sed etiam alii viri docti idem sentiunt. Vide Petr. Ciacconium ad inscriptionem columnæ rostratae, Pighium in Annal. ad a. CDXCIII. p. 22. et Merulam ad Ennii Annal. p. LIX. Deinde *Sp. Illicium* Flor. Voss. 1. Harl. ambo, et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. literis transpositis. *Sp. Illicium* Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Neap. Latinii. *Sp. Alicium* Leid. 2. Denique *Melitiūm*, omissa prænomine, Voss. 1. *L. Melitiūm*, ordine literarum mutato, Voss. 2. Port. et fragm. Hav. *L. Meliciūm* Leid. 1. Harl. uterque, Gaertn. et Hav. *L. Mellicium* Lipsiens. *L. Meciliūm* Leid. 2. Sed cum diphthongo *Mæcilius* infra scripserunt recentiores editores IV. 48. § 1. quod hic etiam recepi, quum passim etiam in nummis et marmoribns. antiquis eadem orthographia reperiatur.

§ 3 *Volscum Æquicunque inter seditionem Romanam est bellum coortum. Vaslavabant agros]* Hæc lectio in

plerisque est libris. Quidam ita mutarunt, *Volsci tum Æquique inter seditionem Romanam et bellum coortum vastaverant agros.* Glar. Hic locus fœde legebatur ante ita, *Volscum Æquicumque inter seditionem.* Quam lectionem etsi valde non probo, moveor tamen, cum in vett. libris omnibus ita lego, *Ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum Æquumque, qui inter seditionem et bellum coortum vastaverint agros.* Sigan. *Volsci tum Æquique inter seditionem Romanam primus editit Campanus:* nam pessime Andreas, *Volscum: Equicunque inter seditionem Romanam: est bellum cohortum. Vastaverant agros.* Pal. 1. *Volsci et Equi, qui inter sed. Rom. et bellum cohortum vastaverant agros.* Et sic fere Pal. 3. nisi quod *Volscii Equique.* At Pal. 2. *Ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum Æquumque: qui inter seditionem.* Quæ lectio cum sapiat admodum Sigonio, quid ni credam, ejus palatum nimium ad scitamenta Liviana obbrutuisse? Gebh. Audiamus Sigonium. ‘Hic locus fœde legebatur ante ita: *Volscum Æquicumque inter seditionem:* quam lectionem etsi valde non probo, moveor tamen, (scilicet ad dubitandum etiam de vulgata) cum in vett. libris omnibus ita lego: *ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum Æquumque, qui inter seditionem et bellum coortum vastaverant agros.*’ Hæc vero, meo iudicio, additamentis effertissima pinguisimaque; vulgataque longe pejor esse non potest nisi libri inquinatissimi: nam ‘in omnibus:’ ferant hoc doctissimi viri merita, ne quid dicam sequius, sed non addidisse mallem. Ubi peritia sermouis Latini, cum ‘indicere bellum contra aliqueni’ dicere Livium potuisse autunavit? Illam, quæ nunc obtinet, *Volsci tum Æquique inter seditionem Romanam et bellum coortum vastaverant agros,* Campanus prodidit, quem tamen imitatus nemo

ante Basileenses, cum e Laureacensi monasterio locupletarunt Livium. Et facile est, ejus quoque discutere ineptias. Quæ enim illa temporis designatio, *inter seditionem Romanam et bellum coortum?* Si duo tempora sunt, quibus media intervenerit vastatio, falsum est; nihil enim intercessit spatii: sin unum est, ut sit, dum durat seditio et bellum exoritur, hæc a posteriori parte non potest separari agrorum vastatio; nam hos populando bellum sunt orsi. Lib. IIII. 9. ‘Si quem similem ejus priore anno inter morbum bellumque irati Dii tribunum deditissent.’ Verum est, quod dedit Andreas, et tot alii habuerunt olim, ‘*Volscum Æquicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum.*’ Vastaverant agros, ut, si qua secessio plebis fieret, ad se receptum haberet: nisi quod operarum vitio in nonnullis antiquioribus equicunque et cohortum. Et huc scripti meliores aurigantur. Offendit homines illud *Æquicum,* quod etiam deleverunt lib. x. in principio. ‘M. Livio Dentre, M. Æmilio consulibus redintegratum est *Æquicum bellum:*’ illi suffecerunt *Æquorum.* Transiluerunt tamen IIII. 4. ‘Isque miles per bellum *Æquicum vel acerrimus fuit:*’ Sic ‘*Nervio prælio*’ a Nerviis, ‘*Albicos*’ Albii Intemelii et Ingauni incolas dixit Cæsar, ‘*Heduicius*’ ab Heduis Ausonius in Parentalibus epigr. II. 2. ‘*Tarbellæ matris, patris et Heduicii.*’ Sic ‘*colonicos*’ Suetonius in Aug. c. 46. et ‘*leges colonicas*’ Varro de Re Rust. I. 2. ‘*cohortesque colonicas*’ Cæsar de Bello Civ. II. 19. Sic dixerunt ‘*nauticos*, ‘*genticos:*’ quod postremum cum apud Avienum invenisset Barthius, dubitabat, an apud antiquorem existabat unum. Habet tamen bis Tacitus. Habet quoque Tertullianus de Anima c. 39. ‘*Pro gentica, pro avita, pro publica, pro privata devotione.*’ J. F. Gron. Nullo loco magis

in diversa abeunt codd. scripti, quam hoc. Multi sunt, qui vetustis libris Sigonii consentiunt, aut certe vestigia lectionis, quæ Sigonius ex istis protulit, aperte servant. *Ex se. consulo, (vel Ex se. cōs.) (vel Ex S. C.) bellum indictum contra Volscum equumque, qui inter sed. Rom. et bellum coortum, (vel cohortum,) vastaverant agros legunt Harl. 2. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. et C. *Ex senatusconsulto bellum indictum contra equum Volsumque quicumque inter sed. Rom. et bellum coortum vastaverant agros Port.* *Ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum Equum cohortum vastaverant agros Hav.* *Ex senatusconsulto indictum bellum et quicunque inter sed. Rom. et bellum coortum vastaverant agros Gaertn.* *Ex se. cōs. bellum indictum contra Volscum et quoque inter sed. Rom. et bellum cohortum vastaverant agros Hearnii Oxon. L. 2.* *Ex S. C. bellum indictum contra Vulscum et quicumque inter sed. Rom. et bellum cohortum vastaverant agros ejusdem Oxon. N.* Verum, omnes hos interpolatos esse ab homine linguae Latinae inperito, optime observavit Gronovius. *Volsci et Equi, qui inter sed. Rom. et bellum coortum vastaverant agros* habet Voss. 2. *Volsci Equique inter scd. Rom. et bellum coortum vastaverant agros Leid.* 2. et fragm. Hav. a m. pr. Reliqui propins ad veram scripturam accedunt. Nam *Volscium et quicumque inter sed. Romana est bellum cohortum. Vastaverant agros Lipsiens.* *Volscum et quicumque inter sed. Rom. et bellum coortum vastaverant agros præfert Voss.* 1. a m. pr. sed *Volsci, pro Volscum, a m. sec. reponitur. Volscum et quicumque inter sed. Rom. est bellum coortum. Vastaverunt agros Harl.* 1. *Volscum Æquumque inter sed. Rom. et bellum coortum. Vastaverant agros Leid.* 1. et bellum coortum etiam Flor. Veram lectionem, a Gronovio indicatam tum in notis ad hunc locum, tum etiam in epistola ad Nic. Hein-*

sium, quam edidit Burmannus in Syll. Epist. tom. III. p. 106. eam, inquam, etiam firmari a cod. Oxon. L. 1. testis est Hearne. Recte autem vir summus ‘inter seditionem’ exponit, dum dñm dñrat seditio. Exempla ejus locutionis plura vide ad vi. 24. § 10.

Ut, si qua secessio plebis fieret, ad se receptum haberent] Lege ad se receptum haberet, non haberent. Rhen. Haberet etiam omnes nostri. Sed vocula ut male omittitur in Voss. 2. Mox Comp. d. reb. et castra Leid. 2.

§ 4 *Eadem in militia sævitia Appi, quæ domi esse; eo liberior] Castiga, quæ domi, esse liberior. Rhen. Ab omnibus Pall. MSS. codd. ut et ed. prima abest vocula eo: ab aliqua manu in Pal. 3. superposita, quæ domi esse liberior eo. Campanus edidit quæ domi esset eo liberior. Nihil sincerius puto vulgata lectione, si tamen malis abesse τὸ eo. Gebh. Quemadmodum Rhenanus castigandum monuit, præferunt etiam Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. antiqu. Lipsiens. Gaertn. Port. fragm. Hav. et primæ edd. Alterum tantum reperi in Harl. 2. et Hav. tum in Mediolanensibus 1495. et 1505. Veneta 1498. Ascensionis 1513. et 1516. et hinc in reliquis recentioribus. Priorem itaque lectionem, pluribus et integroribus codd. munitam, Livio redidi.*

§ 5 *Odisse plebem plus quam paterno odio] Odisse visus est plebem Hearnii Oxon. N. quæ lectio interpolata est a librario, quod hominum genus inperitum passim infinitas hujusmodi orationes additamentis similibus fulcire tentavit. Vide quæ notantur ad i. 50. § 5.*

Quod se victimum videbat ab ea, se unico consule objecto] Scribe electo. Rhen. Nihil heic est, nisi αἰτιολογία indignantis Appii, quæ frigidior est et dilutior in istis verbis. Si enim ipse unius consul objectus sit contra tribuniciam potestatem, quid miri, si

victa sit unius auctoritas, destituta a socio atque collega, altero consule? ac proinde minor caussa irascendi, cum nihil subitum et inexpectatum ejus animum percellat. Sed rursus, qui potuerunt Patres habere tantum spei in impedienda lege, si unum tantummodo consulem pro se habebant? Tot difficultates sanantur unica dictione, quam habet codex Bullianus, ubi pro *objecto* scriptum est *electo*. Ut sit sensus: Ideo se tanta odia in plebem concepisse, quod unice ad id electus consul cum summa spe Patrum, ut ipsius viribus et constantia resisteretur legi, non tamen potuerit sustinere violentiam plebis. Non memor est nisi Livius. Supra enim c. 56. ita dixit: ‘Patres, ad ultimum dimicationis rati rem ventram, Ap. Claudium Appii filium, jam inde a paternis certaminibus invisum infestumque plebi, consulem faciunt.’ *Nauinus* Miscell. v. 23. *Vet. lect.* et se *unico consule objecto*. *Sigon.* A Pall. tribus et Camp. ed. exsulat verbum *ridebat*, et postmodo *conjunctione et*. Ut vidi autem Sigonii hic scholia, ut statim suspicio animum tetigit, fore participem illius lectio- nis et Pal. secundum. Neque falsus sum; nam reperi, se *unico consule objecto*, quemadmodum edidit Andreas. c. 61. ‘Propugnatorem senatus, majestatisque vindicem suæ, ad omnes tribunicos plebeiosque oppositum tumultus.’ *Gebh.* Scripti codd. et Campanus ignorant *τὸν ridebat* cum particula *et*: quibus accessionem damus etiam *τὸν quod*, non nostræ tantum conjecturæ, sed et Borbetomagensis codicis fiducia: omnia enim hæc adleverunt imperiti elegantiæ, quam veteres ponunt hujusmodi locis in sermone per infinitivos. Vide *Observ.* ii. 14. *Objecto*, quod e suo scripto adfert Sigonius, et plurium aliorum est, et vett. edd. omnium ante Rhenanum, qui jussit *electo* scribi, disputatque idem Nannius in *Miscellaneis*. Immo post illos Gryphius

quoque et Curio tamen etiam *objecto*. Naunii contra id declamatiuncula tota nititur eo, quod *τὸν unico intelligere* vel noluit, vel non potuit. Quid miri, inquit, si victa sit unius auctoritas? Tum, qui potuerint Patres tantum spei habere in impedienda lege, si unum tantummodo consulem pro se habebant? Respondeo, potuerunt tamen, si unus ille pro omnibus: ut Marcus Philippus Pompeium non modo pro consule, sed etiam pro consulibus aiebat mittere. Et hoc vult Livius *τῷ unico*, hoc est, unice, et supra omnes ad id apto fortique. Itaque *objecto* multo grandius et efficacius, et ad vim, quæ instabat, et ad præsidium, quod in eo ponebatnr, exprimendum, qui unus tanto torrenti velut obex et firmissima moles opponeretur. Inde enim petita translatio: aggères ‘obices,’ ‘objectus,’ et ‘objici’ dicuntur. Statins Thebaid. III. 673. ‘Cum vagns in campos frustra prohibentibus exit Obicibus.’ IV. 144. ‘Magnumque objectus detinet amnem.’ VI. 257. ‘Objectus geminis nmbonibus agger Campum exire vetat.’ Livius infra de Appio c. 61. ‘Propugnatorem senatus, majestatisque vindicem suæ, ad omnes tribunicos plebeiosque oppositum tumultus.’ XLII. 5. ‘Seu quia eum objectum esse Romanis volebat.’ J. F. Gron. *Tὸν quod agnoscent, at contra copulam et, a Sigonio additam, omittunt omnes, quibus utor, codd.* In uno tantum Lipsiensi est *quam se vicitum, pro quod se vicitum*. In vicem autem plerique nesciunt verbum *videbat*. Eorum vero, qui exhibent, alio ordine quidam adhuc conlocant. Nam *se vicitum ab ea videbat* Harl. 2. et Port. a m. sec. *se vicitum ab eo videbat* Hav. Hearne tamen auctor est, Sigoniano libro per omnia consentientes Oxon. B. et N. *quod se vicitum ridebat ab ea, et se unico consule exhibere*. Sed recte Gronovius monuit, iterum hic orationem infinitam librariis fraudi fuisse, et cum Rhenano legendum esse *se vici-*

tum ab ea: se unico consule, reliquis resectis. Vide ad i. 50. § 5. et mox hoc ipso § verbis praecedentibus, et § 7. Idem etiam recte vim τοῦ unicus pervidit. Plura vide ad XLIV. 1. § 5. Præterea *ejecto* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. *erecto* Gaertn. *electo* Flor. Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. Klockian. Neap. Latinii, et Hearnii Oxon. B. N. C. et L. 2. Patet ergo, in nullo codicium eorum *objecto* superesse; eo tamen dicere scripturam, quæ in optimis exstat, *ejecto*. Nihilominus facile hanc lectionem fero, tum quod primi editores, qui constanter *objecto* vulgarunt, eam in membranis suis inventisse videantur, tum quod admodum emphaticum sit, et Livius eo verbo delectatus, ac sæpius usus fuerit. Ita infra iv. 13. ‘Quid sibi vellent, rogitare, qui se, ætate exacta, tanta dimicationi objicerent?’ c. 44. ‘Adversæ invidiæ objici maluit, et suæ nocere caussæ, quam publicæ deesse.’ XXXVI. 5. ‘Deprecari, ne se nudos atque inermes Romano bello objicerent.’ XXXVII. 10. ‘Paucas naves ante portum Ephesi in salo habiturum; quas, si exire res cogeret, objecturus certamini foret.’ XLIV. 36. ‘Statuit sic adfectos recenti atque integro hosti non objicere:’ et sæpe alibi.

Quam minore conatu, nequaquam tanta Patrum spe, priores impediabant consules] Lectio Ms. codicis neq. tanto Pat. superiores impediabant consules. Lege nequaquam tanto Pat. (subaudi conatu) superiores impediabant consules. Jam totus ambitus sic legi poterit, Eadem in militia sævitia, quæ domi, esse liberior ... se unico consule electo adversus tribunitiam potestatem, perlata legem esse, quam minore conatu, nequaquam tanto Patrum, superiores impediabant consules. Rhen. Veit. libb. omnes nequaquam tanta Patrum spe priores impediabant consules. Sigon. Huic lectioni, nequaquam tanta Patrum spe, adstipulantur omnes codd.

Mss. et impressi. Res ipsa clamat, pessimo audaciae exemplo hic grassatum esse Rhenanum, cuius emendatio ut æternis obruatur tenebris, parco adscribere. Gebh. Omnes codd. mei nequaquam tanta Patrum spe priores impediabant consules; nisi quod ipse, pro spe, sit in Gaertn. Patrum superiores impediabant in Flor. et impedi in Harl. 1. Præterea *conata*, pro *conatu*, est in Lipsieus.

§ 6 *Animum ad vexandum sævo imperio exercitum stimulabat*] Ad vexandum sævoque imperio Leid. 1. Eadem lectio etiam exstat in Voss. 1. sed additis notis scriba monere voluit, τὸ que expungendum esse. Deinde stimulabant Port. ut sit ‘ira indignatione stimulabant,’ de qua constructione dictum ad i. 30. § 7. Quum tamen alii codd. vulgatum servent, id etiam præferendum puto. Paullo ante *Hæc ita ind. pro Hæc ira ind.* Gaertn. Vide ad xxiv. 16. § 1.

Nec ulla vi domari poterat, tantum certamen animis imbiberant] Vide quam subito mutatum dicendi genus: ‘ira stimulabat’ Appium: ‘nec ulla vi domari poterat’ exercitus. Itaque quidam legere malunt, nec tamen ulla vi domari poterat. Glar. Vet. lib. poterant. Quo fit, ut numerus congruat cum eo qui sequitur, *imbiberant*. Alii poterat et *imbiberat*. Quod magis probbo. Sigon. Bene *imbiberant* Pal. 2. et Andreæ. Reliqui duo et Camp. *imbiberat*. Gebh. *Inbiberant* etiam Voss. 2. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et prisæ, quibus usus sum, edd. usque ad Aldum. Videtur antem vel ea lectio recipienda esse, vel legendum nec ulla vi domare poterat, scilicet Appius, tantum certamen animis *imbiberant*: ut ita simul tollatur, quod Glareanus sibi displicere testatus est. *Inbiberant*, scilicet exercitus. Vide ad iii. 28. § 2.

§ 7 Negligenter, contumaciter omnia agere] Neglegenter Flor. et Leid. 1. Vide hoc lib. c. 11. § 4. et c. 48. § 7.

Deinde una voce auctior Harl. 2. *omnia exercitus agere.* Sed *omnia capi exercitus agere* Port. *omnia exercitus capit agere* Hearnii Oxon. B. et N. Verum et hic iterum sermonem per infinitivum conceptum ferre non potuerunt indocti librarii, de quo errore jam bis supra hoc cap. § 5. actum. Mox voces *nec pudor scribæ negligencia* non adparent in Leid. 2.

Tardius sedulo incedere] Tardius *sedulo inde cedere* Lipsiens. Sed error ex eo ortus, quod male primo divisis vocibus scriptum sit *in cedere*. Quum antem ita commodum sensum non esset, ex *in* postea factum est *in*. Vide ad x. 20. § 6.

Si ad hortatur operis adisset, omnes sua sponte motam remittere industriam] Clericus Art. Crit. part. III. sect. 1. c. 4. § 2. emendat *notam*. Nihil mutandum arbitror, etsi, si quis fortassis hoc postulet, non scio, ullum alium scriptorem dixisse ‘industria se movet,’ vel ‘movetur.’ Livius hoc dicit, eos, in opere faciendo sua sponte satis diligentes, simul Appius hortator advenerat, industriam, ad quam antea sponte incitati fuerant, remisisse. Nec video, cur minus dici possit ‘industria se movet,’ vel ‘movetur,’ quam ‘homo’ aut ‘animus se movet,’ et quae sunt alia hujusmodi. *Duk.* *Si adhortator ipsis adisset.* Lipsiens. *Oī adhortatur operis adisset* Gaertn. *sed adhortator operis adisset* Hav. *adesse, pro adisset,* Harl. 1. Deinde omnem sua sponte moram Gaertn. omnem sua sponte motam Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Lipsiens. a m. pr. et Port. omnem sponte sua motam Harl. 2. omnem suam sponte motam fragm. Hav. omne sua sponte Flor. a m. pr. omnem sua sponte a m. sec. Præterea Clericus in Arte Critic. part. III. sect. 1. c. 4. § 2. legendum conjicit *notam remittere industriam*, ut liquidum esset, data opera, non natura, segnes esse, quod alioqui ‘nota’ esset corum industria.

Eamdem conjecturam postea etiam notis ad hunc locum proposuit, novisque argumentis adstruere conatus est. Ideo enim rectius fore *notam industriam* addit, quod quum Ap. Claudius ‘adhortator operis’ aderat, ‘sponte sua’ non erat ‘mota industria’ militum; et quod nescit, an ‘moveri industria’ eo sensu dici queat. Alibi sæpe vocabula haec in MSS. commutantur. Vide N. Heins. ad Nasou. Fast. IV. 113. et quæ notavi ad Sil. Ital. XIV. 141. Hic tamen iuvitis libris nihil muto. Satis enim indicat, non natura, sed data opera, segnes esse, quod tum in primis industriam, quæ sua sponte mota erat, remitterent, quum Ap. Claudius adhortator operis adisset. Præterea quum ‘mota ira,’ ‘motum ingenium,’ et similia pro concitata ira, excitatum ingenium, passim obvia sint, caussam videre nequeo, cur non similiter ‘mota industria’ dici possit. Christius etiam vulgatum non mutantum esse censit.

§ 8 *Præsenti vultus demittere]* Et hic recte sic edidit Camp. Nam seens Pall. tres et Andr. *dimittere.* ‘Vultus demittere’ namque est κατηφέω. IX. 38. ‘Consul demissis in terram oculis.’ Gebh. *Dimittere* Flor. Lipsiens. Gaertn. Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Hav. fragm. Hav. et vett. edd. quas vidi, usque ad Ascensionem, qui an. 1513. reposuit *dimittere*, quod recte Gebhardus probavit. Ovid. Epist. Her. XVI. 225. ‘Lumina demitto, quum te tenet artius ille.’ Met. VII. 133. ‘Demisere metu vultumque animumque Pelasgi:’ ubi etiam plurimi scripti eodem errore *Demisere*, teste Burmann. Met. X. 367. ‘Demisit vultus, sceleris sibi conscientia, virgo.’ Met. XV. 612. ‘Demisere oculos omnes, gemitumque dedere.’ Alibi autem sæpiissime ‘dimittere’ et ‘dimittere’ commutantur. Vide ad Liv. XXXIV. 50. § 2.

Tacite prætereuntem execrari] Pal.

3. *prætereunte*s: at Pal. 1. *tacite et prætereunte*s *execrari*. Gebh. *Tacite prætereunte*s *exs. unus* Voss. 2. Reliqui in vulgatum conspirant.

Ut invictus ille odio plebeio animus interdum moveretur, omni nequidquam acerbitate prompta: nihil jam cum militibus agere, &c. ducere, &c. vocare] Scribe *moveretur*. Mox, pro tribus infinitis *agere, dicere, vocare, reponere, ageret, diceret, vocaret*. Rhen. Ex MSS. libris ita interpunge et lege, *interdum moveretur*. *Omni nequicquam acerbitate prompta nihil jam cum civibus agere, &c.* item paullo post *dicere*, item *vocare*. Sigon. Quod hic tres infinitivos Rheuanus commutat, magno se obligavit piaculo, quod sequitur posthabitam in tanto scriptore religionem. Vulgatae lectioni favent omnes libri, qua scripti, qua cusi. Neque hic quoque mihi placet distinctio Sigonii: contra quam optimus Pal. 3. codex et Pal. 2. intendit, *ut invictus ille odio plebejo animus interdum moveretur, omni nequidquam acerbitate prompta*, ut edidit Camp. At Pal. 1. et Andreas accedunt Sigonio, *interdum moveretur*. *Omni nequidquam acerbitate prompta nihil jam cum civibus agere*. Gebh. Non video, quo pertineat prima Rhenani emendatio, qua *moveretur*, pro *moveatur*, reponit. Non modo enim omnes codd. scripti, sed et edd. quas inspexi, constanter *moveretur* exhibent. Recte vero Sigonius, mutata distinctione, *agere, dicere, vocare* contra Rhenanum vindicavit. Neque aliter præferunt libri manu exarati, nisi quod *ageret* legant Lipsiens. Voss. 2. et Gaertn. *ageret* Leid. 2. et Flor. *ageret....dicere...vocaret*. Præterea *omni nequaquam acerbitate mota est* in Hav. *Nequaquam et nequidquam etiam commutantur cap. seq. § 9. III. 46. § 10. et alibi. Omni nequidquam acerbitate mota habent* Harl. 2. et Lipsiens. Ultraque lectione simul in contextum recepta *nequidquam acerbitate prompta ac mota* præfert Gaertn. qui ita sæpi-

ns peccare solitus est. Vide ad IV. 55. § 5. Quod antem Sigonius in notis etiam vocem *civibus τῷ militibus substituat*, id potius per errorem, quam dedita opera, factum esse puto. Non modo enim scholio etiam præscripsit *civibus*, quasi priores edd. ita præferrunt, sed et in contextu Livia-no, in quem reliquias emendationes recepit, tamen *militibus* servavit. Non recte itaque eundem errorem Sigonii Gebhardus secutus est.

§ 9 *Tribunos plebeios cavillans interdum et Volerones vocare*] Scribe *tribunos plebis* potins, quam *tribunos plebeios*. Nam in libro scripto legitur *tribunos plebei*, juxta quintam inflexionem, quemadmodum et Plinius avunculus usurpavit. Porro subinde legitur in exemplari archetypo *tribuni plebei*, non *plebis*, a nominativo ‘*plebes*,’ non a denominativo ‘*plebeius*.’ Rhen. Et supra hanc lectionem *tribunos plebei* restitui, quæ exstat in solo Pal. 3. nam reliqui *tribunos plebejos*. Gebh. *Tribunos plebejos* Voss. 2. Harl. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *tribunos plebis* Port. et Harl. 2. Sed recte viri docti *tribunos plebei* emendarunt, quod servant Voss. 1. Leid. ambo, ac Lipsiens. et ex voluntate Rhenani Froben. 1535. in contextum recepit. Qnum autem Basileenses 1554. ejus loco iterum *tribunos plebejos* revocassent, Gruterns rursus *tribunos plebei* restituit. Vide ad c. 33. § 2. Præterea *tribunos plebis cavillans interdum centuriones et Volerones vocare* auctior Harl. 2. Sed additam vocem inter glossemata refero, aliorum codicum, eam expellentium, consensu permotus.

CAP. LIX. § 1 *Instabantque eo magis*] Copulam que nesciunt Flor. et fragm. Hav. Mox ipsum, pro Appium, præferunt Lipsiens. et Hav.

Quod adversus Fabium consulem habuisset] Consul. Fab. hab. Voss. 1. et Leid. 2. consul. hub. Fab. Harl. 2. *habuisse* Harl. 1.

§ 2 *Non enim vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus]* *Non enim tantum vincere noluit, alio vocabulorum ordine, Harl. 2.* Deinde τὸ exercitus omittitur in edd. vett. quæ vox etiam commode abesse posset, quum ex præcedd. repetere facile sit. Primus illam addidit Aldus, et agnoscent omnes scripti: quare eam lectionem præfero. Ceterum verba noluit, ut *Fabianus exercitus, sed Vinci*, desunt in Gaertn. cui errori vocum noluit et voluit similitudo canssam dedit; inde enim factum, ut prior cum omnibus mediis omissa sit. Vide ad IX. 11. § 11.

Quam signa inferentem Volscum munimentis vidit] *Signa ferentem* Harl. 1. Male. Supra hoc lib. c. 53. ‘Ea porta, cui signa primum intulerat:’ ubi plura vide. Præterea *signa inferentem vulgus mun.* vidit Leid. 1. Sed Volscum ponitur eodem modo, quod ‘Romannus’ III. 2. ‘Romanus ira odioque pugnabat:’ ad quem locum alia hujus generis concessi. *Insuper monumentis* Voss. 2. scribarum errore, qui alibi hæc vocabula commiscere soliti fuerunt. Vide ad IV. 10. § 6. *Mox fædam extr. agm. cadere* Hav.

§ 3 *Ut victor jam a vallo submovere*] Pal. 1. et Camp. *ut victor jam vallo subm.* at Pal. 2. *ut victor a vallo.* Gebh. *Ut victor jam vallo subm.* Port. Harl. 2. Voss. 2. Gaertn. et a m. pr. Voss. 1. in quo præpositio a m. sec. inter lineas adscribitur. *Ut victor etiam vallo subm.* fragm. Hav. *ut victor a vallo submoveretur* Hav. ubi eodem errore submoveretur scriptum est, quo mox verbis seqq. adparet, pro adpareret. Utrumque genus loquendi ‘submovere vallo’ et ‘a vallo’ apud Livinm aliasque scriptores obenrrit. Et quidem prius apud Liv. XLV. 10. ‘Postquam debellatum in Macedonia, et statione submotos hostium lembos audivit.’ Suet. in Cæs. c. 16. ‘Donec ambo administratione reipublicæ decreto Patrum submoverentur.’ In Aug. cap. 45. ‘Pyladen

Urbe atque Italia submovererit.’ Flor. III. 6. § 5. ‘Sed nec mari submovisse contentus, validissimas urbes eorum evertit.’ Alterum ap. Liv. XXXIX. 44. ‘Censores edicto submotis ab hasta, qui ludi facili priorem locacionem erant, omnia eadem paullum immunitis pretiis locaverunt.’ XLV. 23. ‘Tamquam C. Popillius legatus Romanus, quem ad submovendos a bello Antiochum et Ptolemaeum reges misistis, loqueretur.’ Vell. Pat. II. 68. ‘Primo submotus a republica, mox consularibus armis auctore se natu circa Thurios obpressus est.’

Satis tamen adpareret] Iñ, id est, inde, pro tamen, Leid. 2. tum Port. solito errore. Vide ad XXII. 17. § 5. *Tum appareat* Leid. 2. Sed quum forte appar'et exaratum fuisse, ad compendium scribendi non advertit librarius. Alia autem ejusdem erroris exempla contuli ad XL. 14. § 2. Mox militum Rom. noluisse, pro militem Rom. nol. Hav. et paullo inferius alio gaudere Port. a m. pr. pro quo alioquin gaudere a m. sec. emendatur. Jac. Perizon. margini adscriptis, forte legendum esse at gaudere sua clade.

§ 4 *Legati tribunique monentes]* *Monentes* Hav. Alia hujus erroris librariorum exempla vide ad IX. 38. § 12.

§ 5 *Postulantium, ut castra ex Volso agro moveantur]* *Postul.* in *castra ex Volso* Leid. 1. *postul.* *ut et castra* Hav. *castra ex Volso moveantur* Voss. 1. et Leid. 2. Ita III. 6. ‘Non distinx se in Hernio hostis continuit.’ Et hoc modo Gronovius ex conjectura edidit XXII. 1. ‘Et in Antiati metentibus eruentas in corbem spicas ecclisisse:’ ubi vide Gronov. Quum tamen τὸ agro tueantur reliqui codd. ei controversiam non moveo. Supra hoc lib. c. 53. ‘Volsei Æquique in Latino agro posuerant castra.’ X. 1. ‘Sora agri Volsci fuerat.’ VI. 27. ‘Hostis in agro Sabino consedisse nunciabatur.’ VIII. 1. ‘Ingresso Sa-

bellum agrum non castra Samnitium, non legiones usquam obpositae: et ita passim. Paullo ante Negare milites vulgo edd. principes. Sed ordinem innuntans Aldus primus vulgavit Negare vulgo milites. Et ita est in MSS. vulgo habet Gaertn. Vide ad xxxix. 53. § 2. Mox vero Hostem paullo ante victorem alio ordine habet idem cod.

Sed apertam speciem obversari ante oculos] Sed apertam spem Lipsiens. et Gaertn. sed aptam spem Hav. qui error natus est ex librariorum compendio, quo aptam spēm, pro apertam sp̄c̄iem, scripserunt. Ita alibi ‘aptus’ et ‘apertus’ eamdem ob caussam commutantur. Vide ad xxxi. 22. § 8. ut et ‘spes’ et ‘species.’ Vide ad iii. 9. § 13. Præterea observari Leid. ambo, transpositis literis; quod in hac voce frequenter a scribis factum esse intelligi potest ex illis quæ notantur ad vi. 17. § 4. obusari Harl. 2. ut pateat, non adtendisse iterum negligentem librarium ad signum additum obu'sari. Vide ad Epit. Liv. lib. LI.

§ 6 *Quandoquidem nihil præter tempus noxæ lucrarentur] Vet. lib. rixæ lucrarentur. Sigon. Pal. 2. si-
nius Siganii, rixæ lucrarentur; ita tamen, ut altera lectio quoque adscripta sit. Gebh. Tempus rixæ Harl. 2. Port. et Hav. Similiter etiam Hearne reperit in Oxon. B. L. 2. N. et C. Integerrimi tamen codd. stant pro vulgata scriptura. Lucraretur est a m. sec. in Port. invocarentur in Gaertn. Præterea quando Lipsiens. in contextu, pro quo in margine eadem manu quandoquidem emendatur. Paullo ante *victus* quidem, pro *victus tandem*, habet Leid. 2.*

Remissa concione, iter in sequentem diem pronunciari] Emissa concione Hav. Sed literam initialem vocis remissa interceptit finalis præcedentis lucrarentur. Pari errore unum oratorem, pro unum moratorem, plerosque codd.

supra exhibuisse, dictum est ad c. 44. § 6. ubi alia exempla vide. Deinde in *insequentem diem* Flor. Leid. 1. Gaertn. fragm. Hav. et principes edd. Qnod si probandum, iterum primā syllabam τοῦ *insequentem* elicit proxima vocula *in*. Vide ad iv. 30. § 12. Frobenius demum a. 1531. *iter in sequentem diem* edidit. Mox prima a luce Hav. Reliqui codd. præpositionem non agnoscunt, quæ ex ultima litera præcedentis vocis perperam repetita videtur. Ita τὸ et natum est ex ultimis literis vocis proximæ. Vide ad lib. xxxix. c. 18. § 8. Similiter præpositio in adsumi solet a librariis, quod vox præcedens eadem syllaba desinat. Vide ad iv. 16. § 6. Contra præpositio a excidit post vocem litera a desinentem hoc lib. c. 34. § 1. Excidit etiam præpositio in post vocem syllaba in finientem. Vide ad Liv. iv. 4. § 4.

§ 7 *Quum maxime agmen e castris explicetur] Quum maximo agmine Lipsiens. a m. sec. Quum maxime agmine castris Leid. 1. agmen castris Flor. et Hav. Liv. x. 20. ‘Caleni narrant, tantum jam prædæ hostes trahere, ut vix explicari agmen possit: ubi vide Gronov. Auctor de Bello Gall. VIII. 14. ‘Quorum perturbatum et confusum dum explicant agmen.’*

Ut eodem signo excitati, novissimos adoriantur] Pal. 2. signo citati. Gebh. Citati etiam unus meorum Hav. Non multum tamen discedit Lipsiens. qui præfert citari. De voce ‘novissimus’ vide ad x. 29. § 5.

A quibus perlatus ad primos] Prælatus Hav. qui error iterum ex nota ταχυγράφων non intellecta nata est. Vide ad Liv. xxxviii. 28. § 8.

Ut neque imperia exaudiri, neque instrui acies possent] Possent referendum ad utrumque et ‘imperia exaudiri’ et ‘instrui acies.’ Ea tamen scriptura in uno tantum Voss. 2. existit. Reliqui omnes Flor. Voss. 1.

Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. cum quibusdam ex vetustis edd. possent exhibent: et ita Aldus in contextu edidit, sed inter errata possent reponeendum monuit. Caussam nullam video, cur non tot MSS. anctorati cederem, præsertim quum utraque locutio in Livio obenrrat. Vide ad XXXVII. 5. § 3. Mox illius, pro ullius, Leid. 2. sollemni errore et in MSS. saepe obvio. Vide plura exempla ad XXV. 11. § 3.

§ 8 *Per stragem corporum armorumque evasere]* Illud quoque considerandum lectori. Nam si Volsci ultimos Romanorum adorti sunt, atque ex eis aliquot occiderunt, quomodo prima acies Romanorum per ea corpora fugam fecit? Meo quidem judicio locns inexplicabilis est. Glar. Vere inexplicabilis foret, si Livius primam Romanorum aciem ‘per ea corpora,’ quæ novissimo agmine steterant, fugam fecisse dixisset, quemadmodum, lectori tenebras obfundiens, videri voluit Glareanus. Verum quum simpliciter dicat, Romanos ‘per stragem corporum armorumque’ evasisse, locus commode satis explicari potest. Et quidem id triplici ratione Doujatius tentavit, quoniam tamen nulla placet, quod stragem pro cæde accipiat. Nam id quidem recte procederet in strage corporum, minus tamen in strage armorum. Verba itaque hoc sensu capienda puto, ut Livius dicat, exercitum Romanum per commilitonum, fugientium inpetu prostratorum, corpora, et armorum, in trepidatione temere projectorum, enmulum evasisse. Eam ‘stragem corporum armorumque’ Livius vocat. Ita VII. 23. ‘Impulsi retro ruere alli super alios, stragemque inter se cæde ipsa fœdiorem dare: adeo præcipiti turba obtriti plures, quam ferro necati.’ VIII. 30. ‘Eqnes etiam detraxit frenos equis, atque ita concitatos cal-

caribus permisit, ut sustinere eos nulla vis posset: per arma, per viros late stragem dedere. Seutus pedes inpetum equitum, turbatis hostibus intulit signa.’ Eodem modo ‘strages’ de rebus inanimatis subversis usurpat XL. 2. ‘Atrox enim vento tempestas coorta multis sacris profanisque locis stragem fecit:’ apud Jul. Obseq. de Prodig. c. 60. ‘Procellosa tempestate strages in Urbe facta:’ et c. 73. ‘Procellosa tempeste tecta diruta, stragesque agrorum facta.’ Ita ‘strages ruinæ’ infra est XLII. 63. ubi vide. Sed maxime hinc similis locus XXXV. 30. ‘Ut vero ad postremos prælium ortum est, clamorque terribilis a tergo paventium ad prima signa est perlatus, pro se quisque armis abjectis in circumjectas itineri silvas diffugint, momentoque temporis strage armorum septa via est.’ Klockius in Livio suo inter versus adscripsit *post stragem*; sive ita in codice suo invenierit, sive potius ita legendum existimarit. Ceterum *per strages* Port. *per strage*, omissa nota, qua litera *m* indicari solet, Lipsiens. qui idem etiam codex habet *vacere*, initiali litera ab ultima vocis præced. elisa. Vide ad c. 44. § 6.

Ut prius hostis desisteret sequi, quam Romanus fugere] Hostis disceret sequi Hav. hostis desistere sequi Harl. 2. Tum Romanus fugeret Leid. 1. Sed ultima τοῦ fugeret perperam adhæsit ex prima seq. vocis litera tandem. Alia exempla vide ad XL. 7. § 8. Romanos fugere præfert Port.

§ 9 *Consul quum revocando nequidquam suos persecutus esset]* Vox consul, quæ breviter *coīs* scribitur, deest in Flor. et Leid. 2. intercepta a proxima *eum*. Quum consul transpositis vocibus habet fragm. Hav. Hinc nequidquam Port. qualis error alibi a librariis committi solet. Vide ad c. præc. § 8. Tum perfectos esset Hav. prosecutus esset Voss. 2. Vide ad Epit.

Liv. lib. xcix. Tandem voces *suos persecutus esset* exsulant a Gaertn. Seqq. verba in pac. agro cast. posuit, advocataque conc. inv. non adparent in fragm. Hav. Postea signorumque, addito τῷ que, Gaertn. quasi distinguui voluisse hoc modo: *proditorem exercitum, militaris disciplina desertorem signorumque*. Sed copulam recte ignorant reliqui.

§ 11 *Ad hoc centuriones duplicariosque, qui reliquerant signa]* Quidam in vet. volumine scripserat *duplicariosque*. Rhen. Διποιράται. Vide Turneb. Advers. xxi. 28. Varr. de Ling. Lat. iv. p. 24. Klock. Quum primum in hunc locum incidissem, existimabam, per 'duplicarios' Livium intelligere milites illos, qui centurionibus et signiferis associarentur, ut illis forte in pugna deficientibus sufficienterent, ne signa laberentur, ordinesque deserrarentur. In hanc sententiam Livii ejusdem verba viii. 8. me adduccebant, ubi inquit: 'Romano, hand satis fidenti viribus, jam Romæ permisum erat ab consulibus, ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste.' At rem aliter se habere ex mox dicendis manifeste cognovi. Varro de Ling. Lat. iv. p. 24. 'duplicarios' scribit esse, quibus ob virtutem duplia dabantur cibaria. Ita et Vegetius ii. 7. 'Duplares,' inquit, 'torquati, et simplares torquati erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit; quem qui meruisset, præter landes, interdum duas consequebatur annonas.' Idem 'duplares armaturas' vocat, quæ consequantur duplas annonas; 'simplares' vero, quæ simplas. Livius vii. 37. scribit, consulem milites, qui in præsidio cum Decio fuerant, dupli frumento in perpetuum donasse: et xxiv. 47. ait, 'Arpi sine clade ullius, præterquam unius veteris proditoris, novi perfugæ, restituti Romanis. Hispanis duplia cibaria dari jussa, ope-

raque eorum forti ac fideli persæpe res publica usa est.' Vetustum autem morem honorandi fuisse, dare virtutis ergo duplia cibaria, constat ex Herodoto vi. 57. ubi dignationes et jura Spartanorum regnum describens, tradit, quod in conviviis dabatur illis duplum omnium, quam cæteris convivis. Ita Xenophon in orat. de laudibus Agesilai p. 665. 'Duplicem,' inquit, 'portionem in conviviis ex constituto accipiens, nec sic quidem tota ntebatnr, verum simplici nec integra ea contentus, reliquum distribuebat, ratus geminam portionem regi dari, non satietatis gratia, sed quo posset, quem vellet, honorare.' Idem Xenophon in rep. Lacedæmoniorum non procul a fine p. 690. tradit, Lycurgum instituisse, reges in cœna dupli parti honorando, non ut duplo magis, quam alii, ederent, sed quo et ex hoc, quem vellent, honorare quirent. 'Milites duplicarios,' seu *duplicarios*, ut alii, vel *duplarios*, (nti in antiqua marmorea inscriptione in palatio Cardinalis Genuensis juxta viam Salariam,) virtute insignes fuisse colligimus; quum eos Livius cum centurionibus et signiferis commemoret, tum etiam ex voce Græca: nam διποιράτης duplarius dictus, seu διποιράτης, qui et manipuli dux interpretatur: nam διποιρά manipulus est. Veteris inscriptio, de qua paulo ante me minimus, ne ab aliquo desideretur, est bujusmodi. Grut. DXXX. 5.

M. AVRELIVS. MVCIANVS

V. A. XXXV.

NAT. TRAX. MILIT.

ANN. XV. IN. COH. II. PRAET.

III. VENATORIS

DVPLARIVS. IVLI

ANVS. HERES. FE

CIT. BENE MERENTI

M. Donatus. Hanc lectionem *duplicariosque* tñentur Pall. duo, at Pal. 3. et edd. *duplicariosque*. Marcellus, Donatus legi quoque in dilucidationibus notat *duplarios*. Qui sint 'du-

plicarii' ex Livio ipso intelligere est xxiv. 47. 'Hispanis duplicitia cibaria dari jussa.' Gebh. *Ad hic Hav. ad-huc Voss.* 2. *ad hæc Leid.* 2. Harl. 2. et Gaertn. Vide ad xxii. 52. § 10. Tum *duplicariosque* Leid. 1. et Harl. 1. *duplicarios*, omissa copula, fragm. Hav. Sed voculam *que* intercepit proxima *qui*. Vide ad Epit. Liv. lib. ct. Mox *omnes virgis cæsos*, priori voce addita, Harl. 2. De *duplicariis* vide Lipsium de Milit. Rom. v. 16. ubi docet, eos ita vocari non ratione stipendii, quod nondum institutum erat, sed ratione frumenti, quod e publico militibus jam olim datum verosimile credit. Unde patet, quam inconsiderate in plerisque lexicis 'duplicarii' exponuntur milites, qui duplum accipiebant stipendum, vel qui duplicitia in militia merebant stipendia; ad partes adducto hoc Livii loco: licet tamen non negem, interdum milites duplii stipendio virtutis caussa donatos esse. Meminit enim ejus rei Cæsar Bell. Civ. 111. 53. 'Cohortemque postea duplii stipendio, frumento, vel speciariis militaribusque donis amplissime donavit.' Non tamen ejus rei caussa 'duplicarii' dicti videntur, certe non hoc tempore; neque ad id probandum hic Livii locus aptus esse potest.

Cetera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti] Sall. apud Serv. ad Virg. Æn. ii. 201. 'Sorte ductos fusti necat.' Klock. Ignavos milites et seditiones varie castigatos, ac pœna affectos observamus: aliquando enim, sacramento soluti, militia abire jussi; aliquando eorum ductores et principes viri, puta centuriones et tribuni, a militia abjecti; aliquando seditionis auctores morte multati; nonnumquam prius flagellati, necati, et inseulti derelicti. At quum graviter universi deliquerint, sorte decimum quemque ex illis ultimo suppicio affectum legimus. Qnod ex hoc loco etiam colligimus.

Appius namque Claudius desertores exercitus decimum quemque secri percussit. Sic Tac. Annal. iii. 21. tradit, L. Apronium decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte duc-tos fusti necasse. Sic legiones jussu Galbae decunatas idem Cornelius tradit Hist. i. 37. et Annal. xiv. 44. scribit, 'Ex fuso exercitu quum decimus quisque fusti feriretur, etiam strenui sortinntur.' Cic. in Orat. pro Cluentio c. 46. inquit, 'Statuerunt majores nostri, si a multis esset flagitium rei militaris commissum, sortione in quosdam animadverti, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret.' Opilius Macrinus, quum seditiones pateretur militares, milites decimavit, teste Capitulino in illius vita c. 12. Sorte quoque ad mortem seditionem ausuros delegit Julius Cæsar, teste Dione Hist. l. xli. p. 170. Scribit Diodorus Sicul. Biblioth. l. xi. p. 243. Græcos, cum Xerxe et Persis bellantes, Diis decimandos devovisse Græcos quoscumque, Xerxis partes secutos, si victores extitissent. Quod pariter Herodot. vii. 132. confirmat. Sic quum multitudo capitale crimen commisisset, decimationem factam colligimus etiam ex Pausania Rerum Attic. i. 20. ubi scribit, Sullam Romanum captis Athenis decimum quemque civem, ut sors tulit, trucidasse. Polybius in lib. de tribus Politiis auctor est, duo præcipue fuisse in militari disciplina suppliciorum genera, decimationem scilicet (*δεκατία* dicunt Graci) et fustuarium. Decimationis suppicio duces exercitum in militari seditione et nostris temporibus non semel usos, testantur neoterici historiæ scriptores. M. Donat. Certa multitudo Hav. Scriptum fuerat *cet'a*. Evanescente deinde addita nota ex *ceta* proclivum fuit formare *certa*. Alibi ita non semel peccatum est. Vide ad xxxiv. 36. § 4. Tum decimus quisque Leid. 1. et Harl. 1. Quam orthogra-

phiam sibi passim apud Liv. in vet. cod. obviam fuisse testatur Pierius ad Maron. *Æn.* ix. 155. quem etiam vide ad *Æn.* xi. 289. Adde quæ notantur ad iii. 33. § 8. v. 23. § 10. c. 25. § 5. et alibi. Consulendus etiam est Dausqueius in Orthogr. parte ii. in voce ‘Decimus.’ Similiter *finitimus* habet Leid. I. iv. 3. § 4. ubi alia vide.

CAP. LX. § 1 *Contra ea in Æquis inter consulem ac militem] Contra eo Leid.* 1. Sed vox *ea* omittitur in Leid. 1. Male. *Contra ea* Livio aliisque pro simplici *contra* frequens est. Vide ad iii. 57. § 1. et ad xli. 24. § 8. ac *milites* Flor. Voss. 1. et Leid. 2. et *milites* Port.

Quinctius erat lenior, et sævitia infelix collegæ] Levior Hav. sollemni quam maxime errore. Vide ad xxxvi. 31. § 8. Tum sævitia infelicitis collegæ Port.

§ 2 *Huic tantæ concordie ducis exercitusque non ausi olferre se Æquij* Pal. 1. ac 2. *efferre se.* Gebh. Ita et Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et Port. sed manifesto scribarum errore. ‘Offerre se’ dicuntur, qui obviam procedunt. Supra hoc lib. c. 55. ‘Huic tantæ tempestati quum se consules obtulissent.’ Tibull. Carm. iv. 1. 148. ‘Nulla tibi adversis regio sese obfret armis.’ Vide ad xl. 55. § 4. ‘Concordiæ autem ‘ducis exercitusque’ est duci exercitique concordibus. Mox verbis proximis populabundos hostem per agros Gaertn. Deinde passimi, pro passi, Flor. a m. pr. Voss. 1. Leid. ambo. Lipsiens. et fragm. Hav. passi sunt Harl. 2. Et id forte voluerunt librarii, qui male passim exararunt. Verum nihil muto.

*Nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ: omnis militi data est] Antiqua lectio *ea* omnis militi data est. Rhen. Provocabulum *ea* additum est inter lineas ab aliena manu in Pal. 3. alias extorris a Pall. 1. 2. Andreæque rectione: restituta tamen a Campa-*

Delph. et Var. Clas.

Livius.

no, viro ingeniosissimo. Gebh. Tò ea ab omnibus MSS. ignoratur. J. F. Gron. Ignoratur etiam ab omnibus nostris, ut et ab illis quos Hearne Oxonii consuluit. Potuerunt autem ultimæ literæ vocis *prædæ* caussa fuisse, ut vel ab his scribis omitteretur, vel ab aliis adderetur. Præterea *Nec ullo bello ante Leid. 1. Nullo ante bello Lipsiens.* Simili varietate *nusquam, pro nou usquam,* in MSS. esse, supra vidimus hoc lib. c. 51. § 4. Contraria vero varietate *non ulla, pro nulla,* apud Sen. observavit Delrius in comment. ad Hippol. vs. 910.

§ 3 *Addebantur et laudes, quibus haud minus, quam præmio, gaudent militum animi] Hinc poëta dicit, ‘laudataque virtus Crescit, et immensus gloria calcar habet.’ Klock. Pal. 1. gaudent Patribus quoque militem animi. Gebh. Voces Patribus quoque librarius Pal. 1. ex sequenti periodo male hue constulit: idem error commissus erat in Voss. 2. Tum *Addebantur laudes, neglecto rō et, Port. et Hav.**

Tum duci, tum propter ducem Patribus quoque placatior exercitus redit] Melius in archetypo Vormaciensi legitur *Quum duci... ex.redit.* Rhen. Prodnxit ex suo Rhenanns, *Cum duci, tum propter ducem, quod occupavit recte Campanus.* Pal. 2. retinet *vulgatam lectionem Tum duci, tum propter ducem.* In Pall. 1. ac 3. habetur *Tum duci propter ducem Patribus.* Gebh. Primæ edd. exhibent *Tum duci, tum propter ducem, quæ scriptura etiam in plerisque editis superest.* *Tum duci propter ducem Patribus quoque primus edidit Ascensius, et post eum pancei alii.* Similiter etiam præferunt Voss. 2. Lipsiens. et Gaertn. nisi quod in posteriori codice insuper novo adhuc errore datum sit Patribusque. Vide ad v. 27. § 1. *Tum duci propter ducem, tum P. Port. Duci tum propter ducem, tum P. Harl. 2. Cum ducem propter ducem P. Leid. 1. Cum duci, cum propter ducem Harl. 1.* Vide ad vi.

19 K

23. § 3. Deinde *exercitus reddit Flor.* Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Idem voluit librarius Lipsiens. qui tamen per errorem dedit recit. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

Exercitu dominum datum ab senatu] Datum dominum alio ordine Leid. 2. Tum a senatu Port. et Gaertn.

§ 4 *Varia fortuna belli, atroci discordia domi forisque annum exactum]* Variatum fortuna belli primæ edd. pro quo Aldus recte *Varia fortuna substituit, consentientibus, quotquot versavi, codd. Varia fortuna belli atrocis, disc.* Harl. 1. Sed verius est *atroci discordia.* Deinde *exactum annum* Gaertn. Vide ad Liv. XXII. 18. § 9.

Insignem maxime comitia tributa efficiunt] Insignemque maxime Gaertn. Hinc *comitia tribunitia* Flor. Voss. 2. Harl. 2. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. quæ lectio in Voss. 1. inter versus adscripta est. Sed vide quæ supra notantur ad c. 56. § 2.

§ 5 *Patribus ex concilio submorendo]* Pal. 1. ac 3. et Camp. *submorendo:* at Pal. 2. ad marg. legi injicit *Patres ex concilio submorendo.* Gebh. *Patribus ex concilio submorendo* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. unde facile subnasci potest conjectura, legendum esse *Patres ex concilio submorendo:* quemadmodum explicandi ordinis, Gronov. legendum opinatur supra hoc lib. c. 46. § 3. Plura alia vide ad Liv. XL. 49. § 1. Omnibus tamen pensisatis ac calculo subducto, longe verius visum est, illud *submorendo* a librariis datum esse, ut convenienter proximæ voci *concilio.* Sæpe enim indocitos scribas loca scriptorum, etiam adversante sensu, ideo corrupisse, quod vocem vel cum præcedente, vel cum sequente, genere, casu, ac numero convenire debere in annum inducerent, videbimus ad iv. 44. § 5. Unde etiam fac-

tum est, ut *Volscis, pro Volscus,* sit in nonnullis codicibus infra hoc lib. c.

65. § 4. *sinistris Rom. pro sinistrum,* Rom. ibid. Jam autem ‘submorendis Patribus’ eodem modo dicitur, quo ‘divendenda præda:’ de quo similibusque aliis vide ad i. 53. § 3. Deinde *consilio* Gaertn. Sed convenitus vel comitia populi non *consilium,* vernis *concilium* vocantur. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5. Verioris lectionis incertus librarius Lipsiensis utramque junxit, ac dedit *consilio,* ut saepissime facere solitus est. Vide ad i. 8. § 6.

Quam virium aut plebi additum, aut adentum Patribus] Additur in tribus MSS. et Campani ed. *aut plebi additum est.* Gebh. *Aut plebi additum est* etiam Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *aut dentum Patribus*, excepto Lipsiensi, omnes idem codd. atque insuper Harl. 1. cum edd. quotquot vidi, usque ad Gronovianam a. 1678. Utroque loco pristinam lectionem revocavi. ‘Demere metum,’ pro ‘removere,’ supra scribendum conjeci ad hujus libri c. 2. § 7. Ita e. 6. ‘Veientes, ac pro se quisque, Romano saltem duce, ignominias demendas, belloque amissa repetenda minaciter fremunt.’ Infra iii. 33. ‘Decessitque jure sno, ut dentum de vi magistratus populi libertati adjiceret.’ ‘Demere’ autem et ‘adimere’ etiam alibi commutantur. Vide ad v. 13. § 8.

CAP. LXI. § 1 *Turbulentior inde annus exceptit]* Turbulentior manus exceptit Voss. 2. quæ lectio ex epitome scribendi in annus nata est. Ex his duabus vocibus junctis, et omissis notis, deinde manus factum est. Ita in sæpe abiit in literam M, qua prænomen Marcus indicatur; vel contra M. in in sive inde. Vide ad iv. 52. § 5. Deinde annus exceptit Hav. annus esse capit Harl. 2. et Port. Male. Infra iv. 52. ‘Annum modestia tribunorum

quietum exceperunt tribunus plebis L. Icilius, Q. Fabio Ambusto, C. Furio Pacilo consulibus.' Paullo post eodem cap. 'Pestilentem annum in opia frugum, neglecto cultu agrorum, (ut plerumque fit,) exceperunt.' VII. 13. 'Orationem Tullii exceperunt preces multitdinis.' XL. 22. 'Quantum in altitudinem egrediebantur, magis magisque silvestria et pleraque invia loca excipiebant.' Floris t. 3. § 1. 'Excipit Pomphilium Numam Tullus Hostilius.'

L. Valerio, T. Æmylio consulibus] *Valerio iterum legendum;* nam a. CCLXXI. consul fuit, qui Sp. Cassium quæstor accusaverat. Titi autem Æmylii parens fuit L. Æmylius ter consul annis CCLXXI. CCLXXVI. et CCLXXXI. Glar. Lege Ti. Æmylio ex Dionysio IX. p. 606. qui *Tιθέποντι Αἰμίλιον* hunc ubique nominat. Fuisse autem Æmiliis familiare hoc prænomen 'Tiberii' facile Capitolinæ tabulæ demonstrare possunt. *Sigon.* *P. Valerio* Harl. 2. *L. P. Valerio* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Port. et Harl. 1. *L. Publio Valerio* Gaertn. qui duplice lectionem *L. Valerio* et *P. Valerio* hac ratione exprimere voulisse videntur. Vide ad Liv. III. 44. § 4. Eamdem etiam lectionem in suo cod. Rhenanus invenit, ut monet ad c. 63. § 2. Pari modo editur XXII. 27. § 5. 'Congressus est cum Q. Fabio:' pro quo quidam codd. habent *cum M. Fabio*. Sed natus utramque lectionem obserens dedit *cum M. Q. Fabio*. Necesse autem non esse, ut cum Glareano *L. Valerio iterum legamus*, patebit ex illis quæ notata sunt hoc lib. c. 16. § 7. Præterea Pighius etiam in Annal. ad a. CCLXXXIII. p. 116. alterius consulis prænomen *Tiberium* fuisse existimat, partim quia *Titi* prænomen, alibi in gente Æmilia non repertum, illud etiam hoc loco suspectum reddit; partim quia apud Dionys. Halic. loco laudato, et in secundo consula-

tu apud Diodor. Sicul. XI. p. 280. *Tιθέπος* adpellatur: prænomen vero librariorum ignorantia corruptum putavit, qui promiscue contra veterum morem 'Titus' et 'Tiberius' per literam *T.* notarunt. Ejus erroris exempla passim infra obcurrent. Vide ad XL. 44. § 12. Ceterum plures codd. hic pariter sunt mendosi: nam *T. Æmilio* Flor. Leid. ambo, Port. et fragm. Hav. præferunt; *Tito Æmilio* Lipsiens. Gaertn. et Harl. 2. *C. Æmilio* Hav. 'Æmilius' autem non per Graecam, sed Latinam vocalem scribendum esse, Siganus etiam monuit hoc lib. c. 49. § 9.

Tum propter certamina ordinum de lege agraria] Vocabula hæc omnia exsulan a Voss. 2. Librario autem errandi ansam dedit vox *tum*, quæ iterum sequitur. Similia ejus erroris exempla vide ad IX. 11. § 11. Ultimæ tres voces *de lege agraria* abierant a Leid. 2. Ceterum *quom propter certamina* habet Gaertn. *cum propter certamina* Voss. ambo, Leid. 1. et Harl. ambo, quemadmodum sæpiissime alibi Rhenanus ex Ms. emendavit, et modo adhuc cap. præc. § 3. Vide ad VI. 23. § 3.

§ 2 Cuussumque possessorum publici agri tamquam tertio consuli sustinenti] Appius divisioni agrorum contradicebat; consules vero non resistebant tribunis, ut luculentus ex Dionysio colligitur IX. p. 607. Et ipse Livius ab initio sequentis libri de Æmilio idem fatetur. Porro de Appii iudicio caussam accusationis omittit; rem apud Dionysium eleganter ac copiose explicatam, ut haud immerto negligentiæ queat accensari Livius hoc in loco ab optimo quoque viro, nedum ab C. Caligula, monstroso quidem illo imperatore; non tamen prorsus nullius iudicij. Glar. *Causam possessorum*, omissa copula, Leid. 2. Præterea *tamquam consuli tertio* Voss. 1. et Leid. 2. Paullo ante *cum acerrimo*, *pro cui acerrimo*, Lipsiens.

qui paullo post loco *τοῦ cui*, hic inmutato, dedit *diem dixere Appio.*

M. Duellius et Cn. Siccius diem dixerunt. *M. Duilius*, ut ante dixi. Itemque *C. Sicinius* ex vetustis libris atque ex Diodori auctoritate, de quo etiam ante dictum est, lego. *Sigon. Pal. 1. M. Duilius*: et mox *Pal. 2. Cn. Siccius*, ut monuit *Sigonius. Gebh. M. Durullius Voss. 1. M. Duellius Voss. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. M. Duilius Flor. Leid. ambo, Harl. 1. Port. et fragm. Hav. *M. Erilius Lipsiens. Præterea C. N. Siccius Voss. 1. et Port. Cn. Siccius Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Harl. 1. fragm. Hav. et *Hearni Oxoniensis N. C. Siccius Gaertn. G. Siccius Lipsiens. M. Siccius Hearnii codd. L. 2. et C. C. Siccius Hav.* De utrinque hujus tribuni plebis vero nomine plura superius dicta sunt hoc lib. ad c. 58. § 2. ubi vide.**

§ 3 *Numquam autem tam invitus plebi reus ad judicium vocatus populi est.] Numquam autem Leid. 2. Male. Certe filius ejus Ap. Claudius decemvir, si non magis, minimum æque invitus erat plebi, quum ad judicium populi vocaretur; infra IIII. 56. Solent autem voces *ante et autē*, sive *autem*, a librariis commutari. Vide ad XXVII. 35. § 7. Præterea *tum invitus plebi reus Port. tam inv. plebi iens Hav.* Denique *ad jud. vocatus plebi est Harl. 1.* Paullo post *pleius suarum pat. pro plenus suarum, plenus pat. Flor. et Lipsiens. manifesta scribæ negligentia.**

§ 4 *Patres quoque non temere pro ullo æque adnixi sunt, propugnatorem] Vide mutatam subito orationem, ac velut oblitum dicti superioris ad alind transisse. Neque enim dicimus ‘annixi sunt propugnatorem objici iratae plebi.’ Nisi dicas desiderari verbum aliquod, ut ‘ægre ferebant,’ vel ‘indignati sunt,’ aut quid simile. Glar. Patres tū non temere, id est, Patres tancti, Gaertn. Deinde non*

tenere pro ullo admissi sunt Voss. 1. in ipso contextu, pro quo deinde in margine emendatum est non temere pro illo adnixi sunt. Td æque etiam omittitur in Leid. 2. Deinde admissi sunt Port. a m. pr. adnisi sunt a m. sec. avulsi sunt Gaertn. amissi sunt Hav. annisi sunt Voss. 2. Harl. 1. fragm. Hav. adnisi sunt Leid. 1. quo quum etiam tantum plororumque reliquorum codd. lectiones, id in contextum recipiendum putavi. Vide ad c. 50. § 9. Pro ullo æque annisi sunt, propugnatore senatus majestatisque vindicem suæ Lipsiens. Sed, tractatis vocabulis et pessime etiam corruptis, majestatisque suæ vindictæ Hav.

Ad omnes tribunicios plebeosque obpositum tumultus] Pal. 3. plebejosque appositorum tumultus: non satis efficaciter. Gebh. Appositorum etiam Leid. 1. et Lipsiens. quod recte Gebbardo displicuit. ‘Obponere’ enim hic ejusdem est significationis ac sequens ‘objicere,’ de quo vide ad c. 58. § 5. Cum emphasi igitur dicatur de aggere aliisve molibus, quæ exundationibus maris fluminumque prohibendis extrectæ sunt. Cic. de Offic. II. 4. ‘Addit ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, molles obpositas fluctibus, portus manu factos, quæ unde sine hominum opera habere possemus?’ Hinc metaphorice ‘obponi’ dicuntur ‘tumultibus,’ qui eos repellunt, arcere conantur. Cic. pro Domo c. 24. ‘Hinc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem, meo corpore obposito, ab omnium bonorum cervicibus depuli.’ Et eo sensu Cicero sæpissime τὸ ‘obponere’ et ‘objicere’ junxit. Ut Orat. pro Fonteio c. 1. ‘Est in eadem provincia Narbo Martinus, colonia nostrorum civium, specula populi Romani ac propugnaclum, istis ipsis nationibus obpositum et objectum?’ in Pison. c. 33. ‘Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gal-

lorum, Rheni fossam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum inmanissimis gentibus objicio et obpono.' Orat. pro Mur. c. 40. 'Objicitur enim concessionibus seditiosorum, insidiis conjuratorum, telis Catilinae: ad omne denique periculum atque ad omnem invidiam solus obponitur:' ubi etiam eadem, quæ hoc loco, constructio reperitur. 'Adponere' autem et 'obponere' passim in MSS. commutantur. Vide viros doctos ad Nason. Epist. Heroid. VI. 26. Amor. III. 14. 10. Met. II. 276. Met. IV. 600. Fast. IV. 143. 178. et ad Valer. Flacc. Argon. V. 558. Alia exempla collegi olim ad Silii Ital. XIV. 335. Vide etiam supra ad II. 47. § 6. infra ad V. 34. § 6. ad e. 43. § 2. et alibi.

Objici iratae plebi] Pall. tres, Caenpani ed. *iratae obici plebi*. Gebh. In emendem ordinem digesta vocabula exhibent omnes, quibus utor, codd.; quare illis dicto obediens fui, atque ita edi curavi. *Obici* etiam Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. a m. pr. Hav. et fragm. Hav. Vide hoc lib. c. 10. § 9. *Vox plebi* et sequens *Unus* desunt in Gaertn. Paullo ante nodum dumtaxat Harl. I. medium dū tanxat Lipsiens.

§ 5 *Unus e Patribus, ipse Ap. Claudius*] Vocem *ipse* non agnoscit fragm. Hav. Præterea *Unus ex Patribus* Harl. 2.

Illum non minæ plebis, non senatus preces perpellere] *Ullum* Leid. I. solito lapsu scribæ. Vide ad xxv. 11. § 3. *Illum nomine plebis* Lipsiens. Scriptum fuerat olim nō minæ, vel nō mine: hinc, coalescentibus vocibus et neglecta nota, factum nomine, simili fere ratione, qua ex iñ z̄nus factum esse manus supra vidimus cap. præc. § 5. *Tum propellere* Voss. 1. et Leid. 2. Et hunc errorem ex compendio scribendi natum in codd. vett. admodum frequentem esse videbimus ad IX. 10. § 7. 'Perpellere' est induncere, permovere. Vide ad III. 30.

§ 5. Mox *numquam*, pro *umquam*, male habet Lipsiens.

Aut supplexprehensaret homines] Volumen vetustum non modo *prehensaret* habet, sed et aliis innumeris locis. Item *prendi*, quod vulgo legitur *prehendi*. De qua re semel admonuisse sufficit. *Rhen.* *Prensaret* etiam omnes, quos consului, codd. scripti, præter Port. et Hav. qui *prehensaret* retinunt. Vide ad IV. 48. § 11. Mox τὸ ut deest in Leid. 2. a m. pr. et Gaertn. τὸ ex vero in Hail. 1.

Aliquid leniret atque submittret] *Leniret* aut *submitteret* Hearui Oxon. L.

2. *Tὰ atque submitteret* non adparent in fragm. Hav. nisi a m. sec.

§ 6 *Appium non minus reum timeret*] *Rerum timeret* Gaertn. Vide ad V. 47. § 10.

§ 7 *Quo semper agere omnia solitus erat*] *Vox semper exsulat ab Hav.* Deinde *solicitus* male habet Gaertn. qui et mox verbis seqq. adeo, pro *ad eoque*, præfert.

Ut diem ipsi sua voluntate producebant] Pal. I. ac 3. *sua voluntate prædicerent*, quia mox 'ante tamen, quam prædicta dies veniret,' ut habent omnes MSS. Pall. et edd. antiquiores: quod frustra mutare conatus est prurigine omnia sincera corrumpendi Rhenanus, *quam producta dies veniret*: et sic dicitur 'diem dicere,' ut III. 24. 'Volscio, quod falsus haud dubio testis in Cæsonem extitisset, diem dixerant.' III. 58. habent Pall. tres, *tribunus ei diem prædixit*: ubi tamen Brissonius ex Cicerone ac Tacito maluit *prædixit*. Sic c. 58. omnes libri referunt, priusquam *producta dies adesset*. Gebh. *Producerent* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. fragm. Hav. et prisca edd. omnes: *prodirent* Lipsiens. *prædicerent* Voss. 2. et Port. Atque ita Gron. edidit a. 1645. *preciderent* Gaertn. *prociderent* Hav. unde transpositis literis sit *prodicerent*, quomodo præfert Harl. 1. et J. F. Gro-

nov. 1665. recepit. Vide ad III. 57. § 6. et ad XXXVIII. 52. § 1. Tota vox perperam omittitur in Leid. 1. Mox trahiique deinde, interjecta copula, Harl. 2.

§ 8 *Ante tamen, quam prædicta dies veniret]* In antiquo codice legitur *prædicta dies*. Tu seribe *producta dies*. Rhen. *Prædicta dics* servant Vess. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *prodicit dies* Harl. 1. *prædicta Flor.* et Klockian. Recte Gebhardus ad § præc. Rhenannum *producta dies* reponentem carpit; longe enim alind notare locutionem ‘producere diem’ patebit ex illis quæ notat Broekhus. ad Propertii Eleg. 1. 3. 39. Rhenanum vero in errorem induisse videtur, quod verbis, quæ paullo ante § proximo præcesserunt, ejus tempore constanter ederetur ‘ut diem ipsi sua voluntate produceant.’ Id autem verbum, quod supra, etiam hic requiri, non male vidit; at ignoravit, utroque loco librarios peccasse plerosque, et quemadmodum supra *prædicere*, ita hic *producta dies* reponendum esse, quod in ejus codice optime supererat. Et ita jam edidit Gronov. 1665. Auctor vero utrinque lectionis, *prodicere* et *producta dies*, est Jos. Scaliger, qui ita emendandum vidit ad Festum in voce ‘*Prodidisse*:’ ubi ‘*prodita*’ et ‘*prædicta dies*’ idem notare monuit; quod earpens Dacierius utrumque differre inter se credidit, et quidem ‘*proditanum diem*’ esse productam, prolatam; ‘*prædictam*’ vero prædictam, prænunciata; quum vel hic aliisque loci, a Scalig. landati, doceant, ‘*prædictam diem*’ esse prolatam, ac ‘*prædicere*’ idem esse ac tempus longius facere, præstituere. Appius semel causam dixerat, die nempe dicta, *prædicta*; sed constantia ejus obstupfacti tribuni diem ei prodixerunt, id est, ipsi diem longiorem præstituerunt, qua in judicio adesset. Eo sensu etiam ob-

currunt infra VI. 20. ‘Ita prodicta die in Petelinum lucum extra portam Flumentanam concilium populi indicatum est.’ vide infra ad III. 57. § 6. Idem forte vocabulum restituendum XXV. 13. ‘Alia prodicta dies ad frumentum majore adparatu pertinendum.’ Dicta Campanis ab Hannibale dies fuerat, qua, contractis vehiculis jumentisque, in castris ad accipiendum frumentum præsto essent. Id quum segniter ac negligenter fecissent, ac minorem jumentorum vehiculorumque numerum submisissent, alia dies prodicta est, id est, longius tempus præscriptum est, quo majori adparatu peterent frumentum. Olim edebatur *prædicta*, pro quo Signorius invenit *prodita*, ut nunc circumferuntur. Id etiam Tacito restituere viri docti conati sunt Ann. II. 79. ‘Ille cludens respondit, adfuturum, ubi prætor, qui de beneficiis quæreret, reo atque accusatoribus diem prodixisset.’ ibi tamen *prædixisset* servandum puto; et forte etiam apud Cic. Orat. pro Dono c. 17. ‘Quoniam tam moderata iudicia populi sunt a majoribus constituta, primum ut ne poena capitum cum pecunia conjugatur, deinde ne, nisi *prædicta die*, quis accusetur; ut ter ante magistratus accuset, intermissa die, quam multam irroget aut judicet: quarta sit accusatio triunni nondum *prædicta die*, qua die iudicium sit futurum:’ ubi nunc utroque loco *producta dies* editur.

§ 9 *Cujus conlaudationem cum tribuui plebis impedire coarentur]* Quid hic facit *collaudatio*? Emaenla locum ad fidem exemplaris vetusti, *cujus laudationem*. Sequitur autem mox, ‘Et laudationem tam æquis auribus mortui audiuit.’ Rursum v. 50. ‘*Matronis*,’ inquit, ‘gratiæ actæ, honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem solemnis laudatio esset.’ Hoc vocabulo pro oratione funebri Cicero quoque usus est in Catone majore c.

4. 'Est in manibus,' inquit, 'viri laudatio.' Quintil. III. 7. 'Nam et funebres laudationes,' inquit, 'pendent frequenter ex publico aliquo officio.' Rhen. Pal. 2. *collaudationem*. At Pal. 1. *cujus collaudationem cum tr. pl. impedire conaretur*. Et hæc lectio orta ex eo ordine, quem præferunt Pal. 3. et Campani Andreæque edd. *cujus cum laudationem tribunus plebis imp. conaretur*. Nam 'laudatio' est funebris oratio, in laudes defuncti habita. Ita Livius mox, 'Laudationem tam æquis auribus mortui audivit, quam vivi accusationem audierat.' Fabius III. 7. 'Nam et funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio.' Gebh. *Cujus collaudationem cum in solis Hav. et Gaertn. obvium fuit: ex edd. autem id prima exhibet Aldina.* Illud *collaudationem recte inde natum Gebhardus vidit, quod olim inverso ordine scriptum fuerit cuius cum laudationem, quemadmodum superest in Flor. Voss. I. Leid. 2. Harl. utroque, Port. fragm. Hav. omniibusque ante Aldum excensis. Ex vocibus autem *cum laudationem* perperam coalescentibus factum *collaudationem*, quemadmodum ex *cum gratulatione*, factum *congratulatione* IV. 24. § 7. ubi ejus erroris plura exempla videri possunt. Et hoc verum esse docet lectio cod. Leid. 1. in quo est *cujus conlaudationem, omissa vocula cum.* Veterem itaque lectionem *cujus quum laudationem revocavi. Cujus in laudationem invenio a m. pr. in Lipsiens.* pro quo m. altera emendatur *cujus in laudationem.* Hinc suspicio nasci posset, legendum esse *cujus inde laudationem quum: m enim et in, atque in et in sive inde in MSS. confundi supra vidimus hoc lib. ad c. 45. § 13.* Vide etiam ad IV. 52. § 4. Est autem 'laudatio' oratio funebris, laudandi defuncti caussa habita. 'Funebres laudes' vocat Liv. VIII. 40. 'Vitiatam memoriam funebris laudibus reor, dum familia ad se quæque fa-*

mam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt' ubi vide Sigan. Et ita 'landare.' Sueton. Cæs. c. 6. 'Anitam Juliam, uxoremque Corneliam defunctas landavit e more pro rostris' in Claudi. c. 1. 'Defunctum ita pro concione laudaverit, ut Deos precatus sit, similes ei Cæsares suos facerent.' Etiam 'landator.' Supra II. 47. 'Funera deinde duo deinceps collegæ fratrisque ducit: idem in utroque laudator' ubi vide quæ notantur. Præterea *tr. pl. impedire conaretur* Harl. 1. et Lipsiens. *tribunus plebis impedire conaretur* fragm. Hav. a m. pr. et Gaertn. *conaretur* etiam Voss. 2. et Leid. 1. Male. Nam et *οἱ δῆμαρχοι* in hac re memorantur apud Dionys. Antiq. IX. p. 611. Error profluxit ex breviata scribendi ratione *tr. pl.* quod, utrum *tribunus*, an *tribuni*, redendum foret, incertos librarios in errorem induxit. Alia exempla infra sæpe obcurrunt. Vide ad IV. 1. § 2. ita *cons̄ reddiderunt quidem per consules*, quum deberent per *consulē*, infra X. 10. § 2. ubi plura similia exempla vide.

*Plebs fraudari sollemni honore supremum diem tanti viri noluit] Honore sollemni Hav. qui etiam legit *sūptum diem*, ut dare voluisse videatur *summum diem*. Sed vulgatum servant reliqui, nisi quod Leid. 1. habeat *subp̄num*, id est, *subpremium*, una litera abundante. Lipsiens. alio ordine insuper *diem supremum*.*

*Et laudationem tam æquis auribus mortui audivit, . . . audierat] Ut laudationem Gaertn. Tum audivit mortui fragm. Hav. a m. pr. Præterea *audierat* Leid. 2.*

CAP. LXII. § 1 *Tempestas cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta] Cœlo directa Lipsiens.* Sed ita addendum foret, quo, sive in quem directa fuisset, ut apud Sil. Ital. IV. 678. 'In gemnuit Venus, et rapidas direxit in amnem Conjugis invicti vires.' Quam-

vis tamen ‘dirigere vulnera,’ ‘ictus,’ ‘tela,’ ac similia apud poëtas obvia sint. Vide quæ notavi ad Sil. Ital. II. 92. Vulgatum itaque, quod in reliquis codd. superest, loco non movendum. Plinius Hist. Nat. IX. 1. ‘Tunc illie ruunt turbines, tunc imbre, tunc dejectæ montium jugis procellæ ab imo vertunt maria.’ Alibi autem ‘dejectus’ et ‘directus’ sive ‘derectus’ inter se in MSS. commontari monni ad Sil. Ital. IX. 583.

§ 2 *Signo receptui dato adeo tranquilla serenitas redditæ*] Pal. 3. *redita*: at Pal. 2. *tranquillitas serena redditæ*. Gebh. *Tranquillitas serena redditæ* etiam in Hav. obvium fuit. Utrumque ferri potest. Liv. xxvi. 11. ‘Ubi receperissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur.’ Optimis itaque in vulgatum conspirantibus, id etiam servandum reor. Vox autem *adeo* non adparet in Harl. 2. Port. Hav. et Gaertn. Quorum posterior in verbis seqq. *ut veluti*, pro *ut velut*, præfert. Vide ad VI. 1. § 2. *ut v' numine Klockian*. Sed *rō nt* defieit in Lipsiens. et edit. Mediol. 1505.

Omnis ira belli ad populationem agri vertitur] O hominem doctum, qui hic, pro *vertit* supposuit *vertitur*? Tu repone *vertit*: de quo genere sermonis supra admonimus. *Rhen.* Bene *ad pop. agri vertit* edidit primum omnium Campanus: ut et habet Pal. 3. nam Pal. 2. *ad pop. agri cvertit*, signo, quod index est aliquid delendum esse, prima litera nltimæ vocis notata. Male vero Andreas *vertitur*: quem hominem indoctum inclamat Rhenanus. Gebh. *Ad depopulationem agri* Voss. 2. Sed nihil nuto. Supra cap. 23. ‘Quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit’ cap. 26. ‘Fessi tum itinere tum populatione nocturna’ cap. 51. ‘Populationes erant, et velunt ab arce Janienli passim in Romanum agrum inpetus dabant’ cap.

43. ‘Pleni jam populationem Romanam ipsam se obpugnaturos minabantur.’ Infra cap. 64. ‘Populatum adeo effuse fecit, ut nihil bello intactum relinquaret.’ III. 2. ‘Æquos populationibus incursionibusque meliores esse.’ c. 3. ‘Nihil minus, quam ne viets ac prope in castris obsesus hostis memor populationis esset, timeri poterat.’ Mox, ‘Non populationem nec prædonum parvas manus, sed exercitus et legiones adesse hostium clamabant’ et iterum, ‘Funestam ei populationem fecit.’ x. 27. ‘Hujus populationis fama Etruscos ex agro Sentinate ad suos fines tuendos movit.’ XXXI. 30. ‘Deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum’ et eodem cap. ‘Ut priore populatione cum infernis Diis, secunda cum superis bellum nefarium gesserit.’ Solent autem alibi haec voces communari. Vide ad I. VII. cap. nlt. § 8. XXXVII. 27. § 9. et ad Epit. Liv. lib. XLVI. nbi vide. Præterea *evertitur* Hav. *vertitur* Voss. 2. Gaertn. et Harl. 2. Sed recte *vertit* legendum esse viri docti docuerunt. Et ita sæpius Livium loentum esse, supra monitum est a Gebhardo ad II. 7. § 8. et ab eodem ac Rhenano ad II. 27. § 9. Exemplis autem, quæ in medium adulterunt, sequentia addi possunt. v. 49. ‘Jam verterat Fortuna, jam Deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant.’ VIII. 38. ‘Neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum.’ VIII. 30. ‘Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit.’ IX. 38. ‘Adversa tamen rei fama in Romanos vertit.’ x. 27. ‘Illac fuga, inquit, et cædes vertit, qua sacram Dianæ feram jacentem videtis.’ XXVI. 6. ‘Ea iudicatio verti et ipsa in verum vertit.’ cap. 40. ‘Haec ejus gloria, quia jam imperatoris quoque famæ officiebat, postremo in invidiam vertit.’ XXVII. 23.

'In capita consulum, republica incolumi, exitiabilis prodigiorni eventus vertit.' xxviii. 25. 'Veram justamque mox in se versuram potestatem horrebant.' xxxii. 12. 'Verterat periculum in Romanos.' xxxvii. 12. 'Quod fraude capti, quod a civi potissimum suo forent, in iram luctus vertit.' cap. 27. 'Cum omnis generis præda revertentes, postquam videre ex alto classem, in fugam verterunt.' xxxix. 48. 'Hæc, quæ augendæ amplitudinis ejus causa facta erant, extemplo in invidiam, mox etiam in perniciem adolescenti verterunt.' xlvi. 20. 'Aruspices, in bonum versurn id prodigium, prolationemque finium, et interitum perduellium portendi, responderunt.' xlvi. 10. 'Quæ omnia, si tamen populo forent, in capita noxiiorum versura:' et cap. 25. 'Hæc Rhodium nunciata, quæ per se tristia fuissent, quia majoris mali levatus erat timor, quum bellum timnissent, in gaudium renunciata verterunt.' Et forte id restituendum Nostro xxii. 1. 'Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita: capras lanatas quibusdam factas, et gallinam in marem, gallum in feminam vertisse:' ubi nunc legitur in feminum sese vertisse. Aliis etiam verbis, quæ proprie sunt activa, οὐδετέρως Livium usum fuisse, supra vidimus ad 1. 17. § 6.

§ 3 Et ibi, quia hostis mænibus se tenebat, vastati agri sunt] Pal. 1. *vastatis agris, incendiis deinde.* Gebh. Vocula ibi non adparet in contextu Port. sed in margine adscripta exstat. Tum quia mænibus hostis idem Port. et Harl. 2. *quia hostes mænibus se tenebant* Hav. Vide ad v. 50. § 2. Denique *vasti agri sunt* Leid. 1. et Harl. 2. sollemni errore librariorum, qui sæpe vocabula 'vastus' et 'vastatus' commutarunt. Vide ad xxiii. 30. § 7. *vastatis agris, ineendiis deinde* in Voss. 2. invenio. Verum quia τὸ sunt unica litera σ a ταχυγράφοις in

Mss. exarari solet, ex *vastati agris* coalescentibus litteris primo factum est *vastati agris*: inde vero *vastatus agris*. Vide ad xlvi. 17. § 6. Reliquorum igitur nihil mutantium consensum præfero.

§ 4 Sed etiam vicorum, quibus frequenter habitabatur, *Sabini exciti*] Plutarchus in Romulo p. 48. Οἱ δὲ Σαβῖνοι πολλοὶ μὲν ἡσαν καὶ πολεμικοὶ, κῶμας δὲ φύκου ἀπειχίστους, ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν, καὶ μὴ φιβεῖσθαι, Δακεδαιμονίων ἀποίκοις οὖσι. Duk. Sed vicorum etiam Voss. 1. et Leid. 2. Tum quibus frequentabatur Gaertn. in quibus frequenter habitabant Port. a m. pr. pro quo habitabatur manus sec. emendavit: in quibus frequenter habitabatur etiam est in Harl. 2. Verum illud in natum est ex ultima litera vocis præced. Vide ad xxxvii. 11. § 4. Infra ix. 28. 'Omnia ædificia (et frequenter ibi habitabatur) circumjecta muris incendit.' 'Quibus habitabatur' eadem forma dicitur, qua 'turbatur agris' apud Virg. Ecl. i. 12. Ad hæc vox *Sabini* exsulat a Leid. 2. Denique *excitati*, pro *exciti*, habent Flor. Port. et fragm. Hav. Quod erroris genns in MSS. codd. frequens esse, videbimus ad xxviii. 24. § 4. *exerciti* est in Lipsiensi. De hoc etiam errore agam ad x. 33. § 1.

Ancipiū prælio digressi posterō die retulerunt castra in tutiora loca] Cum *ancipiū prælio digressi* Leid. 2. Tum in *tutiora loci* Harl. 1. quod dictum esse posset, quemadmodum 'ultima orientis' et similia multa, de quibus vide ad xxxvii. 58. § 8. Sed reliquorum codicium scripturam sequi præstat.

§ 5 Cum pro victo relinqueret hostem] Corrige cur pro victo. Rhen. Pal. 2. cur pro *victis*. Gebh. Cum, quod recte Rhenano displicuit, tantum inveni in Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Reliqui habebant cur. Deinde pro *victis* Hav. qui mox non agnoscit vocem *hostem*. Eadem vox

etiam deficit in Lipsiens. relinquenter præfert Harl. 2.

Integro inde decedens bello] Tò inde exsulat ab Hav. pro quo deinde est in Leid. 2. et fragm. Hav. integrorum decedens bello errans dedit librarius Lipsiens.

CAP. LXIII. § 1 *T. Numitius Priscus, A. Virginius consules facti]* *Numicius*, ut *Minucius*, videtur c litera esse scribendum: nam Græci *Noúkios*. *Sigon.* Ita [*T. Numitius*] scribunt hoc nomen Pall. duo, editionesque antt. nisi quod Pal. 3. variet in *Minutius*. Alias Pall. tres hoc ordine, domi, *consules T. Numitius Priscus, A. Virginius facti*. Gebh. *T. Municius Voss.* 1. Leid. 2. et Port. *Titus Municius Lipsiens.* *T. Monitus Gaertn.* *T. Minutius Hav.* et Harl. 2. literis transpositis, quemadmodum etiam apud Diod. Sicul. Bibl. xi. p. 278. peccari, observat Pighius in Annal. ad A. U. C. CCLXXXIV. p. 117. Vide etiam Langinum, Fabricium, et Gruterum ad Cic. de Offic. iii. 30. et infra hoc cap. § 5. Contrario errore *Numitius*, pro *Minutius*, vel *Minucius*, supra notavimus ex MSS. hoc libro c. 21. § 1. *Tíros Noúkios Πρόσκος* vocatur apud Dion. Halic. ix. p. 611. Perperam igitur *T. Numitius* Leid. 1. et fragm. Hav. Seundi consulis prænomen *A.* male omittitur in Gaertn. Port. et fragm. Hav. Ipse *Virginins* vocatur in Voss. utroque, Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad c. 17. § 1. Alind antem egisse debuit Donjatius, quum fastos Romanos consulens A. Virginium 'Prisci,' et T. Numicium 'Montani' cognomina habuisse inde notaret. Prior enim in illis 'Montanus,' 'Cælimontanus,' vel 'Nomentanus,' alter 'Priscus' cognominatur. Ceterum vox *consules* abest a Leid. 1. Eamdem trajiciunt Leid. 2. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quemadmodum de tribus Pall. Gebhardus testatur. Præterea verbis præcedentibus *Inter bel-*

la, omissa media voce hæc, est in Harl. 1. qui etiam exhibet manc ante, pro manente.

§ 2 *Non ultra videbatur latrura plebes dilationem agrariae legis]* Ita primus edidit Gronovius 1665. pro *latrura plebs*; eamque lectionem in Pall. 1. ac 3. exstare auctor est Gebhardus supra ad c. 55. § 2. Eadem etiam superest in Flor. Voss. utroque, Leid. 1. Harl. utroque, et Port. Certe *plebs* tantum notatur in Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad i. 20. § 6. Præterea *dil. legis agr. Hav. dil. agr. legi Lipsiens.*

Ultimaque vis parabatur, quum Volscos adesse] Ultima vis Leid. 1. et Hav. ultima quaque vis Harl. 2. ultimaque parabatur Gaertn. Hinc tam Volscos adesse Lipsiens. et Leid. 2. De quo errore vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Mox fugaque agrestum, pro f. agrestium, Voss. 1. Quod ex Virg. Georg. i. 10. profert etiam Vossius Gramm. iv. 14. Hæc tamen et similia poëtis, quibus metri caussa major licentia conceditur, relinquenda censeo. Certe reliqui in vulgatum conspirant. Similiter peccarunt librarii hoc lib. c. 50. § 4. et iii. 38. § 4.

*Maturam jam seditionem ac prope erumpentem repressit] Cicero Orat. Cat. i. c. 13. 'Nescio, quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris et audaciæ tñæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit.' Duk. *Maturam can sed.* Voss. 2. Alibi eadem varietas in MSS. obvia est. Vide ad v. 34. § 2. Deinde voculam ac omisit Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus. Testatur etiam Hearne, eamdem exsulasse ab Oxon. L. 1. N. et C. Contra vero constanter superstes in reliquis omnibus edd. et codd. scriptis, quos adhibui; quare etiam revocandam censui. Tandem *oppressit* edd. vett. pro quo Aldus primus *oppressit* subposuit. Ejus lectionem*

firmanter codd. mei scripti.

§ 3 *Consules coacti extemplo ab senatu ad bellum; educta ex Urbe jurentute] Doujatinis interpuugendum censet, consules coacti extemplo ab senatu, ad bellum educta, &c. intelligendum que esse, non a senatu coactos ad bellum, (quod ex priori interpunctione sequebatur, nullo, ut ait, satis idoneo sensu,) sed hortante senatu eduxisse necessario juventutem ad bellum. Servata tamen vulgata distinctione commodum satis sensum invenio: consules nempe, qui forte moras nectere volebant, interposito senatusconsulto, extemplo ad bellum proficisci coactos esse. A senatu est in Gaertn. et Hav. Mox ceteram transq. pl. sec. Harl. 2. fecere Port.*

§ 4 *Et hostes quidem nihil aliud, quam perfusis vano timore Romanis] Abest a Pal. 1. rō aliud. Gebh. Omissio rō aliud, quod sensus requirit, et in omnibus nostris superest, negligentiae librarii adscribi debet. De locutione ‘nihil aliud quam’ vide ad xxxi. 24. § 3. Ceterum pro perfusis, erasa priori lectione, a m. emendatrice scriptum est in Port. *perculsis*. Sed vulgatum præstat. Liv. I. 16. ‘Quum perfusus horrore venerabundusque adstisset.’ x. 38. ‘Erat quin alius adparatus sacri, qui perfundere religione animum posset.’ xxvi. 50. ‘Adolescens simul pudore et gudio perfusus.’ xxx. 16. ‘Non brevi solum, sed prope vano gudio, ab satis prospera in præsens obpugnatione classis perfusi.’ Ita ‘voluptate,’ ‘jucunditate,’ ‘snavitate perfundere’ apud Cic. frequenter obentrit.*

§ 5 *Numicius Antium adversus Volscos, Virginius contra Equos profectus] Numicius Leid. 1. et fragm. Hav. nuntius Leid. 2. Municius Port. Minutius Hav. Minutius Harl. 2. Tum autem, pro Antium, Leid. 2. Arrium Port. Hinc in Volscos ideem Port. Denique Verginius Voss. ambo, Leid.*

ambo, et fragm. Hav. Similes in utriusque consulnis nominibus variationes ex codd. supra notantur in principio hujus cap.

Virtus militum rem, prolapsam negligentia consulis, restituit] Virtus mil. prope rem prol. Hav. Sed illud prope ex proximis verbis hoc loco male repetitur. Tum negligentia Flor. et Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 11. § 4.

§ 6 *Melius in Volscis imperatum est] Pal. 2. in Volscos. Gebh. Ita et Hav. scribarum sine dubio aberratione. Volscis, omissa præpositione, Gaertn. Mox et in urb. A. pro fugaque in urb. A. antiquiores, quas vidi, edd. Alterum ab Aldo repositum est, cum quo faciunt omnes codd. nostri, nisi quod fugatque librarii lapsu sit in Leid. 2.*

Ut tum res erant, opulentissimam acti, quam consul obpugnare non ausus] Ut tum res erat Voss. 2. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. ut tamen res erat, opul. Lipsiens. a m. pr. ut tamen res erat opulentissima a m. sec. Non bene. Optimi codd. recte servant res erant. Vide ad c. 50. § 2. tum autem et tamen infinitis locis committantur. Vide ad xxii. 17. § 5. Tum opul. antiquum consul Harl. 1. manifesta aberratione librarii, pro quo corruptius opul. antiquaque urbem consul scriptum est in Voss. 2. Denique non opp. ausus Harl. 2.

Cenonem, aliud oppidum, nequaquam tam opulentum] Dionysius ix. p. 612. non ponit nomen, sed oppidulum maritimum vocat. Vet. lib. Cerionem. Sigan. Cerionem etiam Hav. Cænonem Flor. Verum quin alii omnes libri vulgatam scripturam firment, alterum natum esse existimari debet ex errore scribarum, qui ob similitudinem ductuum literarum ri et n ita facile peccare poterunt. Vide ad iii. 30. § 3. Tum quamquam, pro nequaquam, fragm. Hav. a m. pr. Deinde tum opulentum Gaertn.

§ 7 *Romanos exercitus tenent] Tene-*

rent Hav. Sed ita scribendum foret quum tenerent. Vide ad 1. 40. § 7. Credidit librarius, scriptum fuisse ten'ent. Cujusmodi errores alios vide ad xxxix. 52. § 6.

Subini usque ad portas Urbis populantes incessere] Vox populantes non adparere in Oxon. L. 2. anctor est Hearne. Sed, ut hic ‘poplantes incedere,’ ita ‘populantem ire’ Livius dixit xxxiv. 48. ‘Scipionem alii conjuncto exercitu cum collega per Boiorum Ligurumque agros populantem esse, quoad progreedi silvae paludesque passæ sint, scribunt.’ Unde simil refelli potest Doujatins, qui incessere accipi nolebat tertiam personam præteriti indicativi τοῦ ‘incedere,’ sed infinitivum potius verbi ‘incesso,’ quod aliquando neutrum esse, et idem significare existimat, quod ‘ingruere,’ sive ‘inrnuere.’

A duobus exercitibus] Pall. ab duabus. Gebh. Ab duobus etiam Flor. Leid. 1. Harl. 1. Hav. fragm. Hav. et Lipsieus. a m. sec.

CAP. LXIV. § 1 *Pacis aliquid fuit, sed, ut semper alias, sollicitæ certamine Patrum et plebis]* Repetunt omnes codd. nostri soll. pacis cert. Patr. et pl. Gebh. *Sed et semper al' solitæ fuit pacis Gaertn. sed, ut semper alias, sollicitæ pacis Voss.* uterque, Leid. uterque, Harl. uterque, Port. Hav. fragm. Hav. et omnes antiquiores typis excusi. Aldus demum, qui priorum editionum lectioni in contextu adhæsit, in erratis vocem pacis posteriori loco omittendam monuit, quod Colonienses 1525. Frobenius 1531. et mox reliqui recentiores editores securi sunt. Mili tamen præstare visum fuisset, priorem lectionem, tot codicium auctoritate firmatam, revocari, nisi auctior adhuc Gaertn. lectione suspicionem injecisset, non modo fuit, sed et vocem pacis esse a mala scribarum manu. Eam utramque ignorat Lipsiens. qui et alia insuper voce, sed perperam, ejecta præfert

sed, ut alias, sollicitæ cert. Patr. et pl. Deinde cert. Patr. ac pl. Voss. 1. et Leid. 2.

Irata plebs interesse consularibus comitiis noluit] Interesse irata plebs, alio vocabulorum ordine, Leid. 2. Tum com. cons. Lipsiens. Denique velut, pro noluit, Gaertn.

§ 2 *Consules creati T. Quintius et Q. Servilius]* Antiqua lectio T. P. Quintius. Sic paulo sup. e. 61. scriptum fuit ‘L. P. Valerio, T. Emilio consulibus:’ ubi vulgo tantum legitur L. Valerio. Rhen. Legendum T. Quintius iterum, ut sequentes ejus viri consulatus ostendunt, præsertim quartus A. U. C. cccix. ubi Livius 111. 66. numerum non omisit. Ceterum hic Servilius tertio post hunc anno rursus fit consul, ac a Dionysio Antiq. ix. p. 613. Priscus dicitur. Glar. Pall. tres T. Publius Quintius, ut supra ‘L. P. Valerius,’ quemadmodum Rhenani codex: utrumque nomen exscriptor apposuit, quia, quod verum esset, discernere nequit. Andreas edidit P. Quintius. Alteri consuli facit prænomen Cn. pro Quinto, Pal. 2. Gebh. T. Quintius et Q. Servilius vulgati: nos copiam ex auctoritate Ms. Flor. S. Marci induximus. Addem. 22. Jac. Gron. Consules citati Hav. Tum T. P. Quintus, Q. Servilius Voss. 1. T. P. Quintiusque Servilius Flor. et Voss. 2. T. P. Quintius, Q. Servilius Leid. ambo, Harl. 1. Port. et fragm. Hav. b. P. Quintius, Q. Servilius Lipsiens. Titus Publius Quintius Servilius Gaertn. T. Publius Quintius et C. Servilius Hav. T. P. Quintius et de- erant in Harl. 2. spatio tamen vacuo relictio. Prior consuli P. Quintius vocatur in Oxon. B. C. L. 2. posterior C. Servilius in Oxon. B. ut auctor est Hearne. Hinc patet, priorem consulem a quibusdam Titi, ab aliis Publii prænomine appellatum esse; et, ut Gebhardus observat, ex utriusque prænominis coniunctione, quod

librarii verum discernere non possent, natam esse lectionem, quæ in plerisque MSS. obcurrit. Id autem libraris familiare fuisse, infra pluribus exemplis probabitur ad III. 44. § 4. In ejus prænomine peccatur etiam, sed alio modo, III. 1. § 4. Patet etiam, copulam inter duorum consulum nomina recte a Jac. Gronovio expunctam fuisse. Vide ad XVII. § 1. Ceterum, male Glar. iterati consulatus notam priori Quintio addendam censuisse, evincent, quæ notata sunt ad II. 16. § 7.

Similem annum priori consules habent] Ant hic, aut præcedenti membro adscripticium *rō consules*. Videatur ab Livio fuisse, *Patrum creati T. Quinctius et Q. Servilius, similem annum priori, consules habent, seditiosa initia, bello deinde externo tranquillum (nempe annum). Initia intelligis ejus, vel anni. Sic elegantissime omnia intertexta. Nisi malis, similem annum prioribus consulibus habent.* J. F. Gron. Nihil his verbis mutant codd. scripti, nisi quod *habebant* præferat unus Hav. Si quid tamen mutantum, vel, probata posteriori Gronovii conjectura, rescribam, *cons. . . similem annum prioribus consulibus habent*, vel, voce *consules posteriori loco inducta, consules creati T. Quinctius Q. Servilius similem annum priori habent*. Puto tamen, vulgatum commode servari posse. Sæpius Gronovius orationem Livianam ex sententia ejus minus cohærentem connectere tentavit; verum, quid ea de re sentiendum sit, vide ad III. 22. § 3.

§ 3 *Quum cædes et incendium circum Aniem flumen fecissent]* Vet. lib. *incendia*. Sigon. Vocabulam *quum* omittit Harl. 1. Tum *cædem* habet Hearnii Oxon. N. ac, pro et, Voss. 2. contra morem Livii. Vide ad X. 36. § 17. Denique *incendia* præferunt, quibus eumque usus sum, codd. Idem etiam dicendum videtur de Oxoniensibus Hearnii, qui, *incendium* in ed. Roma-

na principe exstitisse memorans, codicu[m] illorum nullam mentionem injiciendo eos in editam lectionem *incendia* conspirasse innuit. Cic. Orat. Catil. II. 5. ‘Nihil cogitant, nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas.’ Ceterum *Crustumenos*, pro *Crustuminos*, Harl. 2. et Gaertn. Vide ad I. 9. § 8.

*A porta prope Collina mænibusque pulsi] Ab porta prope Collina Hav. Tum mænibus pulsi idem Hav. cum Port. Mox ing. tum pr. pro ing. tamen pr. idem adhuc Hav. sollemni scribarum aberratione, cui epitome scribendi ansam dedit. Vide ad XXII. 17. § 5. Ex eo errore locus deinde ulterius corruptus est in Gaertn. qui dedit *ingentes cum prædas*. Tum autem et cum sæpiissime in scriptis communtantur. Vide ad Epit. lib. XLVIII. circa finem. *Insuper pecundumque primæ edd. usque ad Aldum, eius opera pecorumque vulgatum est. Ei vero consentiunt omnes codd. scripti. Alibi hæ voces confunduntur in membranis vetustis.* Vide ad Liv. XXXVII. 39. § 4.*

§ 4 *Quos Servilius consul infesto exercitu insecutus]* Prima vox abest in contextu Port. Sed adscripta exstat in margine. *Quas Servilius habet Leid. 1. quasi ad prædas referendum foret. Mox idem præfert relinqueret.*

§ 5 *Et in Volscis res publica egregie gesta]* Lego res *egregie gesta*, ex vet. lib. De quo dicendi genere dicam infra. Sic etiam III. 3. ‘Ab altero consule res gesta egregie est.’ Sigon. Flor. Voss. uterque, Helm. Rott. ne de vett. editis dicam, *res publica*. Et verius. Vide ad VIII. 31. J. F. Gron. *Res erat egregie gesta* Gaertn. Præter hunc cod. reliqui omnes, quos consuli, constanter habent *res publica egregie gesta*, quod hic et alibi recte Gronovius contra Sigonim vindicavit. Sæpiissime enim Livio aliisque scriptoribus belli duces non tantum ‘rem,’

sed etiam 'rempublicam gerere' dicuntur. Infra vii. 3. 'Perinde ac reipublicæ gerendæ, ac non solvendæ religione, gratia creatus esset, bellum Hernicum adfectans, delectu acerbo juventutem agitavit:' ubi Siganus iterum rei gerendæ legendum contendit, et, quod se hoc loco facturum promiserat, eam scripturam adstruere conatus est. xxvii. 40. 'Simil quum illa angeret cura, quos tam propitos Ubi atque imperio fore Deos, ut eodem tempore utrobi que respublica prospere gereretur.' xxxi. 48. 'Diis quoque immortalibus per triduum supplications habitas, quod bene ac feliciter, non quod male ac temere respublica a L. Furio prætore gesta esset.' xxxvii. 58. 'Supplications deinde fuerunt ex senatusconsulto, quod L. Aemilius Paullus in Hispania prospere rempublicam gessisset:' ubi Siganus iterum antiquum obtinet, propterea denno recte a Gronovio reprehensus. xxxviii. 51. 'Hisque gratias agam, quod mihi, et hoc ipso die, et sæpe alias, egregie reipublicæ gerendæ mentem facultatemque dederunt.' xxxix. 4. 'Petuit a Patribus, ut æquum censerent, ob rempublicam bene ac feliciter gestam, et Diis immortalibus honorem haberi jubere, et sibi triumphum decernere.' xl. 36. 'Et supplications decretæ, quod is prospere rempublicam gessisset.' c. 40. 'Venienti Fulvio Ti. Sempronius prator, qui biduo ante venerat, obviam processit, gratulatusque est, quod rempublicam egregie gessisset.' xl. 39. 'Ut adpareat, Diis grates agentem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire:' et mox, 'Nec magis me ejus, quam cicatricem harum, pudet pœnitentque, quando numquam mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiæque fuit.' Vide etiam quæ notantur ad xxii. 25. § 6. et Gronov. ad xxx. 2. § 7. et Jac. Gronov. ad

Cic. Orat. de Provinc. Consul. c. 6. Pari sensu 'administriare tempublicam' Livius usurpavit. De qua locutione vide Gronovium ad vi. 6. § 2. Ceterum *Quia in Volscis Lipsiens.*

Tum ducis, tum militum opera] Cum ducis Leid. 1. Hail. uterque, et Gaertn. Vide ad vi. 23. § 3. *ducum* Hav. Sed unus indicatur Quintius, qui in Volscis bellum gessit, ut præter Livium etiam testatur Dionys. Antiq. ix. p. 613. Mox *cum militum opera* Lipsiens. *tum militum opere* Port. a.m. pr.

Primum a quo campo signis conflatis pugnatum, ingenti cæde utrinque, plurimo sanguine] Videntur insiticia ingenti cæde. Statim quoque, malum damno sentiendo. Et sic Voss. uterque, et Rott. J. F. Gron. Singulis adest sua Venus, nec putem quidquam supervacunum. Tò cæde enim exprimit occisos, τò sanguine vulneratos tantum. vii. 8. 'Multi utrinque cadunt, plures vulnera accipiunt.' xxxix. 4. 'Pluribns ea die vulneratis, quam interfectis.' xliv. 42. 'Ceciderunt non plus centum, vulnerati aliquanto plures sunt.' iv. 28. 'Multa utrinque vulnera, multa passim cædes est.' Jac. Gron. Verum est, τò 'sanguis' interdum idem notare ac vox 'cædes.' Infra v. 21. 'Multa jam edita cæde, senescit pugna; et dictator præcones edicere jubet, ut ab inermi abstineatur. Is finis sanguinis fuit.' xxxv. 51. 'Non dum aut indicto bello, aut ita commiso, ut strictos gladios aut sanguinem usquam factum audissent, repente Menippns, palatos passim adgressus, eos cecidit.' Ovid. Epist. Her. xiv. 81. 'Fert male cognatae jauctoram mortis in uno, Et queritur, facti sanguinis esse parum.' Justin. i. 7. 'Cades Candauli nuptiarum præmium fuit, et uxor, mariti sanguine dotata, regnum viri et se pariter adultero tradidit.' Id J. F. Gronov. permovisse videtur, ut *ingenti*

*cæde insiticum crederet. Quum tamen omnes codd. eas voces constanter servent, potius est, ut cum Jac. Gronovio *ingenti cæde de occisis, et plurimo sanguine de vulneratis accipiamus.* Et ita fere junguntur hæc eadem vocabula IX. 13. ‘*Romanos ira eadem, quæ per medium aciem hostium tulerat, et in castra pertulit. Ibi plus, quam in acie, sanguinis et cædis factum.*’ XXVII. 49. ‘*Victores sanguinis cædisque ceperat satias.*’ Ceterum *Primumque est æquo campo habet Gaertn.* Tum *signis collatis ingenti cæde pugnatum utrimque plurimo sanguine fragm.* Hav. *signis collatis pugnatum et ingenti cæde Harl. 2. et Port. ingenti cæde utrimque et plurimo sanguine Voss. 2. utrimque plurimo sanguine effuso Port. sed in margine.**

§ 6 *Et Romani, quia paucitas damno sentiendo propior erat]* Vocabula et non exstat in Gaertn. Tum *damna sentiendo ediderat Dan.* Heinsius apud Elzevirios, adversus quem vulgatum revocat J. F. Gronov. ad verba præcessit. Et recte. Consentunt enim omnes codd. et reliqui typis excusi libri. *Proprior* habent Voss. ambo, Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. passim obvia librariorum aberratione. Vide ad IV. 17. § 5. Denique vocabula, *propior erat, gradum retulissent; ni salubri mendacio negligentia scribæ non adparent in Harl. 1.*

Fugere hostes ab cornu ultero clamitans] *Fugere a cornu altero hostes* Voss. 1. *fugere cornu altero hostes* Leid. 2. *a cornu altero etiam Gaertn.* et editi ante Aldum, qui *ab cornu primus vulgavit.* Et eam lectionem firmant reliquæ membranæ.

Inpetu facto, dum se putant vinciri, vicere] Non intellexit Livii sensum, qui hunc locum adulteravit. Nam dicit auctor, *salubri mendacio de fugâ hostium concitatam aciem fuisse, cessuram alioqui.* Itaque quum putarent se *vicere*, qui tamen succumbebant, animo resumito *vicere.*

Vide quid potuerit opinio dumtaxat victoriae. Germana lectio sic habet, *dum se putant vincere, vicere.* Rhen. Egregium et Livio dignum acumen hic Rhenanus restituit. Sed miror, pertinaciter adhærescere omnibus codd. qua scriptis, qua censis, *dum se putant vincere, vicere.* Gebh. Quod de codd. censis Gebhardus dicit, intelligendum de antiquioribus: *vincere* enim jam ante Rhenanum Frobenius 1531. recepit, quod ex eo tempore constanter obtinuit. Ceterum etiam plerique codd. scriptorum, quibus utor, *vinci* retinent, ex quorum turba *vincere* tautum obvium fuit in optimis Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Sed *dum se putant vinciri, vincere* est in Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Similis locus est Flori IV. 2. § 84. ‘*Simul et suorum erexit animos, et hostes percunxit. Nam hi, dum se putant vincere, fortius sequi; Pompeiani, dum fugere credunt suos, fugere cœperunt.*’

§ 7 *Consul, metuens ne nimis instando renovaret certamen]* *Eos metuens* Harl. 1. Scriptum per epitomen fuerat Cos. *metuens*, similitudo autem duc-tuum in literis c et e deinde hunc errorem peperit. Alia exempla, ubi hæ literæ commutantur in MSS. vide ad XXXIX. 35. § 8. Deinde minus in-stando Leid. 2. Sed et ita sæpe scribæ peccarunt. Vide ad XXXVI. 9. § 7.

§ 8 *Velut tacitis inducis utrinque quiete sumta]* *Veluti* habent Hav. et Lipsiens. Vide ad VI. 1. § 2. Deinde *tacitis judiciis* Harl. 2. Male. Supra c. 18. ‘*Tacitæ inducia quietum annum tenuere.*’ Alibi etiam hæ voces commutari solent in MSS. Vide ad IV. 43. § 9. *Insuper uterque, pro utrinque, perperam* Voss. 2.

Ingens vis hominum ex omnibus Volscis Æquisque populis] Vox *populis* ab-est a vet. lib. Neque necessaria est. Sigan. Non adparet etiam eadem vox in Lipsiens. Hav. et contextu Port. sed ad marginem ejus a m. sec. adscripta est. Ut autem non neces-

saria dici posset, delenda etiam foret vox *omnibus*. Præstat igitur lectio aliorum eodd. vulgatum servantium. Vide quæ notat Gronov. ad Liv. v. 34. § 5. ubi etiam receptam scripturam contra Sigonum defendit. Ceterum *ex hominibus Volscis fragm.* Hav. Sed solent sæpius hæc vocabula negligentia librariorum commisceari. Vide ad III. 54. § 6. Qnod hic tanto facilius fuit, qnoniam memorie scribæ adhuc obversabatur vox, qua præcessit, *hominum*. Deinde *ex omnibus æquis Volscisque populis* Leid. 2.

Si senserint, Romanos nocte abituros]
Ubi senserint Gaertn. Deinde *abituros* Leid. 1. perperam addita adspiratione. Alia exempla notantur XXII. 59. § 19.

§ 9 *Quem terror subitus exciverat]*
Extiterat Port. a m. pr. pro quo a m. sec. emendatum est *exciverat*, sed postea adhuc recentiori manu margini adscriptum fuit *excitaverat*, quam lectionem obferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. et Hav. Reliqui, et inter eos optimi, vulgatum servant. *Quem* autem vel referendum ad vocem ‘*Quinetius*’, vel potius ad vocem ‘*tumultu*;’ et ita ‘*excire tumultum*’ erit excitare. Infra III. 50. ‘*Virgininis majorem, quam reliquerat in urbe, motum excivit*:’ ubi vide. Et ita ‘*concire tumultum*’ est concitare. Vide ad XLI. 8. § 4. Solent autem ‘*excire*’ et ‘*excitare*’ in MSS. confundi. Vide ad XXVIII. 24. § 4. In verbis præcedd. *Quintus*, pro *Quintius*, legit fragm. Hav. Vide ad III. 1. § 1.

Quum manere in tentoriis] Vocem *manere* non agnoscit Harl. 2. et Port. Adparet tamen a m. sec. in posterioris margine.

§ 10 *Cornicines tibicinesque]* Scribendum *tibicinesque*. Rhen. *Tubicinesque* solus Pal. 2. nam reliqui duo, Pall. 1. ac 3. editionesque Andreæ ac Campani *tibicinesque*. Gebhardus.

Tibicinesque habent etiam Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Portug. et fragm. Hav. Reliqui præferunt *tubicinesque*: et recte. Vide quæ notantur ad lib. 1. cap. 43. § 7. ubi vulgo similiter in MSS. et editis ante Sigonum peceabatur. Paullo ante in st. adducit, pro in st. educit, fragm. Hav. a m. pr. Verum *eduxit rectum* est, nempe ex castris. Ita ‘*educere in aciem*,’ de quo vide ad III. 62. § 4.

In equos inpositos] Vet. lib. in equis. Sic 1. 18. dictum est ‘*dextra in capite imposita*.’ Sigon. Ita et plures ex meis. Verum *in equos inpositos* est in Voss. 1. Leid. utroque, et Harl. 1. quod Hearne etiam anctor est, se in Oxon. N. invenisse. Veriore autem hanc lectionem esse, pluribus docui ad I. 18. § 8. Ita XLI. 4. ‘*Confestim et, quos binos onerata in jumenta inposuerant, secuti, et consil enni toto agmine :*’ et eodem cap. ‘*Rex tamen Istrorum temulentus ex convivio raptim a suis in equum inpositus, fugit*.’

§ 11 *Omnia in castris fuere]* Alio ordine *omnia fuere in castris* Hav.

Volcos species armatorum peditum]
Et *Volcos* Harl. 2. et fragm. Hav. Vox autem *peditum* exsulat a Leid. 2. Mox *quos et plures esse Rom.* altera copula male omissa, fragm. Hav. *quos et plures esse, et Rom. put. esse*, addita ultima voce, Harl. 2.

Fremitus hinnitusque equorum] Pal. 3. *innitusque*. Campanus, quod putaret, eqnos hymnorum quoque aliquid notitiae habere, edidit *hymnitusque equorum*. Gebh. *Innitusque* etiam Leid. 1. in quo codice partim adspiratione necessaria omitti solet, unde in eo passim *aut*, *pro haud*, exaratum exstat; partim, ubi abesse debebat, additur: unde hoc cap. § 8. *abituros legitur pro abituros*. *Innitusque* est in Port. et corruptius *irititusque* in Harl. 2. corruptissime *Hernicusque* in Lipsiens. *Præterea et fremitus* Gaertn. Quod non displiceret,

si plures accederent codd. Sed *strepitus*, pro *fremitus*, multæ ex antiquioribus edd. Verum recte jam *fremitus* exhibent Mediolanensis 1495. et Veneta 1498. quod est in omnibus scriptis. Ita Ovid. ‘fremere’ de equis usurpavit Met. III. 704. ‘Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro Signa dedit tubicen, pugnæque adsumit amorem.’ Frontin. Strat. II. 5. ex. 31. ‘Ita ut in prima parte leves Hispanos, aptissimos ad furtæ bellorum, ponerent, paullo interius scutatos, in remotissimo equites, ne fremitu equorum cogitata proderentur.’ Horat. Od. IV. 14. 22. ‘inpiger hostium Vexare turmas, et frementem Mittere equum medios per ignes.’ Epop. IX. 17. ‘Ad hoc frementes verteront bis mille equos Galli, canentes Cæsarem.’ Alibi tamen ‘fremitus hominum’ et ‘hinnitus equorum’ distinguuntur: ut apud Curtium IV. 12. ‘Nihil aliud, quam fremitum hominum, hinnitumque equorum exaudisse nunciat.’ c. 13. ‘Fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor sollicitam expectatione mentem turbaverant.’ ‘Fremitus’ autem et ‘strepitus’ in MSS. vett. commutari solent. Vide ad XXXI. 24. § 7.

Qui et insueto sedente equite] Qui et insueto sedente Harl. 1. litera sibilante ex initio vocis seq. etiam repetita in fine præcedentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2. qui in insueto Port. qui insueto Harl. 2. cum priscis excusis, omissa copula, quam primus addidit Aldus. Et ei concinnuit reliqui manu exarati. Sæpius particulam hanc, ubi bis posita erat, priori loco expunxerunt librarii. Vide ad c. 44. § 3. Tum sedentem male Lipsiens.

Et iusuper aures agitante sonitu særiebant] Pall. 1. ac 3. insuper auras. Gebh. Auras etiam Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. Passim has voces confuderunt scribæ. Vide quæ notan-

tur ad Sil. Ital. x. 366. Hic *aures servandum* puto: sonitus cauentini cornicinum ac tubicinum agitabat aures equorum; et ea una caussarum erat cur sœvirent; altera quod insuetum sessorem sentirent. *Særiebant* autem est, fremitum et hinnitum edebant. Sil. Ital. IV. 94. ‘Quadrupedum cornu tellus gemit, ac simul acer Vincentum litnos hinnitus sœvit equorum.’ Ita ‘sœvire’ de latratu canum apud Apul. Met. II. p. 116. edit. Elmenh. ‘Canes utrimque secus Deæ latera muniunt, qui canes et ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares biant, ora sœvint, et, sicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de fancibus lapideis exire.’ Et ita hunc locum etiam olim intellectum esse, patet ex scriptura in Voss. 1. et Hearni Oxon. N. obvia, qui exhibit agitante sonitu *fremebant*, *særiebant*. Videtur enim olim *fremebant*, expnendi causa *td* *særiebant*, margini adscriptum fuisse; postea vero librariis, qui pro varia lectione habuerunt, in contextum receptum esse, quod, utra vox verior foret, dijndicare non possent. *Særiebantur* habet Lipsiens. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Intentos velut ad impetum hostium] Td velut abest a contextu in Port. et tantum in margine conspicitur. Ad impetus hostium habet Harl. 2. ad host. imp. Leid. 2.

CAP. LXV. § 1 *Volscum primo impetu perculit] Vox primo non adparet in Harl. 2. Tum pertulit est in Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. sæpius in membranis antiquis obvio errore. Vide ad XXXV. 27. § 16. Paullo ante satiatus integerque somno inmutato ordine vocabulorum Harl. 2.*

§ 2 *Quamquam cessere magis, quam pulsi hostes sunt] Td sunt non agnoscit Pal. 1. Gebh. Superest in omnibus nostris, nisi quod sint pro eo habeant Harl. 2. et Port. Verum sunt, quam*

sint, ob reliquorum codd. consensum malo. Vide hoc lib. ad e. 50, § 5. Mox qui ab tergo, pro quia ab t. Voss. 1. et Leid. 2. Sed ultimam literam τοῦ quia elisit prima vocula seq. Vide ad xxiii. 8. § 9. *quia a tergo* Gaertn.

In quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit] Pal. idem, *pro fuit, exprimit sit.* Forte legendum *tutus receptus fit.* Gebh. Salmas. de Milit. Rom. c. 4. p. 1321. vel *post principia exponit*, post primæ aciei ordines; (ut Livius dicat tutum receptum fuisse ‘ordinibus post principia;’ id est, ordinibus, qui post primæ aciei ordines stabant; adeoque tantum postremis ordinibus;) vel legendum putat *in quos principiorum integris ordinibus*, et per ‘principiorum ordines,’ intelligit triariorum et aliorum principalium militum ordines, qui in ultima acie pugnam inibant. Existimat autem lectionem mutatam esse ab illis, qui putarunt, *principia semper usurpata apud Romanos pro primis aciei ordinibus, et primo loco pugnantibus.* Deinde *sit, pro fuit, etiam Voss. 2.*

Ægre teneri, clamare, et poscere, ut percussis instare liccat] Tò ægre non adparet in Voss. 2. pro quo egere præfert Gaertn. Hinc *tenere Lipsiens.* quod etiam voluit Gaertn. qui *tenē* exhibet. *Tum clamore et poscere Leid. 2.* Denique *ut per clivos instare liccat Port. a m. pr.* Sed recte a m. sec. emendatum *percussis*, quod in reliquis constanter retinetur. Præcessit enim ‘primo in petu perculit.’

§ 3 *Ferocius agunt equites: circumfusi ducibus] Vetus lectio circumfusi duci.* Rhen. Rhenanus legendum monet ex suo duci. Et ita quidem edit Campanus: neque aliter Pall. trini. Gebh. *Fero agunt equites Harl. 1. Tum, et circumfusi duci Harl. 2.* Verum τὸ et ex præced. vocis fine repetitum videtur. *Circumfusi duci* reliqui omnes codd. quibus usus sum.

Et ita Hearne quoque invenisse videatur in illis, quos Oxonii consuluit, quod eorum nullam faciat mentionem, licet expresse moneat, quasdam edd. *ducibus præferre.* Recte autem circumfusi duci, id est, Quintio consuli. Mox vociferabantur Port. vociferante Lipsiens. *voce ferabantur Gaertn.* Liv. x. 29. ‘Ex parte altera pontifex Li- vius vociferari, Vicisse Romanos.’

Dum cunctatur consul, virtute, &c. se ituros] Omnia hæc desiderantur in vetustis excensis. Cui errori origo extitit repetitio τοῦ ituros. Vide ad ix. 11. § 11. Primi omissa supplernnt Mediolanenses 1495. eosque imitati Veneti 1498. quorum supplementum postea receperunt Moguntini, et recentiores editores. Eadem autem supersunt in omnibus ad unum collid.

*Fixis in terram pilis, quo leviores in ardua evaderent, cursu subeunt] Legendum, ut præeunt Pall. tres atque edd. Andreæ et Campani, quo leviores ardua erad. Sic mox legerim, jam prope erat, ut summum cliri jugum evaderent. Gebh. *Fixis pilis in terram fragm.* Hav. *Fixis interī pilis,* et adscripta margini varia lectione *Fixis in terram pilis* Voss. 1. Præterea quo leviores ardua erad. Gaertn. Sed ‘levis’ et ‘levi’ passim commutantur. Vide ad xxxvi. 31. § 8. *Quo leviores ardua erad.* Voss. interque, Leid. uterque, Harl. uterque, Lipsiens. Port. Hav. fragm. Hav. et omnes priscæ edd. usque ad Curionem, qui primus præpositionem addidit. Infra xlvi. 41. ‘Inter præsidia ejus saltum ad Petram evasi, et, ad pugnam rege coacto, acie vici:’ ubi plura vide. Eorum itaque omnium fide τὸ in ex contextu ejiciendum arbitratus sum. Denique *cursum subeunt* Harl. 2. Videri posset scriba, dare voluisse cursim subeunt ut infra xxvii. 16. ‘Audita obpugnatione Tarenti, dies noctesque cursim agmine acto, quum, festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset.’ Sed vulgatum præ-*

fero, in quod uno ore conspirant reliqui præsertim quin eo sensu Livius et alii vocem *cursu* adlibere soliti sint. Supra hoc lib. c. 30. ‘Ne ad fugam quidem satis virium fuit, quia cursu in proelium ierant.’ xxxi. 24. ‘Cursu prope Chalcidem contendit.’ xxxvii. 29. ‘Aliis ex urbe naves cursu repetentibus:’ ubi etiam quidam codd. *cursim*. Vide quoque hoc lib. ad c. 50. § 6. Silius Ital. vii. 717. ‘tum si vestigia cursu Anditis celeret balatibus obvia pastor:’ ubi vulgatum contra Heinsium, *cursim* invitatis MSS. ex conjectura scribentem, olim defendi, et variis Livii, Silii, ac Senecæ exemplis inlustravi.

§ 4 *Volscus, effusis ad primum impetum missilibus telis]* *Volscis effusis* Harl. 1. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 60. § 5. *Volcos Leid.* 1. et Gaertn. Sed ‘*Volscus*’ pro ‘*Volsci*’, quemadmodum ‘*Romanus*’ pro ‘*Romanis*’. Vide ad III. 2. § 11.

Saxa adjacentia pedibus ingerit in subeuntes] Reponendum *saxa objacentia pedibus*. Rhen. *Objacentia* edidere Andreas et Campanus: post quos seculo posterior Rhenanus et hanc lectionem, quasi a se primitus inventam, producit. Pal. 1. tenet *saxa adjacentia*. Reliqui duo *saxa adjacentia pedibus*. Gebh. Verum est, non tantum Andreæ et Campani, sed et alias vett. edd. *objacentia* præferre. Verum quum postea Aldus *adjacentia pedibus vulgarit*, eumque quidam secuti sint, non sine cassa Rhenanus priorem lectionem *saxa objacentia pedibus*, non tamquam a se primitus inventam produxit, sed magis, quasi perperam loco motam, redixit in pristinam sedem. *Aljacentia* habent Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. a m. sec. in quo a m. pr. lectum fuerat *adjacentia*: quod posterius præferunt Harl. 2. Lipsiens. et Gaertn. In Hav. est *adjacentia*. Reliqui Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. servant *objacentia*: et recte. Infra viii. 39. ‘Inter sarcinas

omissas repente, objacentes pedibus fugientium consternatorumque equorum, neque pugnæ neque fugæ satis potentes, cæduntur.’ Plin. iv. 12. ‘Spiræo promontorio objacent Eleusa, Dendros, Crangiæ duæ.’ Mela ii. 3. ‘Objacet tum jam vaste et multum prominens Græcia, et, dum Myrtoum pelagus adtingat, a septentrione in meridiem recta, qua sol oritur, Ægeis, qua occidit, Ioniis fluctibus objacet.’ Colum. vi. 2. ‘Liberum habeant excussum, ne pavidi aut arboribus aut objacenti evilbet rei se implicant, noxamve capiant.’ Passim librarii verba composita cum præpositionibus *ab* et *ob* inter se commutant. Vide quæ notantur hoc lib. c. 37. § 9. Ita mox § seq. *abstinatis*, *pro obstinatis*, habent duo codd. Commutant etiam τὰ ad et ob. Vide ad Liv. xxxvii. 27. § 5.

Turbatosque ictibus crebris urguel] *Vocibus crebris* Voss. 2. Mox vocula sic exsulat a Leid. 1. Tum postea *oneratum*, pro *oneratum*, habent Lcid. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad xxxvi. 40. § 9. Deinde *sinistris Rom.* pro *sinistrum Rom.* Lipsiens. Vide ad c. 60. § 5.

Ni referentibus jam gradum consul] *Ref. jam gradum ni consul* Hav. Tum voculam *jam* nesciunt primæ edd. quam deinde addidit Aldus. Eamdem vero servant omnes codd. scripti.

Increpando simul temeritatem, simul ignaviam, pudore metum excussisset] *Simul temeritatem, simul ignaviamque* Hav. Forte librarius, qui ita primus scripsit, duplarem lectionem, *simul tem.* *simul ign.* et *simul tem. ignaviamque*, alteram in contextu verborum, alteram in margine, invenit, quam utramque hac ratione expressit; quod eos facere solitos fuisse videbimus ad III. 44. § 4. Utraque autem lectio tolerari et Liviana videri potest. De priori agitur ad III. 50. § 12. de altera ad xxxiii. 12. § 2. Hic vero propter optimæ notæ codicum consensuum re-

ceptam scripturam servandam esse, omnes mecum censemunt. *Simul increpando jam tem. simul ign.* Gaertn. Voces *simul tem.* ob repetitionem τοῦ *simul* omittuntur in Lipsiens. Præterea *pudorem metum excussisset* Leid. 1. et fragm. Hav. Sed perperam in fine vocis *pudore* primam literam vocis seq. *metum* scribæ repetierunt. Vide ad xl. 7. § 8. *cum pudore metum excussisset* Leid. 2. quasi increpatio consulis pudorem et metum simul ex-
euississet. Sed librarins sensum Li-
vii adsecentus non est. Indicare enim voluit, pudorem, quod vera increpa-
ret consul, caussam fuisse, cur metus excuteretur. Similis fere locus est vii. 17. ‘Ubi consules legatique ac tribuni puerorum ritu vana miracula paventes inridebant increpabantque, vertit animos repente pudor; et in ea ipsa, quæ fingerant, velut cæci-
ruebant.’

§ 5 *Restitere primo obstinatis ani-
mis*] Pall. omnes *Resistere primo*. Sic mox legerim ex Pal. 1. effusos cursu
pene agmine uno fugientes sequentesque castris incidere. Vide i. 12. Gebh. *Re-
sistere* etiam Flor. Voss. 2. Harl. 2.
Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Port. a m. pr. pro quo in margine emendatur *Restitere*: quam lectionem servant reliqui, et inter illos optimi codd. Sæpe Livius infinita oratione uti ga-
visus est, quam passim vitiarunt libra-
rii. Vide ad i. 50. § 5. Hic tamen *Restitere* præferendum puto, quum ob auctoritatem integerrimorum codd. tum quod subjunguntur verba finita ‘audent,’ ‘commovent,’ ‘excitantur,’ atque ‘exsuperant:’ quamvis tamen ea orationi infinitæ interdum subjici soleant. Vide ad v. 47. § 5. Gebhardus vero, laudans locum ex § seq.
eumdem committit errorem, quem in Doujatio notavimus c. 63. § 7. Ut enim is incessere, (quod pro incesserunt ponitur,) ita Gebhardus incidere, pro inciderunt, verbum infinitivum esse credidit. Deinde *abstinatis animis*

Leid. 1. et Hav. Sed verba cum præ-
positionibus *ab* et *ob* composita pas-
sim inter se confundi, modo dictum est ad § præced. Infra iii. 47. ‘Ad-
versus quæ omnia obstinato animo Appins in tribunal adscendit.’ vi. 3.
‘Quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant, jactare pas-
sim arma.’ x. 11. ‘Nunc ita obstina-
tos animos esse, ut omnia ferre ac pa-
ti tolerabilis ducant.’

Ut obtinentes locum vires ferebant]
Lege ex vett. exemplaribus, *deinde*, *ut in obtinentes*. Sigon. *Lego, deinde, ut obnitentes, vel, obnitentes locum.* Dictum hic ‘*obniti locum*,’ pro loco iniquo obluctari: et ‘*ferre vires*’ paullatim provehere: *vel ferebant*, id est, sinebant. *Lego jam: deinde, ut vires resumebant, audent in obtinentes locum ultro inferre gradum:* nam Ms. *deinde ut obtinentes locum vires übent, audent ultro inferre gradum.* Klock. *In obtinentes locum solus* Pal. 2. Re-
liqui vero duo, ut et editores prima-
ri, omittunt *rd in.* Gebh. Omittunt etiam omnes nostri, præter solum Hav. qui, quemadmodum Gebhardi Pal. 2. in plerisque Sigonii vet. lib. consentit. Deest insuper quoque in Hearnii Oxon. N. et C. Mox *rd et non adparet in Port.*

Tum rursus, in petu capto, enituntur]
Cum rursus Voss. 2. et a m. pr. Voss. 1. De eo errore passim obvio vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Tamen rursus* Lipsiens. Vide ad xxii. 17. § 5. Præterea *impetu facto* Gaertn. *impeto facto* Harl. 2. Sed illud *facto*, pro *capto*, ex glossa marginali atque interpretatione in contextum recep-
tum est. Infra xxii. 5. ‘Ubi in om-
nes partes nequidquam inpetns cap-
ti:’ ubi ope codicem similem erro-
rem Gronovius emendavit. Deinde *ciciuntur, pro enituntur*, Lipsiens. *in-
nituntur* Gaertn. *nituntur* fragm. Hav. Sed, qui adscensu exsuperant, pro-
prie dicuntur ‘*eniti*.’ Cæsar Belli Civ. ii. 34. ‘Adeoque erat impedita

vallis, ut in adscensu, nisi sublevati a suis, non facile eniterentur.'

§ 6 *Ut in summum clivi jugum eraderent]* Gebhardus supra hoc cap. § 3. legendum censuit *ut summum clivi jugum*, abjecta præpositione. Quam quum constanter retineant codd. manus et typis descripti, adversus eorum consensum vulgatam scripturam mutari non patior. Mox *tum terga*, pro *cum t.* Lipsiens. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem.

Effusoque cursu ... incidere] Gebhardus supra § præc. ex Pal. 1. *effusos cursu ... incidere* legebat. At omnes nostri nihil a vulgata lectione recessunt, quam propterea servandam arbitror. De locutione 'effuso cursu' vide ad XXVIII. 7. § 7. Perperam autem Gebhardum existimasse, *tb* *incidere* verbum infinitum esse, quum potius ponatur *pro inciderunt*, modo ad § 5. dictum est.

In eo pavore castra capiuntur] Hæc verba omissa esse in Oxon. L. 1. auctor est Hearne.

Effugere potuerunt, Antium petunt] *Fugere potuerunt* Lipsiens. *effugere potuere* Harl. 2. et Port. Deinde *τὰ Antium petunt* omissa erant in eodem Port. cui errori occasionem dederat vox *Antium*, quæ mox repetitur. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 7 *Antium et Romanus exercitus ductus]* *Antium et Romano exercitu ducto* est in Gaertn.

Nulla obpugnantium nova vi] Pal. 1.

novata vi. Gebh. *Novata vi* etiam Voss. 2. *nulla oppug. vi*, omissa una voce, ab initio scriptum fuerat in Port. pro quo deinde manus sec. in margine emendavit *nulla oppug. vi novata*: in quem ordinem vocabula etiam digerunt priscæ edd. ante Aldum. Is autem edidit, ut nunc circumferatur, cum quo etiam faciunt reliqui codd. Præterea *oppugnatum* est in Hav. Scriptum fuerat *oppugnatum*. Evanescente deinde vel non observata virgula τῷ a inposita, proclive librariis fuit, extrita litera i inde efficeret *oppugnatum*. Simillimo errore *vacatum*, *pro vocantium*, datum est in Leid. 2. III. 3. § 4.

Jam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi] Pal. 1. *ceciderunt animi*. Gebh. Nostri omnes ceciderant servarunt. Præterea *jam antea ab inf.* Hav. secundum quam scripturam 'ab infelici pugna ceciderant animi' notabit ob infelicem pugnam: quo sensu 'ab ira' propter iram, et similia alia inlustrantur XXIV. 30. § 1. *Inde ab inf.* omissa voce *jam*, Gaertn. *indejam ab inf.* alio ordine Leid. 2. Sed, reliquos codd. securus, nihil muto. Supra I. 11. 'Jam inde ab initio minime latus novæ origine urbis': ubi vide. Denique *ab infelici pugna castris amissis typis descripti usque ad Aldum*, qui primus copulam inmisit. Eam vero servant omnes codd.



LIBER III.

CAP. I. § 1 T. *Aemilius et Q. Fabius consules fuit*] Legendum etiam hoc loco T. *Aemilius iterum*: de quo non solum nihil ejusmodi priore consulatu dixit Livius, sed etiam contrarium, ut priore libro ostendimus c. 61. *Glur.* Iterati consulatus notam, quam addendam censuit Glareanus, non necessariam esse, quum Livius aut numquam, aut quam raro prioribus temporibus ante decemviros eam addere solitus sit, vidimus ad II. 16. § 7. Ceterum *Titus Aemilius Voss. ambo, Leid. 2. Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Port. Titus Amelius Leid. 1. et fragm. Hav. T. Aemilius Flor. Hav. et priscae edd. usque ad Grutetrum, enjus postrema ἔκδοσις Tib. *Aemilius* recepit vel ex eo, quod supra notat Sigonius ad II. 61. § 1. vel ex *Pighio* in *Annal.* ad A. U. C. CCLXXXVI. p. 119. Idem Sigonius in priori Scholiorum ed. etiam hoc loco monnerat, legendum esse *Ti. Aemilius*: quod in posterioribus omissum est.*

Hic erat Fabius, qui unus] Pall. tres et edd. antiquiores, *Hic erat Fabius Quintius, qui unus.* Gebh. MSS. et vett. edd. usque ad Basileensem, *Fabius Quintius, qui unus*: ea primum delevit τὸ *Quintius*. Mogunt. *Hic erat Fabius Quintius:* hoc verum puto. Nec novum videri debuit, prænomen nomini postponi. Hoc lib. c. 29. ‘Minucio Fabius Quintus successor in Algidum missns.’ Ubi quum vulgo solum nomen haberetur, *Q. Fabius reddidit Sigonius.* Sed *Flor.* *Voss.* *Pall.* omnes, edd. vett. ab *Andrea* usque ad *Gryphium*, qui omisit, volunt istud, exhibendo *Fabius Quintius.* Sic alibi VII. 22. ‘*Manlium Cnæum’*

dixit. Sic Ciceronis ad Q. Fratr. II. 13. ‘*Pola Servins.*’ Sic apud Senec. Epist. 40. ‘*Vinicinm Publum’* deteximus. Suetonius Tiberio c. 2. ‘*Contra Claudius Appius Regillianus decemvir.*’ J. F. Gron. *Hic erat Quintis Fabius Gaertn.* *Hic erat Fabius Quintius, qui unus* Voss. ambo, Leid. ambo, Hav. et fragm. Hav. *Hic erat Fabius Quintius, qui unus* Harl. 1. Simili aliorum codd. lectione permotus Gronov. recte verum iudicavit, quod Mogunt. editio exhibet, *Hic erat Fabius Quintus, qui unus.* Passim enim, pro prænomine *Quintus*, in scriptis *Quinctius* vel *Quintius* exaratum obcurrit. Vide ad II. 64. § 9. hoc lib. c. 2. § 1. IV. 26. § 7. c. 42. § 2. c. 45. § 8. c. 46. § 4. c. 48. § 10. v. 14. § 5. et aliis pluribus locis. Præterea, ut habet ed. Mogunt. non tantum præferunt edd. Coloniensis 1525. et Ascensiana 1530. sed etiam MSS. Harl. 2. Lipsiens. et Port. Eodem ordine ‘*Menenius Agrippa*’ Livius dixit II. 32. et ‘*Attius Tullus*’ c. 35. quum tamen Agrippa et Tullus fuerint prænomina. Vide quæ notavi ad *Liv.* II. 33. § 10. et *Sigon.* ad c. 35. § 7. Ita et ‘*Mamilius Octavius*’ vocatur II. 15. et apud *Val. Max.* I. 8. ex. 1. qui apud *Livium* I. 49. ‘*Octavius Mamilius*’ dicitur. Et ita iufra emendat Gronovius x. 22. ‘*Nemini dubium erat, quin Fabius Quintus omnium consensu destinaretur.*’ XXIX. 2. ‘*Jam missum a se Cornelium Servium procella eqnestri hostes circumfusurum.*’ XXX. 1. ‘*Ariminnum cum duabus legionib[us] (sub Lucretio Spurio eæ fuerant) Quinctilius Varus est*

sortitus.' **xxxv.** 8. 'Quum etiam verius esset, Sempronio Tiberio imperium habenti tradi exercitum, quam legato.' In Epit. Liv. **cxv.** 'Pompeius Sextus effugit: quibus locis videnda, quæ notantur. Similiter locutus Valer. Max. **iii.** 4. ex. 3. 'In Tullio vero Servio fortuna præcipue vires suas ostendit.' Ita enim habent prisæcæ edd. ac multi codd. scripti, et inter eos Trajeetin. 2. Vide ibi Torren. Frontin. Strateg. **i.** 2. ex. 2. 'Fratrem Fabium Kæsonem, peritum linguae Etruscæ, jussit Tuseo habitu penetrare Ciminiam silvam.' Hac ratione Pighius in Annal. ad A. U. C. **dcxcvi.** p. 375. emendabat apud Ascon. ad Cic. Orat. in Pison. c. 15. 'Duos tribunos, de quibus ipsis sæpe jam diximus, quos de lapide emtos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Attium Serratum et Quintium Numerium significat: ubi vulgo editur, Q. Numerium. Et ita forte emendandus Colum. de Re Rust. **i.** 4. ubi nunc vulgo editur, 'Sequitur deinceps Cæsonianum præceptum, quo feriū usus etiam Cato, mercaturis agrum esse revisendum sæpius eum, quem velint mercari:' sed optimus Sangerman. subgeit, quo fertur usus etiam Cato Marcus, agrum esse revisendum. Alia vide apud Heinsium ad Vell. Pat. **i.** 14. § 6. et Sigonium ad Liv. **vii.** 22. § 10. Prænomen *Quintus*, vel, ut alii ediderant, nomen *Quintius*, prima quidem ex contextu ejecit Frobenii Basileensis ed. 1531. ut Gronovius monuit; præivit tamen ei aliquo modo Aldus. Quum enim in contextu, vetustiores sequuntus, edidisset *Fabius Quintius, qui unus*, postea tamen inter errata locum ita refingendum monuit, *Fabius, qui unus*.

*Unus extinetæ ad Cremeram genti superfuit] De Fabiis jam antea ad **ii.** 50. admonuimus ex Dionysio, non verosimile esse, unum illum dumtaxat supersuisse. Verum id haud*

minus mirum, quomodo tam cito consul fieri potuit, cum vixdum puber eo tempore esset, a quo decimus hic est annus. Cognomen ejus Vibulanus fuit, hoc loco apud Livium omissum: postea vero tertio consulatu ab Livio ponitur. *Glar.* Pighius etiam in Annal. ad A. U. C. **CCLXXXVI.** p. 119. existimat, errasse Livium, qui **ii.** 50. Fabium, solum suæ genti superstitem, 'prope puberem' dicit; ut et Ovidium Fast. **ii.** 239. a quo 'puer inpubes' vocatur, quum ætate jam ad magistratus resque gerendas idoneus fuerit, qnemadmodum Dionysius refert. Cladem enim decennio solm ante ejus consulatum accidisse. Sed apud Dion. non alium locum invenio, in quo de ætate istius Fabii aliquid reperitur, quam unum **ix.** p. 581. et enī quidem adhuc dubii sensus. Verba enim έξω τοῦ ἔνδον τοῦδε ἀνδρωθέντος non modo reddi possunt, *præter hunc unum jam adultum*, ut vulgo fit; sed etiam *præter unum hunc, qui ad virilem ætatem pervenit*. Quin et contendo, licet inpubes fuere, quum reliqui gentiles ad Cremeram cæsi sunt, tamen hoc anno consulem esse potuisse. Pone enim tredecim annos eo tempore natum, adeoque nondum puberem, sed 'prope puberem ætate' fuisse: erit ergo hoc anno viginti tres annos natus; qua ætate M. Valerium Corvum Romæ consulatum obtinuisse, auctor est Liv. **vii.** 26. Similiter P. Cornelius Scipio, postea Africanus dictus, 'tum primum pubescens' dicitur, quum patrem prælio ad Ticinum servaret, apud Liv. **xxi.** 46. et tamen septennio postea cum summo imperio in Hispaniam missus est: post annum tertium decimum consulatum gessit. Et id accedit plus quam duecentis quinquaginta annis post hæc tempora, quum invalescere incepisset, ut plerumque juvenes gradatim ad honores promoverentur, et raro ad consulatum evenerentur, nisi antea in-

dolis suæ experimenta in magistratibus inferioribus dedissent. Ceterum exst. genti ad Cremon. ordine immutato verborum, Harl. 2. et Gaertn.

§ 2 *Jam priore consulatu Aemilius]*
De hoc nihil dixit in priore ejus consulatu. Sed habet Dionysius ix. 51. Duk. Vocem consulatu non agnoscit Harl. 1. *Jam priore anno consulatu habet Hav.* Deinde dandi agri plebei Gaertn.

Et agrarii se in spem legis erexerant]
Primam voculam non habet Leid. 2. Sæpe eam culpa scribarum in hac orationis compositione omitti, vimus ii. 44. § 3. Præterea agraria se in spem legis erexerat Voss. 2. agraria se in spem legis erexerant Leid. 2. et Hav. Sed nihil muto. Cic. Orat. Catil. iv. 2. ‘Non C. Gracchus, qui agrarios concitare conatus est:’ ubi Grævius similem locum ex Cic. Phil. viii. 6. laudavit. Ita ‘triumvir agrarius’ Liv. xxvii. 21. ‘Quem, triumvirum agrarium, occisum a Boiis circa Mutinam esse, opinio per decem annos fuerat.’ Ceterum agrarii in spem legis se erexerant alio ordine Gaertn. qui et in verbis præcessit. Ita q; secundo quoque ejus consulato præfert.

Rem, contra consules sæpe tentatam, adjutore utique consule, obtineri posse rati, suscipiunt] Pal. 1. adurtore. Forte adursore. Sed, ut sit sincerum, valde dubito. Gebh. *Contra consulem Voss.* 2. et Harl. 2. Error inde profluxit, quod olim breviter *contra cons. scriptum fuerit*, quemadmodum adhuc existat in Leid. 1. et aliis. In eo autem compendio explicando sæpe librarios lapsos esse, videbimus ad x. 10. § 2. Deinde vox *tentatam* male neglexit scriba Harl. 2. adjutore servant omnes nostri. Gebhardo autem indignum puto, ex vitiata Pal. 1. scriptura effingere *adursore*, quæ vox toti Latino incognita fuit. Tum itaque, pro utique, est in Harl. 1. Sed et hoc cespitantis librarii peccatum est. Vide

hoc lib. ad c. 52. § 5. Denique *suscipient*, pro *suscipiunt*, Gaertn. Mox in verbis seqq. rō et non habet Lipsiens.

§ 3 *Possessores et magna pars Patrum, tribuniciis se jactari actionibus principem civitatis]* Scribendum tribuniciis se jactare act. Rhen. Possessores, magna pars Patrum, resecta copula, Harl. 1. quasi Livius indicare voluisse, magnam partem senatus agrum publicum occupasse, ejusque possessioni incubare. Alii tamen omnes codd. dissentiantur. Præterea tribuniciis se jactare act. nt Rhenanus legendum monuit, servant etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. et cum illis etiam omnes, quas vidi, priscæ edd. usque ad Aldum, qui quidem in contextu ipso receptam antea lectionem secutus est, sed inter errata jactari reponendum monuit, cui quidam recentiorum dicto audientes fuerunt. Ex codd. autem nostris emendationem illam Aldi præferunt etiam Flor. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed tum distinguendum ac legendum foret, Poss. et m. p. Patrum, trib. se jact. actionibus, principem civitatis elargiendo de al. pop. fieri, querentes, &c.: et se jactari exponendum esset, se vexari. Et hanc lectionem Siganus in priori Scholiorum ed. adversus Rhenanum defendere conatus est, prætexens ita fieri, ut duobus malis se Patres premi querantur, et tribuniciis, et consularibus actionibus. Quum tamen Scholianus hoc posterioribus edd. omissem, ibique lectio Rhenani recepta sit, tacite deinde sententiam mutasse videtur. Ego etiam sequor illos codd. qui legunt et conjungunt se jactare principem civitatis. Ita vero ‘jactare se tribuniciis actionibus’ notabit, tribuniciis actionibus favendo, easque promovendo gratiam plebis, auram popularem captare. Cic. Orat. Catil. iv. 5. ‘Sancit in

posternum, ne quis hujus suppicio levando se jactare, et in perniciem populi Romani posthac popularis esse possit.'

Elargiendo de alieno] Vitiatus locus est. Corrige et *largiendo de alieno*. Totam vero sententiam sic distingue: Poss. et m. p. *Patrum trib. se jactare act. princ. civitatis, et largiendo de al. pop. fieri querentes.* Rhen. Non aliter edd. prisæ Andreae, Campanique, ut et Pall. 1. ac 3. Pal. 2. *elargiendo*, quod dudum rejecit Rhenanus. Gebh. Pendet hic locns ex superiori; qui-que illum corrupit, etiam hunc mala manu tetigit. Nam, *elargiendo* legendum esse, iterum primus Aldus in erratis monuit; cum quo faciunt Port. Hav. et fragm. Hav. Priores recte ediderant (ipse etiam in contextu Aldus) et *largiendo*; quod et præferunt reliqui codd. Propria in hac re vocabula sunt 'largiri,' 'largitor,' et 'largitio.' Infra v. 26. 'Largitioni tribunicae adversarius quærebatur' ubi vide J. F. Gronovium. vi. 16. 'Jamque hand procul seditione res erat, cuius leniendæ caussa, postulante nullo, largitor voluntarius repente senatus factus.' Cic. de Offic. i. 19. 'Exsistuntque in republica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur.' de Orat. ii. 25. 'De ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere.' Justin. i. 9. 'Ut regnum, quod fraude quæsierant, indulgentia et largitionibus confirmarent.' Ceterum *elargiendo*, pro et *largiendo*, est genus erroris, quod frequenter in vett. codd. obcurrit. Ejus exempla plura videri possunt ad xxxviii. 49. § 4.

Invidiam rei a tribunis in consulem averterant] Pudet tam levia toties iterare. Scribendum hic ex Pal. 2. ab tribunis; ut mox 'ab Volscis.' Gebh. A tribunis omnes nostri retinent: quare etiam servandum puto.

Præterea in consulem adverterant Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. pr. everterat Hav. a m. pr. in quo a m. sec. emendatum exstat verterat; idque etiam superest in Harl. 1. Reliqui retinent averterant, et recte. Vide ad vi. 23. § 8. et ad xxii. 21. § 6.

§ 4 *Consilio neutri partium acerbo rem expeditset]* Repone neutri parti. Rhen. Rhenani emendationem probant, quo cumque adhibui, codd.

T. Quintii ductu] Pall. tres et edd. L. Quintii. Ita mox vocat Pal. 1. Gn. Quintum. Gebh. L. Quintii, vel L. Quinti, etiam tautum non omnes nostri cum editis usque ad Aldum, qui quidem in contextu eamdem scripturam retinuit, sed in erratis ejus loco T. Quintii ductu reponit. Unus Lipsiens. L. et Vincii præfert. Intelligitur autem T. Quintius proximi anni consul, quem Τίτον Κούρτιον Καπιτωλίου nominibus vocavit Dion. Halic. Antiq. ix. p. 613. Τίτον Κούρτιον Diod. Sicul. Bibl. xi. p. 279. In ejus prænomine etiam lapsi sunt librarii ii. 64. § 2.

Agri capti priore anno aliquantum a Volscis esse] Pal. 1. *agri capti priore aliq. a Volscis anno. Esse Antium, &c.* Gebh. In ordine verborum aut interpunkione nihil mutant nostri. Sed primore anno habet Leid. 2. errore librarii, a quo hominum genere solent hæ voices in MSS. confundi. Vide ad xxxviii. 43. § 10. Præterea ab Volscis solus Hav. quomodo ex Pal. 2. hic legendum esse supra Gebhardus censuit ad § præc. Sed, reliquis, et nostris, et ejus ipsius, codd. receptam lectionem firmantibus, nihil mutandum puto. Denique aliquantulum est in vett. edd. pro quo Aldus aliquantum dedit. Et id præferunt etiam omnes codd. quibus usus snt.

§ 5 *Antium propinquum, opportunam et maritimam urbem coloniam deduci posse]* Lectio vetus, *Antium, propin-*

quam, opportunam, &c. sic infra c. 10. ‘Coloniam fidam, propinquam, infamem fieri.’ Rhen. Propinquam, ut Rhenanus emendabat, habent omnes nostri, et cum iis, quas vidi, edd. usque ad Aldinam, quae prima exhibuit propinquum. Insuper optimam et maritimum urbem Voss. 1. pro quo tamen opportunam in margine cor- rectum.

§ 6 *Hac sententia accepta est. Triumviros agro dando creant] In archetypo Vormaciensi legitur, Tr. agro dando creat. Subandi Fabius consul. Rhen. Editi ante Rhenanum creant. Et sic quoque Voss. uterque, Rott. Forte *Hac sententia accepta, triumviros agro dando creant.* J. F. Gron. Creant prufluxit ex Aldina ed. ubi in erratis ita emendatur. Eamdem scripturam servant Port. Hav. et fragm. Hav. aui. sec. quam etiam Hearne se in Oxon. L. 2. N. et C. reperisse professus est. Ad id verbum, si lectio illa placuerit, erit intelligendum ‘Romani,’ vel ‘populus.’ Vide Perizon. ad Val. Max. II. 2. ex. 1. ubi pluribus exemplis docuit, id Livio sollemne atque admodum frequens esse, ut tertia persona numeri pluralis utatur, non praemissio nomine, ad quod referri debeat. Infra IV. 11. ‘Consulem creant M. Fabium Vibulanum, Postumum Æbutium Cornicinem.’ Posset etiam intelligi *creant*, nempe Patres. A senatu enim circa hæc tempora illos magistratus nonnumquam creatos esse, qui postea semper commitiis constituti sunt, patet ex Dionys. Hal. Antiq. VII. p. 428. Διὰ ταῦτα μὲν δὴ τὰς αἱρέτας τῶν κληρούχων ἀποστολὴ ταχεῖα ἐγίνετο, τριῶν ἀποδειχθέντων ἀνδρῶν ὑπὸ τῆς βουλῆς ἡγεμόνων: et Liv. VI. 21. ‘Patres decreverunt, ut primo quoque tempore ad populam ferretur de bello eis indicendo: ad quam militiam quo parati plebes esset, quinque viros Pomptino agro dividendo, et triumviros Nepete coloniæ deducendæ*

*creaverunt.’ Verum lectionem quam Rhenannus probavit, tuentur reliqui codices; in quorum numero sunt etiam integerimi et fide dignissimi: tuentur etiam priscae edd. usque ad Aldum, qui in erratis demum, ut jam dictum, vulgatum mutare adgressus est. Eam igitur scripturam alteri præferendam puto. Creat autem, nempe Fabius consul, cuius consilio atrox, quod instabat, certamen discussum est. Liv. VIII. 16. ‘Consules creati sunt T. Veturius, Sp. Postumius. Etsi belli pars cum Sidiciniis restabat, tamen, ut beneficio prævenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt: factoque senatusconsulto, ut duo millia quingenti homines eo scribebentur, triumviros coloniæ deducendæ agroque dividendo creaverunt K. Duilium, T. Quinetium, M. Fabium.’ IX. 28. ‘Triumviros creare, ac misere colonorum quatuor millia insequentes consules.’ Quod autem Gronovius, ut uno spiritu oratio Livianæ continuetur, legendum censeat, *Hac sententia accepta, triumviros;* quid de ea emendatione judicandum sit, videbimus hoc lib. ad c. 22. § 13. Denique *dando agro* alio ordine præfert Port.*

T. Quintium, A. Virginium, P. Furium] T. Quinctium Leid. 1. Vide ad I. 30. § 2. Tum A. Virginum Voss. 1. Leid. 1. et Gaertn. A. Virgineum Leid. 2. Vide ad II. 17. § 1. Deinde, et P. Furium Hav. Sed reliqui particulam connectentem non admittunt: et recte. Sæpe enim Livius eam omittere solitus est. Infra IV. 11. ‘Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati Agrippa Menenius, T. Clælius Sicinus, M. Æbutius Elva.’ VIII. 16. ‘Triumviros coloniæ deducendæ agroque dividendo creaverunt K. Duilium, T. Quinctium, M. Fabium:’ et ita sæpe. Alibi copula additur, alibi etiam duplex. Quare in his standum optimorum codicum

sive et auctoritate. Denique ordine mutato *P. Furium, A. Virgineum* Leid. 2.

§ 7 Ecce statim (*ut fit*) fastidium copia] Fastidio Lipsiens. Unde conjici posset, legendum esse *Fuit statim (ut fit) fastidio copia*. Sæpe enim fuit et fecit in MSS. confundi solent. Vide ad xxxi. 45. § 2. Reliquis tamen omnibus pro vulgato stantibus, ab eo non discedo. ‘Facere fastidium,’ quemadmodum ‘facere desiderium,’ ‘miserationem,’ ‘verecundiam,’ et similia. Livius vii. 24. ‘Eademque causa dictatoris desiderium senatui fecit.’ ix. 5. ‘Tum a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta tantam inter ipsos miserationem fecerunt.’ xxxv. 45. ‘Adventum ejus et majestatem ad verecundiam faciendam Romanis vim majorem habituram, quam arma.’ Mox poscere agrum Romæ malle alio ordine Lipsiens.

§ 8 Irritamque eam ipsi subita incursione] Pal. 2. irritamque eam sibi sub. inc. Gebh. Nostri omnes constanter ipsi servant. Paullo ante is cum co exercitu venerat, in alium ordinem digestis vocabulis, Lipsiens.

CAP. II. § 1 Q. Servilius insequenti anno] In sequenti duabus vocibus Leid. 2. et fragm. Hav. Præterea Quincius Servilius Lipsiens. Vide ad cap. præc. § 1.

Stativa habuit. *Intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit*] Recte ita Camp. nam tres Pall. et Andreas *stativa habuit castra*. *Quies necessaria, &c.* Gebh. Campanum sic habere intelligo, quem inter meos primum video secutum Juntam. Andreas, Tar. Bec. Ven. Asc. Mog. vocabulis *Intra castra deficiuntur*. Flor. tres Pall. Voss. uterque, Helm. Rott. *stativa habuit castra quies*. Lege, *stativa habuit*. *Castris quies*. Ut hoc lib. c. 26. ‘Nulla magnopere clade accepta, castris se pavidus tenebat.’ J. F. Gron. Lectionem vulgatam

post Campanum ante Juntam primus admisit Aldus: sed ea in nullo mili codice inventa est, nisi in Leid. 2. et fragm. Hav. in quo posteriore ḥd *Intra* tantum in margine, sed a m. pr. exaratum adparet. Voces *Intra castra*, quas non agnoscent typis excusi, (præter Campan.) omnes usque ad Aldum, desunt etiam in Harl. 1. Sed an quies, et quidem necessaria, exercitum tenuit morbo implicitum? id est, an quies causa exstitit, ne exercitus convalescere posset? Non credo. *Stativa habuit castra: quies necessaria, &c.* præter Voss. utrumque, jam a Gronov. memoratum, habent Leid. 1. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. in contextu. Eamdem lectionem etiam Hearne invenit in Oxon. B. L. 2. C. et N. Sed eadem ratio obstat, ne etiam hæc scriptura placere possit. Præterea, ‘stativa castra’ sæpius apud Cic. Cæs. Sallust. aliosque scriptores obcurrere, ultro confiteor; an tamen apud Livium inveniatur, vehementer dubito: certe apud enim notare me non memini: quum contra simpliciter passim ‘stativa’ dixerit. Supra i. 23. ‘Ea res ab stativis excivit Mettum.’ c. 57. ‘In iis stativis, ut fit longo magis, quam acri, bello, satis liberi commeatus erant.’ ii. 52. ‘Qnum haud procul inde stativa consul habuisse.’ Infra hoc lib. c. 22. ‘Haud procul oppido stativisque hostium consedit.’ xxxvii. 33. ‘Ibi pancos dies stativa habnere:’ et mox eodem cap. ‘Stativa deinde ad Hellespontum aliquamdiu habuerunt.’ xxxviii. 15. ‘Ibi plures dies stativa habuit.’ c. 40. ‘Lysimachæ stativa habuit.’ xxxix. 30. ‘Pancos dies quietis stativis manserunt:’ et ita alibi sæpe. Similiter etiam ubique ‘æstiva,’ ‘hiberna’ dixit: nisi quod ‘castra hiberna’ infra obcurrant xxxiv. 13. ‘Castra hiberna mille passuum ab Emporiis posuit:’ sed vide ad eum

locum. Arbitror itaque recte Gronovium emendasse *staliva habuit. Castris quies necessaria morbo inpl.* ‘Tener se,’ vel ‘exercitum, castris,’ pro in castris continere, Livio familiarissima est loentio. Supra II. 32. ‘Ibi, sine ullo duce vallo fossaque communitis castris, quieti sese tenuere.’ c. 45. ‘Itaque castris se tenebant, tam ancipiti pericolo aversi:’ et eodem cap. ‘Redditur responsum, immaturam rem agi, nondum tempus pugnæ esse: castris se tenerent.’ c. 48. ‘Æqui se in oppida receperunt, murisque se tenebant.’ c. 62. ‘Et ibi, quia hostis menibus se tenehat, vastati agri sunt.’ IV. 22. ‘Se primo aut oppido, aut montibus, aut muris tenerant.’ V. 26. ‘Quum primo mœnibus se hostes tenerent.’ XXII. 12. ‘Castris, nisi quantum usus necessario cogeret, tenebatur miles.’ c. 18. ‘Suos munimentis tenuit: ubi in quibusdam scriptis etiam *intra munimenta.*’ XXIII. 26. ‘Galbum, nobilem Carpesiorum ducem, castris sese tenentem, adgredi statuit.’ c. 44. ‘Eo die tenuerunt sese tamen munimentis.’ XXIV. 17. ‘Pœnus, tacita etiam confessione victus, castris se tenuit.’ XXXII. 31. ‘Castris se tenuit, acie dimicandum cum hoste ratus.’ XXXIII. 7. ‘Romanus eiusdem ad Thetidium castris quum se tenuisset.’ c. 36. ‘Stativis deinde eiusdem per dies aliquot se tenuit.’ XXXIX. 11. ‘Qui castris se tenerant, circumsessi expgnati sunt.’ XL. 18. ‘Ceteri montibus se tenebant.’ ‘Continerere’ infra dixit hoc lib. c. 60. ‘Castris, mille passuum ab hoste positis, copias continebat.’ ‘Tenere intra Apenninum’ infra quidem est v. 35. sed alio sensu; non enim est tenere in Apennino, sed tenere ab hac parte, monte non transcenso.

§ 2 Q. Fabio et T. Quintio consublibus] Q. Fabio Vibullano iterum et T. Quintio Capitolino tertium legendum, quod etiam Dionysius diligenter tra-

didit I. ix. p. 618. *Glar.* Q. Fabium 2. T. Quintio 3. consules fuisse, eosque numeros Livio hoc loco, et Diodoro XI. p. 282, adjiciendos esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad A. U. C. CCLXXXVIII. p. 121. Verum, ea emendatione opus non esse, evincent, quæ supra notavi ad II. 16. § 7. Ferenda insuper non est Glareani audacia, qui, præter iterati consulatus vocabula, ipsa quoque consulum cognomina addenda existimavit; quorum Livium rarissime in prioribus historiarum libris meminisse, nemo nescit, qui vel a limine scripta ejus salutavit. Ceterum copula inter duos consules abest ab Harl. 1. Eam autem librarios modo addidisse, modo omisisse, supra dictum est ad II. 17. § 1. Verum, quum reliqui codd. rō et agnoseant, illorum fide id etiam servandum puto. Præterea verbis præcedd. Ext. in t. a. bellum fuit Harl. 2. verbis autem seqq. pac. rict. Æq. ded. præfert idem cod.

§ 3 *Famam nominis sui pacaturam*
[Æquos] Nomi Leid. 1. elisa ultima litera ob primam seq. vocabuli. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *famam non minus*
sui pac. *Æq.* Gaertn. Supra profectus est, *famam*, addito τῷ est, Flor. Mox *consilium gentis* Lipsiens. Port. Gaertn. et Hav. passim obvio errore. Sed, *concilium rectum* esse, patet ex illis, quæ de varia significacione vocum ‘consiliū’ et ‘concilium’ notavit Gronovius ad Liv. XLIV. 2. § 5. Intelliguntur enim hic comitia vel conventus populi, qui non *consilium*, sed *concilium* vocantur. Paullo post transpositis vocibus *Romanam pacem tulisse* est in Lipsiens. et Hav. Et ita præferunt priscæ edd. usque ad Aldum, qui *pacem Romanam tulisse* dedit. Ei vero consentiunt reliqui codd.

Ab Roma Æquis bellum adferre, eadem dextra armata] A Roma Gaertn. Voss. 1. et Leid. 2. Tum dextera armata Leid. 1. Port. Hav. et fragm.

Hav. *dextra formata* Gaertn. a m. pr. Mox, *quam pacta*, pro *quam pacatum*, Harl. 1. *quam pacata* Lipsiens. Denique *antea illis dederat* Voss. 2. Hav. et Lipsiens.

Antea dederat] Oratio obliqua videtur desiderare *dederit*. Sed alibi quoque non dissimilia sunt, quæ repunguntibus libris scriptis mutare non satis tutum est. Vide ad c. 71. § 6. *Duk.*

§ 4 *Perfidia et perjurio fiat, Deos nunc testes esse, mox fore ultores*] *Perjurio et perfidia* edd. principes; quem ordinem mutavit Aldus, reducto eo, qui nunc obtinet, et omnium codd. auctoritate firmatur. Præterea et *mox fore ultores* Port. et fragm. Hav. Sed ubique Livio placuit oratio *àsúv-đetos*.

Se tamen, utcumque sit, etiam nunc, pænitere] *Set tamen* Harl. 2. prima litera seq. vocis perperam in fine præcedentis repetita. Vide ad XL. 7. § 8. Id mox mutatum est in *Sed tamen, ut præferunt* Voss. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *Sed, utcumque sit, voce omissa*, Hav. Præterea et nunc, *pænitere* Harl. 2. Vide ad XXII. 47. § 9. Mox hostilia, male, pro *h. malle*, Lipsiens.

§ 5 *Sin perjurio gaudeant, Diis magis iratis*] *Gaudeat, Dis magis iratis* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *Di, pro Dii*, saepe in MSS. exaratum superest. Vide ad v. 14. § 4. *Diis mages-tratis* Lipsiens.

§ 6 *Nihil moverunt quicquam*] *Nihil adeo moverunt* Voss. 1. et Leid. 2. *nihil adeo moverunt* Harl. 2. *adeo nihil movere* Harl. 1. et Port. Mox *ut violati sunt* Harl. 1. et Hav. Tum *contra Romanos* Harl. 2. Præsertim *contra et adversus a librariis commutata sunt* in Epit. Liv. Vide quæ tantur ad Epit. Liv. lib. LVII.

Quæ ubi Romam sunt nunciata] *Romæ sunt nunciata* Gaertn. et Hav. male. Infra xxv. 22. ‘*Hæ clades, super aliam alia, Romam quum es-*

sent nunciatae:’ ubi plura vide.

Consulem alterum ab urbe excir] *Ab urbe exivit Gaertn. ex urbe excirvit* Harl. 1. Et ita habet Port. in contextu, altera lectione inter versus adscripta. Vulgatum omnino præfero. Infra VII. 39. ‘*Quem autem ab Roma posse exciri?*’ ubi plura vide. Sæpe quidem Livium præpositionem, unde verbum componitur, in regimine repetuisse, supra dictum est ad Præfat. § 11. eundem tamen non raro etiam præpositionem mutasse, et aliam addere solitum fuisse, videbimus ad XXII. 2. § 10. ubi *altius ab aqua extare post Sigionum Livio viudico*.

Acie instructa, ut confestim dimicarent] *Ita ut confestim* Gaertn. Verum *rd ita natum* videtur ex ultimis literis vocis præced. *ut confestim dimicaretur* Port. Hujus erroris, qui ex male intellecta nota scribendi profluxit, alia exempla vide II. 26. § 4.

§ 8 *Unus ab statione hostium exclamat, Ostentare hoc est, Romani, non gerere bellum*] *Unus a statione hostium fragm. Hav. a stat. unus hostium* Gaertn. *unus ab astratione hostium* Lipsiens. Tum *exclamabat* Voss. 1. additis tamen notis, literas *ba* delendas esse. Deinde *ostenture* *hoc, Rom. non gerere bell. est* Harl. 2. Sed Harl. 1. reliquis ejectis, exhibit *unus ab stat. hoc, Rom. non gerere bellum*. Deinde *Romam, pro Romani, Lipsiens.* qui idem superius verbis proximis male præfert *haud cum multum dici superessent*.

§ 9 *In noctem imminentem aciem instrutis*] Pal. 1. *in noctem imminentem*. An ‘*nox imminans*’ est valde minans, ut apud Actium ‘*immœrens*’ est valde mœrens? quod notavi atque emendavi in Antiquis II. 24. An suspicari licet, legendum esse? *in noctem jam minantem*. Gebh. Apage Gebhardtum, qui ex aberratione librariorum natam vocem *imminentem*, vel ex conjectura sua *jam minantem* probat.

Nihil mutari longe præstabat. 'Inminens nox' est propinqua, vicina, quæ haud longe abest. **Liv. XLIV. 42.** 'Nunc inminens nox et fugientes texit, et Romanis pigritionem ad sequendum locis ignotis fecit.' Ita 'inminens hiems' apud Tac. Ann. I. 44. 'Reditum Agrippinæ excusavit ob inminentem partum et hiemem.' Eo sensu 'inminens mors,' 'periculum,' 'exitium,' 'invidia,' et similia passim obcurrunt. **Supra I. 58.** 'Quum pavida e somno mulier nullam opem, prope mortem inminentem videret.' **III. 64.** 'Ut comitiis præcesset, potissimum M. Duilio sorte evenit, viro prudenti, et ex continuatione magistratus invidiam inminentem cernenti:' ubi quædam dicam. Ita 'inminens bellum' apud Curtium IV. 8. 'Sed inminens bellum otiosæ peregrinationi tempora exemerat.' Ceterum instrui est in Leid. 1. *instruetis* in Leid. 2. Utrumque commido sensu accipi potest. Sed et hic vulgatum præfero ob reliquorum codd. unanimem consensum.

Longiore luce ad id certamen, quod instat, nobis opus est] Præfero quod reperi in Pal. 1. *Largiore luce.* Nam appareat τὸ longiore esse glossema. Ita 'largior affatus' Symmacho est longior epistola lib. III. epist. 1. 'Quæ post diuinum silentium tam multum apud nos gratiae et honoris habuerunt, ut in his sola brevitas displiceret. Nam jejunas aures meas et præclari elegii tui satis superque sientes affatus largior debuit uberrare.' Et quemadmodum Livio 'largior lux,' ita eidem præfecto Urbis 'largior dies' lib. VII. epist. 7. 'Accessit peregrinationis nostræ largior dies ex comperendinatione ludorum, quos pluviarum interventus retardant.' Lib. VIII. epist. 64. 'Quum mihi spem visendæ eximietatis tuæ promiserit dies largior.' *Gebh.* *Largiore luce* etiam Voss. 2. At, reliquis in vulgatum conspirantibus, id mu-

tari non fero. Symmachus dixerit 'largior dies,' 'largior affatus,' nondum tamen, eamdem locutionem aut stili aut seculi Liviani esse, inde evincitur. Præterea *ad id cert. in quoq; instat* Leid. 1. *ad id cert. in quoq; instat* Harl. 1. An forte scribendum *ad id certaminis?* De quo loquendi genere, Livio familiari, vide ad VII. 26. § 12. Si quis vero τὸ in natum putet ex errore librariorum, qui, omissa vocula *quod*, jam sequens *instat* scribere inceperant, et postea, animadverso peccato, quod prætermiserant, subjunxerunt, non deletis prioribus literis vocis proximæ jam exaratis, ei hand multum adversabor. Vide ad III. 56. § 11. *Mox vobis opus est* Hav. Lipsiens. et Gaertn. Nihil muto. *Nobis*, id est, *Æquis* et Romanis. Sæpe τὰ 'nos' et 'vos' in codd. scriptis confunduntur. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

Crastino die oriente sole redite in aciem] Crastina die Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Hav. Sed præfero receptam scripturam. Vide hoc lib. c. 20. § 4. *Tum redire in ac.* Gaertn. *Mox ne temere iis voc. pro ne timete. His voc.* Voss. 2.

§ 10 *His vocibus irritatus miles]* *Irratus miles* Port. Alibi eadē harum vocum confusio in MSS. obcurrit. Vide quæ notantur ad XXXIV. 36. § 6. *Irritatus exercitus* Harl. 2. quod ex glossa natum puto. Videtur enim primo margini adscriptum fuisse ab eo, qui indicare volebat, per 'militem' intelligendum totum exercitum; omnes qui aderant, milites; quo sensu τὸ 'miles' sumi, dicendum ad VII. 35. § 2.

Longam venire noctem ratus, quæ moram certamini faceret] *Irratus, quod moram* Voss. 1. et Leid. 2. Alibi τὰ *iratus* et *ratus* inter se communiantur errantes librarii. Exemplum habnimus II. 45. § 14. Sed præstat, quod vulgo circumfertur, et reliquorum codd. auctoritate firmatur. Non qui-

dem longior nunc nox erat, quam alias eodem anni tempore, sed militibus irritatis longior videbatur. Horat. Epist. i. 1. 20. ‘Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesque Longa videtur opus debentibus, ut piger annus Pupillis, quos dura premit custodia matrum; Sic mihi tarda fluant ingrataque tempora, quæ spem Consiliumque morantur agendi.’ Silius, qui Livium exprimere voluit, viii. 338. ‘nullus, qui portet in hostem, Sufficit insano sonipes: incedere noctis, Quæ tardent cursum, tenebras dolet.’ Ex quo loco etiam *quæ moram*, non *quod moram*, adstruitur. Nam et ibi optimus cod. Colon. *Quæ tardent præfert*, ubi vulgo *Quod tardent* editur. Olim ibi legendum existimabam, intendere noctis, *Quæ tardent cursum, tenebras dolet.* Nunc *incedere* non displicet. Certe Tacit. ita locutus est Ann. xv. 37. ‘Postquam tenebrae incedebant, quantum juxta nemoris et circumjecta tecta consonare cantu, et luminibus clarescere:’ ubi quidem Rhenanus et Nic. Heinsius apud Ryckium *incedebant* scribendum conjicunt; sed *incedebant* ibi dictum videtur, ut hic reire. Ceterum voces *quæ* et *quod* alibi etiam librarii turbarunt. Vide ad xxxvii. 35, § 4. Mox *moram certaminis* ficeret Flor. Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. Infra xxii. 32. ‘Quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus.’ Forte tamen ‘mora certamini’ dictum est, ut ‘locus seditioni:’ de quo vide ad h. lib. c. 46. § 2. Justin. v. 6. ‘Sed non magnam bello moram ætas fecit inbellis.’ vi. 2. ‘Nec moram agendis rebus facit: multa fortiter, multa feliciter agit.’ Sibilus in voce ‘certaminis’ natus videtur ex similitudine literæ initialis in voce proxima. Vide ad iv. 33. § 10.

Corpora cibo somnoque curant] *Somno ciboque* Lipsiens. et Hav. Sed

nlio ordine obcurrit xxxvii. 5. ‘Et tunc cibo et quiete refectis corporibus, priusquam prætorium dimitteret, denunciavit, ut ante lucem armati paratique essent.’ xxxv. 30. ‘Quia priores in castra venerant, refecti et cibo sumto et modica quiete erant.’ Curtius v. 4. § 23. ‘Refectis cibo somnoque militibus, secunda vigilia surgit.’ Deinde *aliq. prior const.* ordine vocabulorum immutato, Harl. 2. et Lipsiens. *consistat*, pro *constitit*, Lipsiens. Td aliquantò abest ab Hav. Denique *processe* Leid. 1. Adparet, scriptum *fuisse process'e*, vel *processē*, et additam notam a librario neglectam esse.

§ 11 *Quod et Romanus miles ira odioque pugnabat]* Brevius et melius Pall. tres et antiquiores eusi, *quod et Rom. ira odioque pugnabat*, ejecto τῷ miles. Gebh. Expunxi τῷ miles, volentibus MSS. et impressis antiquis ante Curiōnem: is primus hoc centone auctior. Sed nec illud insolens. Lib. iv. c. 32. ‘Romanus, odio incensus, impium Fidenatem, prædonem Veientem compellans, factis simul dictisque odium explet.’ vi. 12. dictator ad milites, ‘Veniat in mentem unicuique, Deos esse, qui Romanum adjuvent.’ xxxiv. 14. ‘Mirantes barbari a tergo apparuisse Romanum.’ Sic MSS. et veteres. Vulgo, *Romanos*. Tac. Ann. xii. 58. ‘Romanum Troja demissum et Juliae stirpis auctorem Aneam aliqua hand procul fabulis facunde exsequutus:’ i. e. Romanos Troja demissos. Justin. xxxi. 8. ‘Ju-vabat Ilienses, nepotes suos, Occidente et Africa donita, Asiam, ut avitum regnum, vindicare.’ Nihil itaque addendum Tacito, ut suspicatur vir summissus. J. F. Gron. Vocabulum *miles*, quod expunxerunt Gebhardus et Gronovius, abest etiam ab omnibus nostris, et a codd. Oxon. quos Hearne consuluit. Supra ii. 7. ‘Uno plus Tuscorum cecidisse in acie: vincere bello Romanum.’ c. 45.

'Enimvero non ultra contumeliam pati Romanus posse: totis eastris undique ad consulem curritur: ubi quædam notantur. Mox hoc cap. 'Ferox multitudo inerepare duces, quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, commissa res sit.' **III. 60.** 'Ubi inluxit, egreditur cas- tris Romanus, vallum invasurus, ni copia pugnæ fieret: ubi etiam per- peram **Pal. 2.** *Romanus exercitus.* **v. 13.** 'Præ metu, ne simul Romanus inrumperet, objectis foribus, extre- mos suorum exclusere.' **c. 15.** 'Prin- quam ex lacu Albano aqua emissâ foret, numquam potitum Veis Ro- manum.' **vii. 24.** 'Stettit subpresso inpetu Româns.' **c. 32.** 'Adfirmare, eadem fortuna Romanum Campano laturn opem, qua Campanus Sidi- cino tulerit.' **viii. 3.** 'Quod respon- sum dubios Samuites, quidnam fac- turum Romanum censerent, dimisit.' **xxix. 12.** 'Philippus Ætolos, deser- tos ab Romano, cui uni fidebant aux- ilio, quibus voluit conditionibus, ad petendam et paciscendam subegit pacem: ita Gronov. ex optimis MSS. repositis, quum antea ab *Romanis* le- geretur. **xxxvi. 16.** 'Timor deinde incessit, ne quos per imminentia juga calles inveniret ad transitum Roma- nus: et eodem cap. 'Præstarent, ut vertices circa montium occuparent ob siderentque, ne qua transire Ro- manus posset: ubi in uno cod. est *Romani* possent. Ita 'Volsens' supra est **II. 65.** 'Volsens, effusis ad primum inpetum missilibus telis, saxa objec- tientia pedibus ingerit in subeuntes.' 'Veiens' infra **IV. 18.** 'Dictator dextro cornu adversus Faliscos, si- nistro contra Veientem Capitolinus Quintius intulit signa: ubi in uno scripto perperam erat *contra Veientes.* 'Karthaginiensis' infra **XXVIII. 44.** 'Nos, etiam deserti ab sociis, viri- bus nostris, milite Romano, stetimus. Karthaginiensi nihil civilis roboris est: ubi etiam quædam dicentur.

Delph. et Var. Clas.

Livius.

Ejusdem generis sunt 'eques,' 'pe- des,' 'miles,' numero singulare, pro equitibus, peditibus, militibus. Vide ad **vii. 35.** § 2. Ut autem hic τὸς *Romanus* additur vox *miles*, ita ei in multis MSS. additur τὸς *populus* apud *Florum I. 16.* § 2. 'Sic ergo Roma- nus bellum Samniticum tamquam sibi gessit:' habent enim *Sic ergo populus Romanus.* Vide quæ ibi viri docti monuerunt. Ita Nic. Heinsius con- jicit apud *Vell. Pat. II. 1.* § 3. *Ita varia fortuna gestum est, ut saepius Ro- mano re gereretur adversa: pro 'Ro- manorum gereretur adversa.'* Vide quæ eo loco notavit. Ceterum non primus est Curio, qui vocem *miles* in- terposuit, sed ita jam antea edide- runt Frobenius 1535. Basileenses 1539. Vascosan. et Gryphius 1548. quem anno proximo Curio cecepit. Præterea, copula utroque loco induc- ta, *quod Rom. ira odioque pugnabat,* *Æquos* habet Harl. antiq. Ultimo loco ante vocem *Æquos* eamdem omittit Port. Denique experiri jubebat, *pro exp. cogebat*, Hav.

§ 12 *Pulsique quum in fines suos se recepissent] Pulsique circa fines suos Voss. 2. in fines suos recepissent Harl. 1. Paullo ante sustinuerunt, pro sus- tinuere, Gaertn.*

Nihilo inclinatoribus ad pacem ani- mis] Nihilo inclinatis omnibus Voss. 2. nihilo inclinantibus Port. nihilo incli- natoribus Lipsiens. et Gaertn. Mox excellebat, pro excellat, Lipsiens. ex- cellebat Harl. 2. Denique τὸς res non adparet in Voss. 2.

§ 13 *Multas passim manus, quam magnum molem] Vox magnam exsulat a Leid. 2. quam rectius reliqui reti- nent.*

CAP. III. § 1 *Ut ad Urbem quoque terrorem pertulerint] Pal. 3. perculer- int. Forte, ut ad Urbem quoque ter- rore perculerint. Gebh. Omnes nos- tri pertulerint: perculerint vero, quod Gebh. in uno Pall. invenit, promana- vit ex lapsu librariorum, qui saepius*

19 M

'pertulit' et 'perculit' confundere soliti sunt. Vide quæ exempla hujus erroris collecta sunt ad xxxv. 27.

§ 16. Supra II. 54. 'Quod ubi in totam concionem pertulit rumor?' ubi alia videnda. Ceterum perperam etiam Leid. 2. ut ad urbis quoque terrorem pertulerint: et paullo ante egressus tanto, pro egressi tan. Gaertn.

§ 2 Necopinata etiam res plus trepidationis fecit] Sed inopinata etiam res Port. et fragm. Hav. a m. sec. Il-Ind sed est ex his partienlis, quibus librarii passim orationem Livianam fulcire conati sunt. Vide ad VI. 32. § 8. Deinde 'necopinatus' Livio in deliciis fuit, eujus loco sæpissime indocta seribarum natio 'inopinatus' substituit. Vide ad IV. 27. § 8. Præterea necopinata tamen res Voss. 1. pro quo necopinata etiam res in margine emendatum est: necopinata et res Voss. 2.

§ 3 Agrestesque paridi incidentes portis] In Pal. 3. est superscriptum paridi insidentes portis. Male. v. 26. 'Multi cæsi vulneratique, priusquam paventes portis incidenter.' Gebh. Lib. v. c. 11. 'Quum fuga trepidum, plenum vulnerum ac pavore incidentem portis exercitum viderint:' ubi plura vide. Reete itaque insidentes displicuit Gebhardo. Alibi etiam verba hæc confundi, videbimus non modo hoc cap. § 7. sed pluribus ad XXVIII. 26. § 7. Perperam etiam Leid. 2. incidentes portis, et Voss. 1. incidentes portis. 'Incidere' et 'incidente' passim commutari, dicam ad IX. 24. § 10. Mox nec popul. pro non popul. Lipsiens. Tum prædonum pravas, pro præd. parvas, Gaertn. qnomodo transpositis literis sæpe peccarunt librarii. Vide ad XXIX. 37. § 16.

Omnia vano augentes timore] Vario augentes timore Leid. 2. sæpe obvio errore. Vide ad XXII. 7. § 4. Mox subdit vaniora. Præterea agentes Voss. 1. et Port. Pari modo etiam pecca-

batur II. 6. § 2. Proxime ex. et leg. host. adesse alio ordine Leid. 2. et Voss. 1.

§ 4 Ab his proximi audita] Codex Ms. habet *Ab his proxime audita*. Quam lectionem si quis sequi volet, cogetur mox legere ferri. Rhen. Pall. tres proxime, ut et Rhenani liber; unde ille suspicatur ferri quoque hic corrigendum. Pal. 2. *Ab his proxime audita incertaque eo vaniora ferre ad alios*. Andreas edidit, *Ab his proximum audita*. Gebh. *Proximum* habet Harl. 1. Reliqui omnes codd. nostri legunt *proxime*. Eadem etiam lectio superest in editis antiquioribus. Aldus demum, qui et ipse in contextu *proxime* edidit, in erratis *proximi* reponuit, quem plerique editorum scienti sunt. Id etiam verius videtur. Td audita non adparet in fragm. Hav.

Cursus clamorque roeantium ad arma] Vocatum ad arma Leid. 2. Pari lapsu oppugnatum, pro oppugnantum, dederat librarius cod. Hav. II. 65. § 7. Mox adesse, pro abesse, Harl. 1. et Hav. Eadem ratione alibi seribas peccasse, dicam ad XXIII. 8. § 11. abere Lipsiens. a m. pr. pro quo m. sec. pro var. lect. in margine datum est abesse.

§ 5 Id remedium timori fuit] Ad remedium Harl. 1. sed errore scribæ. Alibi ita peccatum non raro. Vide ad XXI. 10. § 12. Mox *victus timeri*, pro *victos tim.* Gaertn.

§ 6 Vœato deinde senatu] In cod. Ms. est *Vocato dein senatu*. Rhen. *Vocatoque deinde senatu* Harl. 2. *Vocatos dein senatu* Leid. 1. *Vocato dein senatu* Flor. Voss. 2. et Harl. 1. Et ita longe plurimis locis scriptum exhibent integerrimi codd. ubi pejoris notæ deinde præferunt. Exempla videri possunt supra I. 9. § 3. II. 2. § 3. c. 12. § 4. c. 16. § 6. c. 35. § 5. c. 40. § 4. cap. 50. § 7. cap. 54. § 8. Alia, ut ex infinitis tantum quædam adferam, infra vide hoc lib. cap. 32. § 2. cap. 47. § 6. cap. 65. § 8. IV. 13.

§ 13. v. 22. § 5. cap. 23. § 8. ix. 26.
 § 14. cap. 43. § 12. xxi. 4. § 2. c. 46.
 § 6. cap. 54. § 5. cap. 58. § 4. xxvi.
 12. § 17. xxix. 2. § 3. c. 3. § 9. c. 6.
 § 12. xxxiv. 39. § 2. xxxvi. 20. § 3.
 xxxvii. 39. § 8. xxxviii. 1. § 6. cap.
 4. § 7. c. 6. § 3. c. 7. § 10. c. 9. § 9.
 cap. 17. § 16. cap. 59. § 10. xl. 30.
 § 5. xliv. 5. § 5. ad Epit. Liv. lib.
 lxxvii. et plurimis aliis locis. Vide
 Gronov. ad iv. 32. § 5. ubi se libro-
 rum meliorum auctoritate s^epe dein,
 pro deinde, restituisse testatur. Vide
 etiam Cortium ad Sall. Jug. cap. 20.
 c. 23. c. 25. c. 26. et passim. Pr^a
 terea vox *Patrum* exsulat ab Hav. et
 vox *ex a Flor.*

Projectus ad tutandas fines esset] Ad
tutandas fines Gaertn. Vocem *fines*
masculino et sequiori genere poni,
videbimus ad iv. 2. § 4. eam tamen
pro termino regionis genere feminino,
certe apud Livium, nondum ob-
servavi. Ad tutando fines Lipsiens.
Sed literam finalē s' elisit initialis f
vocis seq. ob similitudinem ductuum.
Vide ad iv. 33. § 11. In verbis proximi-
mis Quintos Servilio Harl. 1. Sed ult-
ima litera τφ Quintos adhæsit ex
prima vocis seq. Vide ad xxxvii.
 29. § 5. *Quintio Servilio Gaertn. et*
Port. Vide ad cap. 1. h. lib. § 1.

Hostem in agro non invenit] Hostes in
agris non inv. Hav. hostem in agris non
inv. Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. am-
bo, Lipsieus. Gaertn. Port. et fragm.
Hav. Ita etiam Hearne in Oxon. B.
 L. 2. N. et C. invenit. Neque aliter
 exhibent primae edd. pro quo Basileenses 1539. *in agro dederunt.* Tan-
 ta igitur codd. scriptorum et excuso-
 rum turba propugnatam veterem lec-
 tionem revocavi. Supra ii. 48. ‘Ubi
 abductas senserant legiones, agros
 incursabant:’ ubi vide. c. 60. ‘Va-
 gari populabundum hostem per agros
 passi.’ Infra hoc lib. c. 6. ‘Pergit inde
 infestus in agros Romanos.’ c. 30.
 ‘Alius additur terror, Sabinum ex-
 ercitum præ datum descendisse in

agros Romanos, inde ad Urbem ve-
 nire.’ iv. 21. ‘Hostis in agris nus-
 quam inventus, neque pugnandi co-
 pia facta:’ et mox, ‘Trepidatum ita-
 que non in agris magis, quam in Urbe
 est.’ Præterea *hostem* servavi con-
 tra Hav. Vide ad v. 50. § 2.

§ 7 *Qui qua venturum hostem scie-
 bat] Forsan divinabat Rhenanus, cum*
hic aliquid superesse putaret: sed
quod recidendum possit videri, τδ qui,
*non advertit hominem. Nam in is-
 tis, ‘funestam ei populationem fecit,’*
pronomen non magis abesse potest,
*quam in his i. 58. ‘Armatus mili si-
 bique, si vos viri estis, pestiferum hinc*
abstulit gaudium.’ viii. 38. ‘Cæde
inermes, cruentamque illis prædam
redder.’ xxvii. 2. ‘Ire adversus eum,
brevem illi latitiam, qua exsultet,
facturum.’ J. F. Gron. Tδ qui sine
 dispendio sensus abesse posset, si
 codd. id vellent. In quibus contra
 quoniam constanter supersit, illis invitis
 delendi auctor nemini sim. Pro *qua*,
 est *quia* in Harl. 1. Ita variant etiam
 codd. xl. 29. § 8. Vox *qua* pro varia
 lectione est in marg. Port. in con-
 textu vero quando.

Eoque impeditiore agmine incidentem]
Impeditiore agmine Port. impeditiori
agmine vetustæ edd. pro quo Aldus
impeditiore substituit. Et ita reliqui
 codd. *Tum incidentem* Voss. 2. et
 Leid. 1. Vide hoc cap. § 3.

Funestam ei populationem fecit] Ei
 dativus non est in exemplari Borbe-
 tomagensi. Nec est hic necessarius.
Rhen. Vocabula *ei* abest etiam a Flor.
 et ab Harl. 1. Contra una voce auctio-
 rior est Voss. 1. *funestam tamen ei*
pop. fecit. Sed signa τφ tamen subje-
 cit librarius, quibus indicare solet,
 aliquid perperam scriptum esse.

§ 8 *Quod quatriduum fuit, redditus*
Quinctii consulis in Urbem fecit] Quod
 quatriduum in Urbem fuit, relictus
 Quintius consul in Urbem fecit Leid. 2.
 et Voss. 1. in contextu. In cuius
 margine, pro *relictus*, emendatum est

redditus: redditus etiam habet Lipsiens. Sed ita passim librarius ejus cod. pro *reditus* scribere solitus est. *Præterea quod quadrum fuit Gaertn.* *quod quadratum fuit Lipsiens.*

Census deinde actus, et conditum a Quintio lustrum] Ita vett. edd. melius quam calamo picti codd. *Census deinde factus.* Gebhl. *Census deinde factus* etiam omnes nostri, Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. quod recte Gebhardus damat. Alibi enim semper Livius aliisque scriptores ‘agere censem’ dixerunt, quæ propria in hac re locutio est. *Factus* itaque adscribi debet errori librariorum, qui ubique voces *actus* et *factus* inter se communabantur. Vide mox § seq. et quæ notantur ad vi. 28. § 2. Deinde ab Quintio Leid. 1. Harl. uterque, et Lipsiens.

Censa circium capita centum quatuor et viginti millia, ducenta quatuordecim] Antiqua lectio *censa civium capita CIII. ACCXIII.* Fortasse scribendum, *quater centena millia.* Rhen. Hic numerus est in omnibus libris, et bene habet. Hoc admoneo, ne quis Rhenanum sequatur, qui putat legendum *quater centena millia*, non intelligens, hanc summam civium his temporibus non convenire: nam per multos annos cc. et ccc. millia censa sunt: sero autem cccc. millia, ut infra ostendam. *Sigon.* Pal. 1. *censa*

civium capita C IIII^{M.} et CCXIII. neque aliter Pal. 3. et Camp. At Pal. 2. *centum quatuor millia et ducenta quatuordecim.* Gebhl. Quæ huic notæ præscribitur lectio, et Sigonio in omnibus libris esse dicitur, apud me in nullo cod. apud Hearnini in uno tantum superest Oxon. L. 2. Superest tamen in omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ, notas numerales, quas priores servarant, literis ac vocibus expressura, pro *XIII.* dedit *quindecim.* Ejusdem

negligentia in illa ed. plura exempla vide ad *XLIV.* 28. § 14. Is error Jac. Gronovii ad Epit. hujus libri incertum primo reddidit, utrum ibi ex hoc loco *quindecim*, an potius hic ex Epit. *quatuordecim* scribendum sit; donec, animadverso codicum consensu, posterius præferendum judicarit; quod etiam in contextum recepi. Nondum tamen ita locus integer, et ab omni vitio liber videtur. *Capita CIII. a CCXIII.* Florent. *capita CIII. et CCXIII.* habent Voss. 1. et Leid. uterque. *capita C^m IIII^m et CCⁱ XIII.* Voss. 2. *capita CIII. A^C. XIII.* Harl. 1. et Klockian. *capita CIII. ac CXIII.* Port. *capita CIII. milia et CCXIII.* fragm. Hav. *capita CIII. CCⁱ XIII.* Lipsiens. *capita centum quatuor et ducenti quatuordecim* Gaertn. *capita centum quatuor millia et duc. quat.* Harl. 2. et Hav. et ita præferunt etiam Oxon. B. et C. nisi quod Hearne inde *quindecim* laudet, pro *quatuordecim*. Ex his patet, vocem *viginti* in nullo codice reperiri, nisi apud Hearnium in unico Oxon. L. 1. quem præferre testatur *capita centum quatuor et viginti millia duc. quat.* Illa igitur voce rejecta, legendum puto *censa civ. capita centum quatuor millia et duc. quat.* Quo etiam ducunt vestigia quorundam codd. in Epitome: quare eam etiam lectionem contextui reddidi, tum in Epit. tum hoc loco. Si quis insuper voculam *et inducendam* existimarit, non adversabor. Superest quidem illa vel altera ei similis *ac in multis codd.* verum, paucis exceptis, fere in illis tantum qui non adscriptam habent vocem *millia:* unde *et vel ac natum* videri potest ex nota numeri mille-narii *oo*, quam librarii indocti adse-enti non sunt. Vide etiam hoc lib. ad c. 5. § 13. Summam capitum hoc lustro censorum, quam Livio reddendam puto, illud firmare potest, quod proximo censu apud Dionysium memorato ix. p. 594. qui nono anno an-

te actus dicitur, ipse ille censos referat δλίγφ πλέον τρισχιλίων τε καὶ δέκα μυριάδων. Conjectura Rhenani, quater centena millia scribentis, non modo eodd. scriptis adversatur, et, ut Siganus observat, huic tempori convenire nequit, sed peccat etiam in stilum et rationem loquendi a Livio observatam, qui, si hunc numerum exprimere voluisse, omnino scripsisset quadringenta millia. Vide plura ad XXXIII. 4. § 5. Præterea *civium capitum* est in Leid. 2. quomodo librarius scripsisse videtur, quod putaret, recte dici non posse *centum quatuor millia capita*. Eam tamen locutionem probam esse, quod super millia adjiciatur numerus inferior *ducenta quatuordecim*, quo vox *capita* referenda est, pluribus docet Gro-novius ad Liv. XXXIX. 7. § 1.

§ 10 In Aequis nihil deinde memorabile actu[m] In Aequis deinde nihil Lipsiens. et Harl. 2. Tum memorabile factum Port. et Hav. librariorum errore, de quo vide ad § præced. memorabile actu Harl. 1.

Se recepere, uri sua popularique passi] A Pal. 1. abest rōduri: neque comparret in Pal. 2. pro quo *populari sua passi*; neque in Pal. 3. *sua populari passi*: postea que assutum ab adultera manu. Gebh. *Se recepere, popularique passi fragm. Hav. se recepere, sua popularique passi* Leid. 1. et Port. a m. pr. *se recepere, suaque populari passi* Port. a m. sec. et Hav. *se recepere, sua populari passi* Gaertn. *se recepere, populari sua passi* Harl. 2. et Hearnii Oxon. B. et C. *se recepere, uri sua et populari passi* Lipsiens. a m. sec.

Per omne hostium agrum] Per omnium hostium agrum Hav. Vide ad XLV. 19. § 13. Mox populabundum iisset, pro populabundus iisset, Gaertn.

CAP. IV. § 1 *Consules inde Postumius Albus, Sp. Furius Fusius. Fusios Furios Fabios scriptere quidam]* Ex hac lectione nullus elici potest sensus. Videndum igitur, ne verior sit

lectio *Sp. Furius sire Fusius. Fusios Furios Fabius et quidam scriptere.* Nam et vetus codex *Fabius* habet. *Sabell.* Sic ille, si *Livium* credibile est scripsisse ea, quæ ne ipse quidem, si ad superos revocari possit, valeat interpretari. Sed videat lector, (nam conjectura saepe agimus,) ne emendatior veriorque sit lectio *Postumius Albinus, Sp. Furius sive Fusius. Fusios Furios Fabius et quidam scriptere:* ut de *Fabio Pictore* intelligas, qui rerum Romanarum vetustissimus (ut Dionysius ait) fuit scriptor. Cui sane opinioni *Fabii Quintiliani* verba aliquid omnino fideli adjicinnt: 'Valesii,' inquit Instit. I. 4. 'et Fusii in Valerios Furiosque venerunt.' In 'Fabiis' eam mutationem factam, nec ille, nec (quod sciām) aliis prodidit quisquam. *Sabell.* A. *Posthumius* legendum, ut patet ex Dionysio IX. p. 619. atque adeo paullo post ex ipso *Livio* c. 5. ubi refert, quot consul hostiam ceciderit. Præterea *Posthumius* nomen mihi videtur, non prænomen, ut in eo, qui consul fuit A. U. C. CCLIII. I. II. c. 18. et CCLXI. I. II. c. 33. omissum C. videtur, ut habent quidam libri. Quod item suspicor in consule *Posthumio* A. U. C. CCCXIII. I. IV. c. 11. Quidam *Posthumum* trisyllabum aliud putant, aliud *Posthumium* tetrasyllabum. *Glar.* Legendum A. *Postumius Albus, Sp. Furius Fusus.* Prætermissem est enim prænomen prioris consulis, quod et apud Dionysium est IX. p. 619. et in *Capitoliniis* consulibus, et ab ipso infra assertur c. 5. Veteres autem libri in posteriore consule habent *Sp. Furius Fuscus* mendose, pro *Fusus*, quod fuit Furiorum cognomen, ut *Julius Juliorum*. Quod ex *Capitolinis* fragmentis intelligi potest. *Siganus.* Cognomen *Fusius* mendosum est: idque existimo inde provenisse, quod *Furios Fusios* a quibusdam nominari adjicat *Livius*. Quapropter ita legen-

dus videtur hic locis: *Consules inde A. Postumius Albus, Sp. Furius Fusus. Furios, Fusios scripsere quidam; id adm. ne quis imm. ips. vir. esse, quæ nom. est, pulet.* Hinc cognomen *Fusus* quidam auferendum, alii in *Fusius* mutandum censuere, non intelligentes, de ipso gentis nomine loqui Livium, non cognomine. *Furios* scilicet ab aliquibus *Fusios* vocari. *Vetus* exemplar Aldinum, quod habeo, genuinæ lectionis vestigia quedam habere videtur, in quo sic legimus, licet mendose, *Consules inde Postumius Albus, Sp. Furius Fusius. Fusios Furios Fabius scripsere quidam; id mo-neo, ne quis, &c.* Palam est, Postumii prænomen hic periisse, et *Furius* cognomen corruptum esse librarium imperitia. Quid si ita corrigamus reliqua, quæ sequuntur, litteris paucis tantum immuntatis? *Fusios Furios Fabius scripsit.* Evidem id admoneo, ne quis, &c. non male, meo judicio, nisi me fallit imperitia. *Pighius* in Ann. ad A.U.C. CCLXXXIX. p. 121. Pal. 1. ac 3. *Consules inde Postumius Albus, Spurius Furius Fus-cus.* *Furius Fusios Fabios scripsere quidam.* Ex qua fecit Sabellicus admodum, ut putat, emendate, *Postumius Albius, Spurius Furius.* *Fusios Furios Fabius et quidam scripsere.* Pal. 2. *Postumius Albius, Spurius Furius Fus-cus.* *Furios Fusios scripsere quidam.* Veterum edd. lectiones parco adnotare. *Gebh.* *Pighius* ad A. U. CCLXXXIX. adnotat in Aldina esse, *Fusios Furios Fabius scripsere quidam, id admoneo;* et ex ea scriptura legendum conjicit, *Fusios Furios Fabius scripsit.* Evidem id admoneo. Non dubium est, quin *Fabius* ex interpretatione, in margine ad vocem *quidam* adscripta, sit. Nec scio, quid sibi velit Palmerius in Spicilegio tom. iv. p. 789. Facis Gruteri, Livium putasse, auctores veteres in hac re variasse, quum constet, eosdem esse *Fusios*, qui *Furi*s sunt. Nam

id ipsum dicit Livius, et non aliam mutationem aut diversitatem in his nominibus esse, quam unius literæ; ut in ‘*Vetus*’ et ‘*Veturius*’ c. 8. *Duk.* *Consules deinde* habet fragm. Hav. a m. pr. Utraque voenla *deinde* et *inde* in proponendis novi anni consilibus Livium usum fuisse diximus ad 11. partim ad c. 16. § 1. partim ad c. 49. § 2. Servandum itaque *rd inde*, quoniam in id conspirant reliqui codd. Præterea prioris consulis prænomen *Aulus* non adparet in Voss. 1. Leid. ntroque, Harl. ntroque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Exsulare etiam ab Oxon. B. L. 2. et N. testis est Hearnius. Reete tamen Glareanus et Sigonius ex Dionys. Fastis Capitolinis, et Livio addendum monnerunt, quibus consentit Voss. 2. Ejusdem antem consulis cognomen non *Albinus* est, ut Sabellius volebat, sed *Albus*, ut ex iisdem Fastis et Dion. patet. Cui accedit, Pighium testari in Annal. ad A. U. C. CCLXXXVII. p. 120. diu postea demum cognomen Postumiæ gentis *Albus* mutari cœpisse in *Albi-nus*, ut facile ex Romanis fastis colligitur. Similiter nempe M. Valerius, qui auxilio corvi Gallum provocatorem prælio singulari devicit, ‘*Cor-vus*,’ ejus autem posteri ‘*Corvini*’ adpellati sunt. Vide Sigonium ad Liv. vii. 26. § 12. *Albius* male cognominatur in Harl. 2. et Hav. Insuper *Sp. Furius Fus-cus.* *Furius Fusius* *Fubio* scripsere: *id amoneo Flor.* *Sp. Furius Fus-cus.* *Furios Fusios Furios* scripsere *quidam* habet Lipsiens. *Sp. Furior Fuscos.* *Furios Fusius Fabios* scripserunt *quidam* Gaertn. *Sp. Furius Fus-cus.* *Furios Fusios Fabios* scripsere *quidam* Klockian. Voss. ambo, et Leid. 1. *Sp. Furius Fus-cus.* *Furios Fabios Fusios* scripsere *quidam* Leid. sec. *Sp. Furius Fus-cus.* *Furios Fuscos Fabios* scripsere *quidam* Port. a m. pr. ubi vocem *Fabios* manus altera delevit. *Sp. Furius Fusus,*

Furios Fusios Fabios scripsere quidam Harl. 1. *Sp. Furius Fuscus.* *Furius Fusius Fabius* scripsere quidam fragm. Hav. *Sp. Furius Fuscus.* *Furios Fusios* scripsere quidam Harl. 2. et Hav. Similis fere lectionum varietas in Oxoniensibus obvia est. Testatur enim Hearne, τὸ *Furius* omitti in cod. C. *Fuscus*, pro *Fusus*, reperiri in B. et N. vocem *Fabios* post vocem *Fusios* interjectam esse in cod. C. Primae edd. eam lectionem præferunt, quæ notæ Sabellici præscribitur. Postea secutarum quædam conjecturam Sabellici receperunt, quædam id in ea mutarunt, ut vocem *sire* omitterent. Hinc Ascensius anno 1510. vulgavit *Sp. Furius.* *Fusios Furios et Fabios* scripsere quidam, omissa etiam voce *Fusius*: in margine autem monet, videndum esse, ne *Fabius* ut quidam scripsere legendum sit: ex quo sensu commodum non elicio. Sed sine dubio in animo habuit partem conjecturæ Sabellici, et aberratione operarum ibi ut pro et datum est. Eadem tamen admonitio non modo ab Ascensio repetita est in margine editionum, quæ triennio et sexennio postea prodierunt, sed etiam in Parisina 1529. repetito in omnibus illis eodem typographorum errore, quamvis ibi in contextum receptum sit *Sp. Furius.* *Fusios Furios Fabius et quidam* scripsere. Unde evenerat, ut admonitio illa marginalis omittenda foret. Aldus deinde, qui *Sp. Furius Fusius.* *Furios Fusios Fabios* scripsere quidam cum primis edd. in contextu expressit, mox in erratis emendari jussit *Sp. Furius.* *Furios Fusios* scripsere quidam. Id postea Frobenius recepit, ejusque exemplo reliqui usque ad Sigionum, qui primus procedit eam lectionem quæ nunc vulgo exstat. Et eam quoque omnium verosimillimam puto. Ceterum Livius his verbis indicat, eos, qui antea *Fusii* dicebantur, postea *Furios* dictos

esse. Olim enim litera R in nullo vel parcissimo usu erat apud Romanos, ejusque loco adhibebatur litera S. Cui rei probandæ Klockins ad marginem Livii adscriptis loca Festi in voce, ‘Arbosem,’ in voce ‘Aureliam,’ in voce ‘Helus,’ et in voc. ‘R. pro S.’ Cic. ad Fam. ix. 21. Quinctil. I. 1. c. 6. nunc c. 4. Pompon. l. 2. § 36. ff. de O. J. et Liv. hoc lib. c. 8.

Id admoneo, ne quis immutationem virorum ipsorum esse, quæ nominum est, putet] *Id amoneo Gaertn.* Solent ubique verba cum præpositionibus a et ad composita commisceri. Vide ad XL. 55. § 5. *vir. ips. imm.* Voss. 1. et Leid. 2. *ipsorum* deest in Lipsiens. Deinde quæ *vir. est* Leid. 2. quæ nominum esse Hav.

§ 2 *Quin cum Aequis alter consulum bellum gereret*] Pal. 3. *quin cum Aequis novum alter consulum.* Gebh. *Quin novum Aequis ultor consulum* Harl. 2. et Lipsiens. *quin novum cum Aequis Hav.* qui *novum cum Aequis* Gaertn. Sed vocem *novum* reliqui omnes exclidunt, qua etiam facile ac sine damno sententiæ carere possumus, Quin et τὸ *bellum* exsulat a Leid. 2. Verum et hoc perperam.

Ab Ecetrannis Volscis præsidium petiere] *Ecectrannis Flor. Eteranis* Voss. 1. et Leid. 2. in contextu. *Aeceteranis* Leid. 1. et Harl. 1. *Aceteranis* Voss. 2. et Gaertn. *Acederanis* Harl. 2. *Ceteranis* Port. et Lipsiens. *Cetranis* Hav. *Eceteranis* fragm. Hav. et Leid. 2. in marg. Et eodem modo iidem codd. mox § seq. hanc vocem scriptam exhibent, nisi quod tum *Aceturanum* præferat Leid. 1. *Eteranium* Leid. 2. *Ecectranum* Flor. *Acceteranum* Port. et *Aceturarium* Lipsiens. Vide ad II. 25. § 6. Paullo ante voces *Itaque Aequi* male omittuntur in Gaertn.

Quo cupide oblato] Pal. 1. *oblato*, hoc est, impetrato et abducto. Gebh. *Ablato* etiam Voss. 2. quod tamen non a Livii manu profectum, sed ex scri-

barum errore natum puto, qui passim *ob et ab* in compositis confuderunt. Vide ad II. 37. § 9.

Adeo civitates hæc perpetuo in Romanos odio certarere] In Archetypo legitur *adeo civitates eæ*. Rhen. Campanus edidit *civitates eæ*, ut si post illum indicavit Rhenanus: ad quod alludit Pal. 3. *civitates eæ* perpetuo. Pal. I. vero *civitates hæc*. Legendum *hæc*, ut et supra monui. Gebh. *Civitates eæ*, omissa adspiratione, pro *hæc*, Leid. I. *civitates eæ* fragm. Hav. *civitatus hæc* Gaertn. *civitates hæc* Harl. I. Vox *hæc* omittitur in Port. Vide ad II. 44. § 12. Mox *bell. sum. vi imperabatur* Voss. 2. *parabantur* Harl. I.

§ 3 *Eccetrum ad Æquos desisse]* Eccetrum coloniam fuisse, intelligitur e Dionysio VI. 32. Duk. Vide modo notata ad § præc. *ad Æquos desisse* est in Port. Lipsiens. et Harl. 2. Ita alibi etiam erratur in scriptis. Vide ad XXX. 3. § 5. Mox *m. vis hom. in,* pro *iñ sive inde*, Lipsiens. Vide ad X. 20. § 6. Deinde *capitum*, pro *caput*, idem Lipsiens.

Isque miles per bellum Æquicum relucerimus fuit] *Æquitum*, vel *Equitum*, Leid. 2. Hav. Lipsiens. Gaertn. et quædam ex priscis edd. *Æquitum* Harl. 2. *Æqui tum* Port. a m. pr. *Equis tum* fragm. Hav. a m. sec. Sed vulgatum rectum est. Vide Gronov. ad II. 58. § 3.

§ 4 *Ea multitudo dilapsa]* Prima vocula non adparet in priscis, quas vidi, edd. quæ tamen necessaria est, ut indicetur non in genere multitudo *Æquorum*, sed *Antiatum*, quorum magna vis ad Volscos confugerat. Recte igitur Aldus *rō ea adjecit*, quod etiam servant codd. scripti.

§ 5 *Nec dum matura re, quum defectionem parari]* *Nec dum ī matura re* Gaertn. *Nec tum matura re* Port. *Nec dum maturam rem* Voss. 2. *Nec dum maturare* Leid. 2. et Hav. Deinde tamen *defectione parari* Lipsiens. Pro

quum, sive cum, scriptum fuerat cū; id primo mutatum est in *tū*, deinde in *tū*, sive *tamen*. Qui error præsertim in hoc cod. frequens est. Mox verbis seqq. dat. neg. cons. est, alio vocabulorum ordine recepto, Hav. datum neg. *ēt* (id est *esset*) cons. Gaertn.

Quærerent, quidnam rei esset] Vetus lectio *quid rei esset*, absque parce nam. Rhen. *Quidnam rei esset* edidit Andreas. At post eum Campanus, quemadmodum habetur in Pall. I. ac 3. *quid rei esset*. Sed Pal. 2. *qui rei essent*. Gebh. Vid. Var. Lectt. *Quid rei esset* etiam omnes nostri, virorum doctorum cura inspectis codicibus consentientes, nisi quad voces *datum negotium*, &c. *quidnam rei esset* desint in Lipsiens. ob repetitionem *rōv* *esset*. Vide ad IX. 11. § 2. *Quid rei esset* præfert etiam Hearnii Oxon. N. Pro quo si cum Gronov. legendum est *quid id rei esset*, censendum est, voculam *id* interceptam esse ab ultimis literis præcedentis *quid*. Liv. I. 48. ‘*Quid hoc inquit, Tarquini, rei est?*’ Infra hoc lib. c. 17. ‘*Quid hoc rei est, inquit, tribuni?*’ c. 48. ‘*Sinas hic coram virgine nutricem percontari, quid hoc rei sit?*’ Alibi ‘*quidnam id rei est*’, ‘*quidnam id est*’, ‘*quisnam is est*’ Livius dixit. Vide ad V. 15. § 5. Ant. Periz. qui ad marginem Livii, quo uti solebat, adscripsit nulla mutatione opus esse, non videtur ad scripturam codicum, quos Gronovius memoravit, adtendisse. Nullus enim eorum editam lectionem tuetur. In verbis præcedentibus *et principibus*, pro *ut princ.* habet Port. *ut principibus* Harl. 2. *Tum Romam accitis* Gaertn. ‘*Accitus*’ et ‘*excitus*’ commutari, videbimus ad XXXVIII. 32. § 3. Vulgatum hic longe præstat. ‘*Romam excitis;*’ nempe ex patria. Est autem eodem modo dictum, quo ‘*eocare ad colloquium*,’ de quo vide ad IV. 10. § 1. ‘*emittere in hostem*,’ de quo vide ad XXVIII. 14. § 2. ‘*avolare*

Romam,’ de quo vide ad I. 57. § 8. et contra ‘adflantur e floribus,’ nempe ad nares, apud Cic. de Senect. c. 17. ‘Quum autem admiraretur Lysander et proceritatem arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam atque puram, et suavitatem odorum, qui adflarentur e floribus.’

§ 6 Qui quum haud gravate venissent] Vet. lib. gravatim. Utrumque recte. Sigan. Pall. 1. ac 3. gravati. Pal. 2. gravatim. Gebh. Gravatim Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. gratuata Leid. 1. gravati Voss. ambo, Leid. 2. fragm. Hav. et Hearni Oxon. L. 2. C. et N. Aut gravate Flor. Fateor, utrumque gravatim et gravate recte dici, et Livio etiam usurpari. Prius quidem I. 2. ‘Haud gravatim socia arma Rutulis junxit.’ alterum xxii. 24. ‘Reguli Gallorum, castris ad Illiberum extemplo motis, haud gravate ad Poenum venerunt.’ XLII. 43. ‘Ad id quum necessaria petitio induciarum videretur, enperaque Marcius, neque aliud colloquio petisset, gravate et in magnam gratiam petentis concessit.’ Si itaque alterutrum hic recipiendum erit, τὸ gravatim vix placere poterit, quod tantum in pejoris notae codd. reperiatur. Malim tamen gravati, adjektivo loco adverbii posito. Vide ad II. 35. § 3. Mox intr. ad cons. ad sen. Leid. 1. quare legendum videtur ab cons. Deinde dimitterent, pro dimitterentur, Lipsiens. Qui error in scriptis frequens est. Vide ad X. 10. § 1. Insuper Bellum haud dubium haberet, omisso τῷ inde, idem Lipsiens.

§ 7 Cui ea provincia evenerat] Cui ea evenerat prov. Voss. 1. cui ea evenerat prov. Leid. 2. Nihil muto. Sæpe ‘venire’ et ‘evenire’ commutantur. Vide ad IX. 12. § 1. Ceterum paullo ante Spurium Furium, pro Sp. Furius, Lipsiens.

Hernicorum in agro populabundum hostem invenit] Pal. 2. Hern. in agro

late pop. host. inv. Mili tanti non vindetur, nt consideratione longiore immorer. Gebh. Palatino 2. Gebhardi sæpiissime consentiens Hav. hic etiam τὸ late interponit, quod reliqui omnes ignorant. Quare ὑποβολιμῶν et a mala manu profectum censeo.

§ 8 Primo concursu pulsus se in castra recepit] Scribe se intra castra rec. Rhen. Qnod vult Rhenanus se intra castra rec. reclamantibus conatur omnibus libris, et scriptis et impressis. Gebh. Se in castra ibi rec. Gaertn. sese in castra rec. Harl. 1. sese intra castra rec. Voss. 1. et Leid. 2. se intra castra rec. Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. Reclamantibus igitur Gebhardi Palatinis tantum, non omnibus codd. ita scribi jussit Rhenanus. Voces primo concursu negligentia librarii omittuntur in Hav.

Neque is finis periculi fuit] Pall. 2. ac 3. neque ibi finis. Gebh. Neque his finis Port. neque ibi finis Lipsiens. et Hav. neque is ibi finis Harl. 2. utramque jungens lectionem, ut sæpe librarii soliti fuerunt. Vide ad III. 44. § 4. neque enim ibi finis Gaertn. Nihil muto. Vide ad I. 44. § 2.

Namque et proxima nocte et postero die] Nam quia et proxima Port. qui error profluxit ex similitudine notarum, quibus voculæ que et quia scribi solent. Vide ad V. 29. § 3. et postera nocte et proximo die Lipsiens. et Hav. Mox circumsessa et oppugnata Harl. 2. et Hav. circumessa et oppugnata Lipsiens. Tum Romam mitti, vocibus transpositis, iidem tres codd. cum vetustissimis edd. quas vidi. Primus Aldus mitti Romam dedit, cui consentiunt reliqui codd. nostri. Tum pro nunciaverunt habet Flor. a m. pr. nunciarunt.

§ 9 Postumio alteri consulum negotium daretur] Alteri consuli Harl. 2. et Hav. dissentientibus reliquis codd. quibus fidem habeo. Vide ad IX. 32. § 2. Paullo ante tantum terr. pro tantumque terr. est in Port.

Negotium daretur, videret, ne quid respublica detrimenti caperet] Negotium daretur, videre Leid. 1. Harl. ambo, Lipsiens. Port. Hav. a m. sec. et fragm. Hav. quæ lectio, tot codicibus, et inter eos optimis, firmata, displicere nequit. Daretur negotium videre, pro negotium videndi, eodem modo dictum est, quo sæpe Livius vocibus ‘tempus,’ ‘consilium,’ similibusque infinitivum subjunxit. Infra vi. 18. ‘Tempus est jam majora conari.’ XXI. 54. ‘Nunc corpora curare tempus est.’ XXX. 4. ‘Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum navi- ter geri.’ XLIV. 11. ‘Consilium igitur cepit, transfusso pariete iter in urbem patefacere.’ Similiter Justin. XII. 7. in fine: ‘Captus itaque cupidine Herculis acta superare.’ Apud poëtas nihil est frequentius. Terent. in Andr. I. 1. 28. ‘Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos.’ Ovid. Ep. Heroid. I. 109. ‘Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis.’ V. 64. ‘Et mihi per fluctus impetus ire fuit.’ Fast. I. 30. ‘Curaque finitimos vincere major erat.’ Vide Markland. ad Statii Silv. I. 4. 61. Vel locutio negotium daretur videre, pro ut videret, similiter formata erit, atque illa ‘hortor petere,’ de qua vide ad XXXVII. 49. § 1. Infra hoc lib. c. 44. unus codex exhibet, M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem adsereret, neque cedere secundum libertatem postulantibus vindicias: ubi vide. Præterea inverso ordine ne quid det. resp. cap. edd. Aldina antiquiores, sed invitis omnibus codd. Vide tamen Cortium ad Sallust. Cat. c. 29. § 2. ne quid resp. detrimentum cap. Hav. ne quid resp. det. ea cap. Voss. 2. Sed reliquorum codicum consensus nihil mutandum indicat. Ceterum primum hoc est exemplum in republica Romana istius senatusconsulti, qualia

deinde plura facta sunt. Plutarch. tamen in' vitiis Gracehot. p. 843. indicare videtur, primum fuisse Opimum, qui tali senatusconsulto dictatoriam potestatem accepit. Verba sunt: Οὐτος μέντοι πρώτος ἔξουσίᾳ δικτάτωρος ἐν ὑπατείᾳ χρησάμενος, καὶ κατακρίνας ἀκρίτους ἐπι τρισχιλίοις πολίταις Γάιον Γράικον καὶ Φούλβιον Φλάκκον. Utroque loco observato Manut. de Senat. Rom. p. 928. Plutarchum ab errore tueri conatur dicendo, primum Opimum fuisse, cui adversus cives protestas dictatoria data sit, eaque ita usum fuisse, ut non modo C. Sempronium Gracehum tribunum plebis et Q. Fulvium Flaccum consularem, sed omnino ad tria millia civium occiderit. Quod verum est. Non enim simpliciter Plot. dicit, primum fuisse Opimum, qui dictatoriam potestatem in consulatu ‘aceperit’: sed ea ‘usus sit,’ et ‘indicta causa damnaverit’ cives.

§ 10 *Proconsulem T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti]* Vet. lib. pro consule. Proconsulatus autem non est magistratus, sed imperium, quod aut extra ordinem privato datum est, ut hoc loco T. Quinctio, aut ex consulatu prorogatum est, ut Q. Publilio Philoni, de quo Livius postea VIII. 23. ita: ‘Actum cum tribunis plebis est, ad populum ferrent, ut, cum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gerret.’ Et paullo post c. 25. ‘Duo singularia hæc ei viro contigere, prorogatio imperii non ante inullo facta, et acto honore triumphus.’ In Capitoliniis etiam triumphis Q. Publilius Philo ‘primus pro consule’ fuisse traditur. *Sigon.* Ut monuit Siganus, ita duo Pall. 2. ac 3. *Pro consule T. Quintium.* Gebh. Melius hic Siganus, quam de Antiq. Jur. Prov. III. 14. Quintium non ex omnino privato, sed ex consule, castris subsidio missum. Nam Quintius simul consulatu abierat, privatus erat, et jam

aliquantum temporis inter consulatum depositum et imperium in exercitum ei datum intercesserat. Et sic Fabius, qui superiore anno consul fuerat, Minucio consuli successor in Algidum missus est c. 29. Nechli dici possunt ita e consulatu missi, ut illi, quibus imperium e consulatu prorogabatur. *Duk.* Plerique etiam codd. nostri vel ambigue pro *co*n*s.* *T. Quintium* habent, ut præsertim Klockian. Leid. 1. et fragm. Hav. vel *pro consule T. Quintum*. Sed *consule T. Quintum* est in Hav. *proconsulem et T. Quintum* in Port. *proconsulem T. Quintum* in Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. quam script. etiam Hearne invenit in Oxon. L. 1. et N. Eamdem scripturam variis Livii locis viri docti infra ex auctoritate MSS. restituerunt. Vide quæ notantur ad xxiii. 30. § 19. Præfert tamen Paull. Manut. ad Cie. ad Fam. 1. 1. scripturam *proconsul præ altera pro consule*. Illo enim veteres, hoc recentiores uti solitos fuisse, auctore Augustino lib. de Gramm. p. 1975, ed. Putsch. et Prisc. II. p. 576. Quibus addi potest Cleodorus Grammat. p. 1864. Verius tamen videtur, utrumque commode dici posse. Certe, *pro consule* etiam optimo tempore dictum fuisse, evincent Fasti Triumph. Capit. Quamvis enim in illis contracte *pro Cos.* scribatur, interpositum tamen punctum ostendit, eo tempore pro duabus vocibus illud habitum, adeoque dictum fuisse 'Q. Publilius pro consule,' 'Q. Fabius pro consule.' Vide ad A. U. C. c^oxxvii. c^oxliv. et alibi. Similiter etiam postea dictum fuisse, constat ex Rutil. Itiner. 1. 173. 'Rexerat ante puer populos pro consule Poeninos:' ubi videndi viri docti. Præterea *subsidiū castris* fragm. Hav. Sed reliqui codices in vulgatum conspirant. Quare nihil muto. 'Subsidio mittere,' ut 'subsidio venire,' 'subsidio ire.' Supra II. 48. 'Actumque de exercitu foret, ni K. Fabius in

tempore subsidio venisset.' c. 53. 'Pars Sabinis enut subsidio, pars Romanos adoriuntur.'

§ 11 *Dure Quintio subitarioris milites jussi*] *Visi* Leid. 2. et Lipsiens. sollemni librariornm errore. Vide ad IX. 24. § 4. *missi* Hav. quæ et ipsæ voces sæpe in codd. antt. confunduntur. Vide Burm. ad Petron. Satyr. c. 123. et quæ supra notantur ad II. 49. § 2. *Mox verbis seqq. ita tamen rep. pro ita tum rep.* Lipsiens. Vide ad Liv. xxii. 17. § 5.

CAP. V. § 1 *Multique impetus hinc atque illinc facti*] *Multi impetus*, omissa copula, Gaertn. *Tum acti* fragm. Hav. Sæpius hunc errorem commiserunt librarii, ut voces 'factus' et 'actus' in MSS. confundant. Vide ad VI. 28. § 2.

Superante multitudine] *Superante in multitudine* Lipsiens. quod accipi posset pro in superante multitudine; ut 'infestis in hastis' II. 19. § 8. Verius tamen puto, *tum in natum esse ex initiali litera m* vocis seq. Vide ad II. 31. § 6. De locutione 'superante multitudine' vide ad V. 38. § 4.

Carpere multifuriam vires Romanas] *Capere* Voss. 2. Leid. 2. et edd. principes multæ. Sed recte reliqui codd. vulgatum defendant. 'Carpere vires Romanas' dicuntur, qui Romanos variis locis adgrediuntur, et ita efficiunt, ut copias dividere necesse habeant, eo animo, ut deinde tanto facilius distractas superent. Liv. xxvi. 38. 'Nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum.' Senec. Natural. Quæst. II. 13. 'Totum potest excidere, quod potest carpi:' ubi vide Gronov. Solent vero voces 'capere' et 'carpere' passim culpa scribarum commutari. Vide ad VI. 32. § 11.

§ 3 *Ad prasidium Urbis relictus*] *Urbi* Lipsiens. quod eodem modo dictum videri potest, quo 'præsidium libertati' obcurrit hoc lib. c. 45. 'Ita in ea firmum libertati fore præ-

sidium, si nec cassis, nec personis variet.' Verum unius codicis testimonium vulgatae scripturæ mutandæ non satis idoneum esse videtur.

§ 5 *In incustum hostem portu decumana erupit*] In volumine Borbetomagensi legitur *in caustum hostem*: nec displicet lectio. Præcedit enim, tanta vi castra circumessa atque oppugnata fuisse, ut ne nuncius quidem Romam mitti potuerit. Non itaque Furius hostes est adortus, tamquam parum cautos, sed quia copiæ illorum propter obsidionem divisæ erant, suæ vero collectæ. *Rhen.* *In incustum hostem decumana porta erupit* edidit Andreas, neque aliter Pal. 2. nisi quod quoque *eruppit*. Pall. reliqui duo, et ed. Campan. ut Rhenani codex, *in caustum hostem decumana porta erupit*. 'Cauti hostes' sunt intenti. Mox, 'Is intentos in castra Romana æquos, legatique caput ferociter ostentantes ab tergo adortus:' dixerat quippe c. 4. 'Namque et proxima nocte et postero die tanta vi castra sunt circumessa atque oppugnata, ut ne nuncius quidem inde mitti Romam posset.' Gebh. *Iniri caustum hostem* Gaertn. *in caustum hostem*, vel *incustum hostem*, apud me etiam Voss. 1. Leid. ambo, Lipsiens. et Port. Præstare tamen videtur vulgata scriptura. Quia Furius primo in castris quietus obsidionem passus erat, non timebant hostes, ne in obsidentes erumperet; ideoque, quod ad vim, si qua forte ex castris inferretur, repellendam, incantius agebant, licet forte diligenter operam darent, ac caverent, ne nuncius Romam mitti posset: quod nec ipsum tamen necessario sequitur ex narratione Liviana, qui refert tantum, 'proxima nocte et postero die' tanta vi castra circumessa et obpugnata fuisse, ut nuncius Romam mitti uequierit. Eruptionem vero post proximam noctem et posterum diem factam esse, ex iuitio hujus capituli,

ac verbis 'per eos dies,' ut et aliunde satis colligi potest. In codd. itaque, qui *incustum hostem* præferunt, τὸ in excidit, quod vox sequens ab eadem syllaba incipiat. Vide ad VIII. 33. § 6.

Quum persecui posset, metu subsistit] Lectio hæc per recentiores edd. propagata est ex Basileensi Curionis. Omnes autem priores vulgarunt *subsistit*, quod etiam superest in codd. quibus usus sum, et Hearne invenit in Oxon. B. L. 1. et 2. Recte igitur Clericus eamdem lectionem revo- cavit: quod tamen qua auctoritate a se factum sit, lectorem monere ne dignatus quidem est. Mox τὸ altera deest in vett. edd. at idem superest in omnibus nostris codd. Recte itaque Aldus in contextum recepit.

§ 6 *Nec suos ille redeuntes, persecundi studio, neque hostiū ab tergo*] *Non suos ille* Voss. 1. a m. pr. Sed nec, pro non, postea inter versus adscriptum fuit. τὸ ille non adparet in Voss. 2. Deinde *nec hostiū ab tergo* Leid. 2. et Lipsiens. quorum librariis ita scribendi caussa fuisse videtur, quod vocula *nec* modo præcesserit, post quam non recte τὸ neque inferri posse existimabant. Sed male. Vide ad IX. 9. § 14. Denique *a tergo* Voss. 1. Gaertn. et Port. cum priscis edd. pro quo Aldus *ab tergo* reposuit, consentientibus reliquis, quibus utor, codd.

Frustra conatibus captis, ut riam sibi ad castra faceret] Prima vox exsulat a Voss. 1. et Leid. 2. Deinde τὸ sibi non adparet in Leid. 2. Tum faceret et dimicans Flor. addita voce et. Paullo ante vero *exclusum*, pro *exclusus*, Lipsiens.

§ 7 *Conversus ad pugnam, dum se temere*] *Conversus ad pugnum se temere* Gaertn. omissa voce *dum*, quam alii præcedenti jungunt: nam *conversus ad pugnandum*, *se temere* habent Voss. uterque, Leid. uterque, Lipsiens. Hav. Flor. et fragm. Hav.

cum priscis excusis. Frobenius de-
num 1531. divisis vocibus edidit ad
pugnam, dum se temere: quod in reli-
quis codd. superfluisse videtur. Quum
olim voces unico contextu scriptæ, et
literæ natque m suprascripta virgula
notatæ fuerint, utrum *pugnādū* reddi
debuerit *pugnandum*, an *pugnam dum*,
non nisi ex sensu patere potuit,
quem adsequi indoctis librariis diffi-
cile fuit.

*Temere magis, quam caute, in medianam
dimicationem infert]* Pal. 1. *se temere
magis, quam satis caute, dimicationi
infert.* Pal. 2. *ut et edd. antt. dum se
temere magis, quam satis caute, in med.
dim. infert.* At Pal. 3. *quam satis
caute, in med. dim. fert:* quam lectio-
nem probo maxime. Gebh. MSS. et
vett. edd. ne Gryphio quidem ex-
cepto, *temere magis, quam satis caute:*
rotundiore, ut videtur, dictione et
prægnantiore sententia. J. F. Gron.
Vocem *satis* servant etiam omnes
nostrī codd. Eam primus editorum
expunxerat Curio, quem ceteri secenti
sunt usque ad Gronovium, a quo recte
reposita est. Ceterum *temere magū*
habet Lipsiens.

In medianam dimicationem infert] Lo-
cationem 'in medium dimicationis'
inlustare possunt, quæ infra notan-
tur ad xxvii. 2. § 9. Nescio tamen,
an unius codicis vestigiis innixa hæc
conjectura tuto admitti possit. Certe
omnes nostri receptam lectionem *in
medianam dimicationem* constanter ser-
vant, nisi quod Voss. 2. *se temere
magis, quam satis caute, dimicatum in-
fert* præferat. Præterea *in medianam
dimicationem fert*, quod Gebh. ex uno
cod. probabat, habet etiam Leid. 1.
et Lipsiens. Verius tamen videtur,
primam syllabam τοῦ *infert* elisam
esse ab ultima litera vocis proximæ
dimicationem. Cujus erroris plura
exempla vide ad x. 13. § 3. Præ-
sertim quum locutio hæc 'inferre se
in aliquem' Livio familiaris fuerit,
et pro ea stet. reliquorum codicum

turba. Infra hoc lib. c. 17. 'Patres
circumire plebem, inferentesque se
in circulos sermones temporis aptos
serere.' v. 43. 'Quum se in me-
diā concionem intulisset.' VII. 17.
'Quum in ipsos armatos se intulis-
sent, averterent totam aciem.' So-
litum quoque passim fuisse Livinm,
præpositionem, ex qua verbum com-
ponitur, in regimine addere, vidimus
ad Præfat. § 11. Ceteroquin etiam
'inferre se alicui' dixit vi. 12. 'Ubi
illi vana injecerint missilia, et effusi
stantibus vobis se intulerint, tum
micent gladii:' ubi alia exempla
vide. Denique *dum se temere, &c. in-
fert* Harl. 2. *dum se temere, &c. in-
fert* Port. Male. Tò *dum enim
tempus præsens requirit.* Vide ad i.
40. § 7.

*Vulnere accepto ægre ab circum-
stantibus eruptus]* Vulnere ibi accepto
Voss. 1. et Leid. 2. qui supra ad *pug-
nandum* exhibuerant. Ita vero dis-
tingendum foret: *infert.* Vulnere ibi
accepto. Sed præfero vulgatum. Tum
a circumst. Voss. ambo, Leid. 2. Lip-
siens. Gaertn. Port. et Hav. invitis
reliquis, quorum potior apud me fides
est. Mox *erectus* Voss. 2. et Port.
errore librariorum et alibi obvio.
Vide ad ii. 54. § 8. iii. 20. § 1. c. 48.
§ 9. c. 50. § 8. iv. 32. § 7. c. 33. § 4.
vi. 1. § 4. et alibi. Vide etiam quæ
notavi ad Silii Ital. vii. 287. Denique
eruptus est Voss. 1. addito verbo sub-
stantivo, quod rectius ab reliquis ex-
sulat.

*Et suorum animos turbarit, et fero-
ciores hostes fecit]* Et suos animos Lip-
siens. Male. Vide ad iv. 9. § 5.
Tum et accendit hostium animos Port.
quod ex interpretatione natum esse,
nullum est dubium. Certe, genu-
inum non esse, ostendit repetitio
vocis *animos*, quæ modo præcessit.

§ 8 *Nulla deinde vi sustineri potuere]*
Sustinere perperam Leid. 1. et fragm.
Hav. Deinde poterant Voss. 1. et
Leid. 2.

Quum compulsi in castra Romani rursus obsiderentur] Pal. 2. *quin puls in castra.* Gebh. Pall. et Voss. 1. *quin compulsi in castra.* Certe *quum,* quod vulgo est, scopas reddit disso-
litas. Et videtur ratio loquendi im-
perare, *quin compulso in castra Ro-
manos rursus obsiderent.* Nisi malis,
*Quum compulsi, &c. venisset in peri-
culum.* Ascensius, si forte malis, edi-
dit, potuere. *Compulsi in castra Ro-
mani rursus obsidebantur.* J. F. Gron.
Recte Gronovius *quin.* Rursus II. 19.
'*Sustineri ira non potuit, quin ex-
templo confligerent;*' et XXXIII. 36.
'*Nec ultra sustinuerunt certainen
Galli, quin terga verterent.*' Duk.
Lectionem, quam Gronov. ex ed.
Asc. profert, jam ante Ascensionem
exhibuerunt edd. Venetæ 1495. et
1506. sed ea nullius codicis auctoritate
firmatur. Nam *quin compulsi in
castra, &c. venissetque,* præter Voss. 1.
habent Leid. 2. Harl. 1. Lipsiens. et
fragm. Hav. *quin puls in castra, &c.
venissetque Hav.* dum *compulsi in cas-
tra, &c. venisset* Port. in contextu,
qui in margine *quin compulsi in castra,*
&c. venisset exhibet: dum *compulsi in
castra, &c. venissetque Harl. 2. et
Gaertn.* cum *compulsi in castra, &c.
venissent* Voss. 2. *cum compulsi in
castra, &c. venissetque Leid. 1.* cum
reliquis edd. sola nupera Clerici ex-
cepta, quæ præfert *quin compulsi in
castra, &c. venissetque,* lectore mutatæ
lectionis ne verbo quidem monito.
Ego in vulgata lectione, in
qua *τὸ quum scopas dissolutas red-
dere* Gronovius adfirmat, nihil diffi-
culty video, modo ante vocem
renissetque oratio majori distinctione
interpungatur. Dicit enim Aequos,
cæde legati et vulnere consulis fero-
cientes, multo ferociores factos esse,
'*quum' vel postquam Romani infelici
ducis eas in castra compulsi essent,*
et ita rursus in castris obsiderentur.
Oratio igitur hoc modo coheret:
Aequi 'nulla deinde vi sustineri

potuere: venissetque in periculum
summa rerum,' nempe apud Ro-
manos obssessos. Nemo, credo, ha-
bebit, quod in processu hujus ora-
tionis reprehendere possit.

*Peregrinis copiis cum Latino Herni-
coque exercitu subvenisset]* In his 'pe-
regrinis copiis' aqua mihi hæret.
Doujatius existimat, τὰ 'cum Latino
Hernicoque exercitu' explicacionem
esse præcedentium 'peregrinis co-
piis,' non distinctionem; adeoque
Livium indicare voluisse, quibus ex
gentibus peregrinae hæ copiæ con-
scriptæ fuerint. Vernin ita Livins
potins scripsisset: *ni T. Quintius
cum peregrinis copiis, Lat. Hern. ex-
subvenisset.* Dixerat autem cap.
præc. in fine: 'T. Quintium subsi-
dio castris cum sociali exercitu mit-
ti: ad eum explendum Latini Herni-
cique et colonia Antium dare Quincie-
tio subitarios milites (ita tum repen-
tina auxilia adpellabant) jussi.' Vel
itaque voces eo modo transponendæ
sunt, vel legendum pereuntibus copiis:
ut per 'copias perentes' intelligatur
exercitus obssessus.

§ 9 *Legatique caput ferociter ostentantes]* Velociter ostentantes male Port.

*Ad signum a se procul editum, ex
castris eruptione facta]* Pal. 2. *e cas-
tris erup.* f. Gebh. *E castris etiam* Harl. 2. et Hav. *Tum emptione facta* Lipsiens. male literis *ru in m* coales-
centibus, quod ob ductum similitudinem in scriptura Longobardiea sæ-
pius factum est. Vide ad IV. 21. § 6.
Præterea *ad se procul editum perpe-
ram* Lipsiens. *a se procul editum* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. sol-
lemnii librariorum errore. Vide ad
XXI. 62. § 7. Paullo ante *a tergo,*
pro ab tergo, Gaertn. Mox verbis
seqq. *magna vis hostium circumvenit*
aberrans Hav.

§ 10 *Minor cædes, fuga effusior Aequorum in agro suis Romano]* Hæc et
plura sequentia usque ad voces 'ii
vagi,' tine dubio culpa librarii, desi-

derantur in Harl. 1. *cædis* præfert Flor. *fuga effusiorum Aequorum* habet Lipsiens. Tum vox *Aequorum* non adparet in Leid. 2. Deinde *in agro Romano* fuit transpositis vocabulis præfert Hav.

In quos palatos, prædam agentes] In quos pallantes Hav. ut librarius dare voluisse videatur *palantes*, ut est in priscis edd. Sed *palatos*, quod Aldus alterius loco reposuit, præferendum, quum ob reliquorum codd. consensum, tum quod Livius ita loqui solitus fuerit. Supra t. 11. ‘Raptim et ad hos Romana legio ducta palatos in agris obpressit:’ ubi plura notantur. Mox *inopportuna inpos.* pro *opportuna inpos.* Lipsiens. iu contextu, altera lectione in margine extante. *Opportuna inpos.* præs. Leid. 1.

Ii ragi, dissipati agmine fugientes, in Quintium victorem, cum saucio consule revertentem, incidere] Habet Buslidianum scriptum exemplar in Quintium victorem, tum a saucio consule, ut intelligas, victorem Quintium vel in castris, vel alicubi in tuto loco sancium consulem reliquisse. Nam parum verisimile est, saucium hominem jactationes itineris ferre potuisse, præsertim in agmine legionum ad novam pugnam festinantium. Nannius. Victorem cum a saucio consule Voss. 1. Leid. 1. et Lipsiens. victorem a saucio consule Flor. Leid. 2. et primæ edd. Pro quo Aldus cum saucio consule substituit: quod etiam verius puto, licet aliter Nannio videatur. Proprie enim non a sancio consule, sed a cæsis hostibus et civibus ab obsidione liberatis, revertebatur. Qnod autem Nannius existimet, verisimile non esse, saucium consulem jactationem itineris ferre potuisse, notandum est, Livium non referre Furium graviter vulneratum fuisse, (unde effici posset, necesse fuisse, ut vel in castris, vel alicubi in loco tuto relinquatur) sed tantum simpliciter ‘vulnus accepisse.’

Præterea, licet series rerum gestarum alia apud Dionys. sit, quam apud Livium, ex Dionys. tamen ix. p. 621. constat, Furium tantum femore vulneratum fuisse. Ἐνθα δέ τε ὑπάτος ὁ τῶν Πρωταίων, σωρτίφ διὰ τοῦ θυρεοῦ διαπερνηθεὶς, τιτρόσκεται μηρόν. Illud autem vulnus non impediit, quo minus, etiam postquam Quintius advenisset, res gestæ non ei, sed sancio consuli a Dionysio adscriberentur. Vide etiam Dukerum ad ii. 17. § 4.

§ 11 *Consulis vulnus, legati et cohortium ultus est cædem] Consulis vulnus, mortem legati ultus est Oxoniensis N.* in margine exhibet, teste Hearnio. *Cohortium inultus est cædem Lipsiens.* Sed syllaba *in male repetita* est ex præced. vocis litera finali. Vide ad v. 52. § 2.

§ 12 *Exacto adfirmare numero] Media vox exsulat a Voss.* 2. Mox verba, audet tamen Antias Valerius concipere summas, desiderantur in Leid. 2. tantum vero, pro tamen, est in Voss. 1. sæpius obvio in MSS. errore. Vide hoc lib. c. 46. § 1. *Sumnum habet Gaertn.*

§ 13 *Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos] Manuscriptum exemplar tantum habet V A CCC.* Hoc est quinque mille trecentos. Rhenan. Pro mille quidam reposuerunt quinque millia. Qui numerus ut nimis magnus videtur, ita hic nimis parvus. Dionysius enim ix. p. 620. cum P. Furio legato mille occisos ait: verisimile est, aliorum non pauciores occisos tota hac oppugnatione. Glar. [Vid. Lectt. Varr.] Pal. 1. et Andreas mille ac trecentos: at Pal. 3. V. millia ac CC. Pal. 2. vero et Campani ed. duo millia ac CCC. Gebh. Romanos CCC. cecidisse Leid. 2. Sed trigemina litera c perperam repetita videtur ex tribus prioribus literis vocis seq. Tò cecidisse omittitur in Hav. quasi hæc verba pendeant ex τῷ cæsos, quod in fine periodi additur. Reliqui tamen codd. cecidisse constanter

servant, quos sequor. Præterea *V aec Flor. mille et trecentos*, ut edd. ante Aldnum præferunt, habet unus Voss. 2. quam lectionem anctoritate Dionys. non male Glareanus sibi displicere testatus est. *ad II^m CC. Port. duo mil. CCC pro varia lectione Leid.* 2. in margine: *duo milia et trecentos fragm. Hav. duo millia ac trecentos apud Hearnium Oxoniensis B. duo milia ac ducentos Hav. et Harl. 2. ad quinque millia ac ducentos Hearnii Oxonienses B. et C. quinque millia et tricentos Gaertn. V. ac CC Voss. I. Leid. ambo, et Harl. I. quod explico *quinque millia ac ducentos*, idqne, jam ab Aldo et recentioribus omnibus receptum, verum puto, nisi quis cum Gronovio ad Liv. xxxiii. 4. § 5. explicandum ac scribendum putet *quinque millia ducentos*: ut ita illud ac, quod in plerisque codd. superest, inde additum sit, quod olim numeribus notis scriptum fuerit *V. & CC.*, et librarius, notam millenariam non intelligens, pro eo ac dederit. Vide hoc lib. ad c. 3. § 9. In Klockian. librarius numerum millenariorum, quem adsequi non potuit, omisit, vacuo tamen relieto spatio hoc modo, *Romanos cecidisse in Hernico agro ... AC CCV.* Lectio *duo millia*, quam Singtonius in vet. lib. invenit, et in multis nostris superest, inde profluxisse videtur, quod librarius notam numeralem *V* non satis perite formarit, et ita ansam alteri dederit, ut crederet *II*, sive numeri binarii notam exaratam esse: qui error in scriptis frequens est. Vide ad xxxvii. 22. § 4. Pessime vero Rhenanus scripturam *V A CCC*, quam in cod. suo invenit, exposuit *quinquies mille trecentos*. Ea enim locutio genio Livii aliorumque ejusdem temporis scriptorum prosaicorum adversatur. Vide ad xxxiii. 4. § 4. Cnr vero ita exposuerit, rationem hanc habuisse videtur, quod 'cecidisse' declinatum putaret a 'eado,' et 'Romanos quinque mil-*

lia' peccaturum crederet in regulas grammaticorum, quæ exigunt, ut dicatur *Romanorum quinque millia*; quemadmodum eadem peste adflatus scripsit librarius cod. Gaertn. Sed præterquam quod nomen vel subjunctum, vel, ut hoc loco, premisum efferriri posset easi, non quem numerus millenarius, sed excurrens requirit; (vide ad xxxix. 7. § 1.) ita insuper 'cecidisse' est a 'eado,' id est, interfecisse. Immo nunc verius videtur 'cecidisse' esse a verbo 'eado;' et 'Romanos cecidisse' ponni pro Romanos imperfectos esse; et intelligi milites Romanos ex Sp. Furi consulis exercitu, qui imperfecti sunt, partim quum primo concursu pulsus se in castra recepit supra c. 4. partim quum ex castis erupisset, et frater ejus imperfectus, ipse vero vulneratus esset. Ita etiam locum accepit Perizon. ad Sanctii Minerv. iv. 8. p. 709.

Qui populabundi in finibus Romanis vagabantur] Pal. I. vagabant. Ita solent eo ætatis scriptores. Propertius Eleg. ii. 32. 7. 'Hoc utinam spatiere loco, quoenamque vagabis, Cinthia:' vide ad eum locum animadversiones nostras. Infra cap. 35. habent Pall. I. ac 3. *Nescires, utrum inter decemviro, an inter candidatos mirares*: quamquam ibi præferam *numerares* vulgatum. Lib. iv. c. 56. 'Quod abditum intra muros populabundos in agris vagare Romanos priore anno,' &c. &c. ut habent membranae Pall. Gebh. *Prædabundi* Hearnii Oxoniensis C. Livius ii. 26. 'Nocte in Urbe nunciatum est, exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem annem pervenisse.' Hic tamen vulgatum servo, tum quod id superest in omnibus nostris, tum quod præcessit 'prædatoribus,' quæ vox animo scribæ adhuc obversabatur, quum hic *prædabundi* daret. Est autem 'populabundus' vocabulum a Livio saepè usurpatum. Supra 1. 15. 'In fines Romanos excucurrere-

runt, populabundi magis, quam justi more belli.' II. 60. 'Vagari populabundum hostem per agros passi.' III. 3. 'Quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset.' IV. 56. 'Castigantes ignaviam, quod, abditi intra muros, populabundos in agris vagari Romanos priore anno, et obprimi Verruginis praesidium, passi essent.' X. 14. 'Uterque populabundus effuso agmine incedit' et alibi. Ceterum vagabantur uno ore omnes nostri; quare accedere nequco Gebhardo, unius cod. auctoritate vagabant probanti, quum hoc loco, tum supra ad I. 17. § 2. priscos, et qui eos imitantur, hac forma *vago*, pro *vugor*, dixisse, ex Nonio in voce 'Vagas' aliisque docuerunt Gifan. in Ind. Luer. voce 'Vagare,' et Voss. Gramm. v. 7. Nondum tamen evicerunt, vel Livium vel alios optimi seculi scriptores antiquato illo usos fuisse. Certe Broekhus. *quodcumque vacabis*, pro *quodc. vagabis*, apud Propert. defendit, et apud eundem II. 22. I. *vagarer* retinet, quamvis optimus Groning. *vagarem* præferat, invito iterum Gebhardo ad priorem Propertii locum. Infra etiam IV. 56. *vagari* cum vulgatis malo, licet ibi etiam nonnulli ex nostris codd. *vagare* præferant. In uno itaque Gebhardiano librarium *vagabant* per errorem dedisse puto, perperam neglecta nota, qua duæ ultimæ literæ *rov* *vagabantur* exprimendæ erant: quod peccatum in MSS. frequens obcurrit. Vide ad X. 10. § 1.

*Ab A. Postumio consule duo millia quadringentos cæsos] Pal. 1. ac 3. tria millia. Gebu. A. Postumio consule Harl. 1. ab Appio Postumio Leid. 2. ab ante Postumio Voss. 2. ab consule Postumio vetustiores typis descripti, pro quo Aldus id, quod vulgo nunc extat, restituit, consentientibus reliquis codd. scriptis. Mox *ra* duo millia exsulan a primis edd. tria mil-*

lia scribendum censuit Sagonius supra hoc § quod a se etiam in Oxon. B. et C. inventum fuisse, Hearne testatur. Tria millia et quadringentos habent Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2.

III

et Hav. M. et CCC^{los} Port. III. et CCC. fragm. Hav. tria millia et III. Lipsiens. CX. CX. et CCC. Klockian. cuius librarius pro nota numeri millenarii ∞ . ∞ . dedisse videtur CX. CX. adeoque voluisse censendus est duo millia et quadringentos, quomodo etiam exhibent apud me codicum optimi Leid. 1. Harl. 1. et Gaertn. Eorum itaque auctoritate vulgatum servavi, addita tamen copula et.

*Ceteram multitudinem prædam agentem, &c. nequaquam pari defunctum esse cæde] Teneram multitudinem præda agentem ridiculo errore Harl. 1. Tum quæ inciderit in Quinctium Lipsiens. An forte librarius scribere voluit inciderit, servata in præterito geminatione verbi simplicis 'cedidi?' quomodo 'decucurri' aliaque ejusdem verbi composita optimis scriptoribus formata fuerunt. Vide ad I. 12. § 8. Aliorum, quæ augmentum præteriti servant in compositis, syllabum vide apud Voss. Gramm. v. 19. Alibi tamen composita *rov* 'cadere' similiter prolata nondum notavi, quare inciderit refero inter errores librariorum, perperam syllabam geminantium; cuius generis plura passim in MSS. obcurrunt. Mox pari fide defunctum esse cæde Harl. 2. Hav. fragm. Hav. Port. in marg. et Gaertn.*

Interfecta inde quatuor millia, et, exsequendo subtiliter numerum, ducentos, ait, et triginta] Vide num exæquando sit legendum. Glar. Propendet fere Glareanus, ut legendum sit exæquando: perperam, et contra rationem. Vult enim Livius, eum præter historicorum morem non contentum fuisse numero rotundo, expressisse

præterea centum et triginta. Mille-nario numero se tenent scriptores, raro accedunt ad centenarios, certe ad minutiores. *Gru.* Loritus con-jecit dudum *exāquando*, ut et habet novissimam notæ liber Pal. 2. me non probante. ‘Exequi numerum’ est accurate computando summam collige-re. *Gebh.* *Interea inde quatuor milia* Leid. 2. *interfecta deinde quatuor millia* Port. Tum vocula et abest ab Hav. et fragm. Hav. Deinde *exāquando*, ut *Glareanus* conjicit, Harl. 2. et Hav. Sed recte viri docti vul-gatum tueruntur. Alibi hæc verba in membranis antt. confunduntur. Vide ad III. 39. § 8. Denique *ducentos et triginta* ait *Gaertn.* *ducentos triginta*, mediis duabus vocibus omissis, Lip-siens.

§ 14 *Inde Romam redditum est : justitium remissum est*] Locus vitiatus. Tu corrige *Ut Romam redditum est.* Mox præcessit *Inde*: quod verbi hic repetit scriba parvum attentus. *Rhen.* Alii libri habent *Ul* pro *Inde*. Fortassis autem id mutatum propter compositionem trinum est, est, est. Ve-rum multa similia reperias, ut id nou omnino necesse fuerit mutare. *Glar.* Beatus *Rhenanus* legit, *Ut Romam redditum est.* Td *Inde* delet. Exemplar *Buslidianum* utrumque habet, *Inde ut Romam redditum est.* *Nannius.* *Rhenanum* video tentasse *Ut Romam redditum est*, delecto $\tau\phi$ *inde*. *Vetus* liber utrumque habet, quod sequor, *Inde ut Romam redditum est.* *And.* *Schottus*, *Obs. Human.* III. 38. *Vet. lib. justitium remissum*, quod placet, ne his ponatur est. *Sigon. Pal. 1.* *Andreæ ac Campani* *edd.* *Ut Romam redditum est*, *justitium remissum est.* Solus *Pal. 2.* stat a *vulgata*. Sed *Andreas Schottus* *Observebat. Philolog.* III. 38. sequi se ait, quod habe-tur in *Vet. lib.* *Inde ut Romam redditum est.* *Gebh.* *Rhenanus ex Borb.* propinat, *Ut Romam*, sine $\tau\phi$ *Inde.* *Sigoni*s hoc dissimulato posterins

est tollit. And. *Schottus profert* et sequitur e *Vet. lib.* *Inde ut Romam.* Sed ambo libri, et *Sigoni*anus et *Schottanus*, suspecti. Nam *Flor. Voss. uterque*, *Helm. Pal. And. Camp. Tary.* utrumque *Venetum*, *Bechar. Mog. Ascensi* hæc, inquam omnia exemplaria *numerum CC.* ait et *XXX.* *Ut Romam redditum est, justitium remissum est.* Td *Inde* apud me in primo videtur *Junta*, deinde *Frobenio*. *Suspicor*, et *exsequendo subtiliter numerum CC.* ait et *XXXVI.* *Romam redditum et justitium remissum est.* *J. F. Gron.* *Inde Romam* ante *Juntam* et *Froben.* apud me adaptet in *edd.* *Aldina, Colonensi* 1525. et *Cervicorni.* Ceterum lectio, quæ huic adnotationi praescripta est, in uno tantum meorum *Gaertn.* super-est. Reliqui omnes, alii magis, alii minus, attamen in diversa abeunt. Nam *Inde Romam redditum est, justitium remissum*, ejecto in fine $\tau\phi$ est, habent *Harl. 2.* et *Hav.* hoc loco, ut sæpe alibi, *Vet. lib.* *Sigonii* consentientes. Similiter etiam præferunt *Hearni Oxon.* B. L. 1. 2. et C. *Inde Romam redditum et justitium remissum est* *Port.* *In Romam redditum est ; justitium remissum est* *Leid. 1.* et *Lip-siens.* ut pateat hoc loco iterum a librariis commutata fuisse $\tau\phi$ *In et Iū* sive *Inde*, de quo vide ad x. 20. § 6. *Ut Romam redditum est, justitium remissum est*, præter *Voss.* ambos a *Gronovio* jam memoratos, habent etiam *Flor.* *Harl. 1.* *Leid. 2.* *fragm. Hav.* et apud *Hearni* *Oxon.* N. quomodo etiam ante *Aldum* dederunt editores *vetus* *iores.* Neque inve-nire poterunt viri docti, quod in hac lectione culpent, nisi unum illud, ita $\tau\phi$ est ter iterari. Sed repetitionem vocum, ‘est,’ ‘sunt,’ ‘esse’ ac simili-um apud *Livium* non infrequentem esse, infra evincitur *xxxv. 1.* § 12. Quare vel hæc lectio servanda vide-tur; vel, si tamen *vulgatum* displi-ceat, legendum puto, *Ut Romam re-*

ditum, et justitium remissum est, cælum eisum est ardere: ut ita hæc nro orationis ambitu comprehendantur. Ex vocula igitur Ut primo errore librariorum in quibusdam codd. datum est In, quod ob dæctnum similitudinem in scriptura Longobardica facile fieri potuit. Verum quum ex eo com modus sensus non efficeretur, alii pro In scripserunt Iñ sive Inde. Nihil antem ita legendo conjecturae dedimus, nisi quod et rescripserim pro est: quæ voces sæpe commutari solent. Vide ad Liv. VII. 40. § 1. et tamen illud et in uno adhuc cod. supererat, ut ex MSS. enumeratis lectionibus patet. Certe hæc conjectura proprius ad vulgatam lectionem accedit, quam illa Gronovii, qui insuper, invitis omnibus membranis, XXXVI. Romam, pro XXX. Ut Romam, reponendum existimabat.

Aut obversata oculis] Aut observeata oculis, negligentia scribarum transpositis literis, Leid. uterque, Hav. Voss. I. et Lipsiens. In margine tamen duorum posteriorum recte reponitur obversata. Liv. XXXV. 11. ‘Candidæque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis obversatur.’ ‘Obversari ante oculos’ dixit II. 59. ‘Ingentisque mali non suspicionem modo, sed apertam speciem, obversari ante oculos.’ Alibi sæpe pari modo in membranis vett. peccatur. Vide ad VI. 17. § 4. Eundem errorem commisit etiam Lycosth. in Suppl. Jnl. Obseq. de Prodig. c. 14. prodigium hoc referens.

Aut vanas exterritis ostentare species] Varia exterritis ostent. Lipsiens. varias exterritis ostent. Gaertn. Leid. 2. a m. sec. et Port. a m. pr. Sed editam lectionem vindicant reliqui codd. in eam constanter consentientes. Horat. in Art. Poët. vers. 6. ‘Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum Persimilem, cuius, velut ægri somnia, vanæ Fingentur species.’ Si-

militer ‘vanam imaginem belli’ infra est hoc lib. c. 15. ‘Tantus enim tribunos furor tenuit, ut non bellum, sed vanam imaginem belli, Capitolum insedisse contenderent.’ Frequenter autem ‘vanus’ et ‘varius’ in MSS. confunduntur. Vide ad XXII. 7. § 4.

His arerendis terroribus in triduum feriæ indicte] Advertendis terroribus Leid. 2. Lipsiens. Port. et fragm. Hav. quod peccatum in codd. scriptis passim obvium est. Vide ad VI. 23. § 8. Tum interdum feriæ indicte Harl. 2. interdum feriæ indicte Gaertn. Male. Per ‘ferias’ intelligendæ sunt supplications. Livius XL. 19. ‘Senatus censuit, et consules edixerunt, ut per totam Italiam triduum supplicatio et feriæ essent.’ XL. 21. ‘Q. Marcio Philippo verba præeunte, populus in foro votum concepit, si moribns pestilentiaque ex agro Romano emota esset, bidum ferias ac supplications se habiturum.’ XLIII. 2. ‘Editumque ab decemviris est, ut supplicatio prodigiis expiandi fieret; altera, quæ priore anno valetudinis populi caussa vota esset, ea uti feriæque essent.’ Ratio erat, quod tempore supplicationum ab opere cessaretur. Polyb. in Extract. Legat. num. 16. ‘Ρωμαῖοι τῆς κατὰ τὴν ναυμαχίαν νίκης ἄρτι προσηγγελμένης, πρῶτον μὲν τῷ δῆμῳ παρήγειλαν ἐλιννύνας ἔγειν ἡμέρας ἑνέά. Τοῦτο δὲ ἔστι σχολάζειν πανδημεῖ, καὶ θέειν τοῖς θεοῖς χαριστήρια τῶν εὐχημάτων. Adeo autem ab omni opera cessabatur, ut ne senatus quidem eo tempore haberi potuerit. Liv. XXXIV. 55. ‘Terræ motus ita crebri nuncibantur, ut non rei tantum ipsius, sed feriarum quoque ob id indictarum homines tæderet. Nam neque senatus haberi, neque respublica administrari poterat, sacrificando expiandoque occupatis consulibus. Postremo, decemviris adire libros jussis, ex responsu eorum supplicatio per tri-

duum fuit.' Iisdem supplicationum diebus etiam comitia populi haberi non potuerunt. Hinc exponendus est locus Ciceronis ad Fam. viii. 11. ubi 'Curio,' Ciceronis cupidissimus, 'cui omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat, se ulio modo pati posse, decerni supplications.' Ad quæ verba nescio quis in edit. Græviana notavit: 'Curio auspicio impeditetur diebus, quibus comitia habebantur, agere cum populo de tuis supplicationibus.' Immo Curio, quoniam adversæ factioni faventes omnibus rationibus dies comitiales eripiebant, Ciceroni supplications decerni non patiebatur, ne, si confestim indicerentur, iterum comitiales alii eriperentur, et ita 'prævaricator caussæ publicæ existimaretur.' Ne itaque senatusconsulto, quo supplications Ciceronis nomine decernebantur, intercederet, 'consules confirmarunt, se his supplicationibus in hunc annum non usuros.' Ad quæ verba male iterum in editione Græviana notatur: 'Se nulli alii imperatori, præterquam Ciceroni, supplications decreturos.' Quomodo fere etiam Manutius. Miki tamen videntur consules promisisse, se supplications, si ob res a Cicerone gestas decernerentur, non edicturos in eum annum, quo Curio tribunus plebis erat. Cum emphasi accipiendum 'his supplicationibus,' quas nempe Ciceronis nomine decerni petebant. Hinc itaque 'supplicationum otiosi dies' vocantur apud Cic. ad Q. Fratr. iii. 8. 'Revertar ad institutum, idque perficiam his supplicationum otiosis diebus.' Tales vero feriæ sive supplications avertendis terroribus indictæ sunt 'in triduum,' quemadmodum etiam alio tempore sæpe factum. Ita xxxviii. 36. 'Supplicatio in triduum pro collegio decenvirorum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebræ obortæ fu-

erant.' Similiter xxxiv. 55. loco jam laudato, et alibi saepius.

*Pacem Deum exposcentium virorum mulierumque turba] Poscentium Harl. 1. Sed frustra. Reliqui enim scripti et editi in vulgatum conspirant. Et ita Livius saepe loqui solitus est. Supra 1. 16. 'Pacem precibus exposcent, ut volens propitius suam semper sospitet progeniem.' Infra hoc lib. c. 7. 'Jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire, pacemque exposcere Deum.' Mox eodem cap. 'Veniam irarum cœlestium finemque pesti exposcent.' VII. 2. 'Pacis Deum exposcendæ causa tertio tum post conditam Urbem lectisternum fuit.' Præterea *exposcentium mulierum turba*, reliquis omissis, Hearnii Oxon. L. 2. Solarum quidem matrum Romanarum in gratulatione sive supplicatione ob res feliciter bello gestas meminit Liv. v. 23. 'Priusquam senatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum grates Diis agentium erant. Senatus in quadratum supplications decrevit.' Hic tamen, ubi in vulgatum conspirant reliqui omnes codd. nihil mutandum est. Ita universo populo indicitur supplicatio xxi. 61. 'Supplicatio ad ædem Herculis nominatim; deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta.' Similiter jubentur supplicatum ire cum conjugibus ac liberis mox hoc lib. c. 7. et xxii. 10. 'Supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam.' Nominatim autem 'viri feminæque' memorantur x. 23. 'Supplicatum iere frequentes viri feminæque.' xxvii. 51. 'Eam supplicationem C. Hostilius prætor pio concione edixit; celebra-taqne a viris feminisque est.' xlvi. 2. 'Ingentiique turba, non virorum modo, sed etiam feminarum, conferta tota Urbe Dcorum immortalium templa.'*

§ 15 *Cohortes inde Latinae Hennicæ-*

que] Deinde præferunt Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. quod ex glossa marginali receptum videtur: inde enim hic ponitur pro deinde, ut sæpe solet. Vide ad XLII. 55. § 6. Frequenter autem τὰ inde et deinde in MSS. commutantur. Vide quæ notantur ad XXXVI. 24. § 10. et mox cap. seq. § 1.

Ab senatu, &c. remissæ domos] Pall. 1. ac 3. remissæ domus. Pal. 2. domum. Gebh. A senatu Gaertn. Deinde remissæ domum etiam Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 1. et C. remissæ domus Leid. 1. et Voss. 2. Vide quæ dicuntur hoc lib. ad c. 29. § 5.

Antiates, mille milites, quia serum auxilium post prælium venerat] Omnes MSS. Pall. post prædam. Gebh. Andreas, Bech. Voss. 1. Flor. Rott. venerant. Sed etiam pro duabus prioribus habent Pall. omnes, Chifl. Voss. 2. post prædam. Voss. 1. post bellum. Forte post rem actam venerant. XXVII. 20. ‘Hasdrubal et Mago venere, serum post male rem gestam auxilium.’ J. F. Gron. Vox milites exsulat a fragm. Hav. dissentiente reliquorum codicium turba, in quibus constanter Antiates, mille milites. Id autem accipiendum per adpositionem; quemadmodum ‘Galli, magna hominum vis,’ XXXVIII. 16. ‘Galli, magna hominum vis, Brenno duce in Dardanos pervenerunt: ubi plura vide, ut et ad XL. 36. § 8. Præterea venerant non modo, si solum Voss. 2. excipias, omnes nostri codd. sed et omnes edd. usque ad Francofurt. 1578. Ea enim prima venerat dedit; quæ lectio deinceps ad recentiores propagata est. Non dubitavi igitur priorem scripturam revocare. Tum post prædam Leid. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. quomodo etiam Aldus edidit. Recete tamen pœnitentia ductus in erratis post prælium restituit. Post bellum præferunt Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. quod ex glossa natum puto. Vide

hoc lib. ad c. 61. § 2. Denique qui ad serum aux. venerant post præl. fragm. Hav. qui ad serum aux. post præl. venerant Harl. 1. quia tardum aux. post prædam venerant Harl. 2. qui tardum aux. post prædam venerant Hav. Sæpius qui et quia in MSS. commutantur. Vide ad XXXVI. 33. § 5. tardum autem, pro serum, ex glossa itidem ac margine in contextum inrepsisse puto. Easdem voces similiter in Ovidio confundi notavit Burmann. ad Trist. 11. 57. ‘Serum auxilium’ memorat etiam Liv. x. 5. ‘Ut prope serum auxilium jam pene circumventis, ita universa requies data est.’ XXXI. 24. ‘Quo quum esset nunciata clades sociæ urbis, quamquam serum auxilium perditis erat, tamen, quæ proxima auxilio est, ultionem petens.’

CAP. VI. § 1 *Comitia inde habita, ercati consules] Vet. lib. deinde. Sigon. Melior est hæc lectio, stabilita Pall. primo ac tertio, editionibusque Andreæ et Campani, quam illa producta a Sigonio, deinde: cui nullam, contra plures potioresque, præstat auctoritatem Pal. noster 2.: ut et mox, cum scribit consulatum inierunt. Gebh. Quemadmodum Pal. 2. Gebhardi, ita et ex nostris Harl. 2. et Hav. ut alibi sæpissime, sic etiam hoc loco, Sigonii vet. lib. consentientes, præferunt deinde. At reliqui omnes editam lectioinem tinentur. Vide ad cap. præc. § 15. Legi etiam posset uno orationis ambitu Comitiis inde habitis, creati consules. Sed vide quæ notantur ad VI. 4. § 7. Mox Post. Servilius Leid. 1. et Port. Postumius Servilius Gaertn. et fragm. Hav. Sed Pubpii vel Ποπλίου prænomen ei tribunt fragm. Fastor. Capitolin. Dionys. Antiq. ix. p. 623. et Diod. Sic. Bibl. xi. p. 283. Præterea copulam inter duorum consulum nominanterponit Gaertn. Vide ad II. 17. § 1.*

Calendis Sextilibus] In antiquis et libris et lapidibus Kalendæ scribuntur, non Calendæ. Sigon. Vide Daus-

quei. Orthogr. parte sec. hac voce. Ita hoc loco etiam plerique codd. scribunt, ut et multi Flori III. 21. § 1. teste Dukero.

Ut tunc principium anni agebatur, consulatum ineunt] Nunc, pro tunc, Voss. 2. nunc, nempe non eo tempore, quo Livius scripsit, sed quo res, quam Livius descripsit, gesta est. Vide Burm. ad Nason. Epist. Heroid. XVIII. 96. At nihil mutant reliqui; quare vulgatum servo. Solent autem vocari tunc et nunc sæpius a librariis confundi. Vide ad XXXVII. 4. § 9. Præterea consulatum inierunt Hav. quod, in Pal. 2. inventum, recte damnat Gebhard. ad princ. hujus cap. omnes enim alii codd. receptam lectionem tuentur.

§ 2 *Grave tempus et forte annus pestilens erat] Lib. XXV. c. 26. Nam tempore autumni et locis natura gravibus, &c. intoleranda vis aestus per utraque castra omnium fere corpora movit.* Hinc Jac. Gronovius in Disquisit. de Icuncula Smetiana cap. 8. dicit, non leviter suspectum fieri hunc locum, et Livium posse videri scripsisse *autumnus pestilens*; sed tamen ‘annum’ etiam intelligi posse de illo tempore anni, quod appellatione ‘Kalendarum’ ‘Sextilium’ designat Livius, id est, de ἡπα ἔτοις; de quo observationem paternam ad Liv. XXII. 5. videri jubet. Conjectura illius etiam eo confirmari potest, quod ‘grave tempus’ de autumno dicitur, et quod ‘gravis’ sæpe quasi proprium epitheton autumni est, quia is maxime νοσερὸς est. Vide Burmann. ad Ovid. Art. Am. II. 231. Sed non minus de aestate dicitur. Liv. V. 13. ‘Gravis pestilensque omnibus animalibus aestas.’ Et magis credo hic, si non totum annum, certe magnam illius partem, in primis aëstatem et autumnum, quibus maxime sævire solet pestilentia, significari. Et non de solo autumno, verum etiam de aestate, ac fortassis de vere quoque, puto ac-

cipi posse, quod infra c. 8. est: ‘Hinc paullatim, seu pace Deum inpetrata, seu graviore tempore anni jam circumacto, corpora salubriora esse incipere.’ Nec illa causa est, cur ea, quæ IV. 21. leguntur, ‘Pestilentior inde annus C. Julio iterum et L. Virginio consulibus.’ VII. 2. ‘Et hoc et insequenti anno pestilentia fuit:’ et VIII. 18. ‘Quoram mors infamem annum pestilentia fecit;’ de certa aliqua ἡπα ἔτοις dici credamus. Duk. In verbis seqq. hom. magna, quam, pro hom. magis quam, Gaertn. at magis de- est in contextu Voss. 1. et tantum inter versus adscriptum exstat.

Et auxere rim morbi terrores populationis, pecoribus agrestibusque in Urbem acceptis] O homines bliteos imbecillesque, quibus terrores populationis auditu solum auxerunt vim morbi! Quid futurum erat de istis, si ipsi hostes in conspectum venissent? Exspiraturi erant præ metu. Hocne convenit Romanis? Depravavit sensum unica dictio perperam mutata, Sic scribe, et auxere vim morbi, terrore populationis pec. agr. in Urbem acc. Expone, anxere vim morbi, (subaudi Romani,) pecoribus agrestibusque in Urbem acceptis terrore populationis, id est ob terorem populationis hostilis. Rhen. Mens liber optime et auxerat vis morbi terrore populationis. Klockius in Syllog. Epist. quas edidit Burmannus tom. I. p. 392. Dndum monnit Rhenanus, inconvenientia hæc esse, veramque lectionem ex suo archetypo prodidit; cui tamen hactenus nemo est obsecutus. Legendum quippe docnit, ut habent Pall. I. ac 3. et Campani recensio, et auxere rim morbi, terrore populationis pec. agr. in Urbem acc. Quia tamen Pal. 3. (codex vetustissimus, et, nisi in nebulous corruptrices dexteras incidisset, sincerissimus) et hic rasuram præfert, ubi nunc substitutum est, auxere et rim morbi terrore, si quid in literis suspicio valet, cou-

jicio legendum, et auxit vis morbi, terrore populationis. Pal. 2. exprimit, nec hominibus magis, quam pecoribus: anxere vim morbi terrores: prave. Gebh. Codex Klockii in Sylloge Epistolar. Burmanni tom. 1. epist. 371. et auxerat vis morbi. Auxerat παθητικῶς, pro ancta erat. Etsi non multum tribuo illi codici, hic tamen nonnullam illius rationem habendam puto, ob eam præcipue caussam, quod hoc vix ab ullo librario, qui ita scriptum non invenerat, proficiisci potuit. Eadem significatione ‘augere’ ex Originiibus Catonis apud Gellium xviii. 12. et ex oratione Philippi apud Sall. Histor. 1. observavit Palmerius in Spicilegio p. 870. Acidalius quoque ita sumit in Vell. Patrec. 1. 8. § 6. et Lipsius, quamquam subdubitans, in Tacito Ann. xi. 19. Sed hoc rejecerunt Mercerus ad Tacit. et Heinsius ac Burmannus ad Vell. Notat etiam Mercerus Palmerium, qui in hoc Catulli carm. 63. 323. ‘O decus eximissim, magnis virtutibus augens,’ *augens* exponat ‘anctns.’ Ita tamen id etiam Ach. Statius, multo modestior Palmerio criticus, interpretatus fuerat, eo quod in omnibus MSS. legi ait, *O decus eximium et magnis virtutibus augens.* Sed hoc in medio relinquo. In Terentii Hecyra iii. 1. 53. ‘Aliiquid tulisse comminiscetur mali, Capiti atque ætati illorum, morbus qui anctus siet,’ non temere repudiaverim scripturam libri Palmeriani *morbus qui auxerit.* Nam ibi ratio metri iam-bum in ultima sede postulat, qui inveniri non potest, nisi vel *auxerit*, vel *auctu’ sit legas.* In Lucretio quoque ii. 1163. ‘Usque adeo pereunt fætus, augentque labores.’ Creechius non absurde *augent*, pro ‘*augentur*’ accipit. Ceterum in descriptione hujus pestilentiae Livius videtur aliquid debere Thucydidi ii. 51. et 52. plus etiam xxv. 26. Duk. Auxere vim morbi terrores, recte a viris doctis dñnnatum, apud me super-

est tantum in Harl. 2. Port. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. sec. apud Hearnim vero in Oxon. L. 2. N. et C. Reliqui codd. emendationem Rhenani firmant, nisi quod in paucis tantum, quæ minoris momenti sunt, in diversa abeant. Nam vocula et ab initio omittitur in Lipsiens. et Hav. *ausere*, pro *auxere*, habet Leid. 1. de quo vide ad ii. 43. § 3. *terrere*, pro *terrore*, Harl. 1. Non displiceret vel Klockianum et auxerat vis morbi, vel Gebhardianum et auxit vis morbi, si aut libri scripti, quibus utor, accedarent; aut Livius, quem verba activa saepè οὐδετέρως sive παθητικῶς usurpare vidimus ad i. 17. § 6. Similiter etiam τῷ augere alio loco usus fasisset: licet tamen alias scriptores ita locutos esse probent, quæ Dukernus ad hunc locum monuit. Præferenda itaque videtur lectio Rhenani. Quod vero is vocem ‘Romani’ subintelligendam putet, vide num necesse sit. Potest enim vox *morbi* casu recto plurali accipi. Nam ita ‘*morbos*’ mox dicit: ‘Ministeriaque in vicem ac contagio ipsa vulgabant morbos.’ Si quis tamen expositionem Rhenani præferat, neque ego multum adversabor. Ita enim ‘vis morbi’ obcurrit c. 7. ‘Et per ignota capita late evagata est vis morbi:’ et iv. 25. ‘Eo anno vis morbi levata, neque a penuria frumenti, quia ante provisum erat, periculum fuit.’ Ad hæc *populationibusque* habet Harl. 1. Tum *agrestibusque* *pecoribus* Port. *pecorisbusque* *agrestibus* fragm. Hav. Male. Nam *agrestes* hic sunt rustici, in agris degere soliti. Ita mox: ‘Odore insolito urbanos, et agrestem, conferatum in arta tecta, æstu ac vigiliis angebat.’ ii. 50. ‘Et pecora prædanibus aliquoties, velut casu incidissent, obviam acta, et agrestium fuga vasti relieti agri.’ c. 51. ‘Non usquam pecora tuta, non agrestes erant.’ c. 63. ‘Volsoeos adesse, fumo ex incendiis villarum fugaque agrestium cognitum est:’ hoc lib. c. 3. ‘Agrestes pavidi

incidentes portis exercitus et legiones adesse hostium clamabant.' c. 38. 'Non nuncii solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem injectit.' v. 53. 'In casis ritu pastorum agrestiumque habitare:' ix. 28. 'Eo se et Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes contulerant.' Tibull. II. 1. 17. 'Dii patrii, purgamus agros, purgamus agrestes.'

§ 3 *Ea convulio mixtorum omnis generis animantium*] Male est in MSS. et antiquitus eusis *Ea collurione*. Gebh. Ita primi ediderunt Moguntini, quos Frobenius 1531. et recentiores omnes secuti sunt. Priorēs de derant *Ea collurione*, in quo erroris luto harent etiam, quibuscumque usus sum, codd. nisi quod vox *convulio* exsulet ab Harl. 2. vacuo tamen spatio relichto.

Et odore insolito urbanos, et agrestem confertum in arcta tecta aestu ac vigiliis angebat] Pall. 2. ac 3. *arta*, ut semper. Lib. v. c. 26. 'Nulla re alia fidentes ea satis tuta esse, quam difficultate aditus, asperis confragosisque circa et partim artis, partim arduis viis.' xxvi. 17. 'Ne in arto res esset:' ibid. 'Ad evadendum per artas semitas:' ut habet ibidem liber optimus. Gebh. *Ex odore insolito* vett. edd. dissentientibus omnibus codd. qui recte et *odore insolito* servant: quam lectionem postea etiam Aldus recepit. *Et atque ex alibi saepe confundi solent*. Vide ad xxvi. 45. § 1. Videntur primi editores non adsecenti fuisse sensum Livii, qui hic est, urbanis insolitum odorem omnis generis animantium, agrestibus vero aestum, quod in artis tectis conferti forent, et vigilias molestas et graves fuisse. Mox *urbanum et agrestem* Port. et Gaertn. *urbanum et agrestem* Hav. Displicuit librariis, alterum *urbanos* numero plurali, alterum *agrestem* numero singulari efferriri; quod Livio tamen familiare est. Ita ex codd. emendatur x. 27. 'Samnitii Gallisque delegata pugna:' ubi

vulgo edebatur *Samnitibus Gallisque*. xxxv. 40. 'Quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equiti:' quibus locis plura vide. Tum *in altera tecta* Leid. 2. *in arcta tecta* Leid. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. aliquique codd. Vide ad II. 50. § 8. *in arcta recta* Lipsiens. ob similitudinem literarum *r* et *t* in scriptura Longobardica. Vide ad v. 55. § 3. Denique *augebat*, pro *angebat*, Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. et Lipsiens. *et vigiliis augebat* Hav. Alibi non raro ita peccare librarii consueverunt, ut voces 'angere' et 'angere' confundant. Vide ad iv. 51. § 6. *Ac vigiliis agebant* Gaertn. Non raro etiam ita lapsi sunt scribæ, ut *angere* sive *āgere* et *agere* comutent. Vide ad xxix. 6. § 7.

Ministeriaque in vicem ac contagio ipsa vulgabant morbos] Pal. 3. *vulgabant*. Gebh. Ita et Leid. 1. nisi quod errore scribæ exaratnm sit *volvebant*. Vide ad xxxix. 53. § 2. Id etiam voluisse videtur librarius cod. Lipsiens. qui a m. pr. dedit *volebant*. *Vulgabat* est in Harl. 2. et Hav. ut solum proximum *contagio* respiciatur, quod Livio non insolens est. Vide ad xxxvii. 5. § 3. Servo tamen editam scripturam, partim quod reliqui codd. pro ea stent, partim quod alibi etiam hæc constructio Livio usitata ac familiaris fuerit. Vide h. lib. c. 30. § 1. Præterea *a contagio* Voss. 1. et Harl. 1. ultima litera *vocula ac absorpta a prima seq. as contagio* Leid. 1. *hiis contagio* Voss. 2.

§ 4 *Repente legati Hernici nunciant*] Her. rep. leg. nunc. Harl. see. Tò *repente* exsulat ab Hav. voces *repente legati* a Lipsiens.

Inde ingenti exercitu fines suos depopulari] Est in veteri *inde exer. ing.* Rhen. Eodem modo est in omnibus nostris codd. ex quorum auctoritate ordinem vocabulorum immutavi.

Indicio erat sociis, afflictam civitatem pestilentia esse] *Judicio erat* Hav. solito errore. Vide ad VII. 39. § 5.

Paullo ante male *frequens senatus*, pro *infrequens sen.* Gaertn. nec rectius *secus*, pro *sociis*, est in eodem cod.

Ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur] Transposita hæc sunt in Pal. 2. *ut per se ipsi Latini cum Hernicis.* Gebh. Eadem transpositio etiam obvia est in Harl. 2. et Hav. inter quos et Pal. 2. Gebhardi passim convenit. Similiter etiam præfert Lipsiens. Præstat tamen edita lectio, quam reliqui codd. tñentur. Non enim responsum hoc Latinis, sed Hernicis datum est, quibus suadent Romani, ut Latinorum auxilio hostem pellant.

Si qua ejus mali quies reniat] Pal. 2. *si qua ejus mali quies adveniat:* quod non prob. Gebh. *Si qua ejus quies mali reniat* Voss. 1. et Leid. 2. *si qua ejus mali quies reniet fragm.* Hav. a m. pr. adveniat in Gebhardi Pal. 2. ex glossa, olim margini adscripta, in contextum receptum esse videtur. Vide ad v. 30. § 1. *reniat* dictum est ut xxiv. 40. ‘Ballistas tormentaque alia ad tuenda mœnia, si quando simili fortuna venisset, Apolloniam devexere.’ Sallust. in Jug. c. 8. ‘Si permanere vellet in suis artibus, ul tro illi et gloriam et regnum venturum.’ Ita ‘venientia fata’ Ovid. dixit Met. vii. 605. ubi vide Burn.

Ut anno ante, ut semper alias, sociis opem laturos] Pal. 2. *ut sæpe alias:* nec prob. Gebh. *Ut animo ante Lipsiens.* frequenti scribarum lapsu. Vide ad xxxii. 5. § 2. Deinde vocula ut secundo loco exsulat a Voss. 1. et Leid. 2. quam recte retinent reliqui. Est enim ἀσυνδέτως dictum. Vide ad xl. 39. § 8. Deinde *ut sæpe alias* etiam Palatini 2. asseclæ Harl. 2. et Hav. quod recte Gebhardo dispi enuit. Præterea vox *sociis* non adpar ret in Leid. 2. *ut semper aliis sociis* Gaertn. Sed sensus *alias* requirit.

§ 6 Pro tristri nuncio tristiorum domum referentes] Vet. lib. *tristiora.* Sigan. *Tristiorum solus ex Ms. Pal.* 1. et præter hanc edd. priscae. Re-

liqui duo exarati calamo codd. accedunt Sighonio *tristiora domum referentes.* Gebh. *Tristiora Lipsiens.* Hav. et Hearnii Oxou. C. Eadem lectio in Voss. 1. exstat exarata inter versns, in Leid. 2. in margine, qui in contextu ipso habent *tristiorum*, quemadmodum præferunt reliqui omnes, nisi quod Harl. 1. habeat *tristiorum rem domum referentes.* Sed voculam *rem omnino* a scriba interpolatam puto: quem errorem ab hoc hominum genere sæpe commissum esse monitum est ad ii. 18. § 2. Potest etiam vide ri ultima syllaba vocis *tristiorum* pereram repetita esse. Mox *per se sust.* erat bell. alio ordine Leid. 2. *per se bell. sust.* erat ad hoc alio edd. ante Aldum, qui primus dedit *per se sust. bell.* erat, consentientibus reliquis scriptis. Denique *Romani fulti*, pro *Romanis fulti*, Port. fragm. Hav. a m. pr. et plures ex *vetustissimis excusis.* Sed ultima litera τοῦ *Romanis* ob ductum similitudinem intercepta est a prima sequentis. Vide ad iv. 33. § 11.

§ 7 Non diutius se in Hernico hostis continuit] Non diriciti Leid. 2. Vox *hostis* negligitur in Voss. 2. *in Hernici cohortis continuit* Leid. 1. *in Hernici cohortis substituit* Lipsiens. *In Hernico* est in eorum agro. Ita ‘in An tiati,’ de quo vide ad xxii. 1. § 10.

Pergit inde infestus in agros Romanos] Elegantius fuerat initio in Pal. 3. *pergit inde infestus agros Rom.* dictum ut mox c. 6. ‘Conjuncto exercitu Romani pergunt.’ Sic c. 29. e tribus MSS. lego *Volscius damnatus Lanuvium exsiliū abiit*: quo in loco se non quivit expedire Beatus. c. 44. ut habet Pal. 3. *Virgini venienti forum magister decemviri libidinis manum injectit.* Lege iv. 29. ex Pall. omnibus Cum dimisso exercitu urbem redisset: vulgo *in urbem.* Gebh. Ita alibi interdum scriptores locutos fuisse re perio. Curtius iii. 4. § 1. ‘Regionem, quæ castra Cyri adpellantur, pervenerat.’ Alia exempla vide a-

pud Sanctum in Minerv. l. iv. cap. de præposit. Ellipsi. Nolle tamen, Gebhardum præpositionem in sustulisse unius codicis auctoritate, in quo insuper postea aberratio scribæ eruditio manu emendata est. Certe omnes nostri eamdem agnoscunt uno ore. Ex locis autem, quæ idem Gebhardus huc contulit, prior nihil probat; tribus autem reliquis codicibus ejus pejorem lectionem exhibere, postea dicendum erit, ubi ad quemque eorum pervenerimus. Quin et, si vera est observatio Sanctii in Minerva lib. iii. in verbo 'Pergo,' ad locationem 'pergo in urbem' subaudiendum esse τὸ 'iter,' vel 'pergere,' vel 'ire,' vel simile, præpositionem necessariam esse sponte patet. Legitur quidem apud Cic. ad Att. iv. 11. 'Perge reliqua: gestio scire ista omnia.' Sed ibi locutio elliptica est, pro 'perge scribere reliqua,' ut Conrad. vidit: et ap. Tacit. Ann. i. 28. 'Suis laboribus defectionem sideris adsimulans, prospereque cessa-
runt, quæ pergerent.' Sed locus hic viris doctis mendæ suspectus est; in quo alii 'quæ itinera pergerent,' alii 'quæ agere pergerent,' supplendum censem. Alibi sæpe librarii præpositiones supina quadam negligentia omisserunt. Vide ad v. 53. § 1.

Etiā sine belli injuria vastatos] Pal. 2. divisim et *jam*: quod non absurdum. *Gebh.* Ex nostris nihil notatum in excerptis video. Utrum autem malis, res eodem redibit. Sæpe voces *etiam atque et jam* in MSS. commutari, jam supra notatum est ad i. 47. § 9.

*Obvius nemo, ne inermis quidem, fi-
eret]* *Obvius nemo* Harl. 1. *obviam ne-
mo* Hav. reliquis vulgatae lectioni adhærentibus, quæ etiam melior est. Vide ad i. 26. § 2. et ad xxvi. 25. § 15. etiam mox hoc lib. cap. prox. § 5.

*Pervenire ad tertium lapidem Ga-
bina via]* *Vcnere antiquiores, quibus
nitor, edd. Aldu primus pervenire*

restituit. Et ita habent omnes MSS. nostri. Deinde *Gabinia via* Leid. 2. Sed male. Vide ad ii. 11. § 7.

§ 8 *Mortuus Aebutius erat Romanus consul]* Verbum *erat* abest a Pal. 3. *Gebh.* Omnes nostri eam vocem constanter retinent, non scripti modo, sed et typis impressi: in uno tantum Gaertn. hoc modo transponitnr, *Mort. Aeb. Rom. erat cons.*

Adfecti plerique principum, Patrum major pars] *Principium* Hav. Port. a m. pr. et Voss. 1. in quo literæ i nota subjicitur, tamquam indicium eam delendam esse. Vide ad ii. 27. § 12. Vox *Patrum* omittitur in Leid. 1. Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. secundum quam lectionem interpungendum foret, *adfecti plerique, principum major pars*. Alii tamen eamdem servant. Et recte. Distinguit enim senatores a principibus ordinis senatorii, illorum majorem partem, horum plorosque affectos dicens. Vide ad v. 30. § 4. Per 'principes' autem 'senatus' videntur intelligendi, qui, summis dignitatibus functi, auctoritatem quamdam inter reliquos senatores adepti erant. 'Pri-
mores Patrum' vocantur, et ab 'uni-
verso ordine,' nempe senatorum, dis-
tinguntur iv. 48. 'Haud gravate adclinaturos se ad caussam senatus,
per quam universo ordini cum pri-
moribus se Patrum concilient:' (vide etiam hoc lib. c. 36. § 5.) nisi hic per 'principes' intelligendi sint 'princi-
pes civitatis,' per quos ipsos tamen senatores primarii indicantur; quemadmodum ita consulem 'principem
civitatis' supra vocat hoc lib. c. 1.

*Sed rix ad quietas stationes viribus
sufficerent]* Tὸ ad non agnoscit Hav. quasi satis esset, præpositionem in priori membro adsumtam esse, quum ea etiam in altero Livius uti soleat, quemadmodum reliqui codd. et libri editi præferunt. Supra ii. 2. 'Re-
gium genus, regium nomen non solum
in civitate, sed etiam in imperio esse.'
Et passim Livium hac ratione præpo-

sitiones repetere solitum fuisse, contra vero librarios earum posteriorem sæpiissime expunxisse, multis exemplis docebitur ad vi. 28. § 6.

§ 9 Qui per actatem ac valitudinem poterant] Valitudinem habent codd. MSS. omnes. Notavi quoque ad Ciceronem. Gebh. Ita et Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quæ orthographia etiam infra in iisdem codd. iv. 25. § 3. v. 31. § 9. et passim alibi obcurrit. Vide Dausquei, in Orthogr. part. sec. hac voce.

Circitio ac cura ædilium plebis erat] Quidam amphibolon putant. Nam si post ædilium distinguas, videtur dicere velle, quæ enra ædilium esse consneverat, eam plebis nunc factam. Sed mili sensus videtur, conjanctim legendο: Quæ munia proceres obire debebant, eos ad ædiles plebis venisse. Glar. Ædilium plebei membranae omnes antiquæ. Modius. Locum adtente consideranti nullum in his amphibolon obcurret. Nemini enim verosimile erit, curam circum-eundi vigilias vili plebi commissam fuisse, quandiu senatores superessent, qui eo munere fungi possent. Superfuisse autem patet ex eo, quod Patres vigilias obiisse dicantur. Si igitur alterum a plebe, alterum a Patribus præstandum fuisset, illa vigilias egisset, hi eas circumissent. At quoniam omnis fere ætas militaris morbo adficta jacebat, et penuria militum res publica laborabat, nunc gregariorum loco senatores vigilabant, ædiles vigilias circumibant. Præterea circumilio Flor. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. Vide Oudendorp, ad Front. Strateg. ii. 3. ex. 3. qui et 'circumire' et 'circuire' veteres scripsisse, et utrumque in antiquissimis codd. reperiri observat. Certe circumiunt ex Putean. cod. laudat Gronov. xxii. 1. § 8. circumire ex MSS. xxxi. 21. § 13. circumitus habet codex Leid. 1.

iv. 27. § 8. Vide etiam ad i. 47. § 7. Tnm aut cura Gaertn. Vide ad xxi. 53. § 3. Denique ædilium plebis, ut præferunt editi ante Gruter. in uno tantum superest Hav. et a m. sec. in Port. et in fragm. Hav. qui a m. pr. simul cum Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. utroque, Lipsiens. et Gaertn. præferunt ædilium plebi. Gruterus eumque secenti recentiores plerique a Modio, ut videtur, ad id inducti, ediderunt ædilium plebei. Vide ad ii. 42. § 6.

Summa rerum ac majestas consularis imperii venerat] Summa rerum ac majestatis imperii consularis Port. majestas singularis imperii Voss. 2.

CAP. VII. § 1 Dii præsides ac Fortuna Urbis tutata est] Non improbo, quod reperi in Pal. 3. Fortuna Urbis tuta est: ut creberrime Sallustius in Jug. præcipue. Gebh. Fortuna Urbis tuta est etiam Flor. a m. pr. Leid. 1. et Lipsiens. Non tamen probo. Alibi enim præteritum illud 'tutus est,' pro 'tutus est,' apud Livium non obcurrit; enjus jam tempore ex usu abiisse videtur. Errantibus igitur librariis hanc lectionem tribuo, qui ultimam syllabam *ta* duplice neglexerunt. Pariter etiam peccarunt x. 37. § 2. ubi plura exempla similium errorum congeruntur. Mox etiam quod Volsces, pro quo Vols. Leid. 2. quæ eadem scripturae varietas alibi saepe obcurrit. Vide ad xxxviii. 35. § 4.

§ 2 Adeo enim nulla spes non potundi modo, sed ne adeundi quidem Romana mœnia, animos eorum cepit] Dionys. ix. p. 624. ait, Volsces Æquosque Urbem tentasse, sed frustra id conatos. Ipse Livius paullo post Romanos ab hostibus obsessos ait: hic vero non ausos adire Romana mœnia. Glar. Sequius Pal. 2. adeo enim nullam spem . . . mœnia, animos cepit. Et videtur quoque alludere Pal. 3. in quo initio nullam spem; deinde tamen animos eorum cepit.

Pal. secundo assentitur Campan. fere per omnia, nisi quod amplius habeat eorum. Gebh. Vulgatam scripturam in nullo cod. nisi in Port. et fragm. Hav. inveni. Nam adeo enim nullam spem . . . animus eorum cepit est in Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 2. adeo enim nullam spem . . . animis eorum cepit in Hav. adeo enim nullam spem . . . animos eorum cepit in Flor. Gaertn. Leid. 1. et Harl. 1. adeo enim nullam spem . . . animos eorum cepi Lipsiens. adeo ire nullam spem . . . animos eorum cepit Voss. 2. Sed cum Gebhardo editam lectionem præfero. Vox enim cui usui sit, se non videre, Donjatius profitetur, id eoque vel eam delendam censem, vel totam periodum sic invertendam: *adeo enim nulla spes potiundi Romana mœnia animos eorum cepit, ut ne eu quidem adeundi mens ceperit.* Ego vero contra existimo, τὸ enim servandum esse, eoque deleto, vel periodo ex sententia Donjatii inversa, fore, ut commodus in verbis Livii sensus non sit, et sermo nullo modo cohæreat. Videtur Donjatius putasse, in verbis *adeo enim nulla spes . . . animos eorum cepit* sensum absolutum esse, nihilque sequentium inde pendere; ex puncta autem particula enim, illa omnia per epiphonema capienda esse, cui proponendo τὸ adeo sæpe inservit, ut dictum est 11. 43. § 10. Sed verius esse arbitror, periodum hanc per plura sequentia continuari, et demum finiri § seq. verbis 'in Tusculanos colles transirent.' Ita enim omnia cohærent, *adeo enim nulla spes, &c. animos eorum cepit, tectaque procul visa, &c. adeo* (illa enim particula ex præcedenti etiam huc revocanda est) *avertere mentes eorum, ut, &c. signa repente convelerent, transversisque itineribus, &c. in Tusculanos colles transirent.* Hinc patet, per particulam enim causam reddi, eur dixerit, Deos præsides ac Fortunam Urbis Volscis æquisque prædonum

potius mentem, quam hostium, dedisse. Inversa autem, ut Donjatius volebat, periodo, nihil erit, quo particula conneetens in verbis 'tectaque procul visa,' et τὸ ut in proximis, 'ut totis passim castris,' referri poterint. Ad hæc, ea admissa, quis ferre posset parvo verborum ambitu 'mentem dedit,' 'animos eorum cepit,' 'mens ceperit,' 'avertere mentes eorum?' Vulgatum itaque probum iudiceo. Insuper τὸ modo abest a Leid. 2. modos habet Leid. 1. in fine vocis repetita litera, quæ in sequenti initialis est; quomodo, præsertim in litera sibilante, sæpius a librariis peccatum est. Vide ad xxviii. 25. § 2. Deinde *adundi quidam*, pro *adeundi quidem*, habet Harl. 1. Frequenter τὰ quidem et quidam commutantur. Exempla vide ad xxxix. 17. § 5. Denique Glareano Livio objiciunt, quod Volscos æquosque Romana mœnia adire ansos non fuisse hie tradat; § vero 4. Romanos 'obsessos' dicat; jam satisfecit Ant. Periz. qui ad marginem codicis monuit, Livium § 4. referre, non quod factum est, sed quod socii factum esse opinati sunt.

Tectaque procul visa atque imminentes tunnli avertere mentes] Tecta procul visa Leid. 2. omissa τῷ que, quod recte in reliquis omnibus superest. Tum ac imminentes Lipsiens. et Hav. Sed Livius raro aut numquam τὸ ac jungit cum vocibus a vocali incipientibus. Vide ad x. 36. § 17. In margine edit. Mediol. 1480. manu emendatum erat atque eminentes. Sed pro vulgato stant codd. Denique avertere Port. et fragm. Hav. a m. pr. contra mentem Livii. Infinitis locis hunc errorem librarii commiserunt. Vide ad vi. 23. § 8.

§ 3 Totis passim castris fremitu orto] Pal. 1. *orbo*, nescio quid orbum sensu significans. Gebh. *Orbo* etiam Voss. 2. quod erroribus scribarum admunrandum.

Quid in vasto ac deserto agro] [Vid.

Lectt. Varr.] Tò quid servant omnes nostri, præter unum Leid. 2. qui præfert quod. Vide ad **xxxviii. 10. § 1.** *Quid infesto agro in terra tubem Flor. a m. pr. inter tubem a m. sec.* Male vero Fabrum vocem quid sublatam voluisse, jam recte Donjatins observavit. Vel pueri norunt, quid hic ponit pro ‘propter quid,’ ‘cur.’ **Liv. xlii. 36.** ‘Mirari Persea regem, quid in Macedoniam exercitus transportati essent?’ Vide Corte ad Sall. Cat. c. 13. *Tum vasto atque deserto Port. et Leid. 2.*

*Desides sine præda tempus tererent] Tenerent Port. et Lipsiens. errore librarii. Infra 1. 57. ‘Quas in convivio luxuque cum æqualibus viderant tempus terentes.’ **iiii. 46.** ‘Atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens?’ ubi etiam *tenens* cod. Harl. 1. cap. 61. ‘Rogitantes, quid latrociniī modo procurrantes punci recurrentesque tererent tempus.’ **v. 26.** ‘Teri tempus, neutrō inclinata spe.’ **vii. 26.** ‘Ubi quum stationibus quieti tempus tererent.’ **xxi. 48.** ‘Nullo satis digno moræ pretio tempus terant.’ **xxxvii. 27.** ‘Circa ea, adpropinquare non ausæ, naves diem trivere.’ **xliii. 23.** ‘Appius nequidquam in his locis terens tempus, &c. Romam sacrificii caussa rediit.’ **xliv. 2.** ‘Placuit, non ultra morando in Thessalia tempus terere.’ cap. 37. ‘Tunc quoque perspeciem inmolandi terere videbatur tempus?’ et ita sæpe. Alibi autem librarii ‘tenere’ et ‘terere’ commutarunt. Vide viros doctos ad Lucani **iv. 752.** et infra ad **iv. 31. § 2.** Mox, *optimum copiis*, pro *opimum cop.* Gaertn. Vide ad **xxxviii. 8. § 9.***

*Transversisque itinerarybus per Laricanos agros in Tusculanos colles transirent] Supra **ii. 39.** fuit scriptum *Labicum*. Hic habes *Laricanos agros*. Mos fuit veterum scribarum *v* pro *b* ponere, et vicissim *b* pro *v*, quod etiam alibi indicavimus. *Rhen.* *Vet. lib. Laricanos.* *Sigon.* *Transversusque**

*itinieribus Lipsiens. transversique itinerarybus fragm. Hav. a m. pr. Male. Nam transversis itinerarybus, quod reliqui retinent, eodem modo dicuntur, ut ‘transversis tramitibus.’ De quo vide ad **ii. 39. § 3.** Ceterum per *Laricanos agros* Lipsiens. et Hav. Sed alii codd. constanter *Lavicinos*. Et ita omnes editi, nisi quod Gryphius 1548, *Labicanos* vulgariter curarunt. Vide ad **ii. 39. § 4.** *Tum in Tusculanos agros* Leid. 2. cuius librario ita scribenti adhuc obversabatur *τὸς agros ex proximo. Tusculanos colles verius esse inde patet, quod mox dicat hoc cap. Descendentibus ab Tusculano in Albanam vallem.* Denique *transierunt Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. pr. transierent Leid. 1.* An voluerunt *transierint?* Ita censendi erant librarii veram lectionem mutasse, quoniam diversa tempora jungi displiceret; quod tamen et Livio et aliis scriptoribus frequens esse, variis locis infra docebitur. Et ita imperfectum et perfectum quum alibi junguntur, tum etiam **ii. 48.** ‘Æqui se in oppida receperunt, murisque se tenebant.’*

*Tempestasque belli conversa est] Vet. lib. obversa est. Sic **vi. 24.** ‘obverti aciem’ dixit. *Sigon.* *Pal. 2.* cum Signorio faciens *tempestasque belli obversa est.* Gebh. *Obversa est etiam unus Hav. cunctis aliis in editam lectionem conspirantibus, quam properea præfero.**

§ 4 Pudore etiam, non misericordia solum, moti] *Pudore et non jam mis. solum* Voss. 2. *pudore etiam, non mis. moti solum* Gaertn.

Moti, si nec obstitissent communibus hostibus] Pall. et Campani ed. *quod nec obstitissent.* *Pal. 2. quod ne obstitissent.* Gebh. *Moti, si non etiam obstitissent* Voss. 1. *motique nec obstitissent* Voss. 2. *motive obstitissent* Lipsiens. *motis nec obstitissent* Leid. 1. *moti si non obstitissent* Leid. 2. *moti nec obstitissent* Harl. 1. et Port. in contextu; *moti quod nec obstitissent*

idem in marg. ut et fragm. Hav. *moti quod ne obstitissent* Harl. 2. et Hav. *quod nec obstitissent* etiam Gaertn. Paullo ante Iterum, pro *Interim*, Lipsiens. Vide ad x. 18. § 1.

Infesto agmine Romanam urbem pertentibus] Verba hæc omisit librarius Oxon. L. 1. ut auctor est Hearne. *Romanam urbem* habet Voss. 1. et Leid. 2. vulgatum reliqui codd. Supra 1. 3. ‘Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit.’ v. 36. ‘Urguentibus Romanam urbem satis, legati contra jus gentium arma capiunt.’ viii. 22. ‘Pestilentiae, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens.’ x. 16. ‘Si ad ipsam Romanam urbem oppugnandam ducant.’ Non est igitur, cur recepta lectio mutaretur. Mox *opem illam*, pro *op. ullam*, Harl. 1. Vide ad xxv. 11. § 3.

§ 5 *Ubi quum hostes non invenissent]* *Ubicumque hostes* Lipsiens. Vide ad v. 55. § 1. Deinde vox *hostes* exsulat a Voss. 1. et Leid. 2. Mox *famam atque vestigia* Voss. 2.

Obrii fiunt descendantibus a Tusculano in Albanam vallem] Vet. lib. ab Tusculano. Sigon. Supra nominat *Tusculanos colles*. Quare non recte Pal. 2. *descendantibus ab Tusculano*. Pal. 1. *ab Tusculano*. Pal. 3. *ab Tusculana*. Gebh. *Obriam* præseæ edd. usque ad Aldam, qui reposuit *obvii*. Neque aliter est in codd. nostris. Vide ad cap. præc. § 7. Transpositis vocibus *fiunt obrii* habet Gaertn. Deinde *descendantibus* perperam etiam Hav. plerumque Gebhardi Pal. 2. consentire solitus. Verba ‘descendere’ et ‘descendere’ alibi sæpe commutari, videbimus ad ix. 14. § 7. a *Tusculano*, ut, præter Siganianas, habent omnes edd. usque ad Gronovianam 1665. est in Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Port. *ad Tusculanam* in Lipsiens. *ab Tusculano* in Voss. 2. a *Tusculanu* in Alb. fragm. Hav. *ab Tusculana* in Alb. Leid. 1. Harl. ambo et

Hav. quam scripturam in Mediceo codice repartam probat Jac. Gronov. in Respons. ad Cavillat. Fabretti p. 38. et 39. atque inde efficit, vallem Albanam humiliorem fuisse, quam erat Tusculana. Caussam autem, cur hanc lectionem veram crederet, illam reddidit, tum quod ignoret, alibi adservari membranas castigationes et pluribus retro annis scriptas, quam quas Medicæa serinu inter plures alias possident, tum quod ratio dari nequeat, cur Livius nunc simpliciter *ab Tusculano* diceret, quum statim ante, bis addito substantivo, dixisset ‘integra loca Tusculanum agrum,’ et ‘in Tusculanos colles transirent.’ Quod tamen ad posteriorem rationem adtinet, Livius nunc simpliciter *ab Tusculano* dixisse censeri potest, ne semper eadem formula utatur, præsertim quum ubique ad id operam dederit, ut aliqua varietate orationem distingueret. Vide ipsum Jac. Gronovium ad i. 30. § 8. ii. 7. § 2. et alibi. Ex eadem causa ‘per Volscos Falernumque agrum’ dixit vii. 26. § 9. ‘in Campaniam Falernumque agrum’ x. 20. § 1. quibus locis plura vide. ‘In Tusculano’ autem pro in Tusculano agro, quemadmodum ‘in Antiate’ xxii. 1. § 10. ubi vide quæ notantur.

Fidesque sua sociis parum felix in præsentia fuit] Non comparent in Pall. tribus verba ista *in præsentia*. Et quidem a primis editoribus inculcata esse non amplius quæro; qui et copiam, ut et Pall. que ignorant. Gebh. Verba *in præsentia* non comparent etiam in Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Propterea tamen ea a primis editoribus inculcata esse, ut Gebhardus censuisse videtur, minime judico. Nam et servant eadem illa melioris notæ aliisque codd. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. sec. in margine; et Livius passim iis uti amavit. Vide

ad II. 44. § 2. et ad XXXIII. 13. § 13. Quin et addidisse Livius videtur, ut tacite innueret, Hernicos Latinosque postea ex beneficio hoc fructus tulisse, Romanosque pro auxilio lato non ingratos exstitisse. Præterea copula que exsulat etiam a Voss. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. sed illam contra fide digniores membranae reliquæ agnoscent. Paullo ante *aud quisquam*, pro *haudquaquam*, Lipsiens. et *prælio pugn. æq. est*, transpositis dictionibus, præfert Gaertn.

§ 6 *Haud minor Romæ fit morbo strages*] *Haud minor Romæ strages*, duabus vocibus exsulantibus, prisæedd. aliæ earum præferunt *Haud minor et Romæ strages*. Aldus deum, quod nunc editur, reposnit; idque in omnibus superest MSS. Mox qui *unus superfuerat fragm. Hav.* dissentientibns reliquis.

Mortui et alii clari viri, M. Valerius, T. Virginius Rutilius augures] *Rutilius* nomen est gentis, ut in ‘*P. Rutilio Lupo*.’ Hic autem cognomen quæritur. Ergo *Rutilus* scribendum, quod in Capitoliniis fragmentis est. *Rutilus* quidem ea de causa respuitur, quod cognomina in *ius* non desinant ea terminatione, quæ patronymicenni significant. Itaque *Rutilus, Flavius, Flaminius, Licinius, Pacilius*, et ejusmodi alia, quæ in vulgatis libris pro cognominibus usurpantur, sunt corrigenda *Rutilus, Flacus, Flamininus, Licinus, Pacilus*. Sigan. Est hæc lectio commentum Siganii. Pal. 1. *mortui et alii viri clari M. Valerius, G. Virginius, Putilius augures*. Veteres autem edd. et Pal. 2. dant nobis *Rutilus*. Pal. 3. *Rutilus*. Gebli. Eodem ordine, quo Gebhardi Pal. 1. *mortui et alii viri clari* etiam unns Voss. 1. Reliqui seriem vocabulorum non immutarunt. Hunc *Valerium* augurem Siganius ad Liv. III. 25. § 3. eundem censet, atque illum, quem Liv. II. 18. A. U. C. CCLIII. ex qnorumdam sententia primum dic-

tatem creatum scribit, Marci filium, Volusi nepotem. Ejus patrem autem M. Valerium consulem referri A. U. C. CCXLIX. l. II. c. 16. et interfictum esse prælio ad Regillum lacum A. U. C. CCLV. apud Liv. II. 20. Contra Pighius in Annal. ad A. U. C. CCLIX. p. 89. existimat, scribendum hoc loco *M.* sive *Manium Valerium*, Volusi filium, P. et M. Valeriorum fratrem, quem Liv. II. 30. dictatorem creatum fuisse refert. Omnes tamen, quibus utor, codd. scripti et editi uno ore *Marci* prænomen ei tribuunt; quamvis similiter verum sit, sæpissime ‘*Marci*’ et ‘*Manii*’ prænomina in MSS. commutari. Vide ad XXVII. 25. § 2. Sequenti Virginio *Caii* prænomen tribuit Voss. 2. Reliqui constanter *Titum* vocant. Tum *Virginius* Leid. 1. *Vergineus* Leid. 2. *Virgilius* Port. Denique *Putilius* Voss. 1. *Rutilus* Lipsiens. *Rutilus* scripti reliqui. Pro quo recte Siganius, frustra adversante Gebhardo, substituit *Rutilus*. Idem autem cognomen Sp. Nautio restituit IV. 35. § 4. et C. Sempronio XXXVII. 57. § 12. ubi in scriptis et editis prioribus pari modo peccabatur. Denique vox *augures* non comparet in Port. *augur* habet fragm. Hav. a m. pr.

Ser. Sulpicius, curio maximus] *Sext. Sulpicius* Leid. 2. *Servilius Sulpicius* Hav. De quo errore vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. *Ser. Sulpicius*, sive *Sulpicius*, literis *trajectis*, Lipsiens. Vide ad c. 10. § 5. Tum et *curio maximus* Harl. 2. Pro *curio maximus* male in margine Port. est *pontifex maximus*. Utramque lectionem exhibet Hav. præferens *curio pontifex maximus*.

§ 7 *Et per ignota capita late evagata est vis morbi*] Verbum *evagata* non habet hic locum. Tu castiga, *late evagata est*. Rhen. Non putat hic locum habere verbum *evagata est* Rhenanus, ideo restituendum dicit, sicut habe-

tur in antiquis eusis, late rugata est; quod non approbo, præsertim codicium manu pictorum auctoritate fultus, et quod amet hoc verbum Livius. II. 11. ‘Finisque ille tam effuse evagandi Etruseis fuit?’ ubi cum id magna contentione reposuisset ex veteri libro; hic, jam memoria deficiente, incipit sibi se ipsum contradicere. Pal. 3. exhibet et ignota capita late rugata est vis morbi. Non illepidi, si ratio habeatur vere Latinæ Veneris. Gebh. Voculam et, ac mox verbum est non agnoscit Port. rugata autem, quod Rhenanus volebat, in dnobus tantum codd. obvium fuit, Voss. 2. et fragm. Hav. Reliqui omnes evagata ostentant, quod auctoritate Flor. S. Marci defendit etiam Jac. Gronovius ad II. 11. § 10. Eam lectionem servandam esse, etiam Doujatio videbatur, quod evagari non modo notet extra certum locum, sed etiam supra modum vagari. Eodem verbo utitur etiam Livius XXII. 47. ‘Nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies cladebant in directum utrimque nitentes.’ In codd. qui rugata præferunt, prima litera e intercepta est ab ultima vocis proximæ. Vide ad II. 44. § 6. Lata evagata est habet Harl. 1. Quid autem vere Latinam Venerem Gebhardus adpellet, Pal. 3. lectionem et ignota capita late evagata est non inlepidam pronuncians, quomodo et præfert Lipsiens. plane ignoro. Certe alibi ita antiquos locutos fuisse nondum observavi. Tum vis morbo Leid. 1.

Inopsque senatus auxiliu humani] Particula que abest a priscis edd. Eam primus interposuit Aldus, quam etiam agnoscunt codd. nostri omnes.

Jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire] *Jussis cum conjugibus* Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. An legendum indicant *jussi sunt cum conjugibus?* Hæc conjectura si placet, censendum est, verbum sunt unica

litera ſ, addita nota, quæ compendii signum esset, scriptum fuisse, ut passim fieri solet; postea vero, neglecta nota, literas coaliſſe. Vide ad XLV. 17. § 6. Si quis tamen verbum sunt addendum non esse existimet, jussis datum erit eodem errore illi, de quo videbimus IV. 44. § 5. Prius tamen verius puto ob auctoritatem optimorum codicium. *Jussis* etiam est in Port. Sed in eodem insuper omittitur particula, quæ sequitur, cum, quam tamen intercepisse videatur prima syllaba proximæ vocis conjugibus. Alia ejus erroris exempla habuimus I. 26. § 1. c. 51. § 5. et Ep. Liv. lib. IIII. Aut. Perizon. ad marginem Livii monuerat, ita sibi interpungendum videri: *jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire*, pacemque exposcere Deum, ad id, quod sua quenque mala cogebant, auctoritate publica evocati, omnia delubra inplet.

§ 8 *Auctoritate publica evocati omnia delubra inplet]* *Publice vocati Flor. Impleri Hav. et Lipsiens.* Forte voluerunt implere, ut ita oratio per infinitivum more historicorum, et in primis Livii, efficeretur, de quo dictum ad I. 50. § 5. Verum ita etiam mox scribendum videri posset *exposcere pro exposcunt*: licet tamen interdum, sed rarius, id negligatur. Vide ad V. 47. § 5. Insuper etiam dñorum illorum codd. auctoritas levior est, quam ut eorum fide lectio, quæ in reliquis omnibus superest, inmutetur.

Crinibus tempula verrentes] Vide Polyb. IX. 6. Klock. Vide Lipsium Eleet. II. 6. Duk. *Crinibus effusis tempula* Gaertn. quod non displiceret, si plurimum codicum fide niteretur. ‘Effusi’ enim ‘crines’ sunt soluti ac penduli. Ovid. Ep. Her. VII. 69. ‘Conjungis ante oculos deceptæ stabit imago Tristis, et effusis sanguinolenta comis.’ ‘Fundere comas’ in hac re dixit Lucan. II. 30. ‘Hæ lacrimis sparsere Deos, hæ pectora

duro Adfluxere solo, lacerasque in lamine sacro Adtonitæ fudere comas.' 'Passos crines' in eadem re memnonat Liv. ipse xxvi. ix. 'Circa Deum delubra discurrent, crinibus passis aras verrentes:' et Mamartin. in Genethl. Maxim. c. 10. 'Ædes sacras passo capillo suo quæque verrebat.' Sed nulli alii codd. eam vocem agnoscent; quare recipere non audeo. Præterea *cervicibus templo Lipsiens.* Sed, in hac re 'erines' memorari, loca laudata probant. Deinde *verentes* habet fragm. Hav. *vertentes* Voss. 2. Harl. 2. et Hav. Sed male. Proprium enim in hac re verbum est 'verrere,' ut exempla modo landata docent. Apul. Metam. l. vi. non longe a principio: 'Humumque verrens crinibus suis.' Silius Ital. vi. 560. 'Ast aliae, laceris canentes crinibus, alta Verrunt tecta Deum:' ubi post Dan. Heinsium, qui hunc morem iulustravit, docui 'verrere' et 'verttere' a librariis confundi.

Finemque pesti exposunt] Exponunt perperam Hav. Vide hoc lib. ad c. 5. § 12. epousunt Harl. 2.

CAP. VIII. § 1 *Defuncta morbis corpora salubriora esse cæpere]* Legendum ad fidem libri veteris *corp. sul.* esse *incipere*, id est, *incipiebant*, qui sermo familiaris est historicis. *Rhen. Sal. esse incipere* placuit Sigonio: neque aliter edd. priuæ. Sequentes enim *incipere*, quomodo exstat in Pal. 2. ac 3. alternum visitur in Pal. 1. At si quis mihi totam eam vocem detraxerit auctori, nihil detraxerit sententia. *Grut. Sal. esse incipere* dudum ante Rhenanum ediderunt Andreas atque Campan. Pessime vero vulgo et quidam codd. *incepere*. Pal. 1. *salubria esse incipere*. Gebli. *Salubridæ esse incipere* Voss. 2. *salubriora esse incipere* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. Reliqui omnes (præter Flor. in quo obvia est vox *cæpere*) Leid. 1. Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *salubriora esse*

incipere; quod recte Rhenanus probavit, et Sigonius in contextum recipit, quum adhuc, neglecta Rhenanæ emendatione, *salubriora esse cæpere* ederetur, quod primum mihi obvium fuit in ed. Mogunt. quum antiquiores excusi habuissent *salubriora esse* *incepere*. De oratione per infinitum prolata vide ad 1. 50. § 5. Paullo ante *sire pace Deum* edd. Aldina antiquiores, invitis omnibus scriptis, qui *seu pace* servavit, ut etiam Aldus vulgavit. *Seu pace deinde impetrata Lipsiens.* Tum anni circumacto, prætermissa vocula jam, Harl. 2.

§ 2 *Tertio die, quam interregnum inierat]* *Tercia die* Port. Male. Vide ad viii. 11. § 15. Tum *interregnum inieret* Leid. 2. qui etiam in verbis præcedd. non agnoscit *vocem quum*, vel *cum*. Sed eam *intercepisse* videtur proxima curam.

Consules creat L. Lucretium et T. Vecturium Geminum] Voces *consules creati* in ultimum locum rejiciuntur in Leid. 2. qui simul omittit vocem *Tri-cipitum*. Pro ea *Triplicum* est in Voss. 2. *Tercipitini* in Lipsiens. *Tri-cipitini* in Leid. 1. et Harl. 1. Denique *T. Vecturium Geminum* Port. *Geminum* etiam Harl. 2. *Genium* Gaertn. Consulem hanc etiam Τίτον Οὐετούριον Γέμινον vocat Dion. Halic. ix. p. 624. Τίτον Οὐετούριον Κιχωρηνδν, sive *T. Vecturium Cicurinum*, Diod. Sic. Bibl. xi. p. 284. Panvin. tamen in Fastis eum *Sp. Vecturium* adpellandum esse censem, quia *Vetus* (qui inter decemviro legum ferendarum fuit, et in Fastis Capitol. *Spuri* prænomine vocatur,) ἐπατικδ vel consularis fuisse dicitur apud Dion. Halic. Antiq. x. p. 680. ubi tamen male Τίτος etiam adpellatur. In eadem opinione etiam fuisse videtur Pighius in Annal. ad A. U. C. cccxi. p. 145. Sed non adtenderunt, eosulem hujus anni *Geminum* cognominatum fuisse, fastos autem Capitol. decemviro cognomen *Crassi* dedisse. Contra per

Veturium decemvirum consularem eum indicari, qui septennio postea consulatum gessit, existimat Sigonius *infra* hoc lib. c. 31. § 2.

Sive ille Vetusius fuit] Pal. 3. *sive Vetusius fuit*. Gebh. Nostri a vultato non recedunt, nisi quod *Veturius* habeat Voss. 2.

Ante diem tertium Idus Sextiles] *Ante die tertio Hav. antetertium vett.* edd. Utrumque male. Recte Aldus *ante diem tertium* reposuit. Et ita reliqui nostri. Vide ad vi. 1. § 11. Deinde *Idus Sextilis* fragm. Hav. Sed vel ita pro easu quarto accipi debet. Vide ad iv. 37. § 3. Vox *Idus* non adparet in Gaertn. Mox *sed etiam ultro inferre* alio ordine Hav. Harl. 2. et Lipsiens.

§ 4 *Nunciantibus Hernicis, in fines suos transcendisse hostes]* *Fines suos transcendisse primæ* edd. usque ad Aldum, qui præpositionem adjecit. Eamdem autem retinent omnes nostri. Infra iv. 53. ‘Jam enim in Latinum Hernicumque transcederant agrum:’ ubi etiam quædam vide. x. 20. ‘Per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcedunt.’ xxxii. 13. ‘Omisso incepto in Macedonia transcedit.’ xxxviii. 3. ‘Amphirochia recepta, eadem spe in Aperantiam transcederunt.’ xliv. 9. ‘In urbem duorum signorum milites transcederunt.’ Ita ‘transcedere per ruias muri’ dixit Liv. xxxvi. 24. ubi etiam vide. Mox *permisum auxilium*, pro *promissum aux.* Voss. 2. Qui error ex eo ortus est, quod librarii notas, quibus voces *per* et *pro* indicari solebant, confunderint. Vide ad ix. 10. § 7. *transmissum auxilium* Gaertn. Tum vox *duo* non comparet in Leid. 2.

§ 5 *Tricipitinibus populationibus arcen-dis]* *Tricipitiinus* Voss. 2. *Tricipitinus* Leid. 2. *Tricipitinibus L. Lucretius populationibus* Hav. Sed voces *L. Lucretius* ex glossa sunt ac margine. Mox in *Hernicos processit* Voss. 1. et Leid. 2.

Primo prælio hostes fundit fugatque] *Tb. fugatque* exsulat a priscis edd. sed addidit primus Aldus, concinentibus omnibus MSS. quibus utor. Passim duo hæc verba junxit Livius. Vide ad xxxviii. 53. § 2. Mox hoc cap. ‘Aliquanto pauciores multitudinem iungentem fundunt fugantque.’

§ 6 *Lucretium, dum in Hernicis sedet, prædonum agmen sefellit]* Pal. 1. *sederet.* Gebh. Male: *dum* enim requirit præsens indicativum. Vide ad i. 40. § 7. Crediderat librarius, scriptum fuisse *sed'et*, et hinc *sederet* dedit. Vide ad xxxix. 52. § 6. Ceterum *Lucretius* perperam Leid. 2. Non enim *Lucretius* agmen prædonum, sed illud *Lucretium* sefellit, eoque inscio in agros sociorum prædatum descendit. Male etiam *agrum*, pro *agmen*, Lipsiens. Mox *montes Prædestinos* Harl. 1. *montes Prævestinos* Harl. 2. et Lipsiens. *Pænestinos* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Mox etiam *Pænestinum* Voss. 1. et Leid. 2. *Prænestinum* Gaertn. *Prærestinum* Lipsiens.

Ductum: inde dimissum in campos vastavere] Muta distinctionem et scribe, *ductum, inde dimissum in campos. Vastavere agros Prænestinum Gabinumque.* J. F. Gron. Omnes codd. mei *dimissum in campos* præter unum Harl. 1. qui habet *inde missum in campos:* unde optime Gronovii certissima conjectura firmari potest. Primam enim syllabam vocis *dimissum* intercepit ultima proximæ *inde.* ‘*Demittere*’ autem et ‘*Dimittere*’ passim confundi, infra dicendum erit ad vii. 23. § 6. Mox *Gabinumque* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. et Gaertn. Male. Vide ad ii. 11. § 7.

Ex Galino in Tusculanos flexere colles] Duo priora vocabula exsulant a Leid. 2. a m. pr. sed m. sec. adscriptum ex *Gabinis*, quæ etiam lectio superest in Voss. 1. Tum in *Tusculantis* idem Voss. 1. qui ut et Leid. 2. mox pro varia lectione præferunt *calles*

loco *tau* colles. Sæpe colles et calles commutari, videbimus ad XXXI. 42. § 8. Hic vero colles servandum. Supra c. 7. ‘Per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent.’

§ 7 *Urbi quoque Romæ ingens præbitus terror]* *Urbis quoque Romanæ Lipsiens.* a m. pr. *urbi quoque Romanae* a m. sec. Vide ad Epit. Liv. lib. L. Uni tamen codici fidem habere non audeo : *urbi cum Romæ Gaertn.*

Magis in re subita, quam quod in arcendam vim parum virium esset] Quædam exemplaria habent (et certins arbitror) *magis re subita*, sine præpositione *in* : deinde, *quam quod ad arcendam*. Nannius. Tres Pall. et antiquitus editi, *quam quod ad arcendam vim*, non, ut vulgatur, *in arcendam vim*. Gebh. Si nostri addicerent, cum Nannio reciparem *magis re subita*. Nunc vero omnes et manu et typis descripti servant *magis in re subita*. Præterea *quam quod ad arcendam vim* Voss. 1. Leid. 2. Harl. ambo, fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. cum primis edd. *Quam quod arcendam vim*, omissa præpositione, Leid. 1. et Port. *quam ad arcendam vim* Voss. 2. et Hav. exsulante voce *quod*, quæ a proxima voce *quam* intercepta est. Vide ad XXXVII. 54. § 4. *quam quod in arcendam vim* primum inveni in ed. cui Curio præfuit : in ejus autem margine manu docta notatum, forte legendum *quam quod ad arcendam vim* : et ita jam præfert Gruteri ultima. Denique *parum virium esse Port.*

§ 8 *Quanto longius ab Urbe hostium abscederent]* Pal. 1. *ascenderent*. Gebh. *Obsederent* Leid. 2. *ascenderent* Voss. 2. et a m. pr. Port. qui a m. sec. habet *abscenderent* : idque est in Harl. 2. fragm. Hav. Lipsiens. et a m. pr. in Voss. 1. ‘*abscedere*’ et ‘*abscendere*’ eodem modo confunduntur v. 4. § 10. Similiter etiam confunduntur ‘*descendere*’ et ‘*decedere*’.

Vide ad XXXVI. 14. § 4.

Jam ante exploratis itinerarybus suis

instructum] Hoc fortassis ita dici potest, ut alibi ‘occasio sua,’ ‘tempora sua,’ et alia hujusmodi, de quibus J. F. Gronovius ad Liv. 1. 56. XXXV. 12. et Observ. iv. 17. Et, si alibi in Livio vel aliis est ‘explorare itinera sua,’ bene habet. Interim mihi suspectum est *suis*, tamquam ex ultima litera vocis præced. et tribus prioribus sequentis natum. Duk. Ant. Perizon. ad marginem Livii malebat *jam ante expl. itin. hostis instruct.* Vir doctus vero ad marginem editionis Curionis legendum conjiciebat *jam ante exploratoribus suis instructum*. Et ita *instructum* accepit pro edictum, certiore factum, nempe hostem adventare. Invitis tamen codd. qui hoc loco omnes vulgatum servant, neutram conjecturam probare possum : *instructum* hic capio ordinatis, et in aciem dispositis militibus. Supra hoc lib. c. 2. ‘Ita duo consulares exercitus ad hostem accessere, acie instructa, ut confestim dimicarent.’ Infra vi. 7. ‘Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt.’ x. 19. ‘Ab neutra parte satis commode instructi fuerunt’ : et mox, ‘Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit.’ ix. 37. ‘In campos delata acies : deinde instructa primo sno stare loco, relicto hostibus ad instruendam contra spatio.’ Doujatins *itinerarybus suis* vel accipit *itinerarybus ipsius Lucretii*, vel *itinerarybus prædonum*; pronomen enim ‘*snum*’ non semper reciproce dici. Posteriorus admitti nequit. Lucretius enim explorando itinera, per quæ ad hostem pergebat, didicerat, eum incantum adventare, ideoque instructus et ad certamen intentus incedebat. Non autem iisdem stativis sedisse Lucretium, postquam sociorum agros vastari audivisset, sed obvium hosti profectum esse, indicant verba Livii hoc cap. infra, ‘Victor consul, ingenti præda potitus, eadem in sta-

tiva rediit.' Si quid mutandum, Dunero, *τὸ σὺν inducendum esse censenti, consentio.* Infra x. 26. 'Ut in re subita parum explorato itinere ad jugum perrexit.' Tὸ 'sunus' autem saepe a librariis pro lubitu modo addi, modo omitti solet. Vide ad v. 46. § 1. Sed neque vulgatum defendantि pertinaciter adversabor. Livius enim aliquique saepe τὸ 'sunus' addiderunt, ubi tuto omitti potuisse. Ita II. 55. 'Tribuni, civem Romanum in conspectu suo virgis cœdi, malunt, quam ipsi in lectulo suo a vobis trucidari:' ubi vide quæ dixi. Infra III. 13. 'Ibi rixam natam esse, fratremque suum majorem natu, pugno ietum a Kæsone, cecidisse semianimum.' Valer. Max. I. 1. ex. 4. 'Prætor, a patre suo, collegii Saliorum magistro, jussus, sex lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit.' Ceterum *jam ante ploratis itineribus suis præfert Lipsiens.*

§ 9 *Igitur præparatis animis]* Pal. 1. *Igitur imperatis animis.* Non apponam quid conjectem. *Gebh.* Quid conjecturus fuisse Gebhardus, incertum est. Id tamen certissimum, scriptoram Pal. primi originem suam debere errori librarii. Omnes nostri vulgatum tuentur.

Percusso aulori, aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt] *Percusso Port. a n. pr. percusso a m. sec.* Vide ad I. 27. § 10. Deinde *aliquando Leid.* 1. qui error ex negligenti præeuntis pronunciatione natus videtur: qualia plura passim in MSS. obcurrunt. Vide ad v. 29. § 5. *Deinde pauciore Voss.* 2. quasi Livius voluisse, 'ingentem multitudinem fundunt pauciore multitudine.' Vulgatum tamen præstare judico. *Deinde fundit fugatque Gaertn. fugatque etiam Lipsiens.*

Cum exitus haud in facili esset] Scribe quum exitus haud in facili essent. Rhen. Vet. lib. *cum exitus haud inde faciles essent.* Sigon. Assentio

Rhenano, reponenti hic ex scripto codice *cum exitus haud in facili essent:* quod ita habeant etiam membranæ nostræ. *Modius.* Cum exitus haud in facili esset ed. Andreana: neque valde recedunt Pal. Sigonius aliique vulgarunt *cum exitus haud inde faciles essent:* quod mihi non magis sapit quam Modianum *haud inde facilis esset.* Grnt. Pall. 2. ac 3. ex interpolatione, *cum exitus haud in facili essent:* neque aliter Campani ed. At Pal. 1. *cum exitus haud inde facilis esset.* Quid dicam? cogi me ad probandam lectionem Rhenani, vietum tanto consensu librorum et Palatinorum et Modianorum. *Gebh.* Quum exitus haud in facili essent. Sic Rhenani, sic Modii, sic Pall. codd. Quid igitur Sigonius, *haud inde faciles essent?* Hoc lib. e. 65. 'Adeo moderatio libertatis, dum æquari velle simulando ita se quisque extollit, ut deprimat alium, in difficult est.' Seneca de Clement. I. 7. 'At cui ultio in facili est, is omissa ea certam laudem mansuetudinis consequitur.' Plinius XVIII. 28. 'Contentus ita probasse, opes sibi, cum vellet, in facili fore.' Quid Grnterus ex Andrea maluit *exitus... esset?* quasi nesciret, esse plures. Liv. XXXIX. 51. de Hannibale: 'Septem exitus e domo fecerat; ex iis quosdam occultos, ne custodia sepirentur.' Et apud Cic. in Verr. v. 27. 'clausum ad exitus:' hoc lib. c. 26. 'Priusquam vallo undique clauderent exitus.' Alibi XXXVII. 16. 'Iniqua et difficilia ad exitus loca.' J. F. Gron. Ut Sigonius in vet. lib. invenit, præfert etiam Hav. perpetius ejus assecla. Quum exercitus haud in facili esset Voss. 1. et Leid. 2. Alibi etiam interdum confunduntur voces *exercitus* et *exitus.* Vide ad v. 26. § 7. Quum exitus haud in facili esset Voss. 2. et Hearnii Oxoniensis N. quum exitus haud in facile essent Harl. 1. ex quali lectione, addita tantum una litera

sibilante, (nam *in pro inde* in membra suis ubique obcurrit) effecta est illa, quam Siganus in suo obfendit. Quom exitus haud faciles essent Gaertn. quod ex verae lectionis expositione natum puto. Reliqui MSS. Leid. 1. Harl. 2. Port. Lipsiens. et fragm. Hay. quum exitus haud in facili essent. Et ita jam edidit Aldus, cui tamen nemo ante Gronovium auscultavit, nisi paulo post Colonenses a. 1525. Cervicornus, Ascensus a. 1530. et Basileenses a. 1555. Qnum autem Siganus cod. sui lectionem receperisset, ejus loco mox Parisenses a. 1573. substituerunt quum exitus haud *inde facilis* esset, quod subsequentes nonnullae edd. servarunt, etiam Modiana, unde Gruterus haud satis accurate Medium ejus auctorem credit. Sed recte Rhenanus, Modius, Gebhardus, et δ πάντων Gronovius quum exitus haud in facili essent probarunt. ‘Exitus essent in facili,’ pro essent faciles, ut Gaertn. præferre modo dixi. Ita ‘in difficulti esse’ apud JCtum obcurrit in l. 29. § 15. ff. de liberis et postumis: ‘Ille casus in difficulti est, si filium habeas, et nepotem nondum natum instituas;’ quam locutionem, in eo ab anonymo reprehensam, quasi inusitata aut etiam durior foret, optime vindicavit Duker. in notis ad opuscula de Latinitate jurisconsultorum veterum p. 390. Sane ‘in facili esse,’ ut hoc loco Livius, etiam alius jurisconsultus dixit lib. viii. ff. de confirmando tutore vel curatore: ‘In confirmando tutore hoc prætor inquire debet, an duraverit patris voluntas: quod in facili est.’ Vid. Nic. Heins. ad Nason. Art. Am. 1. 562. Livio autem similes locutiones admodum sunt familiares. Ita ‘in obscuro esse’ supra in Præfat. ‘Si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini obscient:’ ‘in dubio esse’ II. 3. ‘Qnum haud cniquam in dubio esset, bellum

ab Tarquinis inminere.’ III. 19. ‘In dubio fuit, utrum L. Manilius Tusculanus dux, an P. Valerius et C. Claudius consules Romanam aream liberarent.’ Ovid. Epist. Her. xix. 174. ‘Quid sequar in dubio est: haec deceat; ille juvat.’ Lucret. III. 850. ‘In dubioque fuit, sub utrorum regna cadendum Omnibus humanis es- set: ubi videndus est Lambin. ‘In integrō esse’ infra hoc lib. c. 10. ‘Victam legem esse, nisi, dum in integrō res sit, caveant, ne possessione urbis pellantur:’ ubi videnda etiam quae notantur. ‘In incerto esse’ v. 28. ‘Varie bellatum, adeo ut in incerto fuerit et apud ipsos exercitus et Romæ, vicissent, victine essent:’ ubi etiam monebo. ‘In obvio esse’ XXXVII. 23. ‘Eo maxime, ut in obvio classi hostium essent, electus locus est.’ ‘In tuto esse’ XXXVIII. 4. ‘Periculosum incepit ratus, ne qua sentirent Romani, et regressus inde in tuto non esset:’ ita olim edebatur, servantque codd. mei, pro quo Aldus regressus *inde in tutum* substi- tuit. ‘In æquo esse’ XXXIX. 37. ‘Modo ne in aequo hostes vestri nos- trique apud vos sint, ac nos socii.’ ‘In expedito esse’ Curtius IV. 2. ‘Qnum et removere et adpellere sca- phas in expedito esset.’ Quintil. Instit. x. 7. ‘Promtum hoc et in expedito positum exercitatione sola continetur:’ et eo sensu ‘in remotissimo ponere,’ pro remotissimos ponere, accipio apud Frontin. II. 5. ex. 31. ‘Ita ut in prima parte leves Hispanos, aptissimos ad farta bellorum, ponerent, paulo interius scutatos, in remotissimo equites:’ quemadmodum ‘in proximo esse’ dicitur, quod est proximum, apud Quintil. Instit. I. 3. ‘Quidquid illie possunt, statim os- tendunt. Possunt autem id deinceps, quod in proximo est.’ Præterea ‘exitus essent’ numero multitudinis, ut hoc lib. c. 26. ‘Munitio-nes prius quam undique vallo objecto clande-

rent exitus.' ix. 37. 'Delectæ cohortes ad portarum exitus collocantur.' xxiv. 29. 'Postero die alii aliis locis ad obsidenda itinera claudendosque oppidanis exitus consistunt.' xxvi. 40. 'Quum cæci in fugam ruerent, clausique exitus essent, circa portas cæsa.' Phædr. Fab. 1. 11. 9. 'Qnæ dum paventes exitus notos petunt, Leonis adfliguntur horrendo impetu:' ubi vide Burmann.

§ 10 *Ibi Volscum nomen prope deletum est] Volscorum nomen Hav. Infra ix. 45. 'Nomenque Ænorum prope ad internectionem deletum est.' At reliqui nihil mutant, nisi quod *Vulscum* sit in Klockian. Liv. 1. 10. 'Ita per se ipsum nomen Cæninium in agrum Romanum impetum facit.' 11. 22. 'Numquam alias ante publice privatimque Latinum nomen Romano imperio conjunctius fuit.' c. 35. 'Longe is tum princeps Volsci nomenis erat, Romanisque semper infestus.' ix. 45. 'Incolumi Hernico nomine missitaverant simul cum iis Samniti auxilia.' Vide Tenuol. ad Front. Strateg. 1. 2. ex. 2. Pariter 'Fabium nomen,' pro Fabiis, 11. 45. 'Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit:' ubi plura vide.*

Tredecim millia quadringentos septuaginta cecidisse in acie ac fuga] XIII. millia Voss. 2. et Harl. 1. quatuor millia quadringentos octoginta Harl. 2. et Hearnii Oxoniensis B. XIII. milia et D. et LXX. Gaertn. XIII. CCC. LXX. Klockian. decem millia CCCCLXX. primæ, quas vidi, edd. usque ad Aldum, qui substituit id quod nunc vulgo circumfertur. Et ita est in reliquis nostris. In acie fuga Lipsiens. Voss. 2. et ed. Aldina: in acie in fuga Hav. in acie ac in fuga Harl. 2. quod displicet, quoniam Livius aut raro aut numquam τῷ acutatur, nisi sequente voce, quæ a consona incipit. Vide ad x. 36. § 17.

Mille ducentos quinquaginta viros

captos] Mille ac CL. viros captos Lipsiens. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 2. et Hearnii Oxonienses B. et L. 1. M. a CCL. viros Flor. mille ac centum quinquaginta viros captos Hav. mille DCCL. viros captos Gaertn. CX. a. CCL. viros captos Klockian. Ex ejus vestigiis mille ac centum quinquaginta legendum videtur. M. L. ad CCL. Larvios captos Port. CC. viros captos Hearnii Oxoniensis L. 1. mille et ducentos quinquaginta captos viros vetustiores typis descripti usque ad Aldum, vulgata lectionis auctorem. Aldo autem consentinunt Voss. 2. Harl. 1. et fragm. Hav.

*Signa viginti septem militaria relata] Signa XXXII. Hav. Sed alibi notæ numerales X. et V. commutantur. Vide ad XXXIX. 29. § 7. signa XXIII. Gaertn, ubi nota V. dissoluta est in II. Vide ad XXXVII. 22. § 4. signa XXXVII. numero denaria nota aucto, Lipsiens. signa XIII. edd. ante Aldum, qui *viginti septem* reposuit, reliquis codd. nostris probantibus. Relicta, pro relata, est in Hearnii Oxoniensisibus L. 2. et C.*

Ubi etsi adjectum numero aliquid sit] Est in veteri codice aliquid numero sit. Rhen. Et ita præferunt codd. nostri, nisi quod Voss. 1. et Leid. 2. habeant ubi etsi aliquid adjectum numero sit; et adiectum, pro adiectum, præferat Lipsiens. in quo ita scriptum eadem ratione, quæ etiam 'adicio,' pro 'adjicio,' in MSS. dari solet. Vide ad 11. 10. § 9. Ceterum, qnæ notæ Rhenani præscribitur, lectio primum in Aldina adparuit. Antiquiores excensi legunt ibi etsi adjectum numero aliquid est, invitatis omnibus scriptis: ubi autem et ibi sæpius commutantur. Vide ad XXVII. 5. § 2. Mox certe deerat in contextu Lipsiens. et tantum interversus adscriptum exstebat.

Victor consul, ingenti præda potitus, eadem in stativa rediit] Pall. tres, et antt. edd. eodem. Gebh. Eodem in

statira Voss. 2. Leid. uterque, Harl. uterque, Lipsiens. Port. Hav. fragm. Hav. omnesque vett. edd. usque ad Aldum, qui in contextu etiam ita dedit, sed in erratis *eadem in stativa* reponendum monuit, præpositione inter adjectivum ac substantivum media, de quo vide ad II. 19. § 18. Et ita præferunt Voss. 1. et Gaertn. Mox *Tum consules* plerique codd. quibus utor, omnesque edd. usque ad Gruterum, qui *Tunc consules* vulgavit. *Tunc* habet etiam Harl. 1. *Tunc* et *Tum* sæpe commutari, notatum est ad II. 12. § 15. *Dum consules* Gaertn. quod propius ad *rd Tum* accedit, et ex vitiosa verba præeuntis pronnunciatione natum esse videtur. Alibi ita peccatur in MSS. Vide ad XL. 42. § 7.

Tertia illa pugna eo anno fuit: eadem fortuna victoriam dedit] Pal. 1. paullo melius *Tertia illa pugna eo anno, et eadem fortuna*. *Tertia pugna et tertio iterata fortuna post calamitosum annum* victoriam instauravit. Place-ret tamen magis, si scriptum foret, *Tertia illa pugna eo anno eadem fortuna victoriam dedit*. Liceat tamen acquiescere lectioni Pal. primi. Gebh. Ut Gebhardi Pal. 1. etiam legit Voss. 2. reliquis in lectionem editam conspirantibus, quæ cur displicere debeat, nullam caussam video. Quin contra magis commodam ac saniorem altera puto. *Tertia illa pugna illo anno fuit Leid. 2.* Mox *fusis hostibus et castra capta* Port. a m. sec. *fusis hostibus etiam capta castra* Harl. 2. et Hav. *capta castra* habet et Lipsiens.

CAP. IX. § 1 Extemplo urbanos motus excitaverunt] Ita est in margine Voss. 1. pro quo in ipso contextu scriptum erat *Romanos motus*. Contra Hearni Oxon. N. in contextu præfert *urbanos motus*, in margine vero *Romanos motus*. Præterea *excitare* Port. *Tum exemplo* Lipsiens. Vide ad XXXIV. 33. § 8. Paullo ante *secundæ q; res*, id est, *secundæ quoque res*, pro

secundæque res, Gaertn. Vide ad v. 27. § 1.

§ 2 *C. Terentillus Arsa*] Vet. lib. *Terentilus*. Legendum est *Terentius*. Et paullo post c. 10. ‘Lex Terentia,’ ex Dionysio l. x. p. 627. et ratione gentium et legum Romanarum. *Sig-
on.* Sigonius ex Dionysio conjicere conatur, legendum *Terentius*. Pal. 1. *Gravis Terentillius*, alludit, ut est in Pal. 3. *Gajus Terentillius*. Gebh. *Te-
rentilius* Voss. 1. *Terentillius Flor.* Voss. 2. et ambo Harl. *Terentillius* Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. sed *Terentillus* a m. sec. Tà C. *Trentil-
lus* exsulaut a Port. quorum loco margini a m. sec. adscribitur G. *Te-
rentinus*. Hearne vero auctor est, *Terentius*, nt Sigonius scribendum monnit, etiam superesse in Oxon. B. *Tum Harsa Flor.* Voss. 1. et Leid. 2. Mox *his consulibus*, pro *is*, *consulibus*, Port. Deinde vocem *actionibus* non agnoscit Harl. 2. Tandem aliquod, pro aliquot, præfert Lipsiens. Qui error facillime, præsertiñ ex minus distincta verba præeuntis pronunciatione, nasci potuit. In sono enim parum *d* et *t* differunt. Vide ad VII. 16. § 3.

Maxime in consulaire imperium, tamquam nimium, nec tolerabile] Maxime et cons. imp. Harl. 1. *Tum* vocula nec deerat in contextu Port. sed a m. sec. margini adscripta exstat. nec *itolerabile* Hav. nec *tollerabilem* Gaertn.

Nomine enim tantum minus invidiosum] *Nimis invidiosum* Leid. 2. sollemini librariorum lapsu, qui sæpissime in vocibus *nimir* et *minus* commutandis peccarunt. Vide ad XXXVI. 9. § 7. *nomine tantum minus invidioso* Harl. antiq.

Re ipsa prope atrocius, quam regium, esse] *Quam regem esse* Voss. 1. et Leid. 2. *quam regum esse* Lipsiens. *quam regnum esse* Port. a m. pr. et typis excusi usque ad Aldum, qui *regium* edidit, ut præferunt reliqui

scripti, quibus ntor. *Regnum et regium* alibi etiam conmutantur. Vide hoc lib. ad c. 38. § 1.

§ 4 *Quippe duos pro uno dominos acceptos]* Alii *duos pro uno domino acceptos*. Non æque bene. *Modius*. Probo hanc lectionem, stabilitam a Pal. I. atque edd. primariis. At Pal. 3. *pro uno domino*, quod dudum recte repudiavit *Modius*. *Gebh.* Sæpius ita *Liviu*m locutum esse, ut adhuc vulgo editum fuit, certissimum est. Obeurrit enim I. 28. ‘Ex uno quoniam in duos populos divisa Albana res est.’ II. 20. ‘Ex subsidiariis manuplos aliquot in primam aciem secum rapit.’ Infra hoc lib. c. 14. ‘Ut mille pro uno Kæsones exstisset plebes quereretur.’ VII. 7. ‘Dictatoris adventu novus veteri exercitus jungitur, et copiae duplicantur.’ VIII. 5. ‘Colonias quoque vestras Latinum Romano prætulisse imperium.’ IX. 19. ‘Jam in opere quis par Romano miles?’ XXIII. 43. ‘Punicam Romanæ societatem atque amicitiam præoptandam esse.’ XXVIII. 39. ‘Quum jam prope esset, ut optabilem ex miserrima fortunam haberemus: ubi tamen codicem dissensus lectionem illam dubiam facit, aliis optabilem ex miserrima fortuna præferentibus.’ XXXIII. 36. ‘M’. Acilius prætor cum una ex duabus legione urbana missus, alias jam congregatos pugnando vicit.’ XXXV. 31. ‘Ceterum nequidquam ea facta, si novus et incognitus pro vetere et experto habendus rex esset.’ XXXVIII. 7. ‘Parati celeritate novus pro diruto murus objiciebatur.’ c. 29. ‘Interiorum semper juxta validum pro diruto novum obstruentes murum.’ Et ita etiam Sall. in Jug. c. 19. ‘Bello Jurgurthino pleraque ex Punicis oppida et fines Karthaginiensium, quos novissime habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat.’ Florus III. 17. ‘Bicipitem ex una fecerunt civitatem.’ Quo minus tamen

hanc scripturam probare cum Modio et Gebhardo possim, obstat codicium meorum auctoritas. Plerique enim, ut Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. I. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. uno ore præferunt *quippe duos pro uno domino acceptos*. Et idem Gebhardus in Pal. 3. quem codicem optimum vocare solet, invenit. Eodem dicit lectio, quæ in Lipsiens. obvia est, *duos pro uno domino*: ut *duos pro uno dominos* apud me supersit tantum in Flor. et in uno ex recentioribus Harl. 2. Tanto minus antem a tot testibus firmatam lectionem negligere audeo, quod ipse *Livius* quoque eo modo loqui solitus sit. Supra II. 24. ‘Adeo duas ex una civitate discordia fecerat:’ ubi etiam unus codex male *duas civitates ex una præfert*. III. 6. ‘Discessere socii, pro tristi nuncio tristiorum domum referentes.’ IV. 4. ‘Id vos sub legis superbissimæ vincula conjicitis, qua dirimatis societatem civilem, duasque ex una civitate faciatis.’ XXI. 26. ‘Punicum insuper Gallico bello anctum Patres acceperunt.’ c. 29. ‘Hannibalem incertum, utrum cœptum in Italiam iter intenderet, an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret, avertit a presenti certamine.’ XXV. 10. ‘Quum titulis notatae fores discrimen pacatae ab hostili domo fecissent.’ XLII. 46. ‘Pro diruto mro novum tumultuario ope re, raptim ex ipsa strage congestis saxis, exstremabant.’ Istam igitur lectionem recepi, codicem tantum non omnium fidem secutus.

Inmoderata, infinita potestate] Quidam hæc adjectiva, ad unum posita substantivum, distinguunt, nihilominus obscuro manente sensu. Glar. Vet. lib. *infinitaque potestate*. Sigon. In his ego verbis mendum aliquod subesse numquam non sum veritus, propterea quod non satis coherere judicarem, quod dicitur *inmoderata infinita potestate*: id quod etiam Gla-

reano et Sigonio difficultatem nonnullam peperit. Mene igitur dili-genter excussi, atque *ἐντοχίαν* meam auxilio advocavi, atque ita re tota, qua ad Livii sententiam, qua ad corruptæ vocis literarum tractum, dili-genter examinata, denique conjecti oportere scribi, in *eos delata infinita potestate*. Ex *immoderata*, servatis, quantum potui, vulgatae lectionis vestigiis, satis apte, ni fallor, conformavi in *eos delata*. Quæ clausula C. Ter-rentilli mentem ei rei quam tunc plebi persuadere conabatur, valde accommodatam exprimit, quemadmo-dum intelligent ii, qui universum T. Livii contextum sibi percurrendum duxerint. Non affirno tamen, ita omnino legi debere: nam, et si aliqua mihi de mendo suspicio jam diu orta est, non penitus tamen invaluit apud me hæc sententia; sed tantum dico, (si locus forte emendationis indigere judicatus fuerit,) commodissimam mihi videri ejus corrigendi rationem, quam proposui. *R. Titius*, *Locor. Contr. viii. 25.* Non tu, ne quid dis-similes, sed Sigonius et Glareanus primi mendum odorati sunt in his verbis Livii. Nam Glareano primum, deinde Sigonio post Glareanum ne-gotium facessunt duo ἀσύνδετα *immo-dera-ta infinita potestate*: neque injuria. Tu more tuo *ἐντοχίαν* illam tuam divinamque opem ingenii tui advo-casti. Verbis enim tuis propemo-dum utar. Denique pro *immoderata infinita potestate* legis, (et quidem *ἐντοχωτάτως*,) in *eos delata infinita potestate*. Acute, astute, rotunde. ‘*Deferre potestatem*,’ ‘*imperium*,’ ‘*fasces in aliquem*,’ loquutio Titiana. Non dubium est, quin ita Livius scripserit, quum Robertus Titius *ἐν-τοχίαν* suam advocarit. Sed, nisi grave est, Roberte, dic mihi, quare consulatum vocat ‘*infinitam potesta-tem*?’ Annuia potestas infinita tibi videtur? Tu primus omnium Italorum et unus hoc dixisti. Retrahe fu-

gitivam *ἐντοχίαν* tuam, quæ in re crepera opem tibi non tulit. Nam neque consulatus ‘*infinita*’ est ‘*po-testas*;’ neque Latinum ‘*populus de-tulit potestatem in Brutum*;’ imo purus pntus Titianus barbarismus. Noli æstnare. Ego quoque meam *ἐντοχίαν* advocavi. Lege meo pericu-lo, nulla propemodo licentia, *immo-dera-ta ri, finita potestate*. Finitam potestatem quidem ait, quæ sit an-nua, quum regia potestas morte fini-retur; sed vis ejus immoderata et regia, quum sæviendi nullus modus fiat. *Immoderatus, ἄπειρος*. Euripi-des: δρός τὸν ὑψοῦ δ' ἄπειρον αἰθέρα. Cicero: ‘*Vides sublime susnum im-moderatum æthera*:’ ubi *susum ὑψοῦ*. Malei vulgo *fusum*. *Yeo Villiomarus viii. in Loc. Contr. Rob. Titii capp. 16. et 17.* An tibi videor dissimulare Livii contextus mendam a Glareano et Sigonio primo fuisse animadver-sam? *hæres, æstnas, deprehensns* es in manifesto mendacio, neque elabi-potes. Sed rem ipsam aggrediamur. Legendum admonui in *eos delata infinita potestate*. Clamas non esse Latinum ‘*deferre potestatem*,’ ‘*impe-riū*,’ ‘*fasces in aliquem*:’ clames licet ad ravim, rumpas ilia, erit sal-tum Patavinum; hoc nobis sufficit. Tu hujus locutionis exemplum inve-nies in aliqua seada: hoc præter te nemo præstare potest: doce nos hanc rem; ego tibi interim demonstrabo, quare Livius vocet consulatum ‘*infinitam potestatem*.’ Sed indicet M. Tullius: hic igitur sic inquit in Verrem ii. 3. ‘*Postquam M. Antonii infi-nitum illud imperium senserant*:’ rursus iii. 91. ‘*Et hic utrum mihi difficile est dicere, an his existimare, ita se in illo infinito imperio M. Antonium gessisse?*’ *Ἄπειρον*, teste Aristotele, non solum de tempore dicitur, verum etiam de magnitu-dine: modo consulatus, si tempus ipsum respicias, ‘*finita potestas*’ nuncupabitur: sic enim est apnd

Sall. in Cat. c. 6. ‘Immutato more, annua imperia binosque imperatores sibi fecere.’ Si dominationis potestatem intuearis, ‘infinita atque immoderata’ jure ipso appellabitur. Fuit enim in lege vetere ap. Cic. de Legib. III. 3. ‘Regio imperio duo sunt, iisque a judicando, consilendo, judices, consules appellantor.’ Probe igitur *infinita potestate* legetur penes Livium, quomodo etiam Latine, si non grammaticœ, efferri tenendum est illud *in eos delata*, cum præpositio *con* et *de* in compositione mutuas sibi operas commodare nonnumquam soleant. Itaque dixit Sall. de Bello Jug. c. 36. ‘Albinus, Aulo fratre in castris pro prætore relicto, Romanam decessit: hoc est, concessit: quemadmodum igitur Latine dicemus ‘in eos collata infinita potestate,’ et ‘in te conferri potestatem istam,’ quod inquit Cicero de Catilina, ita ‘deferre potestatem in aliquem’ hand absurde usurpari crediderim: quomodo fere non dissimil ratione dicimus ‘imminere alicui,’ et ‘in aliquem imponere,’ ‘incumbere,’ atque alia hujus generis plura, de quibus, si vacat, consule Laurentium Vallam Recrimin. in Bartholomæum Facium lib. I. sed et Muretum tuum te adire præstiterit eo capite Variarum Lectionum, xv. 1. ubi sermo cum Dario Bernardo habitus de stultitia quorumdam, qui se Ciceronianos vocant, recensetur. Hinc atque inde intelliges, quam vere possis exclamare ‘acnte,’ ‘rotunde’: nam illud ‘astute’ hic quidem locum habere non potest, cum nulla astutia usus fuerim. Auctores vero, ut scias, ntuntur aliquando forma aliqua loquendi rariore, neque crebro ab aliis scriptoribus usurpata, cuius tamen ratio reddi possit: quedam autem non plane nobis percepta esse in alieno sermone, ac multis jam seculis derelicto, mirari non debemus. Interim tamen operæ precium est au-

dire Ciceronis verba ex Orat. pro Lege Manilia c. 16. unde sciri ferme potest, Latine dici ‘deferre potestatem in aliquem,’ nam ibi ‘deferre ad aliquem’ usurpatum reperitur: ‘Hoc brevissime dicam,’ inquit ille, ‘neminem umquam tam impudentem fuisse, qui a Diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas Dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt.’ Pari constructione verbum ‘committere’ usurpavit Terentius ita loquens in Hec. I. 2. 33. ‘Numquam tam dices commode, ut tergum meum Tuam in fidem committam:’ pro eo, quod esse deberet, *tua fidei*. Contra dixit Virgilins Æn. XI. 193. ‘Hic alii spolia occisis direpta Latinis Conjiciunt igni:’ pro ‘in ignem,’ quod notavit Macrobius. Transeo nunc ad tuam εὐτροχίαν. Non placet commentum *immoderata vi, finita potestate*: ne videatur tribunus istoc pacto loquendo rem, quam maxime angere voluit, extenuare: quomodo autem factum non imminuat, si mentionem ingerat *finitæ potestatis?* Plurimum igitur ipsius consilio officit ista tua castigatio, quo circa merito rejici debet. R. Titius pro suis Locis Controv. Assert. VIII. 25. Mihi non placet Siganii immissa copula, licet habeat ad stipulatorem Pal. 2. *immoderata infinitaque potestate*. Gebh. quis crederet, haec sollicitari. Titius tamen *in eos delata infinita potestate*, compressus a Villiomaro: qui et ipse frustra offenditur *infinita potestate*, quod fuerit annua, legitique, *immoderata vi, finita potestate*. Nam primo τὸ *infinita* non proprie tempus respicit, sed magnitudinem et quam late pateat, quasi diceret, qui potestatis nec modum nec finem haberent. Cicero in Verr. II. 3. ‘Postquam M. Antonii infinitum illud imperium senserant.’ Sic effusiones pecuniarum vocat, de Offic. II. 16. ‘*infinitos sumtus*,’ qui tamen brevi, ut ipse

ait, fontem ipsum benignitatis ex-hauriunt. Valerius Maximus v. 7. ‘Antiochus novercae Stratonicæ infinito amore correptus,’ id est, immoderato, intemperantissimo, insanabili: male Lipsius *infrunito* conject; pejus Colerus, qui etiam edidit. Cicero Tusc. iv. 22. ‘De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatus in Aruntum invaserit.’ Ovidius Met. xiii. 755. ‘Hunc ego, me Cyclops nullo cum fine petebat.’ Cicero Orat. Agrar. ii. 20. ‘Cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita potestate.’ Deinde cogitandum, ad invidiā hæc exaggerari ab inimico consulatus: itaque non ab eo exigendum, ut nihil supra modum dicat. Sed et defectus conjunctionis et velut hiatus graviorem ponderosiorēmque reddit orationem: eoque nihil moramur Siganianum *infinitaque*. J. F. Gron. *Inmoderata infinitos potestate* habet ed. Mediolan. 1505. quæ lectio in nullo cod. obvia fuit. Unus tantum Hav. ut sæpissime solet, cum vet. lib. Siganii facit, addita conjunctione exhibens *inmoderata infinitaque potestate*; quam lectionem viri docti, et in primis Gronovius, sibi displicere testantur. Passim alibi ita Liv. sine copula duo vel plura adjectiva jungit. Supra ii. 3. ‘Leges rem surdam inexorabilem esse:’ ubi male etiam unus *et* alter *et inexorablem* exhibent. Infra c. 10. ‘Coloniā fidam, propinquam, infamem fieri.’ v. 20. ‘Largitionem novam, prodigam, inconsultam, inæqualem arguens.’ c. 30. ‘Ne exsulem, extorrem populum Romanum ab solo patro ac Diis penatibus in hostium urbem agerent.’ xxiii. 27. ‘Incompositi, inordinati in prælinm rūnunt.’ xxxv. 34. ‘Singulos universosqne obtestantes, ne insontem, indemnum consenescente in exsilio sinerent.’ c. 35. ‘Ad id, quamvis inopinatum,

temerarium, andax, obedienter exsequendum parati essent:’ et ita Sall. in Cat. c. 11. ‘Avaritia semper infinita, insatiabilis, neque copia, neque inopia minnitur.’ Vide Cort. ad Sall. Jug. c. 18. § 1. ‘Infinitus’ antem, nt etiam recte viri docti monnerunt, non tempus hic respicit, sed magnitudinem. Justin. xv. 4. ‘Molienti deinde bellum adversus præfectos Alexandri elephantis ferus infinitæ magnitudinis ulti se obtulit.’ xxxix. 2. ‘Quum ipsius Jovis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite evelli jussisset.’ Quemadmodum autem hic consulibus, licet annnis, tamen ‘infinita potestas’ adscribitur, ita contra regibus Germanorum, licet dignitatem servent, quamdiu vivant, ‘non infinitam potestatem’ tribuit Tacit. de Morib. German. c. 7. ‘Reges ex nobilitate, dñces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas.’ Consulum, licet annuorum, potestatem nullis legibns circumscriptam esse Livius innuit, ut contra Tacitus regum Germaniæ jus et auctoritatem admodum exiguum et legibus adstrictam fuisse. Præterea ‘infinitus’ et ‘inmoderatus,’ nt hoc loco, etiam junguntur apud Auctor. ad Herenn. ii. 22. ‘Omnium malorum stultitia est mater, quæ parit immensas cupiditates. Inmensæ porro cupiditates infinitæ inmoderatae sunt:’ ita sine copula etiam legitur in cod. Traj. ubi vulgo editur *infinitæ et inmoderatae sunt*.

Qui soluti atque effrenati ipsi omnes metus legum omniaque supplicia reverterent in plebem] Illud omnis accusandi videtur casus ac pluralis numeri: etiam si reverterent, pro reverterentur, accipi potest, omnia supplicia. Glar. Immo non tantum videtur, sed aliter accipi nequit: reverterent enim hic pro reverterentur poni non posse, vel tyrones vident. Ceteroquin non foret, quo verba qui soluti atque effrenati ipsi

referrentur. Præterea *averterent* est in Port. Sed prima litera ejus vocis non recte repetita videtur ex ultima præced. ut s̄pē in membranis fieri solet. Vide ad xxxvii. 29. § 8.

§ 5 *Quæ ne æterna illis licentia sit?* Vocem *illis* non agnoscent Lipsiens. et priscæ, quas vidi, edd. Eam addidit primus Aldus, et servant etiam codd. nostri, nisi quod *eis*, pro *illis*, habeant Voss. 1. et Leid. 2. Tum *letitia*, pro *licentia*, est in Port. *licentia* fit in Gaertn. admodum frequenti errore. Vide ad v. 3. § 8.

Legem se promulgaturum, ut quinque viri crearentur] In Dionysii codice l. x. p. 628. hic tribunus vocatur ‘Terentius,’ hand scio, errorene librariorum. At idem Dionysius lib. x. ab initio ait, Romanos hactenus absque legibus vixisse, sententiaque senatus atque magistratum stetisse. Itaque tribunos plebis postulasse, ut leges scriberentur, quibus consules et alii magistratus uterentur, populusque non dominatione consulum, magistratumque libidine, sed *illis* tene-
retur legibus, quas ipse tum legisset, tum sanxisset. Hæc lis duravit, continuique Urbem usque ad decemvitos creatos. Vide legem hanc apud Dionys. l. x. p. 629. aliquanto clariorem quam Livius tradidit. *Glar.* Pall. *crearentur*. Gebh. *Leges se promulgaturum* Port. Hav. et fragm. Hav. *leges promulgaturum* Harl. 2. *leges me promulgaturum*, transpositis li-
teris, Leid. 1. et Lipsiens. nisi forte olim duplice lectionem notare voluerint librarii, scribendo *leges em* *promulgaturum*, quod non intelligentes alii verterunt in *leges me* *promulgaturum*. Sed numero singulare *legem* *legendum*, etiam ex Dionys. constat, qui similiter Antiq. l. x. p. 629. numero singulare *vōuov* memorat. *Prorulgaturum* etiam Voss. 2. Quamvis autem, teste Festo, ‘Promulgari leges dicuntur, cum primum in vul-

gus eduntur, quasi provulgari;’ at-
tamen *proulgaturum*, quod in qui-
busdam codd. legitur, non a Livii
manni profectum, sed a librariorum
aberratione, vel ab intempestiva qua-
dam eruditio ostentatione natum
puto. Similiter peccatur II. 41. § 3.
c. 14. § 1. c. 31. § 7. iv. 1. § 2. et
alibi. Deinde *crearentur* est etiam in
Voss. utroque, Leid. utroque, Port.
Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm.
Hav. Et ita Aldus in contextu Livii
edidit. Sed in erratis priorem lecti-
onem revocavit.

Quod populus in se jus dederit, eo consulem usurun] Pal. 1. *Quod populus ipse jus dederit*. Gebh. Ita et Voss. 2. reliquis vulgatum servantibus, qui-
bus etiam fidem habeo. Librariis
errandi causa exstitit adfinitas due-
tum, quibus literæ *n* et *p* in scrip-
tura Longobardica exarantur. Vide
ad Liv. v. 6. § 3. Locutionem ‘jus
in aliquem’ illustrat pluribus Nic.
Heinsius ad Nason. Amor. i. 1. 5.

Non ipsos libidinem ac licentiam suum pro lege habituros] Justin. II. 7. ‘Ci-
vitati nullæ tunc leges erant, quia libido regum pro legibus habebatur.’ Quam nunc ‘libidinem,’ ipse Justin. ‘arbitria’ vocat, id est, voluntates,
i. 1. ‘Populus nollis legibus tene-
batur: arbitria principum pro legi-
bus erant.’ Proprie enim ‘libido,’
quidquid libet; adeoque vox media
est quæ et in bonam, et in malam
partem sumitur. Vide quæ notantur
ad Silii XI. 312. Paullatim tamen
magis pejori sensu usurpari coepit,
unde nunc potius criminandi animo
ea, quam alia voce, tribunus plebis
utitur, ut ex adjuncta etiam voce *li-
centiam* patet. Ceterum *nos ipsos li-
bidinem* male Voss. 2. Alibi etiam
ita peccare consueverunt scribæ li-
brarii. Vide Nic. Heinsium ad Epigr.
Ovidii, quod libris ejus Amorum præ-
fixum exstat vs. 3.

§ 6 *Quoni timerent Patres, ne absen-
tibus consulibus jugum acciperent]* Ti-

merent Patres, absentibus consulibus jugum accipere primæ, quas inspicere contigit, edd. Aldus denum lectio nem admisit, quæ nunc vulgo exsistat. Eamdem servant codd. nostri, nisi quod quidam eorum, ut Voss. ambo, Leid. ambo, et Harl. 1. legant ne abs. cons. jug. acciperet. Pro quo æque acciperet, id est acciperetur, quam acciperet, id est acciperent, legi potest. Vide ad xxxviii. 40. § 1. Sed vulgatum servo.

Ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent tribunum, relicta minarum atque terroris sit] Ubi nihil Voss. 2. ut et ubi sæpius culpa scribarum commutantur. Vide ad xxiv. 15. § 1. Deinde circumstarent tribunum Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. a m. pr. quod a m. sec. præfert circumstarent in tribunum. Infestim circumstarent Flor. Deinde minarum atque terrorum sit solus Hav. quasi, quum minarum præcesserit, adjunctum non men necessario etiam eodem numero efferendum foret. Paullo ante adeo atrocior in rogationem Gaertn. adeo atrociter irrogationem fragm. Hav. a m. pr.

§ 7 Et tempore capto abortum rem publicam] ‘Captare tempus opportunitum rei gerendæ’ sæpe dicitur; sed ‘capto tempore’ quid sit, non hercle intelligo; nisi capto pro ‘captato’ intelligamus, aut apto legendum. Glar. Pal. 3. tempore apto, ut et voluit Lorus: frustra. Nam ‘capere tempus’ est opportunitatem occupare: λαβεῖν καιρὸν Γρæci ad verbum dicunt. Euripides Iphigenia Tanrica vs. 907. Σοφῶν γάρ ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ ’κεβάντας τύχης Καιρὸν λαβόντας ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν. Heliodorus II. 33. Διὰ τοῦτο καιρὸν λαβόμενος καὶ ἀφορμῆς τῆς ἐκ ταυτομάτου πᾶς ἐνδοθεῖσης. Gebh. Heliodorus ita sæpe locutus est, ut eodem lib. II. c. 17. Καὶ οὐκ ἀν πασόμενον, εἰ μὴ ἐπιβουλεύσειεν, εἰ καιρὸν λάβοιτο· et cap. seq. Καιρὸν δὲ λαβόμενον ἔγκαταλείψει διαλαθόντα, καὶ

ἥκειν παρ’ ἡμᾶς, οὖπερ ἀν συνθάμεθα. Locutionem autem Latinam ‘capto tempore’ inlustrarunt διάν Gronov. ad Liv. xxvi. 12. § 15. et xxxv. 19. § 2. (qnibus locis etiam monnit, frusta hic Glareanum in ea hæsisse, et captato legendum conjectisse,) et Duker. ad Flor. III. 5. § 5. Omnes nostri hic constanter vulgatum servant, uno dissentiente Lipsiens. qui etiam tempore apto præfert. Alibi non raro eadem vocabula in MSS. communantur. Vide ad xxx. 11. § 4. ‘Capta occasione’ dixit Frontin. I. 2. ex. 1. ‘Scipio Africanus, capta occasione mittendæ ad Syphacem legationis, cum Lælio servorum habitu tribunos et centuriones electissimos ire jussit.’

Non potuisse sisti, mortuis duobus consulibus. Jacente] Distinguimus, irati Dii tribunum dedissent, non potuisse sisti. Mortuis duobus consulibus, jacente ægra civitate. J. F. Gron. Interpunctio, quam Gronovius revocat, est in omnibus prioribus edd. præterquam in Elzeviriana Dan. Heinsii. Præterea, non potuisse se resisti est in Hav. non potuisse resisti in Voss. 2. Gaertn. Harl. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad IV. 12. § 6. Tum Duobus mortuis consulibus Hav. Lipsiens. et Harl. 2. paullo ante, Si quæ similem ejus Voss. 2. Si quanu similem ejus Hav. Etiam vox anno deficit in Lipsiens. qui insuper Dei, pro Dii, exhibet.

§ 8 In collurione omnium rerum, ad tollendum e republica consulare imperium] In collurione omni rerum Hav. Male. Vide ad v. 9. § 7. ad tollendum reipublicæ Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. nterque, (nisi quod prior præferat at,) Port. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. Hearnii Oxon. N. et priores typis descripti. Aldus denum edidit quod nunc circumfertur. Mox dicem in Volscis Æquisque Harl. 1. Tandem ad oppugnandum urbem Voss. 2. Port. a m. pr. et Leid. 2. Vide ad xl. 49. § 1.

§ 9 *Quid tandem illi non licere? si quid?* Mendose hic quoque suspenditur oratio. Nam sententia requirebat, *Quid? tandem illi non licere, si quid... diem dicere?* Nunc demum non esse copiam accusandi deposito honore, ut de nova inauditaque ratione fuerit cogitandum. Sed ejusmodi vulnera saepius curavimus in contextu operis, quam hic monere necessarium duximus. J. F. Gron. Jac. Perizon. in margine Livii emendandum et interpungendum censnit, *Quid tandem? non licere, si quid... diem dicere?* ejecto τῷ illi. ‘*Quid tandem?*’ ut infra hoc lib. c. 68. ‘*Quid tandem? privatæ res' vestræ quo statu sunt?*’ v. 54. ‘*Quid tandem? si fraude, si casu Veii incendium ortum sit, Fidenas inde, aut Gabios, aliamve quam urbem quæsituri sumus?*’ Donjatius etiam distinguebat *Quid tandem? illi non licere... diem dicere?* Sed et vulgatam lectionem servari posse putabat. *Eiquid tandem est in Port. a m. sec. erasa penitus lectione priori, ut, quid olim scriptum fuisset, nunc legi non poterit.* *Quid tamen Voss. 2. sollemni scribarmi lapsu.* Vide ad xxii. 2. § 11. *Quid tandem illi non licret Harl. 2.* Elegans hic usus est vocis *tandem*, quæ in interrogationibus saepè vim habet vehementius instandi, ut observat Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 181. Infra hoc lib. c. 67. ‘*Quem tandem ignavissimi hostium contemnere, nos consules, an vos, Quirites?*’ v. 6. ‘*Utrum tandem finitimi populum Romanum eum esse putent, enjus, &c.*’ xxxvii. 53. ‘*Quo tandem igitur nos præmio atque honore digni apud vos sumus?*’ Sall. in Cat. c. 20. ‘*Quæ quoisque tandem patiemini, fortissimi viri?*’ Cic. Cat. i. 1. ‘*Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?*’ Paullo post vox *quorum exsulat* a Leid. 2.

§ 10 *Non illum consulare imperium, sed tribuniciam potestatem invicem into-*

terandamque facere] Non illud cons. imp. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. et vetustiores editi; pro quo Frobenius a. 1531. *Non illum reposuit;* quod etiam in Flor. invenitur. Nimurum olim distinctum fuerat: *Quid tandem illi non licere?* Si quid consules superbe in aliquem civium aut crudeliter fecerint, *diem dicere: accusare his ipsis judicibus, quorum in aliquem sævitum sit, non illum consulare imperium, sed, &c.* Ut sensus sit, non illud, quod dies dicatur consulibus qui in cives sævierint; quod accusentur illis judicibus in quos sævitum sit; imperium consulare, sed tribuniciam potestatem invicem reddere. Quanvis autem probem interpunktionem, a viris doctis inductam, præferendum tamen videtur τὸ illud, quod propterea contextui restitui. Præterea invicem intolerandam facere Voss. 2. sine conjunctione, quam reliqui servant.

Quam pacatam reconciliatamque *Partibus de integro in antiqua redigi mala]* Flor. quam placatam rec. P. Melins. J. F. Gron. Codicis Flor. lectionem meliorem esse judicat etiam Donjatius, si membrum hoc uno tenore legamus. Verum insuper addit nihil vetare, hæc duo distingui, et intelligi plebem pacatam in se ipsa, et pace composita reconciliatam senatui. Quamvis autem omnes codd. mei vulgarium mordicus servent, cum Gronov. tamen placatam præfero. Supra ii. 60. ‘*Tum duci, tum propterducem Patribus quoque placatior exercitus rediit.*’ Alia constructione ‘*placatus in aliquem*’ dixit viii. 33. ‘*His vocibus quom in se magis incitarent dictatorem, quam in magistrum equitum placarent:*’ ubi vide Gronov. Passim autem indocti librarii in commutandis vocabulis ‘*pacatus*’ et ‘*placatus*’ peccarunt. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Met. iv. 31. Met. viii. 845. Met. xiv. 593. Met. xv. 94. et 723.

Bentl. ad Hor. Art. Poët. vs. 197. et quæ olim notavi ad Sili 11. 483. Præterea reconciliandumque Voss. 2. Leid. 1. et a m. pr. Port. et fragm. Hav. reconciliandum quæ Lipsiens.

Quo minus perget, ut cœperit] Quo incepérít Voss. 2. *ut cœpit* Gaertn. Leid. 2. Port. et Hav. ut nota, qua vox *cœp’it* scripta fuit, negligentia scribæ omisſa sit, quod alibi sæpe commissum est. Vide ad XL. 14. § 10. et c. 15. § 7.

§ 11 *Potestatem istam ad singulorum auxilium]* Potestatem ipsam Port. Mox compertam esse Leid. 2. et Voss. 1. a m. pr. Deinde non a pertinencie, pro non ad perniciem, Lipsiens. Paullo ante vox Fabius deerat in contextu ejusdem cod. et tantum margini erat adscripta.

§ 12 *Nobis miserum, invidiosum vobis est]* Nobis misertum Lipsiens. *Vobis miserum, invidiosum nobis est* Gaertn. invidiosum est vobis Harl. 1. invidiosum nobis est fragm. Hav. a m. pr. sollemini errore. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Deinde minueritis, pro minueritis, Lipsiens.

Ne æqui quidem ac Volsci, morbo assumtis priore anno consulibus] Aut Volsci Port. Sæpins hæ voculæ commiscetur in MSS. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum morbo a sumptis Lipsiens. morbo assumtis Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Port. et prisæ edd. qui error quoque in codd. vett. frequens est. Vide ad II. 42. § 4. Deinde superbo crudelique nobis bello institere prisæ edd. ante Aldum, qui ordinem vocabulorum apud recentiores obvium restituit. Et ei consentiunt codices scripti, nisi quod habeant nobis bello insistere Flor. nobis bello insistenter Port. a m. pr. bello nobis institere fragm. Hav. crudelis superboque bello Harl. 1. et Leid. 1. Sed ultima litera *rov* crudelis voci perperam adhæsit ex initio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

§ 13 *Agunt cum Terentillo tribuni]* Cum Terentillo Leid. 1. et Lipsieos.

cum Terentino Port. a m. sec. erasa priori lectione, ut, quæ olim exstiterit, sciri nequeat. Vide hoc cap. § 2. *Tum tribuno Hav.* Male.

Dilataque in speciem actione res ipsa sublata] Quidam re ipsa legunt in conferendi casu: quidam in spem actione. At uterque sermo insignem habet obscuritatem, non tamen inexplicabilem. Ejusmodi etiam dicendi modus est lib. IV. c. 1. Decad. III. non ita multis ab initio versibus; item alibi, ut eo in loco annotavimus. Glar. Vetustissimam existimo lectionem, dilataque in speciem actione, re ipsa sublata, locum occupantem in edd. primis. Neque divortit Pal. 2. At Pal. 1. dilataque spei actione res ipsa sublata. Pal. 3. dilataque in speciem actione res ipsa sublata. Consules. Gebh. In præsens et in hunc annum puto. Nam deinde gravissimis motibus agitatum fuisse, constat e sequentibus. Duk. Dilataque in spem dilatione, res ipsa sublata Voss. 2. in contextu, sed actione, pro dilatione, emendatum est in marg. et ita præfert etiam Leid. 2. ut et Lipsiens. a m. pr. in quo a m. sec. in speciem emendatur. dilataque spei actione, res ipsa sublata Voss. 2. dilataque in spem actione, re ipsa sublata Hav. Sed recte reliqui MSS. vulgatum servant: neque aliter est in edd. omnibus, nisi quod Aldus vulgarit dilataque in speciem actione res ipsa sublata. ‘Species’ hic notat, quod esse videtur, sed tamen non est. Præterquam locis a Glareano laudatis, Livius etiam infraita locutus est hoc lib. c. 40. ‘Alia sententia asperior in speciem, vim minorem aliquanto habuit.’ VI. 14. ‘Non enim jam orationes modo Manlii, sed facta, popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, intuenda erant.’ XL. 14. ‘Propter adventum ejus, quem moturum aliquil rebantur, miserant pleræque civitates, alia in speciem præferentes, legatos.’ Hinc jam ‘species’ et ‘res’ hoc loco obponuntur. Et ita

etiam xxxix. 35. ‘Per speciem auxiliis Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regnulis Thracum injicieendum profectus:’ ubi plura exempla notavi. Infinitis autem locis librarii vocabula ‘spes’ et ‘species’ invicem commutarunt. Exempla ejus rei videri possunt ad Liv. i. 40. § 5. ii. 14. § 8. c. 48. § 1. c. 59. § 5. hoc lib. c. 18. § 4. c. 38. § 1. c. 40. § 7. iv. 42. § 4. v. 19. § 6. x. 35. § 4. xxii. 3. § 5. xxii. 24. § 12. xxviii. 24. § 10. xxxii. 17. § 16. xxxiv. 13. § 1. xxxv. 31. § 12. xxxvi. 6. § 1. c. 7. § 20. xxxix. 3. § 5. xl. 5. § 7. et aliis locis pluribus: etiam apud viros doctos ad Cie. Orat. Philipp. ii. 2. et alibi. Ei errori ansam dedit compendiaria scribendi ratio *spes pro species*, ut viri docti dudum observarunt. Vide Langium et Fabric. ad Cic. de Offic. ii. 3. Gronov. ad Senec. de Tranquill. Anim. c. 1. Freinshem. in Indic. Flori et Curtii in voce ‘species.’ Burmann. ad Vell. Patrc. ii. 118. § 5. Davis. ad Auctor. de Bell. Gall. viii. 49. et Coritum ad Sall. Jug. c. 16. § 5. Eadem menda liberandæ vulgatæ edd. Columell. iii. 2. ‘Earnum altera, quam Galliarum incolæ emarcum vocant, mediocris vini; et altera, quam longam adpellant, eamdemque avaram, sordidi, nec tam largi, quam ex numero uarum prima specie promittit:’ ita legit codex integrerrimus Sangerman. Vulgo editur *quam ex numero uarum, quas prima spes promittit.*

Consules extemplo accessiti] Præfero, quod reperi in Pall. 1. ac 2. *accessiti*. Sic Pall. 1. ac 3. et Andreæ ed. legunt infra c. 26. ‘Nantinim consulem arcessunt,’ non *accersunt*. iii. 45. ‘Placere itaque patrem accersiri.’ Pall. 3. habet *accessiri*: leg. *accersiri*. lib. x. in fine: ‘Inventum in libris, Æsculapium ab Epidauro Romanum arcessendum:’ ita Pall. vulgo omnes *accersendum*. viii. 32. ‘Simil in Campanos stimulabat

ira, tam promtos nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se auxilia:’ ut habet Pall. 2. Gebh. Vide ad ii. 19. § 10. *Consules ipsi extemplo arcessiti* una voce auctior Leid. 2.

Cap. x. § 1 Majore multo gloria reddit] Redit Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad xxxvi. 35. § 2.

Et auget gloriam adveniens] Nihil desidero in hac lectione fulta auctoritate Pall. primi, consensuque vetustissimarum impressionum. Sed reliqui duo Palatini et *auget gloriam suam adveniens*. Gebh. *Auget glor.* s. *adv.* similiter Harl. 2. et Hav. qui quoniam incertissimæ fidei codd. sint, et reliqui τὸ suam non agnoscant, id etiam merito spernendum existimo. Sæpe librarii hanc vocem pro libbitu addere soliti fuerunt, ubi in codd. integerrimis deficit. Vide ad v. 46. § 1. Mox *exposita omnium . . . præda*, pro exp. *omni . . . præda*, Voss. 1. et Leid. 2. Similis erroris alia exempla vide ad xlvi. 19. § 13.

Ut suum quisque per triduum cognitum abduceret] Per triduum cognosceret, cognitum abduceret Harl. 2. errore scribæ, qui forte aliud agens pro cognitum abduceret primo scripserat cognosceret; intellecta deinde aberratione, alterum addidit, priori non deleto. Potest etiam videri, dupli lectione cognosceret, et cognitum abduceret inventa, utramque exprimendam judicasse. *Adduceret* est in Lipsiens. quonodo sæpe peccarunt scribæ. Vide ad xxvii. 29. § 1.

Reliqua vendita, quibus domini non exstitere] Crediderit quis, mendum subesse huic membro, quum non inveniat, unde vocula quibus pendeat. Ego tamen nihil desiderari puto, sed Livium more suo subandiendum antecedens reliquisse: ideoque non aliter intelligi humelocum debere, quam si dictum esset, ‘reliqua vendita præda eorum,’ (vel ‘earum rerum,’) ‘quibus domini non exstitere.’ Fatoe, alioqui Livium, cui familiaris

sit ellipsis antecedentis, ibi potius ipsum subaudiendum relinquere, ubi facilius, quam hic, lectori in mentem venire potest. Stephanus, Schediasm. iv. 13. Animus eo magis inclinat, ut dicamus *reliqua vendita* genere neutrō plurali accipi debere. Si quis tamen *reliqua vendita* ad praecedentem vocem *præda* referre, et femininum singulare esse malit, inter *reliqua vendita quibus* idem nexus erit, qui est inter illa xxxiii. 24. ‘Quæcumque senatus censisset, id regem facturum:’ ubi plura alia notabimus. Vide etiam ad iv. 54. § 4.

§ 2 *Id antiquius consuli fuit*] Quæ hic narrat Livius, vix potuerunt fieri, nisi consule ipso in Urbe et senatu præsente. Unde colligi potest, non antiquissimi instituti esse, ut, qui triumphum petere volebant, Urbem ingredi non possent. Sed fortassis Lucretius legibus a senatu solvitus fuit. Nam infra c. 63, Valerium et Horatium consules triumphum petitoros senatum primum in campum Martium, deinde in prata Flaminia evocasse scribit. *Duk.*

§ 3 *Jactata per aliquot dies tum in senatu res, tum ad populum est*] *Jacta per aliquot dies* Harl. 2. Reliquis MSS. editam lectionem tueutibus, verius puto, librarium duas ult. literas vocis *juncta* repetere neglexisse. Vide ad x. 37. § 10. et § 2. ubi multa similis erroris exempla congesta sunt. ‘*Jactare*’ autem hoc sensu frequens esse, docebunt quæ notantur ad xxxviii. 25. § 5. Deinde *cum in senatu res, tum Flor.* Leid. 1. Harl. ambo, et fragm. Hav. *quom in senatu res, tum Gaertn.* Vide ad vi. 23. § 3. Mox *apud populum Flor.* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. quod ad alterius interpretationem primo margini adscriptum, deinde et in contextum receptum esse existimo. Id in endem vocabulo etiam contigit infra in quibusdam codd. vii. 7. §

4. ubi *ad, pro apud*, a Livio aliisque usurpatum plenius illustravi. Solus Leid. 1. hic recte *ad populum* exhibet. Infra x. 37. ‘*Jactata res ad populum est.*’ Denique vocabula in hunc ordinem digerant Voss. 1. et Leid. 2. *Jactata per aliquot dies tum in senatu res est, tum apud populum.*

Majestati consulis tribunus, et destitit] Copula et deficit in Pal. 3. Gebh. Eamdem servant omnes nostri, qua scripti, qua excusi.

Tum imperatori exercituque honos suus redditus] Cum imperatori Leid. ambo et Port. qui error ob vicinitatem ductum in literis *t* et *c*, præsertim in codd. scriptis; adeo ut sæpe altera ab altera vix discerni possit, admodum freqnens est. Vide exempla ad Epit. Liv. lib. XLVIII. Deinde *honos suus redditus* habet Hav.

§ 4 *Triumphantem secutæ sue legiones*] *Et triumphantem* Voss. 2. Deinde *secutæ sunt legiones* Port. utramque voculam servat Hav. exhibens *secutæ sue sunt legiones*; ut et fragm. Hav. sed ordine inverso, *secutæ sunt sue legiones*. Qnod ipsnm non leve est indicium, verbum *sunt* a mala manu additum esse. Exsulat etiam ab omnibus aliis nostris.

Alteri consuli datum, ut ovans sine militibus Urbem iniret] Cum toties eorum triumphorum discriminé ntatur Livius, mirum, non semel dignatum, hæc vel uno ostendere verbo, quid differant. Dionys. sane l. v. p. 314. anno 7. ab urbe liberata multa de his: sed in codice nostro adeo corrupta erant, ut apponere ansi non fuerimus. Aulus Gell. item v. 6. ad finem quædam hac de re adfert ex vetustioribus adeo varia, ut Livium hac potissimum ratione, quo minus ea discriminaret, deterritum credidimus. *Glor.* Vox *consuli* abest a Voss. 2. *alteri consulis* habet Leid. 1. *ulteri consulum* Hav. Quamvis autem ita alibi Livius loqui soleat, (vide ad ix.

32. § 2.) unius tamen istius codicis auctoritas non satis gravis est, ut evineat, invitis ac prohibentibus ceteris MSS. ab edita lectione recedendum esse. Deinde *datum uitorans* Leid. 1. unde transpositis literis scribo *datum, uti orans.* Mox voem *Urbem* non agnoscit Leid. 2. Denique intret, pro *iniret*, fragm. Hav. et a m. sec. Voss. 1. *introiret* Voss. 2. Verum utrumque est ex glossemate Scholiastæ. ‘*Inire*’ et ‘*intrare*’ etiam alibi commutantur. Vide ad v. 22. § 4. Ceterum Livius omnibus sui temporis ineptus visus fuisset, si dedita opera ab rerum ordine plus iusto declinans discrimen inter triumphum et ovationem, rem nulli non Romæ notissimam, dedisset, eaque lectorem docere conatus fuisset, quæ nemo ignorabat. Id tamen Dionysius fecit; verum is Græcis scripsit, quibus mores et consuetudines Romanæ non adeo cognitæ erant. Neque Gellio ea res vitio verti potest, cuius tempore et triumphus et ovatio ferme ex usu recesserant.

§ 5 *Anno deinde insequenti*] Vet. lib. sequenti. Sigon. Pal. 1. et Campani ed. *Anno deinde insequenti:* ut mox c. 14. ‘*Refecti quoque in insequentem annum.*’ Gebh. *Anno deinde insequenti* Voss. 2. Leid. 1. Harl. ambo, Port. Gaertn. et fragm. Hav. Et ita edidit Aldus, eumque secuti sunt recentiores usque ad Sigionum, qui sui codicis fide mutavit. Vide ad iv. 30. § 12.

Lex Terentilla relata ab toto collegio] *Lex Tarentilla* fragm. Hav. a m. pr. *Terentilla* Lipsiens. *Terentilla* Port. a m. pr. *Tercentina* a m. sec. *Lex Terentia* legendum censuit Sigionius supra hoc lib. c. ix. § 2. ubi plura vide. Deinde *a toto relata coll.* Voss. 2. Port. et Gaertn.

Eranz consules P. Volumnius, Ser. Sulpicius] Voem *consules* omittit Harl. 2. forte quia modo præcesserat. Sed, reliquis cunctis servanti-

bus, nihil mutandum patet. Vide ad 1. 3. § 9. Priori consulm *Caii* prænomen tribuit Valerius Maxim. 1. 6. ex. 5. ‘*Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia, quæ C. Volumnio Ser. Sulpicio consulibus in urbe nostra inter initia motusque bellorum acciderunt.*’ At *Lucii Plinius Hist. Nat.* 11. 56. ‘*Relatum in monumenta est, lacte et sanguine pluisse M'. Acilio, C. Porcio consulibus, et sæpe alias carne, sicut L. Volumnio Serv. Sulpicio consulibus.*’ Sed recte viri docti utroque loco *Publii* prænomen ei reddendum ex hoc Livii loco monuerunt, quemadmodum etiam emendandum vidit Pighius in *Annal. ad A. U. C. ccxcii.* p. 125. Et recte. Non modo enim eodem prænominie adpellatur apud Dionys. Halic. lib. x. in princ. et Diod. Sicul. Biblioth. lib. xi. p. 285. sed etiam in fragm. Fasstor. Capit. ubi integre his nominibus describitur *P. VOLVMNIUS. M. F. M. N. AMINTINVS. GALLVS.* Deinde *Voluminus*, pro *Volumnius*, transpositis literis, perperam est in Voss. 1. *Voluminus* in Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. Vide etiam ad c. 18. § 9. c. 25. § 6. *Volumnius* in Lipsiens. Mox copulam et inter utriusque consulis nomina innmittit Hav. nonnullis ceteris membranis. Vide ad 11. 17. in princ. Tum, pro alterius consulis prænomine *Servius, Serrilius* est in Port. quem eundem errorem in Dionysii Halic. nonnullis codd. et edd. vetustis hoc loco in princ. lib. x. commissum esse, viri docti adnotarunt. Et ita sæpe alibi peccatur. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Denique *Sulpicius* est in Lipsiens. *Supplicius* in Voss. 1. et a m. emendatrix in Leid. 2. quum antea recte *Sulpicius* in eo scriptum fuisset. Aliibi non raro pari aut similis modo errarunt scribæ. Ita 11. 19. § 1. III. 50. § 16. IV. 27. § 9. v. 8. § 1. c. 14. § 5. et alibi.

§ 6 *Cælum ardere visum, terra in-*

genti concussa motu est] Visum est Hav. et Gaertn. Tum ing. concussa mota est Lipsiens. ing. concussu mota est Hav. ing. motu concussa est Port. Sed reliqui vulgatum recte defendunt.

Bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum] Hujus portentis infinita exempla subgerunt historici aliquie, et Graeci et Latini, quae collegit Bochart. in Hierozoic. part. I. l. II. c. 14. ac tandem sub-jungit, quum apud optimae notae historicos tam frequenter obcurrant, neminem dicere posse, omnia illa commentitia esse; sed potius inde planum reddi, diabolum se præstisisse Dei simiam. Præterea creditum est antiquiores excusi. Sed posteriorem vocem primus ejecit Aldus, quam nulli etiam codd. nostri agnoscent.

*Inter alia prodigia et carnem pluisse: quam in Urbem ingens numerus avium intra volitando rapuisse fertur] Hæc prodigia acciderunt Romæ procul dubio. Et tamen hic narratur, aves carnem illam pluvialem in Ubem rapuisse. Quædam periodi istius verba prodigiose sunt corrupta. Nam, pro quam in urbem, scribendum est quem imbre; et, pro duobus vocabulis intra volitando, reponendum unum verbum intervolutando. Dicimus enim ‘intervolito,’ sicut ‘intervolo.’ Præterea, non carnem pluisse, sed carne pluisse legendum. Ut hæc sit germana lectio, *Inter alia prodigia et carne pluit: quem imbre ingens numerus avium intervolutando rapuisse fertur.* O negligentiam nostram ingenitem, qui non dignamur veteres codd. inspicere! Hoc prodigium Valerius Max. lib. primo de Ominibus et Auspiciis c. 6. ex. 5. his verbis describit: ‘Carnesque in modum nimbi,’ inquit, ‘eccederunt, quarum majorem numerum præpetes diripuerunt aves. Reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro neque*

deformi aspectu, prostratum jaenit.’ Vocat nimbum Valerius, quod imbre Livius dixit. *Rhen. Carne pluit est correctio Rhenani, quia dubitavit, quin recte diceretur carnem pluit, nt habent Pall. nisi quod Pal. 2. carnem pluisse.* Nam cum Livius de hujusmodi prodigiosa pluvia narrat, semper verbo casum sextum addit. Lib. I. c. 31. ‘Nunciatum regi Patribusque est, in monte Albano lapidibus pluisse.’ VII. 28. ‘Dedicationem prodigium extemplo secentum, simile ventusto montis Albani prodigio. Namque et lapidibus pluvit, et nox interdiu visa intendi:’ ita habent MSS. duo Pal. Sic Val. Max. I. 6. ex. 5. ‘In Piceno lapidibus pluisse.’ Sed quemadmodum Graeci modo cum dandi casu, modo cum accusandi suum θευ jungunt, Phænias apud Athenæum VIII. p. 333. ‘Ἐν Χερσονήσῳ φησίν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις θατι τὸν θεὸν ἵχθυα. Ita puto Latinis licere hoc imitari. Et durum mihi videtur, ab omnibus qua MSS. qua euisis libris discedere. Andreas edidit: *Inter alia prodigia carnem pluit: quem hymbrem ingens numerus avium volitando rapuisse fertur.* At Joannes Campanus *Inter alia prodigia: et carnem pluisse quasi imbre;* quam ingens numerus avium intervolutando rapuisse fertur. Ex quibus adparet, non recte sibi restitutionem hujus loci Liviani vindicare Rhenum. Val. Max. de Prodigis I. 6. ex. 5. ‘Carnis quoque in modum nimbi dissipatae partes ceciderunt, quarum majorem numerum præpetes diripuerunt aves: reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro neque deformi aspectu mutatum, jaenit.’ Gebh. *Inter alia prodigia et carnem pluisse* MSS. et intelligendum ἀρδ κωνοῦ τὸ fertur. Lib. x. cap. 31. ‘Nam et terram multifariam pluisse nunciatum est.’ Tὸ ‘intercidere,’ ut hic, ita et xxvi. 39. ‘Ita in arco stipatae erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercidaret:’ ne co-

gites corrigendum in terram cecidit. J. F. Gron. Quæ primarum edd. lectio fuit, indicavit Gebhardus. Quam ex Andrea produxit, servant multæ postea secutæ, nisi quod jam in Mediol. a. 1480. aliisque recentioribus carne pluit vulgatum videam. Id deinde Aldus mutavit, qui dedit *Inter alia prodigia et carnem pluisse: quam in urbem ingens numerus avium intra volitando rapuisse fertur.* Quæ pleraque iterum Rhenanus interpolavit. *Ante alia prodigia* habet Voss. 2. Sed prima vox deerat in Hav. utrumque non recte. Tò et ab Aldo additum in omnibus meis superest. *Pluisse* tantum obvium fuit in Leid. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. idque Hearne ex solo landat Oxon. C. Reliqui, et inter eos integerrimæ fidei, servant *pluit*, quod ob illorum anctoritatem etiam præferre non dubito, licet Gronov. iterum Observ. II. 14. *pluisse* defendat. Contra *carnem* habent omnes, quos consuliui, vel quorum apud me sunt excerpta, codd. scripti, præter unum forsitan Harl. 1. ex quo nihil notatum video. Eam lectionem ex Oxon. C. etiam adducit Hearne. Quare eamdem ex Gebhardi et Gronovii sententia, quamvis adversante Rheanno, iterum in contextum recepi. Infra xxxv. 21. ‘Capram sex hædos uno fœtu edidisse ex Piceno nunciatum est, et Arretii puerum natum unimanum, Amiterni terram phuisse:’ ita Gronov. ex Barber. cod. convenientibus multis meis et primis edd. legendum censuit, et hinc iterum loco veram scripturam *carnem* adseruit. xxxix. 56. ‘Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum caussa, quod sanguinem per biduum pluisse in area Concordiæ satis credebant:’ ita primæ edd. pro quo Sigonius *sanguine substituit*, adprobantibus etiam meis. Sæpe alibi codd. scripti verbum ‘pluere’ cum quarto casu construxerunt, ubi nunc vulgo in editis


casus sextus obcurrit. Vide ad I. 30. § 2. xxiv. 10. § 7. xxxiv. 45. § 6. xxxix. 22. § 3. c. 46. § 5. et alibi. Sed casum quartum ei verbo recte jungi multis evincit Torrenius ad Val. Max. I. 6. ex. 5. ubi etiam codd. Trajectini, primus *lapides pluisse*, secundus *lapides pluisse* exhibent. Seculo barbaro ita locutus est optimi spiritus poëta Gunther. Lignr. IV. 96. ‘missis bellum committitur hastis, Et levibus jaculis, et, quas pluit aura, sagittis.’ Mox, ut Rhenanus vidit, pessime Aldus *quam in urbem*. Enim tamen ita in cod. suo reperisse non dubitavi, postquam et veram et illam Aldi lectionem simul junctam viderim in fragm. Hav. ubi erat, quem *imbrem quam in urbem ingens numerus avium*, ut ejus scribam alteram in contextu, alteram in margine invenisse verosimile sit. Vide hoc lib. c. 44. § 4. Verum est quem *imbrem*, ut habent omnes reliqui MSS. quorum auctoritas satis idonea eam lectionem probandi causa mihi est, quam sibi non obcurrere Donjatins profitetur. Sed obcurrisset utique, si codd. quorum Lutetiaæ copia fieri poterat, diligenter consulere in animum indinxisset. ‘Imber,’ ‘nimbus,’ vocantur, quæ densa in modum imbris vel nimbi iunctuntur. De telis frequenter apud poëtas illa vocabula nsurpari, olim monui ad Silii XII. 53. Dionys. Halic. Antiq. X. p. 628. *νιφετὸν* vocat. Νιφετὸς ἐξ οὐρανοῦ κατέσκηψεν εἰς γῆν πολὺς, οὐ χίόνα καταφέρων, ἀλλὰ σαρκῶν θράνσματα ἐλάττω τε καὶ μεῖζω. Ea autem vox, ut et *νιφᾶς*, proprie nivem confertim decidentem notant, sed et metaphorice, ut apud Romanos ‘imber’ et ‘nimbus’ ad alia transferuntur. Præterea, pro *volitando*, male etiam Aldus *intra volitando*: id recte mutavit Rhenanus in *intervolitando*, quod superest in Voss. utroque, Harl. utroque, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. codemque ducunt reliquorum codd. vestigia;

nam *ter volando* est in Hav. *intervolando* in Port. Tῷ *intervolitando* autem innuit, aves advolantes carnem rapuisse, prinsquam in terram decidisset; unde id quod *raptum* erat, distinguit ab eo quod *intercidit*. Et ita Dionys. etiam ἄρπαστὸν distinguunt ἀπὸ τῶν ἐπὶ γῆν ἐνεχθέντων, eodem loco p. 628. Τούτων τὰ μὲν πολλὰ μετάρσια προσπετόμενα, πτερωτῶν δοται εἰσὶν ἀγέλαι, τοῖς στόμασιν ἄρπαζον τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐνεχθέντα ἐν αὐτῷ τε τῇ πόλει καὶ κατὰ τὸν ἄγρον, &c. Quae ultima verba lectionem Aldi *quam in urbem* etiam falsi argunt. Quum enim imber hic non tantum in agrum vicinum, sed et in Urbem deciderit, necesse non erat, ut aves carnem in *Urbem* raperent. Memini equidem, etiam Doujatium hunc locum landare, ut inde τῷ *quam in urbem* patrocinium petat. Sed ἐν αὐτῷ τε τῇ πόλει notare *in suburbanō*, ut existimat, numquam linguæ Græcæ hand imperito persnadebit. Denique recte Gronovius vindicavit, et inlustravit verbum ‘*intercidit*.’ Eo etiam Livius usus est hoc sensu **xxi. 8.** ‘*Qno acrisus et confertim magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano interincidente telo.*’ **xxxviii. 22.** ‘*Quum quo plures ac densiores erant, eo minus vani quidqnam intercideret teli.*’

Sparsum ita jacuisse per aliquot dies] Vet. lib. *sparsum humi*. Ita Valerius, ubi hac de re agit, cap. de Ominibus **i. 6. ex. 5.** ‘*Reliquum humi per aliquot dies prostratum jacuit.*’ Et Dionys. **I. x. p. 628.** Τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐνεχθέντα. *Sigon.* Solus Pal. **2.** *sparsum humi jacuisse:* quod et ex suo allatum Siganus confirmat simili loco Valerii, quem transscripsi, et verbis Dionysii Τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐνεχθέντα. *Gebh.* *Sparsum humi* in solo nostro Hav. obvium fuit, inter quem et Siganii vet. lib. ac Gebhardi Pal. **2.** pleniusque convenire solet. Reliqui tamen dissentiant. Et idem dicendum

videtur de Oxoniensibus. Hearne enim proposita vet. lib. Siganiani lectione nullius suorum consensum laudat. *Sparsum jacuisse ita alio ordine* Voss. **1.** et Leid. **2.**

Ita jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret] Puto legendum *odoris*. Quia Valerius **i. 6. ex. 5.** ait, ‘*Reliquum humi per aliquot dies neque odore tetro neque deformi aspectu mutatum jacuit.*’ Et Dionys. **I. x. p. 628.** Οὕτε χρόνια μεταβάλλοντα, οὕτε σηπεδονί διαλυόμενα ὅξετο ἀπ’ αὐτῶν οὐδὲν πονηρόν. Nisi si mutaret passive accipiamus, ut apud Græcos μεταβάλλειν. *Sigon.* Pro *nihil odoris*, aliis *odor*. Ego legerem, *ut nihil odore mutaret*, egregio dicendi genere. *Klock.* quem etiam vide in *Sylloge Epist.* quas edidit Burmann. tom. **1.** p. 392. Conjecit primo Siganus *odoris*. Sed bene receptui canit: *nihil enim variant libri, et tali emendatione violaretur genius Latini sermonis.* Vide quae supra docerim ad **ii. 52.** *Gebh.* *Nihil etiam mutatum in nostris, nisi quod in contextu* Voss. **1.** *transpositis literis legatur ordo mutaret, pro quo in margine odor emendatur: mutaret autem, ut viri docti monent, accipiendum est passive.* **Liv. v. 13.** ‘*Annona ex ante convecta copia nihil mutavit.*’ **xxix. 3.** ‘*Deinde mœstitia animos incessit, tantum fortunam mutasse.*’ **xxxix. 51.** ‘*Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit: quemadmodum Lipsiensis emendabat: ubi tamen priorem lectionem *populus Romanus quantum mutaverit* revocavi.*’ Et ita legendum supra dictum est **ii. 52.** ‘*Magis tamen Menenianum (adeo mutaverant animi) profuit iudicium: ubi nunc editur mutaverant animum.*’ Similiter alii. *Gellius Noct. Att. xviii. c. 12.* ‘*Varro in libris, quos ad Marcellum de lingua Latina fecit, ‘In priore verbo graves prosodiæ, quæ fuerunt, manent; reliquæ mutant:’ mutant, inquit elegantissime,*



pro mutantur.' Sallust. in Jug. c. 38. 'Quæ quamquam gravia et flagitiis plena erant, tamen, quia mortis metu mutabant, sicut regi libuerat, pax convenit:' ubi vide Cortium. Tacit. Annal. xii. 29. 'Prima imperii ætate clerus acceptusque populibus, mox diuturnitate in superbiam mutans.' Vide etiam Giphan. Indic. Lucret. in voc. 'Muntans,' et Barthium ad Gratii Cyneg. vs. 9. Plura alia obderépws usurpata vide ad t. 17. § 6.

§ 7 *Libri per duum viros sacrorum aditi: pericula]* Sibyllinos hand dubie intelligit, cum tamen ne uno quidem verbo de iis quicquam antea. Dionysius autem nec hoc loco l. x. p. 628. nec in Tarquinio l. iv. p. 259. neglexit. *Glarean.* *Additi* perperam Leid. 2. cum quibusdam ex priscis editis. Vide ad iv. 57. § 11. Posset Livius, uno ambitu omnia complexus, videri scrisisse *Libris per duum viros sacrorum aditis, pericula a conventu.* Potius tamen, invitatis libris, nihil muto. Vide ad xxii. 36. § 4.

Ne qui in loca summa Urbis inpetus, cædesque inde fierent] Arbitror esse ne qui, pro ne quis: de quo loquendi usu veterum etiam alibi dicturi sumus. *Rhen.* Ex adposita Rhenani adnotatione patet, nihil alind ipsum voluisse, quam *ne qui . . . inpetus* numero singulari positum esse, pro ne quis . . . *inpetus:* et ita 'ne qui dolus' eodem numero obcurrit xxvii. 28. 'Ne qui dolus necteretur a Poeno, metuens Crispinus, circa civitates proximas miserat nuncios:' ubi vide iterum Rhenan. 'ne qui motus' xxix. 12. 'Ne qui motus major in finitimis gentibus populisque oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit.' Ita et Cic. in Verr. ii. 49. 'Multus sanxit de ætate hominum, ne qui minor triginta annis natu: de quæstu, quem qui fecisset, ne legeretur:' ubi vide Grævium. Similiter si qui, pro si quis. Vide ad iii. 17. § 7. Inmerito itaque vapulat

Gronovio ad ix. 15. § 3. quasi fieret, pro fierent, legendum censisset, quale nihil hic adparet. Quamvis enim qui *inpetus*, pro quis *inpetus*, accipiat, non tamen propterea fierent in fieret mutari necesse est. Duo enim singularia 'inpetus cædesque' æquiparantur plurali, et sæpe verbum numero multitudinis adsciscunt. Vide ad i. 31. § 6. Ipse Gronovius 'inpetus' et 'cædes' videtur eo loco numero multitudinis accepisse, quod tamen arbitrarium esse, ex supra dicitis patet. Ceterum qui pro quis, quinam pro quisnam, aliqui pro aliquis, et similia apud Livium frequenter obrerrunt. Vide ad vi. 32. § 5. ne quid in loca habet Lipsiens. reliquis omnibus dissentientibus. Denique vox inde a Port. et inferius conjunctio que ab Harl. 2. exsulat.

§ 8 *Ut idem in singulos annos orbis volveretur]* *Urbis volveretur Hav.* solito errore. Vide ad v. 19. § 11. *omnibus volveretur Leid. 2.* Qui præterea vocabula in hunc ordinem digerit, ut idem volveretur in singulos annos omnibus. Idem ordo vocabulorum etiam obtinet in Voss. 2.

Volscos et Æquos, etsi abscissæ res sint, reficere exercitus] Archetypon Borbetomagense habet, etsi abscissæ res sint. Utraque mendosa lectio. Tu meam auctoritatem securus scribe etsi *accisæ res sint*; hoc est, amputatae, exhanstæ, debilitatæ. Sic vi. 5. 'Post accusas,' inquit, 'a Camillo Volscorum res.' Et paullo post c. 12. 'Quamquam,' inquit, 'nuper Camilli ductu atque auspicio accusæ res erant.' Metaphora deducta videtur ab avibus, quibus alæ amputantur. *Rhen.* Ms. etsi *abcesserint scise res sint.* Forte, etsi *occisæ res sint.* Klock. *Etsi accusæ res sint* provenit a Rhenano. *Pal.* 1. *etsi abcesserit.* Pall. 2. ac 3. *abscissæ res.* Forte ut ii. 29. 'Demorsa ære alieno plebes.' Andreas et Campan. exhibuerunt *abscissæ res.* vi. 12. 'Quamquam

nuper Camilli ductu atqne auspicio accisæ res erant.' c. 5. 'Post accisas a Camillo Volsorum res.' Pall. tamen duo occisæ. Pal. 2. *abscissas* iterum, ut et Campanus; perperam. Infra vii. 29. 'Cum robore juventutis suæ occiso nulla propinqua spes esset.' viii. 11. 'Latinorum etsi pariter accisæ copiæ sint.' Et nox, 'Adeo enim accisæ res sunt.' c. 29. 'Ita prælio uno accidit Vestinorum res.' xxi. 25. 'Quamquam accisæ res satis constabat.' Gebh. *Volsos* *Æquosque* Port. reliquis vulgatum retinentibus. Tum etsi *abscesserint* Voss. 2. etsi *abscissæ res sint* Flor. Leid. ambo, Harl. ambo, Voss. 1. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. etsi *abscissæ res sint*, ut primæ habent edd. præfert et Hav. Sed etsi *abscissæ sint* Port. pro quo m. sec. emendatur etsi *abscissæ sint*: margini deinde adscribitur rō res. Librarius codicis, quo Klockius usus est, duplarem servare voluit lectionem, *abscesserint*, quod etiam unum meorum præferre modo vidimus, et *abscissæ*, quod in multis superest. Vide ad iii. 44. § 4. unde perperam *occisa* scribendum esse, ipse Klockius conjectit. Quamvis autem nullus codicium *accisæ* præferat, eam tamen veram scripturam esse adfirmanti Rhenano credo, partim quod alibi sæpe Livium ita loqui solitum fuisse viri docti productis exemplis evicerint, partim etiam quod passim iisdem illis, quæ viri docti landarunt, locis vulgo codices, pro *accisus*, præferant *abscisus*, *abscissus*, vel *occisus*, ubi tamen pleniusque integriores recte *accisus* servant. De ea locutione vide quæ notantur ad Silii ii. 392. Ceterum ante Rhenanum *accisæ* jam Ascensus annis 1513. et 1516. ediderat, quem Moguntini secenti sunt. Sed mox Aldus pro eo *abscissæ* revocavit. In verbis seqq. *Antium sum. pro Antii sum.* habet fragm. Hav. a m. pr. *Antii summa rei posita* Lipsiens. *rei*

summam, transpositis vocabulis, Harl. 1.

Ejicere Antiates colonos: palam concilia facere] Hic locus fuerat asterisco notandus. Sed professoribus omnia plana sunt. In verbo *ejicere* non mendum est, sed portentum plane errati. Siquidem legendum *Ecetrae Antiates colonos: et ita distinguenda sententia: Antii summam rei positam.* *Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere.* *Id caput: eas vires belli esse.* Fuit Ecetra Volsorum oppidum. Porro faciunt ad hunc locum intelligendum, quæ supra sunt dicta c. 4. Libet ea repetere: 'Itaque *Æqui*', inquit, 'ab Ecetranis Volscis præsidium petiere: quo cupide oblato (adeo civitates eæ perpetuo in Romanos odio certavere) bellum summa vi parabatur. Sentint Hernici, et prædicunt Romanis, Ecetranum ad *Æquos* descisse. Suspecta et colonia Antium fuit, quod magna vis hominum inde, quum oppidum captum esset, confugisset ad *Æquos*. Isque miles per bellum *Æquicum* vel acerrimus fuit. Compulsis deinde in oppida *Æquis*, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, sua sponte jam infidos colonos Romanis alienavit.' Hactenus Livius. Quæ propterea duxi renarranda, ut maiestum evaderet, cur Antii summam rei positam fuisse dicat, et Ecetrae potius, quam alibi, palam concilia facta. *Rhen.* Additione vocis *non* emendatur hic locus, ab eodem imperito correctore (Sigonio) corruptus. Nam est legendum, *Antii summam rei positam, non Ecetrae. Antiates*, et quæ sequuntur. Ex qua lectione pulcerimus existit sensus. Nam indignissimum videbatur, si Antii, quæ colonia erat Romana ante deducta, summa belli esset posita; non Ecetrae, sicut ante, ubi hostes tantum habitabant. Hic fit additio *non*, et mutatur punctum. *Robortell. de Arte Corrig. Antiq. Libb. p. 24. Facis*

Crit. Ego ad hoc tibi respondeo, Robortelle, primum te injuste facere, qui me hunc locum corrupisse scribas, quem ne attigi quidem: deinde qui enndem ipse sine causa andreas immittare. Me non attigisse declarant scholia, quibus me profiteor, quæ mutavi, omnia esse hrevissime persecutum. Non igitur ego hunc locum attigi: quid dixi, attigi? imo ne potui quidem: est enim integrerrimus. Primum enim quero, ubi legitur *Antii ... non Ecetræ?* Scilicet hanc tibi tua ars potestatem dedit, ut, conjectura duee, pulcherrimum Livii sensum ejiceres, fœdissimumque tuum induceres. Cur non confiteris potius, te ejus lectionis sententiam non videre? Ignoras eam. Accipe, et quidem, ut tu dicere soles, senex a puero. Antiates et Ecetrani Volsci erant. Antiates quidem coloni Romani, Ecetrani vero non item. Volsci autem quum bellum renovare vellent, Antii summam rei posuerant illi quidem, sed Antiates, ne sua consilia Romanis patefierent, Antii clam fortasse, at Ecetræ palam concilia de belli ratione habebant. Non ergo, ut tu ais, Hernici nunciabant, Antii summam rei positam a Volscis, non Ecetræ; sed, Antiates non Antii, sed Ecetræ palam concilia facere. Nam cum addit, 'id caput, eas vires belli esse,' de Antiatibus, non de Ecetraniis intelligendum est. Sigan. Emend. 1. 2. p. 139. Facis Crit. Ejicere *Antiates colonos: palam concilia facere,* quod recte Rhenanus reprehendit, in Aldi ed. primum obvium est. Priors præferunt *Ceteros Antiates colonos palam concilia facere.* Et ita exhibent Voss. 1. et Leid. 2. *Cetera Antiates* Voss. 2. fragm. Hav. et Gaertn. *Acerteræ Antiates* Port. Lipsiens. Harl. 2. et Hav. *Æceteræ Antiates* Harl. 1. *Eceteræ Antiates* Flor. et Leid. 1. Quorum lectionum pleræque non obscurè immittunt, recte Rhenanum *Eecetræ Antiates* legisse, enjus sensum

optime Sigonius exposuit. De Ecetra vide ad II. 25. § 6. ubi in priscis coll. eadem lectionum monstra supersunt. Præterea *consilia facere* Gaertn. Verum indicantur hic conventus legatorum a Volscis et Æquis missorum, quæ *concilia*, non *consilia* vocantur, teste Gronov. ad XLIV. 2. § 5. præterquam quod 'facere consilium,' pro consultare, Latinum non sit.

Id caput, eas vires belli esse] Easre vires Leid. 1. Male. Supra II. 52. 'Cujus patris munere restituta quondam plebs eos ipsos, quibus tum sœviret, magistratus, eas leges haberet.' Haud absimile est 'tantis pavor, tanta trepidatio fuit' infra hoc lib. cap. 26. § 5. et 'idem somnus, eadem negligentia erat' XXXI. 24. § 5. quibus locis alia vide.

§ 9 *Delectus indicitur]* *Dillectus* Lipsiens. *dillectus* Leid. 1. et Port. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Præterea *edicitur* non modo omnes scripti, (præter Flor. qui habet *dillectus est dicitur*), sed et editi præferunt usque ad Dan. Heinsium, qui apud Elzevirios primus *indicitur* vulgavit; quo rejecto, priscam lectionem revocavi. Supra II. 55. 'Sub hac pessimi exempli victoria *delectus edicitur*.' Infra hoc lib. cap. 41. 'Silentio Patrum *edicitur delectus*.' cap. 57. 'Quum ad ea bella *delectum edixissent*.' XXV. 57. 'Delectu edicto juniores ab annis septemdecim et quosdam prætextatos scribunt.' 'Indicere *delectum*' alibi dixit. Ita hoc lib. cap. 66. 'Biennio ante *delectum indictum* haberi non potuisse, abnuente jam plebe imperium.' v. 19. 'Indicto *delectu* in diem certam, ipse interim Veios ad confirmandos militum animos intererrit.' Similiter et 'edicere' et 'indicere iustitium' in usu fuit. Vide ad Liv. IV. 26. § 12. Quum itaque utrumque rectum sit, invitatis scriptis pristinam lectionem mutandi caussam Heinsius non habuit.

Cousules belli administrationem inter se dispartiri jussi] Gronov. infra ad cap. 22. hujus libri § 3. legendum conjicit, *delectus indicitur, consulibus belli adm. inter se disp. jussis.* Sed vide quæ ad eundem locum notavi. Ceterum *administratione præfert Lipsiens.* Sed litera *m* finalis intercepta est ab initiali syllaba *in* vocis proximæ. Vide ad xxxvii. 29. § 5. Præterea voces *inter se omittuntur* in Leid. 2. Male. Infra xxiii. 26. ‘P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias, ut Cnæus terra, Publins navibus rem gereret.’ xxiv. 35. ‘Ita inter se munera belli parti sunt, ut Epicydes præcesset custodiæ urbis, Hippocrates adversus consulem Romanum bellum gereret.’ Cæsar Bell. Gall. vii. 55. ‘Pecuniam atque equos inter se partiti sunt.’ viii. 35. ‘Ipsi inter se provincias partiuntur.’ Bell. Civ. i. 38. ‘Officia inter se partiuntur.’ Hirtius in Bell. Afric. cap. 46. ‘Tirones autem jubet inter legiones dispartiri.’ Præterea *dispartiri* Voss. 1. Leid. ambo, fragm. Hav. et Port. a m. sec. qui male a m. pr. habet *partiri.* Utraque orthographia *dispartiri* et *dispartiri* obcurrit, et habet quo se tueri possit. Vide Dausquei. Orthogr. part. ii. hac voce: et quæ dicentur ad xxxviii. 36. § 8. *dispartiri* tamen scriptum est xxix. 1. ‘Inde exercitum per oppida dispartit.’ Mox alteri ut *Æqui pronunciarent corrupte Gaertn.*

Fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos] *Fabulam compositi Volsci belli* Port. a m. pr. Male. ‘Fabula composita’ est ficta. Vide ad xl. 12. § 7. Præterea *Volscici belli* Ascensius 1513. edidit, altera lectione in marginem conjecta. Verum recte insecuri Moguntini priorem scripturam, pro qua etiam stant omnes MSS. iterum restituunt. Ita ‘Volscum nomen’ supra hoc lib. c. 8. ‘Ibi Volscum nomen prope deletum est.’ Deinde *ad patres para-*

tos Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. qualem transpositionem literarum in hac voce vide ad iv. 60. § 3. Hic nihil mutandum. Quum bellum Volscenum *fabulum* vocet, in eadem similitudine persistens, illos quos subornatus credebat, ut bellum hoc verosimile redderent, *ad partes paratos* dicit; voce a ludis scenicis desumpta, in quibus histrio dicitur ‘partes agere.’ Ita optime hunc locum capiendum docuit Burmann. ad Nason. Amor. El. i. 8. 87. ubi pariter Ovid. dixerat, ‘Servus, et ad partes sollers ancilla parentur.’ Et commode locus hic advocatur ex Varr. de Re Rust. ii. 5. ‘Narra isti eadem, qui sermones sint habiti, et quid reliqui sit, ut ad partes paratus veniat.’

Sed arte eludi] Pall. *arte ludi.* Non probo. Infra cap. 14. ‘His per totum annum artibus lex elusa est.’ Gebh. Non Pall. tantum *arte ludi* præferunt, sed et præter unum Harl. 1. omnes mei, et cum illis antiquitus excusi usque ad Frobenium, qui primus an. 1535. forte ita reponente Rhenano, (ejus enim emendationes passim recepit,) quamvis hujus mutationis in notis non meminerit, *arte eludi* edidit. Ut autem hic ‘ludere arte,’ ita ‘ludere dolis’ Plaut. in Argum. pr. Amphitr. vs. 7. ‘Uterque luduntur dolis mirum in modum.’ Terent. Eun. ii. 3. 94. ‘An potius hæc patri æquum est fieri, ut a me ludatur dolis?’ Malim tamen cum Gebhardo *eludi.* Liv. xliv. 36. ‘Tantus ardor in animis ad dimicandum utrumque erat, ut consuli non minore arte ad snos elundendos, quam ad hostes, opus esset.’ Frontin. ii. 5. ex. 47. ‘Quum instructa classis eorum ad pugnandum processisset, ex velocissimis navibus viginti præmisit, quæ omni arte varioque flexu eludent hostem.’ Prima itaque litera τοῦ *eludi* in plerisque codd. intercidit ob ultimam præcedentis. Alia

exempla vide ad II. 44. § 6.

§ 11 *Occidione prope occisos Volscos]* *Occidione Hav.* Ita plures codd. præferunt hoc lib. cap. 28. ‘Ne in occidione victoriam ponerent.’ Cic. Philipp. XIV. 14. ‘Quumque A. Hirtius consul, imperator, prælio audito et re cognita, fortissimo præstantissimo animo exercitum castris eduxerit, in petrumque in M. Antonium exercitumque hostium fecerit, ejusque copias occidione occiderit?’ ubi Ferrar. in omnibus libris *occidione* superesse, *occidione* tamen, quum interencionem significat, consuetudinem probare testatur. Aurel. Vict. in Vir. Inl. c. 14. ‘Ad quæ progressi Fabii, in insidias delapsi, ad unum occidione perierunt:’ sed et ibi Schott. libros veteres *occisi*, nonnullos tantum *occidione* habere adnotavit. Quum itaque hic etiam codd. scripti alii *vulgatum sartum tectum* servent, et Livius alibi ‘*occidione occidere*’ usus sit, eam lectionem genninam esse existimo. Vide ad II. 51. § 9.

Æquos movere sua sponte arma posse, id fides abierit] In nonnullis MSS. Hearnii et aliis codd. *jam fides abierit*. Videndum est an apud alios probatos auctores inveniatur *id fides abiit*. Duk. Gronovius quidem ad LIV. v. 34. § 6. *id fides abierit* positum monet pro ‘*id factum esse*,’ ‘*fides abierit*;’ vel etiam *fides id esse* ‘*fidem ejus rei*;’ vel denique ellipsis esse præpositionis *ad vel in*. Mihi tamen numquam hæc lectio placere potuit. Et certe *arma posse, jam fides*, est in Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. utroque, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. L. I. 2. C. N. omnibusque edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ prima *id fides abierit* exhibuit. Eam vero præuentem reliquæ omnes recentiores edd. secutæ sunt. Ego contra priscam lectionem, nulla justa de caussa loco motam, revocandam censui. Cete-

rum *abjecit*, pro *abierit*, præfert Gaertn. et in verbis seqq. *noxis Antiatibus*, pro *innoxiis Ant. Lipsiens.* Verum ibi prima syllaba *in* periit ob literam finalem *m* vocis præced. Vide v. 27. § 6. Deinde ex *innoxIs*, prima syllaba elisa, factum est *noxis*. Vide ad XXXVIII. 27. § 8.

§ 12 *Exsilio et relegatione civium ul escentes tribunos]* Pal. 3. elidit copulam *et*. Ita mox omittit cap. 11. ‘Quem privatum viribus, audacia regnantem videtis.’ Gebh. Omnes nostri copulam illam servant, nisi quod librariorum errore Harl. 2. habeat *exsilio ex releg.* sollemni lapsu. Vide ad XXVI. 45. § 1. Jungnntur autem hic ‘*exsilium et relegatio*,’ ut infra IV. 4. ‘Quid est aliud, quam *exsilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati?*’ Paullo ante *præcipitique agmine* Hav.

§ 13 *Sic, ne quid aliud actum putent, victam legem esse]* Et hic sensus obscurus est. Puto illum plebi persuadere velle, consules nihil aliud egisse, nihil aliud, quam quo pacto legem tollant, cogitasse: nec aliud cogitent ipsi, quam *victam esse legem*, nisi, dum in integro res sit: et quæ sequuntur reliqua. Glar. Similis fere locus est IX. 1. ‘Ne nihil actum hac legatione censeatis, expiatum est, quidquid ex fôdere rupto irarum in nos cœlestium fuit.’ Ceterum *Sicut, pro Sic*, est in Gaertn.

Nisi dum integra res sit] Solns sic Pal. 1. Miror autem hic exsulare lectionem legitimam, quam ingerunt Pall. reliqui duo et antiquitus editi, neque diffitetur Glareanus. Quare legendum, *dum in integro res sit*. Sic c. 8. ‘Cum exitus haud in facili essent.’ Curtius III. 1. ‘Satis gnarus, cuncta in expedito fore.’ Seneca ex Pomponio epist. 3. ‘Quidam adeo in latebras refugerint, ut putent in turbido esse, quiequid in luce est.’ Livius c. 40. ‘Nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid

agatur.' c. 45. 'Sævite in tergum et in cervices nostras: pudicitia saltem in tuto sit.' c. 65. 'Moderatio tueri libertatis in difficulti est.' *xxiiii.*
27. 'Diu in pacato mansit': in quo male Loritus hæret. *Gebh.* *Nisi dum integra res sit* prima, quod sciam, *Curionis*; priores omnes, ut et plures melioresque Mss. *dum in integro res sit*: nec mutandum fuisse putamus. Infra c. 45. 'Pudicitia saltem in tuto sit.' Cæsar Gall. *ii.* 25. 'Hostes ab utroque latere instare, et rem esse in angusto vidit.' Seneca Epist. 3. 'Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse quicquid in luce est.' Curtius *iii.* 1. 'Cuncta in expedito fore.' Tacit. Ann. *iii.* 50. 'Vita Lutorii in integro est.' J. F. Gron. Omnes etiam nostri servant *dum in integro res sit*, exceptis Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. in quibus similiter *dum integra res sit*. Verosimilimum est, primo *rd* in intercep-tum esse a prima syllaba proxima vocis *integro*; cuius erroris alia exempla vide ad *viii.* 33. § 6. Id vero tanto facilius hic excidere potuit, quod præcedentis vocis ultima litera sit *m*, quæ et ipsa sæpe causa est, enī sequens *in* intercidat. Vide ad *x.* 13. § 3. Quum autem *integro* jam commodum sensum non redderet, ei substitutum est *integra*. Neque hæc frustra dici, testes esse possunt codd. Flor. Lipsiens. et Port. a m. pr. in quibus scriptum fuerat *dum integro res sit*. Verum in Flor. a m. pr. est *dum domit*; et a m. sec. *dum dormit*; et in posteriori a m. sec. non *dum integra res sit*, sed recte *dum in integro res sit* emendatur. Eodem gradu error etiam in editis invaluit. Quum enim priores recte vulgassent *dum in integro res sit*, Frobenius demum 1535. dedit *dum integro res sit*, sine dubio errore operarum, quem tamen non deprehenderunt Basileenses a. 1539. sed Vascosanus demum a. 1542. ad eum advertit. Verum, non consultis

aut scriptis aut editis, perperam re-pousit *dum integra res sit*, quod Curio a. 1549. secutus est: ante quem anno præcedenti etiam Gryphius *dum integro res sit* vulgavit. Ceterum 'res est in integro' optima est locutio, et apud quosque scriptores obvia. Cic. de Orat. *iii.* 4. 'Hæc jam neque in integro nobis esse possunt, et summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur.' in Verr. *ii.* 40. 'Hi-que eo tempore ad te venissent, quum tibi in integro tota res esset.' ad Famili. *v.* 20. 'De centurionibus tamen et de tribunorum militarum contubernialibus res est in integro.' Senec. in Otio Sapient. *e.* 30. 'Potest ergo et ille, cui omnia adhuc in integro sunt, antequam ulla experientur tempestates, in tuto subsistere.' Tacit. Annal. *xv.* 2. 'Vesta quidem vis et gloria in integro est.' Hist. *iii.* 2. 'Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete.' Quintil. Declam. *cclx.* p. 487. 'Reservavi filios judiciis vestris, et, si quando ignoscetis, in integro habui.' Paulus *i.* 24. § 4. ff. loc. cond. 'Si paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiam agit, omniaque colono in integro sunt, nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuit.' *i.* 24. § 2. ff. d. Minor. 'Si quis juvenili levitate ductus omiserit vel repudiaverit hereditatem, vel bonorum possessionem, si quidem omnia in integro sunt, omnino audiendus est:' qui et alibi pariter locutus reperitur. Similia loquendi genera supra inlustrantur hoc lib. *c.* 8. § 9. Pro *nisi dum* Hav. et Lipsiens. male ubi *dum*. Mox *dum rogati*, pro *dum togati*, inperite dedit scriba Gaerto.

Ne possessione Urbis pellantur, ne jugum accipient] Alio ordine vocabula proponuntur in Leid. 2. *ne jug. acc. ne poss. urbis pell.*

§ 14 *Cavisse Deos priore anno]* Ca-visset eos Klockian. *Cavisse eos* Harl. 1. Ubi omissa videtur litera *D* ma-

juscula, quod eam minio aliisve ornamenti postea librarius depicturus esset: quod alibi sæpius usus venire, passim docti observarunt. In hac autem voce id frequens esse videndum erit ad xxix. 11. § 6.

Hac tribuni] *Hac tribuni dicebant* Leid. 2. addito verbo, quod Livius per ellipsin omittendum censuerat, ut sæpe alibi solitus est. *Vide ad xxiii. 45. § 6.*

CAP. XI. § I At ex parte altera consules] Primam voculam non agnoscunt Voss. 1. et Leid. 2. Pro ea *Et* habet Gaertn. passim obvio errore. *Vide ad xxxvi. 35. § 7.*

Velut rei experiundæ caussa, et statim vis coorta] Td *velut* ab initio a fragm. Hav. exsulabat, sed a m. sec. in margine adscriptum est. *Tum experiendæ* Hav. *Vide ad xxvi. 36. § 11.* Deinde vocem *statim* omittit Leid. 2. Denique *exorta* Gaertn. sollemni in codd. MSS. varietate. *Vide quæ notantur ad v. 29. § 3.* Verum indicatur hoc verbo, omnes simul ad vim inferendam exortos esse, non panceos id fecisse.

§ 2 Jussu consulis prehendisset] *Prendisset* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Harl. 2. Lipsiens. Port. et fragm. Hav. Et ita hoc loco e Ms. legendum censuit Gebhardus ad 11. 56. § 11. *Vide quæ notantur ad 11. 29. § 4. prendidisset* habet Leid. 2. perperam geminatis literis. Ita redidit, pro *redit*, unus habet codex 11. 47. § 11. *inciderit* paullo ante hoc lib. c. 5. § 13.

Tribunus mitti jubebat] Gebhardus ad c. 13. § 6. in Pal. 2. fuisse notat *tribunus prodi mitti jubebat*, atque inde conjicit, eum dare voluisse *tribunus protinus mitti jubebat*. Verum nostri omnes nihil mutant, nisi quod aberante manu librarii *tribunos* sit in Gaertn. *jubeat* in Klockian.

Sed virium spe, sed manu obtainendum erat, quod intenderes] Antiqua lectio, *sed virium spe et manu obt.* Rhen.

Restitue, quod abolevit Rhenanus, sed virium spe, sed manu obt. Sic redditus **xxiv. 14.** ‘Libertatis auctorem eis non se fore solum, sed consulem M. Marcellum, sed universos Patres.’

J. F. Gron. Locutionis hoc gennus, quod Gronovius Livio restitutum voluit, elegans est, et probum, atque ab Livio et aliis non raro usurpatum. Infra **viii. 34.** ‘Quod si fecisset, non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi iudicium nequidquam posteros accusaturos.’ Plinius Ep. 1. 12. ‘Proinde adhibe solatia mihi, non hæc, ‘Senex erat,’ ‘Infirmus erat,’ (hæc enim novi,) sed nova aliqua, sed magna, quæ audierim numquam, legerim numquam.’ Tacit. Annal. 1. 10. ‘Sane Cassii et Brutorum exitus paternis inimicitis datos, sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiae deceptos.’ Ubi Rhenanus iterum *et Lepidum*: sed Vertran. vulgatum vindicavit. Florus 1. 13. ‘Incendium illud quid egit aliud, nisi ut destinata hominum ac Deorum domicilio civitas non deleta, non obruta, sed expiata potius, sed lustrata videatur?’ Ita enim hoc etiam loco viri docti in MSS. esse monuerunt. Eamdem elegantiam Livio restituendam conjicio **xxxix. 37.** ‘Vos non muros tantum, sed urbem, sed agros ademistis:’ ubi vulgo etiam *sed urbem et agros editur*, at codd. partim *sed urbem agros*, partim *sed urbes agros præferunt*. Alia plura vide ad v. 35. § 4. Ceterum Rhenanius tantum cod. sui lectionem indi- cavit, in contextu ipso nihil mutavit. Vascosan. demum Rhenani codici obsecutus *et manu edidit*. Neque solus ita legit Rhenani codex, sed etiam omnes nostri, ut et Neapolit. Latinii. Et eadem quoque scriptura in Oxoniensibus superfuisse videtur, ex quibus Hearne, emendationem Gronovii recensens, nihil monet, ut facere solitus est, si codd. quos adhibuit, consentiant. Hinc etiam illud

sed manu in contextum recipere an-
sus non sum, ut nec Gronovius fecit.
Præterea quod intenderet Hartl. 2.
Port. Hav. fragm. Hav. Neap. La-
tinii, Hearnii Oxon. B. C. et, ut idem
Hearne monet, editio Andreæ Ro-
mana. Male. Intenderes est quisque
intenderet. Supra 11. 35. 'Quidquid
erat Patrum, reos dices.' c. 43.
'Mæstique (crederes victos) rede-
unt in castra.' xxxi. 7. 'Nec Taren-
tini modo oraue illa Italiae, quam
majorem Græciam vocant, ut nomen
secutos crederes, sed Lneanus, et
Brutius, et Samnis a nobis defece-
runt.' xl. 13. 'Itaque taciti, ut ira-
tos esse sentires, secuti sunt currum.'
 XLIV. 34. 'Neminem totis mox castris
quietum videres.' Vide doctos inter-
 pretes Petron. ad Satyr. c. 7. in
 fine.

§ 3 *Quemadmodum se tribuni gessis-*
sent in prohibendo delectu] Pall. duo
in prohibendo delectus. Pal. 3. *in prohibendo delectum.* Gebh. *In prohibendo*
delectus etiam Voss. ambo, Leid. 1.
Lipsiens. Gaertn. Harl. 2. et fragm.
Hav. quo etiam ducunt vestigia Port.
qui in prohibendo deletus præfert. Ve-
*rum ultima litera vocis *delectus* adhæ-
 sit ex principio vocis sequentis *sic*:*
*qui error in litera *s* sæpiissime com-*
missus est. Vide ad xxviii. 25. § 2.
In proh. dilectu Flor. Quum ta-
 men *in prohibendo delectus* displiceret,
 et recte, nam de uno tantum delectu
 agitur, alii *in prohibendo delectum* sub-
 stituerunt, quod est in Hav. Sed
 vulgatum servo. Vide ad xl. 49. § 1.
Mox sic Patres in legem Leid. 2.
Vernum ibi etiam edita lectio præstat,
*licet pro *inpedienda* legeres *inpedien-**
do. Ceterum *Quemadmodum tribuni*
priscæ edd. omisso pronomine, quod
servant omnes codd. et Aldus primus
adject.

Quæ per omnes comitiales dies fere-
batur] Vide Varr. de Ling. Lat. v. p.
 50. Festum voc. 'Comitiales dies.'
Klock. 'Αρχαῖκῶς Pal. 3. *per omnis*

comitialis dies. Gebh. Pariter Leid.
 1. Harl. 2. et Port. *per omnes comitia-*
lis dies Harl. 1. et Hav. *per omnis co-*
mitiales dies Lipsiens.

§ 4 *Quin discedere populum jussi-*
sent tribuni] Manifeste hic vides, *po-*
puli voce etiam Patres intelligi. Glar.
Discedere Port. sed quum discessissent
tribuni, reliquis omissis, Hearnii Ox-
on. B.

Quod Patres se submoveri haud sine-
bant] Pal. 2. *tum Patres se.* Non ce-
 pit venustatem particulae *quod*, qui
 immutavit. Gebh. *Tum etiam Port.*
et Hav.

Quæ non consilio regenda, sed per-
missa temeritati audaciæque esset] Quæ
cons. non reg. alio ordine Voss. 2. *Tum*
consilio gerenda male Hav. et fragm.
 Hav. Alibi etiam voces 'gerere' et
 'regerere' commutantur. Vide ad
 xxvii. 40. § 2. Utramque lectionem
 simul recepit Gaertn. exhibens *con-*
silio regenda ac gerenda. Id autem
 librario hujus codicis frequens fuisse;
 videbimus ad iv. 55. § 5. Mox teme-
 ritati et audaciæ Voss. 1. et Leid. 2.
 Denique essent Flor. Voss. ambo,
 Leid. ambo, Harl. 1. et a m. pr. Port.
 ac fragm. Hav. Mirum eodem errore
 etiam optimos codd. infectos esse.

§ 5 *Multum et consules se abstine-*
bant] Cicero ad Fam. iv. 7. 'Neque
 tu multum interfueristi rebus gerendis.'
 Erunt tamen quibus magis ad gnstnm
 Puteani conjectura *tumultu et con-*
soles. J. F. Gron. Phædr. Fab. iii.
 10. 5. 'Ergo exploranda est veritas
 multum, prius Qnam stulta prave ju-
 dicet sententia.' Ceterum *multumque*
consules Hav. Lipsiens. et Harl. 2.
Tum abstineant Klockian. quem eo-
 dem errore jubeat, pro jubebat, præ-
 ferre supra vidimus hoc cap. ad § 2.
Mox nec cui Voss. 2. *perperam fini*
vocis ne adhærente litera, qnæ se-
quentis cui initialis est. Vide ad xl.
 7. § 8.

§ 6 *Qua nobilitate gentis, qua corpo-*
ris magnitudine ac viribus] Pal. 1. et

virium. Gebh. Primo *tam et quam*, pro *qua et qua*, Lipsiens. Gaertn. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. a manu interpolatrice, et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. Similiter etiam priscaæ edd. usque ad Aldum, qui *qua nobilitate gentis, qua corporis vulgari curavit, quemadmodum reliqui nostri*, et inter eos optimi, præferunt, ut et de Pall. 1. et 3. Gebhardus testatur ad 11. 45. § 3. Vide ad x. 38. § 1. Deinde *nobilitate generis* Port. ‘*Genus*’ hoc sensu pro gente poni, Siginus multis infra docet ad iv. 1. § 2. Quoniam tamen aliorum codd. nullus consentiat, nihil etiam mutandum censeo. ‘*Gens*’ et ‘*genus*’ frequenter alibi a librariis confunduntur. Vide ad xxxiv. 17. § 6. Denique *viribus* quidem omnes servant MSS. quibus utor: quomodo infra ‘*forma viresque corporis*’ memorantur xxx. 1. simul tamen et *viribus* præferunt Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Ad ea munera data a Diis] Adeo *munera, duabus vocibus imperitia librarii coalescentibus*, Lipsiens. Vide ad iv. 54. § 4. ‘*Addere ad ea*’ Livianum est. vii. 16. ‘*Ad copiam rerum addidit munificentiam.*’ xxiv. 26. ‘*Ad ea addidit preces.*’ Et ita passim. Solet enim Livius præpositio nem, cum *qua* verbum componitur, in regimine repetere. Vide ad ii. 36. § 6. *Ad munera, media voce exsulanter,* fragm. Hav. a m. pr. quam tamen postea altera adscripsit. Et recte. Quæ autem hic *munera data a Diis* vocat, eadem ‘*naturæ fortunæque bona*’ vocat mox cap. seq. et ‘*cou gesta a natura fortunæ bona*’ infra xxx. 1.

Ut nemo, non lingua, non manu, promtior in civitate habetur] Ita inter pungendum docuit Clericus in Arte Critic. l. iii. sect. 1. c. 10. § 15. Olim ita distinguebatur, *ut nemo non lingua, non manu promtior;* postea vero, *ut nemo, non lingua, non manu promtior.*

Verum eodem modo, ut Clericus voluit, hunc locum laudans, jam edidit Gronov. hoc lib. c. 26. § 5. quamvis tamen in ipso contextu hic minorem distinctionem post *vocem manu*, quæ ex opinione Clerici necessaria erat, omiserit. Sed et in ordine vocabulorum variant libri scripti: *ut nemo, non manu, non lingua, promptior in civ.* Voss. 1. præfert: *ut nemo, non manu, non lingua, in civ. promptior* Leid. 2. Vir doctus in margine edit. Curiosus conjecterat, forte vocem *nemo* abundare, eamque delendam esse. Mihi secus videtur. Poterat quidem abesse, si ita Livio visum fuisset. Nunc vero, quum omnes retineant MSS. iis nolentibus vulgatum servo. Simile fere est, quod obcurrit iv. 60. ‘*Tribuni plebis, communis ordinum laetitiae concordiaæque soli expertes negare, tam id laetum Patribus universis, nec prosperum fore, quam crederent:*’ *ut enim ibi, pro nec prosperum, dicere potuerat, vel prosperum;* ita etiam hic *vel lingua vel manu, pro non lingua, non manu.* Eodem lib. c. 7. ‘*Jndicium populi rescindi ab se natu non posse, præterquam quod nullo nec exemplo nec jure fieret, concordiaæ etiam ordinum canssa.*’ Vide plura apud Gronov. loco laudato. *Propræcior, pro promptior,* est in Lipsiens. a m. pr.

§ 7 *In medio Patrum agmine constitisset]* Una litera abundante *constituisset* est in Harl. 1.

§ 8 *Fusa ac fugata plebs est]* *Fugata plebes* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Quod recepi, ut Livio familiare, et passim a librariis expunctum. Vide ad i. 20. § 6.

Mulctatus nudatusque abibat] *Mamil notatusque abibat.* Lipsius Epist. Quæst. v. 16. Mavult vir doctus, *notatusque abibat.* Nostri libri nihil variant. *Modius. Mulctatus* MSS. Vide Turneb. Advers. xxviii. 5. in ‘*Com mulcat:*’ et c. 6. in ‘*Mulcatores:*’ etiam Lipsium ad Tacit. Annal. i. 32.

qui Epist. Quæst. v. 16. legit *notatusque*. Actor. xix. 16. Καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἐν φέρε τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, κατακυρίεσθαι αὐτῶν ἵσχυσε καὶ αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἑκένον. Diurna hæc grassatio, ut præniatorum nocturna. Vide Nonium in 'Præmiatores ;' et Colvium ad Apul. Miles. ii. p. 34. *Klock.* Sic etiam Pall. tres. Neque opus aliquid novare cum Lipsio, ut fiat *notatus*. Nam in hujusmodi tumultu vel vestis excidit, vel ea spoliatur, non tantum verberibus cæsi, ut ostendi in suspicionibus. *Grut.* Cum videlicet vestes circumscinderentur ad nudandum lictori tergum. Vide ii. 55. Et ita omnes libri, tam manu scripti, quam impressi : ideo miror virum doctum maluisse *notatusque*. Quin immo 'nudatio' inter sōntium etiam *notas*. Infra c. 23. 'Inermes nudique omnes sub jugnm missi :' ut recte habet Pal. 1. male alii *undiue*. Diodorus l. xvii. p. 580. Ἡγούν δὲ αὐτὰς οἱ μὲν ἀπὸ τῆς κόμης ἐπισπάμενοι τὰς ἡτοχηκυίας, οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας περιρηγύντες, καὶ γυμνοὺς τοὺς σώμασιν ἐπιβάλλοντες τὰς χεῖρας. Livius v. 27. 'Denudatum deinde eum manibus post tergum illigatis reducendum Falerios pueris tradidit.' xxviii. 29. 'Nudi in medium protrahebantur, et simul omnis adparatus suppliciorum expromebatur.' xxxviii. 59. 'Nudus ante carcerem projiciatur.' Pal. 3. *mulctatus nudatusque ibat*. Gebh. Alii *mulctatus*. Dodwellus in Append. ad Prælect. Academ. pag. 673. e Ms. Oxoniensi *multatus*. Sed *mulctatus* huic loco convenire, non *mulctatus*, vel *multatus*, certum est ex iis quæ docent eruditissimi interpretes ad Terentii Eun. iv. 7. 4. Adelph. 1. 2. 10. ad Phædrum Fab. 1. 3. ad Tac. Ann. 1. 32. ad Suetonii Cæsar. c. 17. et J. Fr. Gronovius ad Liv. xxviii. 30. Sic Livius cap. seq. 'Se suosque mulctatos querentes.' Pro *nudatusque* Lips-

sius Epist. Quæst. v. 16. mallet *notatusque*. Sed eum nemo audivit. Et merito. Alia res est in Sueton. Cæsar. c. 41. ubi pro *nudatos* *opere censorio*, Egnatius et P. Faber Semestr. ii. 12. legunt *notatos* *opere censorio*, quia censorum proprium est 'notare.' Nec tamen ideo scripturam receptam ibi mutandam esse putant Casaub. ad Sueton. et Scip. Gentilis in Append. Nott. ad Apulei. Apolog. num. 64. *Duk.* *Mulctatus* Leid. 2. Hart. ambo, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *multatus* Voss. 2. Port. et Lipsiens. quemadmodum etiam Dodwell. in Append. Prælect. Academic. p. 673. observat legi in codice Novi Collegii Oxoniensis, quem litera N. Hearne notare solitus est, sed ex quo vel ex aliis codicibus hic nihil monet. *Mulgatus* Leid. 1. ex cuius vestigiis colligo, legendum esse *mulcatus*, ut etiam in Voss. 1. legi videtur, et J. Fr. Gronovius reficiendum conjectit ad xxviii. 30. § 12. ubi plura vide, ut et mox ad cap. seq. § 9. Ceterum *nudatusque* etiam omnes nostri constanter servant, quod si probum, tamen cum Gebhardo non de circumcisio[n]is vestibus ad præbendum lictori tergum accipiam, (privatus enim erat K. Fabius, ideoque licetores ei nulli adparebant, quos animadvertere jubere poterat,) sed cum Gruterio de vestimentis in tumultu ereptis. Tibullus Eleg. 1. 2. 25. 'Nec sinit, obcurrat quisquam, qui corpora ferro Vulneret, ant rapta præmia veste ferat:' ubi Broekhus. locum inepte alio trahentes recte refellit. Similis ferme Neronis petulautia notatur a Sueton. in ejus Vita c. 26. 'Post crepusculum statim, arrepto pileo vel galero, popinas inibat, circumque vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernicie tamen. Si quidem redeuntes a cena verberare, ac repungentes vulnerare, cloacisque demergere adsuenerat: tabernulas etiam effringere et expilare, quintana domi constituta, ubi partæ et ad lici-

tationem divendendæ prædæ pretium adsumeretur: et apud Dion. Cass. lib. LXI. p. 693. Κρυφᾶ δὲ νύκτωρ ἐκώμαξε κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὑβρίζων ἐς τὰς γυναικας, ἀσελγάνων ἐς τὰ μειράκια, ἀποδίνων τὸν ἀπαντῶντας, παῖς, τητράσκων, φονέων. Denique *hibat*, pro *abibat*, habet Leid. 1.

Ut satis adpareret, si sic agi liceret] Et sic si agi liceret Pal. 1. Pal. 3. *sic si agi liceret*. Gebh. *Ut satis apparet* Voss. 2. et Hav. errore nato ex non observata nota, qua scripta erat vox *appar'et*. Vide ad XL. 14. § 2. Deinde *et sic si agi liceret* Voss. 2. *et si sic agi liceret* Gaertn. Sed τὸ et perperam repetitum est ex vocis præced. ultimis literis, ut saepe aliis locis factum est. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *se sic agi liceret* Leid. 1.

§ 9 *Tum prope jam percussis aliis tribunis]* Pal. 3. *perpulsis aliis tribunis*. Gebh. Vocem *jam* omittit Port. *Tum pulsis aliis tribunis fragm.* Hav. *perpulsis aliis tribunis Lipsiens.* Leid. 1. et Voss. 1. qui ultimus tamen in margine percussis ostentat. ‘*Perpulsus*’ et ‘*percussus*’ errore operarum alibi in MSS. commutantur. Vide ad III. 30. § 5. *percussis aliis tribunicii est* in Harl. 1.

A. Virginius ex collegio unus] Habet Pal. 1. hic, ut et mox, *Appius Verginius*. Gebh. *Appius*, pro *A.* etiam Port. et Gaertn. *Ap.* fragm. Hav. Vide etiam mox § 12. et ad c. 19. § 5. Deinde *Verginius Flor.* Voss. 1. et Leid. 1. *Virgineus* Port. Vide ad II. 17. in princ.

Incenderat eo facto magis, quam conteruerat] Persuadeor, esse interpolatitiam lectionem ex dissensu codicium Pall. MSS. quorum Pal. 3. *quam terruerat*, Pal. 2. *quam interruerat*, quod mihi non displicet. Nam in compositum intendit. Gebh. Contra *interruerat* interpolatitiam lectionem esse, inde verosimile fit, quod Pal. secundo Gelhardi, nuper ac novicio codici, ut ipse eum vocare

solet, nullus meorum secundas faciat, præter Lipsiens. et Hav. Quorum præsertiū posterior ipse quoque non satis gravis testis est, qui ubique Pal. secundo adsentire consuevit. Ipsum quidem verbum ‘*interreo*’ nondum notatum est, sed inde declinatum ‘*interritus*’ obvium est, at plane contrario sensu, pro non territus. Reliqui codd. vulgatum tinentur, quod cur jure suspectum esse possit, causam non video. Est enim alibi apud Livium admodum frequens x. 28. ‘*Novum pugnæ conterruit genns: essedis carrisque superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, et insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos.*’ xxiv. 12. ‘*Hic major solito adparatus præcipue conterruit Campanos:*’ et alibi.

Eo acrius obstare legi, agitare plebem, tribunos velut justo persecui bello] *Eo carius Leid. 1.* perperam transpositis literis: quali modo etiam errant librarii XXVI. 4. § 1. Mox *agitari* errans dedit librarius cod. Hav. *obstare legi, agitare plebei tribunos edit.* Mediol. a. 1480. sed invitis, quotquot vidi, scriptis et editis. Insuper et *tribunos addita conjunctione Gaertn.* quam rectius omnes alii omittunt, quam passim ἀσυνδέτως Livius loqui soleat. Denique *relut pers. bel. justo* Port. a m. pr. *reluti pers.* Harl. 2. *relut sequi Lipsiens.*

§ 10 *Materiam criminibus suis subgerere]* Sublegere perperam Lipsiens. in quo nou melius *tuer*, pro *ruere*, paullo ante librarius dedit.

§ 11 *Ibi multa saepe ab jurentute inconsulte dicta]* *A juventute* Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et vestustiores, quas inspexi, edil. ab *juventute* primus substituit Aldus, a cuius lectione stant reliqui codd. Mox *susp. ing. incident*, transpositis vocibus, Voss. 1. et Leid. 2.

Tamen legi resistebatur] *Tū legi resistebatur* Hav. saepe obvio errore.

Vide ad **xxii. 17. § 5.** *tantum legi resistebatur* Gaertn. Solent etiam hæc voces in MSS. commutari. Vide hoc lib. ad c. 46. § 1.

§ 12 *Et A. Virginius identidem plebi: Ecquid sentitis jam vos, Quirites?* Illud jam non omnes habent libri, sed placet. Et illud *ecquid pro ‘an non’ positum videtur.* Glar. Vet. lib. *Ecquid sentitis, inquit, jam vos,* Q. Sigon. Nullibi plane hæc reperitur lectio, *Ecquid, inquit, sentitis jam vos,* Q. Nam Pal. 1. *Numquid sentitis jam vos,* Q. Pal. 2. *Hæc et quid sentitis jam vos,* Q. Pal. 3. *Hæc, inquit, sentitis jam vos,* Q. Andreas edidit, *Ecquid sentitis vos,* Q. Gebh. Vocabulam *Et nesciunt* Harl. 1. Hav. et vetustiores excusi. Eam addidit primus Aldns, quam reliqui etiam scripti servant, nisi quod pro ea q̄ sive quæ sit in Lipsiens. Tum Virginio prænomen *Appius* tribuitur in Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide supra ad § 9. *Virginius* est in Flor. Leid. 1. et Gaertn. Vide ad **ii. 17.** in priuc. Ceterum Siganus, qui in Scholiis testatur, se in vet. lib. inventisse *Ecquid sentitis, inquit,* quum antea τὸ inquit ab excensis exsularet, tamen in contextu Livii edidit, *Ecquid, inquit, sentitis:* quod reliqui, præter Gebhardum, taciti probarunt. At eadem illa scriptura in nullo codice mihi obvia fuit, ne in Harl. 2. quidem et Hav. qui tamen alibi ei favere soliti sunt: hic vero ab eo descendunt, licet hand multum. Prior enim identidem plebi hec inquit. *Sentitis jam vos legit:* alter identidem plebi h' inquit. *Et quid sentitis.* Similiter identidem plebi hoc inquit. *Sentitis jam vos præfert* Gaertn. identidem plebi haes inquit sentitis Lipsiens. Prope accedit Port. qui habet *Nec, inquit, sentitis.* Ceteri codd. adeoque etiam fide dignissimi, τὸ inquit, a Siganio additum, repudiant, quorum etiam auctoritate iterum ejeci. Sine eo enim, quod sæpe a

Livio per ellipsis omissum est, sensus optime constat. Vide multa ad **xxiii. 45. § 6.** In illis codd. in quibus reperitur, receptum fuisse videtur ex margine, in qua adscriptum erat, vel ut varia lectio τὸ Ecquid, vel ut lector imperitior doceretur, eam vocem subintelligendam esse. Ceterum in reliquis vocibus inter ceteros codd. etiam non convenit. *Nunquid sentitis jam vos* est in Voss. 1. *Hec quid sentitis jam vos* in fragm. Hav. *Et quid sentitis jam vos* in Voss. 1. et Leid. 1. *Et quid sentitis vos* in Leid. 2. *Ecquid sentitis jam vos* in Harl. 1. quam veram scripturam puto. *Ecquid atque Et quid* passim in MSS. communitari dicam ad v. 36. § 5. *Ecquid autem hic simplex est interrogatio, pro ‘an sentitis?’* Vide ad **xxvii. 10. § 2.** τὸ jam aberat ab editis, quos vidi, antiquissimis. Addidit postea Aldus. Et servant etiam, ut jam vidimus, codd. omnes præter Leid. 2. Denique quidem, pro *Quirites*, Lipsiens. habet a m. pr.

Kæsonem simul civem et legem, quam cupitis, habere non posse] Legem, quam queritis Pal. 2. Gebh. *Simul et civem et legem, quam queritis* Harl. 2. Mox vicem, pro *civem*, transpositis literis, Leid. 1. Voces *quam cupitis, habere non posse* male deficiunt in Lipsiens. qui etiam a m. pr. perperam *Cæsone* habet pro *Kæsonem*.

§ 13 *Omnes Tarquinios superbiam exsuperat]* Infra deceuviros appellat ‘decem Tarquinios’ M. Horatius Barbatus c. 39. Non rejicio quod comparet in Pal. 3. Atticam Venerem redolens, *omnes Tarq. superbiam exs.* Gebh. Omnes nostri *superbia exsuperat:* quorum non modo consensus τὸ superbiam Pal. tertii suspectum reddit; verum etiam similis locutiones stilo Liviano non videntur convenire. Vide ad v. 41. § 8. Paullo ante *quamquam quidem ego legem loquor* Voss. 2. Port. et

fragm. Hav. quamquam ego legem lo-
quor Harl. 2. Tum et libertatem, ad-
jecta conjunctione, Gaertn.

Exspectate, dum consul aut dictator fiat] Exp. ut cons. ac dict. fiat Hav.
ac dictator etiam Harl. 2. Vide ad
Liv. xxi. 53, § 3.

Privatum viribus et audacia] Geb-
hardus supra e. 10, § 12. monuit, copu-
lam in Pal. 3. desiderari, ac legi quem
privatum, viribus, audacia. In meis
autem omnibus constanter superest.

Assentiebantur multi, pulsatos se
querentes] Pal. 1. pulsatos sequentes.
Nolo hic adolescentiari: aliis relin-
quo; hic nescio quid objicere lectori-
bus. Gebh. Assentiebant primæ edd.
pro quo Aldus assentiebantur restituit.
Et recte. Non modo enim Livius
passim alibi id verbum ea forma ex-
tulit, verum etiam hie MSS. constanter
ita legunt. Præterea pulsatos sese
querentes Voss. 1. pulsatos sequentes
Voss. 2. Ex quo quid lectoribus ob-
jici posse Gebhardus existimarit, con-
jicere nequeo; id tamen mihi vehe-
menter persuasum est, lectionem
illam natam ex errore librariorum,
qui partim duas voces disjungendas
conjunxerunt, partim notam, quum
forte se qu'entes scriptum foret, non
animadverterunt. Vide similia plura
exempla ad Liv. xxi. 28. § 5.

Tribunum ad rem peragendum ultro
incitabant] Tribunos habet Gaertn.
Sed unus intelligitur tribunus A. Vir-
gininus, qui K. Quinetio diem dixerat.
Tum vocem ultro neglexerunt primi
editores, et cum illis Hearnii codd.
Oxon. L. 1. et C. Addidit demum
Aldus, cum quo stant omnes mei.
An ab aliis ejecta fuit vox, quod eam
pro 'insuper' pon'i ignoraverint? quo
sensu tamen et apud Livium et apud
alios frequenter obcurrit. Infra xl.
12. 'Quum ipse, ex quo ab Roma
redii, per oculta enim suis conloquia
dies noctesque insidiatur, ultro nihil,
non insidiatoris modo, sed latronis
manifesti et percussoris speciem in-

duit: ubi plura exempla vide.

CAP. XII. § 1 Tum demum coactus
cum multa indignitate prensabat sin-
gulos] Habet Busidianus liber ad-
iectum personæ nomen Tum demum
coactus Ceso: quod nescio an ex mar-
ginali interpretatione in contextum
irrepserit. Adjuvat saltem rei ex-
planationem. Nannius. Abest a Pal.
3. præpositio cum. Gebh. Tum de-
mum Ceso coactus Leid. 2. Sed reliqui
nihil mutant; quorum consensus in
omittenda ea voce, ut et quod, inter
ipsos illos codd. qui servant, non
conveniat ubi collocanda sit, mani-
feste indicat, vocem illam potius ex
marginali interpretatione in contex-
tum inrepsisse, quam a Livii manu
profectam esse. Neque rei expla-
nationem multum adjuvat, quum vel
sine ea satis planum sit, de alio,
quam Kæsone, hæc verba intelligi
non posse. Omnes etiam nostri ser-
vant præpositionem cum. 'Cum in-
dignitate prensare' dictum est, ut
'cum precibus et lacrimis circumire'
XLV. 20. 'Extemplo veste sordida
sumta, domos principum cum pre-
cibus ac lacrimis circumibant.' Et
passim Livius eadem uti amavit, ubi
vulgo omitti solet. 'Cum gratula-
tione deducere' dixit IV. 24. 'cum
gaudio excipere' I. 25. 'cum magna
militum ira prædam ad quæstores
redigere' V. 26. 'cum clamore ad
arma discurrere' XXIV. 31. 'bona
cum paece accipere' XXVIII. 37. qui-
bus locis plura videnda: 'cum non
minore vexatione jumentorum homi-
nique redire' XLIII. 23. ubi etiam
vide. Contra vero vox multa deest
in Harl. 1. quam reliqui omnes ag-
noseunt. Deinde dignitate habet Hav.
indignatione Hearnii Oxon. L. 1. Pas-
sim 'dignatio' et 'dignitas,' 'indig-
natio' et 'indignitas' in MSS. comi-
nantur. Vide ad VIII. 28. § 6.
Insuper præhensabat primæ edd. Si-
gonius demum ei substituit prensabat:
'quod habent etiam codd. mei, nisi

quod tota vox errore librarii desit in Gaertn. Vide ad iv. 48. § 11. Paullo ante approbatque, pro apparebatque, est in Gaerin.

§ 2 Sequuntur necessarii, principes civitatis] Et seq. nec. Voss. 2. seq. et nec. Leid. 2. Mox ferret sua fam. pro referret sua fam. Lipsiens.

§ 3 Tantum indolem tam maturae virtutis umquam exstitisse] Novi quid sit ‘matura virtus.’ Sed miror quid scribatur in Pal. 2. tam mactæ virtutis. Gebh. Tam mactæ virtutis ex meis etiam Hav. ejus tamen lectionis auctores fuisse aberrantes librarios, non ipsum Livium, milii persuadeo: ‘macta virtus’ hic sensim habere nequit: at contra ‘indoles maturæ virtutis’ est spes aliquem ad summum culmen et quasi quamdam ἀκρην virtutis perventurum. Mox saepe se vidente, pro se saepe vidente, Voss. 1. et Leid. 2.

§ 4 Sp. Furius missum ab Quintio Capitolino sibi eum in dubiis] Pal. 1. Sp. finus, ipsum missum. Pal. 2. Spurius Furius, ipsum missum a Q. Cap. sibi in dubiis. Campani ed. Sp. Furius, et ipsum missum a Q. Cap. sibi in dubiis. At prodigiosissime Pal. 3. Spurius Furium et ipsum missum a Q. Cap. sibi eum in dubiis. Gebh. MSS. o. Sp. Furius ipsum missum, vel et ipsum: nec aliter Becharins, Bartol. de Zanis, Ascensins, Moguntina. Fortassis, Sp. Furius id ipsum, missum ab Q. Cap. sibi eum in dubiis. Una enim gesserant res Furius et Quintius. J. F. Gron. Hanc veterum codd. scripturam, Sp. Furius, ipsum missum ab Q. Cap. sibi eum, interpretor et ex plano, quasi esset, enī ipsum missum sibi ab Quintio. Non semel Livius vocum ordinem pervertit. Nec aliter XLII. 21. ‘Patres ipsum eum querere jussérunt:’ et c. 25. ‘Fœdus, cum Philippo ictum, cum ipso eo post mortem patris renovatum.’ XL. 34. ‘Is erat, qui ipse eam ædem voverat.’ Nec nostrum est, de hoc

Livii placito pronunciare. Jac. Gron. Sp. Furium et ipsum missum ab Q. Cap. sibi cum Lipsiens. Sp. Furium ipsum missum ab Q. Cap. sibi cum Flor. Voss.

1. Leid. ambo, et Harl. 1. Sp. Furius, ipsum missum a, vel ab Q. Cap. sibi cum Voss. 2. Gaertn. fragm. Hav. et Port. a m. pr. in quo manus altera reposuit Sp. Furius, ipsum missum a Q. Cap. sibi, omissa voce eum: quo modo etiam legit Hav. Sp. Furius et ipsum missum a Q. Cap. sibi cum Harl. 2. Codicibus Gronovii etiam Oxon. snos B. et N. consentire, auctor est Hearne. Inverso ordine ipse is, pro is ipse, Livium saepissime dixisse, certum est. Vide ad II. 43. § 4. Aliud tamen exemplum adhuc requiro, ubi inter inversa illa ipse et is tot numero vocabula interjectiuntur, quot hoc loco interjecta obcurrunt. Ea ratio est, quo minus Jac. Gronovii explanationem probare possim. Neque etiam conjectura patris J. F. Gronovii id ipsum placet. Potius videtur ipsum vel et ipsum aut perpetram a librariis additum esse, quod non animadverterent τὸ eum verbis quibusdam interjectis positum, ideoque eum ibi a nounullis indinctum esse; vel ipsum atque et ipsum ex missum formatum; et propterea adintendam non esse.

In dubiis suis rebus venisse subsidio] In dubio suis rebus Hav. in dubiis rebus suis Voss. 1. et Leid. 2.

Neminem unum esse] Neminem esse unum Gaertn. neminem virum esse Leid. 2. Sed male. Sæpe ita Livius loqui solet, ut voci ‘nemo’ ex superabundanti addat vel ‘unus,’ vel ‘quisquam,’ vel similem aliam vocem. Supra II. 6. ‘Eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapnisce.’ III. 14. ‘Sic tribunos adorti sunt, nt nemo unus inde præcipuum quidquam gloriæ domum invidiæ ferret.’ IX. 16. ‘Hand dubie illa ætate, qna nulla virtute feracior fuit, nemo unus erat vir, quo

magis innixa res Romana staret.' xxviii. 35. 'Cupere se illi populoque Romano operam navare, ita ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam.' Huic simile est 'quisquam unus' supra II. 9. 'Nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus.' III. 45. 'Adversus injuriam decreti, quum multi magis fremerent, quam quisquam unus recensare anderet.' Infra xxviii. 37. 'Nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baliares excellunt.' xxxii. 20. 'Hæc adhortatio prætoris non modo quemquam unum elicit ad suadendum.' Ejusdem etiam generis est 'nihil quidquam' apud Gell. I. 3. 'Non fallo me, nihil esse quidquam commissum a me.'

Cujus magis opera putet rem publicam restitutam] Pal. 3. *cujus magna opera putent rem restitutam*. Gebh. Lege cum Fl. Voss. utroque, Rott. Gud. *putet rem restitutam*. Hoc sat ei lassis. Sic infra c. 26. 'Qui rem perculsam restituerit.' J. F. Gron. Unus meorum Hav. vulgatam lectionem probat. Nec multum dissentit Lipsiensis, *putet rem restitutam publicam*, transpositis vocibus exhibens. Sed *putet rem restitutam* habent Leid. ambo, Gaertn. Klockian. fragm. Hav. Port. et Hearnii Oxon. N. et C. *rem restitutam putet*, inverso insuper ordine, Harl. 1. *putet rem restitutam esse*, addito in fine verbo, Harl. 2. quemadmodum etiam in margine Port. emendatum vidi. *Rem restitutam*, ut supra II. 63. 'Virtus militum rem, prolapsam negligentia consulis, restituit.' Infra VIII. 11. 'Stragem et ante signa et post signa factam; triarios postremo rem restituisse.' XXV. 37. 'Quum deletus exercitus amis-
saque Hispaniæ viderentur, vir unus res perditas restituit:' ubi neque Sigenius, neque Gebhardus, *vir unus*

has restituit reponentes, audiendi sunt. Et ita Livius sæpe. Similiter etiam Ennius in fragm. Ann. lib. XII. 'Unus qui nobis cunctando restituit rem:' quem Virgil. imitatur Aen. VI. 846. 'tu Maximus ille es, Unus qui nobis cunctando restituis rem.' 'Res' et 'respublica' sæpe communantur in MSS. Vide ad VIII. 31. § 2.

§ 5 *L. Lucretius, consul anni prioris*] Prænomen deest in Lipsiens. ubi id interceptum fuisse videtur a voce præcedente *publicam*, vel etiam in eam abiisse. *P. Lucretius* præferrunt Flor. Voss. utroque, Leid. 2. Harl. ambo, Port. Hav. fragm. Hav. et Pall. tres, ut Gebhardus mox ad § 7. testatur; quum tamen supra c. 8. constanter etiam in omnibus codd. *Lucii* prænomen recte habeatur, quod hic solus retinet Leid. 1. Tum anni primoris Voss. 1. et Leid. 2. sollemni errore, de quo vide ad XXXVII. 43. § 10.

Suas laudes participare cum Kæsone] *Laudes suas* Hav. Deinde percipere cum Kæsone Voss. 2. Justin. XXXIV. 2. 'Participatoque cum eo regno, legatos Romanam ad senatum mittunt.'

§ 6 *Suadere et monere, juvenem egregium, instructum naturæ fortunæ omnibus bonis*] Vet. lib. *fortunæque*. Sigan. *Suadere*, pro *suadere*, ridiculo errore Voss. 1. et Leid. 2. Tum *moveare* Gaertn. Vide ad IX. 38. § 12. Hinc *egregium juvenem, instructum Hav. juvenem instructum* Leid. 2. *juvenem instructum egregium* Voss. 1. Deinde vox *naturæ* deest in Hav. *fortunæque* servant omnes nostri, nisi quod *formæque* sit in Leid. utroque, et a m. 2. in Voss. 1. *portunæque* in Flor. a m. pr. et *oportunæque* a m. sec. Scriptum olim fuisse videtur *fortunæque*. Id vero *negligentia scribarm facile in formæque mutari potest*, ut etiam alibi sæpe factum. Vide ad XLI. 20. § 2. Infra XXX. 1.

‘Ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior civis habebatur, congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis.’ *Natura fortunae omnibus bonis*, quod Signio recte displenuit, primum obviam fuit in Frobeniana edit. 1535. Priores enim habent *natura fortunae*.

Maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque venisset] Maximum monumentum Leid. 2. et inter versus Voss. 1. maximum monumentum Voss. 2. et a m. pr. Port. et fragm. Hav. in quibus literæ superfluae a manu altera inductæ. Voces hæc etiam alibi confunduntur. Vide ad v. 52. § 1. Tum rerum esse ejus civitatis Voss. 2. Sed ut tota oratio, quæ τῷ esse admissò incidenta foret, cohæreat, et uno ambitu contineatur, melius reliqui verbum non agnoscunt. Denique in quacumque venisset Leid. 2. Harl. 2. et Port. in quaquam venisset Harl. 1. An voluit in quamquam venisset. Infra xli. 8. ‘Liberos suos quibusquis Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant.’ Vide ad ii. 2. § 1. Vulgatum tamen, quod reliqui retinent, mutandum non videtur.

§ 7 *Quod offendat in eo, fervorem et audaciam ætatem quotidie auferre]* Pal. 1. offendit, sicut statim desideratur. Latet aliquid, quoniam tam discordes libri. Pal. 3. quod offendat in eo ... quotidie offerre. Dicit L. (Pall. tres *Publum* indigitant) Lucretius, quædam superesse et deesse Cæsoni Quintio per ætatem. Jam quod abunde supersit, audaciam et fervorem quotidie largiri atque offerre ætatem juvenilem: jam quod desit ac desideretur, judicium ac prudentiam ab ætate ulteriore accessurum, senescentibus vitiis, maturessente virtute. Gebh. Offendit constanter omnes nostri; nns tantum Voss. 2. mox desideratur exhibet. Præterea quotidie offerre Voss. 2. et fragm. Hav. quotidie offerre Hav. et Gaertu.

quotidie offerre Leid. 1. et Lipsiens. a m. pr. quod perperam, et invito etiam sensu communi, Gehhardus probat. Quis enim sanus credere potest, Lucretium hoc argumento persuadere plebi voluisse, ne K. Quintio exsilium iuogarent, quoniam ætas fervorem et audaciam, quæ vitia offenderent, quotidie ei offerrent, sive largirentur: immo contra ei pœnam deprecari conabatur, quoniam ætas eadem auferret; et ita quotidie minneretur, quod offenderet. Virgil. Ecl. ix. 51. hoc sensu dixit, ‘Omnia fert ætas, animum quoque.’ Nihil itaque mutandum existimo, quidquid etiam dissentiant codd. scripti. Idem, quod Livius, indicat etiam Cic. Orat. pro Cœl. c. 18. ‘Multi et nostra, et Patrum majorumque memoria, judices, summi homines et clarissimi ciues fuerunt, quorum, quum adolescentiæ cupiditates defervissent, eximiae virtutes, firmata jam ætate, existernunt.’

Sinerent tantum virum senem in civitate fieri] Vet. lib. in civitate senescere. Sigan. Notha est scriptura Pal. secundi et Siganiani codicis *tantum virum in civitate senescere*: contra quam stant libri meliores dno MSS. totidemque cusi. Gebh. *Tantum virum in civitate senescere etiam Hav. Siganii vet. lib. et Gebhardi Pal. secundo subfragari solitus*; quam scripturam, quæ alterius glossema est, recte jam Gebhardus displicere testatus est. Eamdem genuinam non esse, tum codicum in alteram lectionem conspirantium consensus ostendit, tum illud etiam, quod *senescere* modo præcessit.

§ 8 *L. Quinetius, cui Cincinnato cognomen] Titus Quintius Lipsiens. T. Quintius Voss. 1. Leid. ambo, Port. et Hearnii Oxon. N. Male.* Infra enim c. 19. *L. Quintius* vocatur ex consensu non modo omnium codd. sed etiam Dion. Halic. Antiq. x. p. 630. et 644. et Fastor. Capitol. Lc-

lius Quintius Gaertn. Sed saepe alibi librarius pro prænomine *Lucius*, dare solitus est *Lælius*. Vide ad v. 32. § 1. Tum *Cincinnato* Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. *Cincinnato* Leid. 2. *Cincinnato* Voss. 1. *Kukkūatos* etiam vocatur Dion. Halic. p. 630. 650. et alibi. At in fragm. Fastor. Capitolin. dicitur L. QVINCIUS. L. F. L. N. CINCINNATVS. Ita dictum esse, quod capillos in cincinnos flecteret, anctor est Dio Cass. quamvis ipse *Kukkūatos* scripsit, in Excerpt. Peiresc. p. 579. Σωφροσύνη διέπρεψε· καὶ τοι τὰς κόμας ἐσ πλοκάμους ἀνιεῖς, ἀφ' οὗ δὴ καὶ Κυκκūatos ἐπωνομάσθη. Ex eo id hancisse videtur Zonar. vii. 18. ubi *Kukkūatos* vocatur. At crines intorti in circulos et calamistrati Latinis ‘cincinni’ vocantur. Vel itaque scriptores Græci ignorantia linguae Latinæ peccarunt, vel culpa in librarios conferenda est: quod malo. Mox τὸ cognomine non adparet in Harl. 1.

Sibi, qui non dicto, qui non facto] Alterum *qui superabundare docet exemplar vetustum, in quo legitur tantum, sibi, qui non dicto, non facto.* Rhen. Quemadmodum Rhenanus ex vetusto exemplari emendavit, præferunt etiam omnes nostri, nisi quod *non digno* sit in Harl. 1.

Alii aversabantur preces] *Adversabantur* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. solito libraiorum lapsu. Vide ad viii. 7. § 13. Tum *precibus* Flor.

Alii se suosque mulcatos querentes] Male τὸ se exsulat a Lipsiens. Deinde *mulcatos* hic iterum Gronovius recte in contextum recepit, quemadmodum etiam Leid. 1. Klockian. Lipsiens. a m. sec. aliisque eodd. servant: *multatos* est in Voss. 2. Lipsiens. a m. pr. Port. et fragm. Hav. *mulctatos* in Leid. 2. Hav. Gaertn. et margine Voss. 1. Eadem varietas lectionis in vett. edd. superest. Vide ad cap. præc. § 8. Mox *judicium suum proferebant* Leid. 2. errore passim obvio. Vide ad ix.

10. § 7. ‘Præferre’ hic est præ se ferre. Vide ad xxvii. 31. § 5.

Cap. xiii. § 1 Præmetbat renum, præter vulgatam invidiam] *Præter latam invidiam* Port. pro quo tamen in margine emendatur *præter vulgatam*. In Flor. est *præter mulgatam*.

Quod M. Volscius Fictor, qui ante aliquot annos] Retinent hoc nomen Pal. 3. et edd. prisæ. Pal. 1. vero Pictor; Pal. 2. Victor repræsentant. Gebh. Omnes nostri in editum nomen consentiunt, nisi quod *Pretor*, pro *Fictor*, habeat Voss. 1. *Vulscius* etiam legunt Voss. 2. Leid. 1. Port. et fragm. Hav. a m. pr. Verum Μάρκον Οβολούσκιον vocat Dion. Halic. lib. x. p. 632. unde minimum vocalis o in syllaba prima stabilitur, quam infra § 3. etiam Leid. 1. et fragm. Hav. servant.

§ 2 *In Urbe fuerat, in juventutem, grassantem in Suburra, incidisse]* Antiq. codex tautum habet *juventutem* *grassantem* in *Sub.* *incidisse*. Rhen. Vide hoc genus compositionis: quater repetit præpositionem *in*: quamquam quidam eodd. in ante *juventutem* non habent. Glar. Vide Lævin. Torrentium ad Sueton. Aug. c. 32. et Tiber. c. 37. Nonnum in ‘Præmiatores’ l. 16. § 6. et l. 28. § 10. ff. de Poenis. Klock. Ubi cumque est pejor lectio, ejus enstos est plerumque Pal. 2. et hic patrocinium vulgatae præstans lectioni. Reliqui autem duo MSS. et Campani ed. *juventutem* *grassantem* in *Subura* *incidisse*: ut habuit Rhenani liber. Gebh. *Juventutem* *incidisse* sine præpositione est etiam in Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. ut ex nostris eamdem tautum servent Harl. 2. et Hav. Quorum auctoritati licet plerumque minimum tribnere soleam, hic tamen lectionem, quam obferunt, veram esse existimo. In aliis enim illud in videatur interceptum esse a prima syllaba

proximæ vocis *juuentutem*, quoniam Livius plerumque præpositionem, eum qua verbum componitur, in regimine repetere consuerit, et alibi ‘incidere aliquem’ eum dixisse, nondum observarim. Vide ad 11. 30. § 13. Quod autem toties repetitum *rō* in inter caussas referri possit, cur hic uno loco expungi debeat, me non moratur, postquam tot exempla repetitarum vocum concessi ad Livii 1. 3. § 9. Et ita xxvii. 1. ‘Ipse in Fulvii similitudinem nominis, quod Cn. Fulvium prætorem biennio ante in iisdem devicerat locis, increpans.’ Similiter ‘id,’ ‘is,’ ‘eo,’ ‘eorum,’ ‘eum,’ ‘eam,’ non ita multis verbis obcurrunt supra 1. 44. ‘idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. Adjicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eorum, qui ferre arma possent, eum numerum fuisse. Ad eam multitudinem,’ &c. Præterea *crassantem* Voss. 2. Port. et Klockian. qualis diversitas scribendi in hac voce passim in MSS. observari potest. Vide ad 11. 12. § 15. Denique *Suburra* Leid. 2. Lipsiens. Gaertu. et Hav. Eam orthographiam firmat sententia illorum, qui vice nomen fuisse volunt a ‘suecurrendo;’ alteram vero illorum, qui adpellationem deducant a pago ‘*Sucusano*,’ vel a ‘*suburendo*;’ quorum etiam opinio et scripture consentientib[us] reliquis MSS. præstat. Vide Varr. de LL. iv. p. 15. et Fest. in voce ‘*Suburam*,’ quæque viri docti ibi notarunt: etiam Burmann. ad Quintil. Instit. 1. 7. p. 91.

Fratremque suum majorem natu] Sine detimento sententia atque elegantiæ omittetur *rō natu*, quod facit Pal. 1. Gebh. Sane nihil elegantiae decederet, si vox *natu* abasset; nam ita et alibi sæpe loquitur Livius, ut 1. 3. ‘Hand nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an major quam hic,

Creusa matre, Ilio incolumi, natus:’ mox, ‘Numitorem atque Amulum procreat. Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Silvia gentis legat.’ c. 46. ‘Aruns Tarquinius et Tullia minor prope continuatis funeribus quum domos vacnas novo matrimonio fecissent, junguntur nuptiis.’ c. 53. ‘Sextus filius ejus, qui mihius ex tribus erat, transfigit ex composito Gabios.’ vi. 34. ‘Filiae duas nuptæ Serv. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat:’ et mox, ‘Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia.’ xxii. 31. ‘Regui certamine ambigebant fratres: major et qui prins imperirat, Branens nomine, minore ab fratre et cœtu juniorum, qui jure minus, vi plus poterant, pellebatur.’ xxix. 29. ‘Esailee quoque mortuo, major ex duobus filiis Capusa, pnero admodum altero, paternum imperium accepit.’ xxxviii. 57. ‘Hunc Graccho minorem ex duobus filiis (nam major P. Cornelio Nasicae hand dubie a patre conlocata erat) nuptam fuisse convenit.’ xl. 11. ‘Obstat frater major, ad quem jure, voluntate etiam patris, regnum pertinet.’ c. 12. ‘Occidendi sui consilium me inisse, videri vult: ut scilicet, majore fratre sublato, ego minor in ejus, quem occidisse, succederem locum.’ c. 15. ‘Quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me majori cedere vis.’ Facile itaque *rō natu* delenti faverem, modo consentirent codd. scripti plures. Certe omnes mei hic vocem illam ἀπρὶς retinent; quare etiam nihil intandum censeo, præsertim quum neque alterum Livio insolitum fuerit. Ut enim hic ‘major natu,’ ita ‘major ætate’ est apud Liv. xxviii. 21. ‘Corbis et Orsua patruelles fratres, de principatu civitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes, ferro se cætatueros professi sunt. Corbis major

erat ætate.' Hoc itaque exemplum addi potest illis duobus Valer. Max. quibus Vavass. de Vi et Us. Quorund. Verbor. in voce 'Major,' probare conabatur 'natu major,' 'natu minor' recte dici de duobus fratribus vel filiis. Ceterum majoremque natu male Harl. 2.

Necund ex morbo satis validum, pugno ictum a Kæsone cecidisse] Ab Cæsone Pall. Gebh. Vacula sutis deest in vett. edd. Eam tamen agnoscunt omnes codi. quare recte jam addita est a Mediolan. a. 1495. Deinde ab Cæsone Flor. Voss. 2. Leid. 1. Hay. fragm. Hav. et Lipsiens.

§ 3 *Semianinem inter manus domum adlatum]* Scribe *domum ablatum*. Rhen. *Ablatum* etiam retinent omnes nostri. Id eodem modo dictum est, quo 'avolant Romam,' 'avectus domum,' et similia, de quibus vide ad 1. 57. § 8. *ablatus* autem et *adlatum* sœpe alibi committantur. Vide ad III. 42. § 6. Quod vero Rhenanus *semianinem* ad sequentia referre videatur, in eo nullam editionem adsentientem habet. In primis quidem, quas vidi, interpunctio est ambigua, quum et ante vocem *semianinem*, et post eam distinguitur. Mediolanenses postea annis 1495. et 1505. ac Veneti a. 1498. *cecidisse semianinem conjunxerunt*, quos præentes Ascensius a. 1513. et deinde a. 1516. et hinc reliqui recentiores secuti sunt: quod etiam præstare judico. Tandem *inter manus domum ablatum*, est manibus *ablatum*. Cic. in Verr. v. 11. 'Itaque erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio tamquam e proelio anferretur, alius tamquam occisus relinqueretur.' Sueton. in Vespas. c. 21. 'Dumque consurgit ac nititur, inter manus sublevantium extinctus est.' Valer. Max. v. 1. ext. 6. 'Locum, qui inter manus est, finiam.' Phædrius Fab. v. 7. 10. 'Inter manus sublatns et multum gemens Dominum referunt: ubi videndi docti commen-

tatores, et Duker. ad Flori III. 21. § 26.

Quin in petu populi Kæso interiret] Exterit rō populi Pal. 3. Gebh. Eadem vox non conspicitur etiam in Hav. et Lipsiens. Panlio ante *affuerit*, pro *absuerit*, est in Leid. 1. et fragm. Hav. Au legendum *afuerit* i Vide ad IV. 12. § 6.

§ 4 *Virginius arripi jubet hominem]* Virginius Voss. ambo, Leid. ambo, et fragm. Hav. Vide ad II. 17. in princ. *Arripi*, ut apud Propert. Eleg. II. 22. 7. 'quorum lascivior unus, Arripite hunc, inquit: nam bene noster eum. Hic erat: hunc mulier nobis irata locavit. Dixit, et in collo jam mihi nodus erat.' Non itaque *abripi* legendum, ut aliqui in mente venire posset, et voluisse videtur librarius Lipsiens. qui dedit *arripi*. Et ita etiam Cic. pro Milone c. 22. 'Subito arrepti in questio nem tamen separantur a ceteris, et in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis couloqui possit.' Quod hic *arripi* dixit, 'prehendere' vocat XXV. 4. 'Ni vades daret, prehendi a viatore, atque in carcere duci jussserunt.'

Patricii vi contra vim resistunt] Ut hæc verba legitima Livii credam, nulla suadela expugner. Pal. 1. *Patricii contra vi resistunt*. Pall. 2. ac 3. *Patricii vi resistunt*. Codices mutilos hic esse non asseverem. Vulgatam tamen tantum vett. edd. Andreæ Campanique. Gebh. Dno Pall. *Patricii vi resistunt*. Unus *Patricii contra vi resistunt*: quomodo et Aldus Juntasque edidere. Et hanc veram scripturam puto. Notum illud, *tu contra audacior ito*. J. F. Gron. Vulgata scriptura superest in Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Harl. 1. *patricii vis contra vim* Flor. *patricii vi resistunt* Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *patricii vi contra resistunt* Harl. 2. *patricii contra vim resistunt* fragm. Hav. *principes contra vi resistunt* Hearnii Oxon. L. 2. et C. *patricii contra vi*

resistunt Voss. 2. Gaertn. et Port. ilque voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen male scripsit patri cui⁹ contra vi resistunt. Quam lectionem Gronovius hic veram putabat, olim etiam probavit ac vindicavit prima ed. nott. ad xxvi. 49. ubi Livium gaudere observat præpositionibus circa et contra sine expresso casu usurpati. Ita c. 15. ‘Quanto juniores Patrum plebi se magis insinabant, eo acris contra tribuni tendebant.’ Supra 1. 16. ‘Petens precebus, ut contra intueri fas esset.’ Aldus quidem, ut Gronov. docet, patricii contra vi resistunt edidit, sed nimimum inconstans priorem lectionem in erratis iterum revocavit.

Cui reo capitalis dies dicta sit] Violavit hic sciolus quispiam verba Liviana. To corrigere *Cui rei capitalis*. Neque enim dicimus ‘diem capitalem,’ sed ‘rem capitalem,’ id est, quæ vitam hominis in discrimen adducat. *Rhen.* Pall. 1. ac 3. melioris notæ *Cui rei capitalis*. At Pal. 2. ex perversione sciole et edd. vetustæ *Cui reo:* quod cur hic non quadret, disce ex *Beato. Gebh.* *Cui rei capitalis* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Ita et fuisse videtur in Oxon. Hearnii, qui, alias *reο* edere adnotans, codicium snorum adsensum non memorat. Jure damnatam lectionem *cui reo* male exhibent ex meis Flor. Harl. 1. Gaertn. et in margine a m. sec. Lipsiens. ‘Res capitalis’ est crimen capitale. Cic. de Senect. c. 12. ‘Exoratus in convivio a scotto est, ut feriret aliquem eorum, qui in vinculis esse oportet rei capitalis.’ Orat. pro Cæcina c. 9. ‘In quem ego dicere, quum rogarer a Cæcina, numquam volui, ne arguere illum rei capitalis videerer:’ pro Domo c. 30. ‘Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa vene-

rant.’ Ipse Livius xxv. 4. ‘Confestim Carvili tribuni plebis, omissa multæ certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt.’ XXXIX. c. 13. ‘Eam primo orare cœpit, ne mulieris libertinæ cum amatore sermonem in rem, non seriam modo, sed capitalem etiam, verti vellet.’ Mox damnatum, pro indamnatum, Lipsiens. indamnaturum Gaertn. Deinde deberet violari, pro debere viol. Lipsiens.

§ 5 *Supplicium negat sumturum se de indemnato: servaturum tamen]* Vide l. 8. § 9. ff. de Pœnis. l. 216. ff. de Verb. Signif. l. 2. Cod. de Exact. Tribut. *Klock.* *Sumturum se indemnato* Leid. 2. *sumturum se de dampnato* Voss. 1. pro varia lectione in margine. Mox *serratum* Harl. 1. Tum alio ordine esse in vinculis primæ edd. usque ad Aldum, qui edidit, nt nunc circumfertur; quod firmant omnes codd.

§ 6 *Appellati tribuni medio decreto jus auxilii sui expedient]* Vet. lib. protinus *jus auxilii sui*. Sigon. Pal. 2. medio decreto protinus *jus auxilii sui*. Ita supra idem habuerat c. 11. *Tribunus prodi mitti jubbat: forte voluit tribunus protinus mitti jubebat. Gebh.* *Et appellati tribuni medio decretum jus auxilii sui* Voss. 1. et Leid. 2. *Adpellati tribuni medio decretum jus auxilii sui expendunt* Lipsiens. *jus auxilii ejus exp.* Hav. *protinus jus auxilii sui* Harl. 2. Gaertn. Port. et fragm. Hav. a m. sec. Idem etiam Hearne in Oxon. B. et L. 2. reperit. Sed optimi mei τὸ protinus ignorant, quod etiam otiosum est, et a mala manu interpolatuor videtur.

In vincula conjici retant] *In vincula conciverant* fragm. Hav. *in vincula conci retant* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. et ita § seq. *reicitur, pro rejicitur,* iidem codd. cum fragm. Hav. Vide ad 11. 10. § 9.

Sisti reum, pecuniamque, nisi sistatur, populo] Vide Cujac. ad Papinian. lib.

ii. definit. p. 645. *Klock.* *Fisci reum* præfert *Voss.* 2. *Tum pecuniaque Gaertn.*

§ 7 *Reus, dum consulenterunt Patres]* Ultimam vocem perperam omittit *Leid.* 2.

§ 8 *Unum vadem tribus millibus æris obligarunt] Vadem XXX. æris obligari Klockian. tria millia æris Voss. ambo, Leid. 2. Hartl. 2. Lipsiens. et Hav. trium millium, vel trium qui millium æris Gaertn. et multa ex vett. edd. usque ad Aldum. Quod accipi posset per ellipsis, ut plene foret 'vademi trium millium æris summa obligarunt.' Ipse Aldus ambiguë dedit III. Mil. æris, quod servatum est usque ad Sigonium, III. millibus æris reponentem. Gruterus denique in postuma edit. tribus millibus æris plene dedit. Etiam in membranis nonnullis olim videtur scriptum per notas fuisse ☠ ☠ ☠ æris, ut adhuc in fragm. Hav. aliisque exstat, vel III. M. æris. In Flor. est vadē MM. ex æris. Notas postea indocti librarii male explicuerunt, ut scepissime evenit eorum culpa. Vide ad xxv. 9. § 16. Deinde obligare est in fragm. Hav.*

Quot darentur, permissum tribunis est : decem fuerunt] Bene sic Pall. 1. ac 3. in Pal. 2. quod exscriptor non caperet, supposuit fuerunt : quod et malo exemplo fecit Campanus. Gebh. Quod darentur Leid. 1. et Gaertn. quomodo saepe erratum est in MSS. Vide ad XLIV. 1. § 1. quodque darentur Leid. 2. quotque darentur Voss. 1. Hartl. 2. Hav. et Port. a m. pr. quod darentur in contextu est apud Aldum, in erratis tamen quot darentur recte revocavit. Præterea permissum est tribunis Voss. 1. et Leid. 2. tribunis permissum est editi ante Aldum, qui in ordinem eum voces digessit, quo nunc eduntar. Et ita reliqui codd. mei. Denique decem fuerunt apud me solus Hav. quod Gebhardus ex stupore librarii, vulgatum finierunt non intelli-

gentis, ortum existimat ; mihi ex nota, quum fierunt scriptum fuisset, natum videtur. 'Finire' autem hic est definire : qua significazione id verbum, petitis etiam ex Livio exemplis, illustravit Burmann. ad Quinetil. Instit. Orat. ii. 1. p. 128. vel etiam decem finierunt, id est, modum hunc statuerunt numero vadim, ut decem darentur. Eo sensu τὸ 'finire' usurpati docuit Gronov. ad Epit. Liv. lib. XXXIV.

Tot radibus accusator vadatus est reum] Tot radibus attus accusator Leid. 2. Illud interjectum attus peccatum est librarii, qui attus scribere inceperat, sed errore intellecto in media voce substitut, et, quod perperam exararat, delere noluit, ne librum lituris deformaret. Vide ad ii. 34. § 9. et ad v. 29. § 2. Deinde accusatur vadatus est Gaertn. Tandem vadatum est reum Lipsiens. in contextu a m. pr.

Hie primus vades publicos dedit] Valde malim publico : nam nulli sunt privati vades. 'Publicum' autem accipio, ut notatum II. 9. Nec objiciant mihi, quod viros doctos censere video, inter 'vadē' et 'prædem' hoc interesse, quod 'vas' in publicis, 'præs' in privatis : tamen quia 'vadimonium' in privatis etiam dicatur, a conjugatis etiam 'vadē.' Nam si veterum accurate loquentium consuetudinem respiciamus, 'vades' dicti semper capit, 'prædes' semper penitiae ; ut bene novit Ausonius in Technopægn. p. 488. ed. Toll. utrique autem non nisi publico dati, præterquam predes litis vindiciarum : 'vas' judiciis publicis interpolatur, et promittit reum, cui rei capitalis dies dicta est, judicio sisti : 'præs' aut litis vindiciarum est, aut mancipum, sive eorum, qui publicum conduxerunt ; aut denique mulieræ nomine datur. Sic nulla cura conjugatorum dialecticorum Latini. Cæterum 'Prædes vadesque penitidi-

nis reos,' non Seneca dixit, sed Ausoniis Ludo Sapient. in Thalete vs. 22. **J. F. Gron.** *Vades* proprie quidem esse sponsores in re capitali, Festo et Ausonio auctoribus, sed usu obtinuisse, ut etiam in re civili dicerentur, scribit Torrentius ad Hor. Sat. i. 1. 11. Sed Gronovius præcipue videtur impugnare Salmasium, qui in eadem sententia est c. 16. de modo Usurar. Verum vellem docuisse, quomodo, si *vades* semper dicti sunt capitii, intelligi debeant loca XII. Tabularum apud Gellium XVI. 10. Horatii Sat. i. 1. Varronis de Ling. Lat. v. p. 59. quorum auctoritate utitur Salmasius. Mihi sane non liquet, quomodo ea accipi voluerit: neque enim, nisi plurimum fallor, negari potest, in illis *vades* esse rerum privaturn et civilium sponsores. Et, si Latini in his rebus 'vadari' dixerint, quod e Cicerone et aliis constat, cur non etiam de iisdem *vades* dixerint? Ant quae alia potest dari origo vocis 'vadimonium,' quam quod sponsores rerum privaturn etiam *vades* dicti fuerunt? **Duk.** *Vades* nullos privatos esse adfirmanti Gronovio se adsentiri non posse, ideoque sibi nihil mutandum videri, testatur Donjatius. Nihil novi tamen profert, unde Gronovii sententia evertatur. At licet concedetur, verum esse quod Gronov. voluit, nullos *vades* privatos, sed omnes publicos esse; ne sic quidem *publico*, pro *publicos*, reponendum existimarem. Unicum argumentum, cui hæc viri summi emendatio inuititur, illud est, epitheton hoc *publicos* abundare, quum nulli nisi publici *vades* fuerint. Verum eodem incommodo premitur *τὸ publico*. Si enim nulli nisi 'publici *vades*,' nulli etiam nisi *publico* dabuntur. Censeo itaque vel *publicos* servandum, (quod uno ore omnes codd. eam scripturam firmant,) vel locum corruptum; et pro *publicos* aliud quid substituendum esse, quod

acutiorum ingenio excogitandum relinquo. Ceterum *Ceso primus*, pro *Hic primus*, exhibet librarius Gaertn.

Vades publicos dedit. *Dimissus e foro, nocte proxima jussu consulum in Tuscos in exsilio ubiit*] Vet. lib. *insciis consulibus*: et *Tusculum*: sed placet magis in *Tuscos*, quia Dionysius lib. x. p. 633. habet eis *Tυρρηνιαν*. **Sig. gon.** Ait Siganus legi in vet. lib. *insciis consulibus in Tuscos in ex. cum edd. habeant jussu consulum in Tuscos in ex.* Ego profiteor, in membranis Coloniensibus neutrurn horum reperiri, sed legi, *dimissus e foro nocte proxima in Tuscos in ex.* Modius. Locus contaminatus a librariis. Pal. 3. videtur horum nihil habuisse a m. prima, sed tantum *vades publicos*: die cum, &c. ad oram tamen adserpta intermedia; sic tamen, ut non habeat *insciis consulibus in Tuscos in exilium*, &c. sed *inter consules in exilium*: quæ lectio orta ab illo in *Tuscos*: cum scriberetur *inter eos*. Est in Pal. 1. *nocte proxima jussu consulum in ex.* in Pal. 2. vero, *nocte proxima insciis consulibus Tusculum in ex.* ad oram tamen additum, alias legi *visu consulum*. Editio prima repræsentat *nocte proxima jussu consulum in Tuscos*: secunda, *nocte proxima in Tuscorum fines in ex.* Equidem cum in membranis Colonensisibus litigiosa illa verba non habeantur, putarem omnino iis rescissis legendum, *dimissus e foro, in Tuscos in ex.* quamvis tamen non asperner *Tusculum*, quod et in Siganii libris: a quibus nobis primum obvenit illud infelix *insciis consulibus*. **Grut.** Pal. 1. consentit cum nullo nostrorum: *nocte proxima jussu consulum in ex.* Andreas proxime accedens edidit *jussu consulum in Tuscos in ex.* Pal. 2. consentit per omnia cum Siganiano, in quo etiam repertus in *Tusculum*. In Pal. 2. continua verba tredecim omissa sunt, rescriptumque ad marginem interiorem *dimissus e foro nocte proxima inter consules in exilium abiit*.

Quid in tanta sequar varietate? amplexarne Andreæ lectionem? tutissimum videbitur. Campanus, sui oblitus, deterime promulgavit *dmissus e foro nocte proxima in Tuscorum fines in ex.* Gebh. Nihil ad rem facit, insciisive consciis consulibus in exilium ierit Cæso. Et a temeritate librariorum id ortum esse, cum *τὸν in Tuscos forte male divisum fuisse, intus Cos.* (unde *in Tusculum, et jussu consulum, et visu consulum alii formarunt*) jam olim suspicatus est Claud. Puteanus. Placet idem Gruter: et Modii membranæ confirmant sufficere, *nocte proxima in Tuscos.* Par mendum xxv. 3. sustulit Siganus: ‘*M. Junio inter consules legiones urbanæ prioris anni date?*’ recte autem ille, *M. Junio in Tuscos.* J. F. Gron. Recte Gronovius *nocte proxima in Tuscos in ex.* veram lectionem esse existimavit. Ea superstest in Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. et Klockian. Proxime accedit scriptura Leid. 1. *nocte proxima int̄ c̄sules in ex.* quæ verum esse evincit, quod Gronov. monuit, pro *in Tuscos*, male divisis vocibus, datum esse *intus cos.* (quod est in Flor.) et inde postea varia illa lectionum monstra formata esse, quæ in Mss. reliquis supersunt: *nocte proxima in Tusculum in ex.* habet Port. et a m. sec. fragm. Hav. penitus erasa priori lectione, ut vestigia non supersint: *nocte proxima jussu consulum in ex.* Voss. 2. *nocte proxima insciis consulibus in ex.* Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxoniensis L. 1. quum autem deinde quorundam codd. (*in Tuscos, vel Tusculum, vel in Tusculum exhibentium,*) margini pro varia lectione *insciis consulibus adscriptum fuisse*, ut etiamnum exstat in Voss. 1. et Port. alii deinde utramque illam lectionem conjonixerant: hinc *nocte proxima insciis consulibus Tusculum in ex.* habent Harl. 2. et Hav. *nocte proxima insciis consulibus in Tusculum in ex.* Hearnii Oxoniensis L. 2. et C. qui etiam monuit, *Tus-*

colum, pro in Tuscos, superesse in eod. suo B. Ceterum quemadmodum hoc loco, pro *in Tuscos*, quidam codd. *intus consules*, vel *inter consules*, præferunt; ita hand absimili errore xxxvii. 2. pro *Brutus in Tuscos*, datum est *Brutus consul*, vel *Brutus consulis*, vel *Brutus prætor*.

§ 9 *Virginio comitia habente, collec-gæ appellati dimisere concilium] M. Virginio Voss. 1. Virginio Voss. 2. et Leid. ambo.* Vide ad II. 17. § 1. Tum *college et appellati Lipsiens.* Deinde *dinisere consilium* Gaertn. Port. et Leid. 2. Male: comitia enim sive conventum populi non *consilium*, sed *concilium*, vocandum docuit Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Vide mox cap. seq. § 5. et ad XXIV. 37. § 11. Paullo ante *solum* *evertisse ex.* est in Lipsiens. errore libraři. Cic. pro Quinctio c. 19. ‘Qui exsilio caussa solum verterit’ pro Domo cap. 30. ‘Qui erant rerum capitalium condemnati, nou prius hanc civitatem amitterebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi, soli caussa venerant.’

§ 10 *Pecunia a patre exacta crudeli-ter] Exacta a patre, ordine vocabulo-rum alio, Leid. 2. e patre exacta Gaertn. sed eadem manu emenda-tum est a patre.*

Ut, divenditis omnibus bonis, ali-quamdiu trans Tiberim, reluti relegatus ugello quodam in tugurio riveret] Et hic locus infeliciter instauratus est. Antiqua lectio habet, reluti rel. devo quodam tug. riveret. Ex qua germanam sic restitue: reluti rel. devio quodam tug. riveret. Rhen. Vetus lib. ut is divenditis; et rel. rili quodam in tug. habitarit. Vocem autem devio invex-erat temere Rhenanus, levissima con-jectura fretus. Probatur autem rili, quia inquit Dionysius lib. x. p. 633. ἐν ταπεινή τις ἦν καλύβη id est, in quo agro humile quoddam erat tuguriū. Sigan. Liv. VIII. 14. ‘In Ve-lternos graviter sævitum: et muri

dejecti, et senatus inde abdinetus; jnssique trans Tiberim habitare.' c. 20. 'Ita decretum, ut qui senator Priverni post defectionem a Romanis mansisset, trans Tiberim habitaret.' xxvi. 34. 'Qui eorum trans Tiberim emoti essent, ne ipsi posterive eorum uspiam pararent haberent, nisi in Veiente aut Sutriño Nepesinove agro.' Gellius xx. 1. 'Tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre venam ibant.' Klock. *Veluti rel. in vili quodam tug. habitarit* est a libris Sigonii; nec tam eu alienus pretii. Nam editio princeps *trans Tib.*, *veluti rel.*, *agello quodam, in tug. riveret*: secunda, Campani illa, *veluti rel.*, *derio quodam tug. riveret*. At Pal. 1. *habet, veluti rel. de ville quodam tug. riveret*. Pal. 2. *veluti rel. in vili quodam tug. habitavit*. Pal. 3. *veluti rel. de ullo quodam tugurio: hoc judicium, sine illo aut riveret, aut habitavit*. Equidem quid hic probem, quid improbem? aliis adhuc apographis opns, ut veniatnr ad cubilia veri. Grut. Vocat 'veluti relegatum,' quia quasi in peregrinum agrum et Hetruriæ attributum secesserat, deinde a fæce plebis inhabitatum. Rhenanus, quia in suo invenerat codice corruptam scripturam *dero*, existimavit legi posse *derio quodam tugurio riveret*, ut ante illum conjecterat, edideratqne Campanus. Quem carpens Sigonius, accusata ejus temeritate, reponendm jubet, *ut is, div. omn. b., aliquamdiu trans Tib. veluti rel. vili quodam in tug. habitarit*. Et ita sere Pal. 2. nisi quod *in vili quodam tug. habitavit* deterins habeat. At Pal. 1. *ut divenditis, &c. rel. de villa quodam tug. riveret*. Pal. 3. *veluti rel. de ullo quodam tugurio, omni verbo amputato*. Mibi probatur, *de vili quodam tugurio riveret*. Andreas censuit *rel. agello quodam in tug. riveret*. Sigonii *habitavit* nauci non est. Gebh. Andreas *rel. agello quodam in tug. Borbet. rel. dero quodam tug. unde Rhenanus derio*, ut et ante illum Campanus. Si-

gonius levissima conjectura ductum Rhenanum sic edidisse ait, ostentaque e suo, *rel. vili quodam in tug. habitarit*. At Flor. quoque *dero quodam tug. riveret*. Lib. xxvi. c. 8. 'Commeatus paratos et in urbibus habent, et ex agris deviis in viam proferrent.' Sneton. in Vespas. c. 4. 'Secessit in parvam ac deviam civitatem.' J. F. Gron. Vet. libro Sigonii, et Pal. secundo Gebhardi, ut saepe alibi, ita etiam hoc loco sere conveniunt Harl. 2. et Hav. Prior enim præfert, crudeliter. *Is, div. omn. b., aliquamdiu trans Tib., veluti rel. vili quodam tug. habitavit*: alter autem crudeliter, *ut is, div. omn. b., aliquamdiu trans Tib. veluti rel. in vili quodam tug. habitavit*: quos quoniam saepissime jam antea nubem pro Junone amplexos convicerimus, hic etiam tanto magis suspectam reddunt lectionem, quam ex suo probavit Sigonius; qui licet in scholiis ex eo laudet *vili quodam in tugurio*; in contextu tamen edd. vulgavit *in vili quodam tugurio*. Sigoniano codici per omnia consentire Oxoniensem B. testis est Hearne. *De vili quodam tug. riveret*, quod Gebhardo placebat, obfert unus apud me Port. nec tamen verum esse persuadet: *de ullo quodam tug. riveret* habent Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. pro quo *in vili emendatum a m. sec. de ullo quodam tug. habet Lipsiens. in contextu, omissis τῷ riveret, pro quo in margine de agello quodam tug. riveret emendatur: de ville quodam tug. riveret* Voss. 2. *veluti rel. degeret quodam tug. Gaertn. de villa quodam tug. riveret* Voss. 2. Codicibus Rhenani Borbetom. et Gronovii Florent. consonare ommes Oxonienses, præter memoratum B. Hearnus profitetur: *relegatus derio quodam in tug. riveret* ex Neapol. laudat Latinus. Hinc verosimile fit, haud male Rhenanum ex vestigiis codicis sui scribendum conjectisse *rel. derio quodam tug. riveret*; præsertim quum vox 'devius'

Livio fuerit in deliciis, et sæpius ab eo usurpata sit. Ita x. 24. ‘Se apernuisse Ciminiam silvam, viamque per devios saltus Romano bello fecisse.’ xxxiii. 37. ‘Boii fere omnes, præter juventutem, quæ prædandi caussa in armis erat, (tunc in devias silvas recesserat,) in ditionem venerant.’ xxii. 14. ‘Nos hic pecorum modo per æstivos saltus deviasque calles exercitum ducimus.’ xxxiv. 16. ‘Fama deinde vulgatur, consulem in Turdetaniam exercitum ducturum, et ad devios montanos prosectorum etiam falso perlatum est.’ c. 20. ‘Lacetanos, deviam et silvestrem gentem, quæ insita feritas continebat in armis, tum conscientia.’ xxxv. 30. ‘Quoad lucis superfuit quidquam, deviis callibus medio saltu se recipiebant.’ xxxviii. 45. ‘Phrygiæ recessus omnes atque angulos peragrasti, stipem a tyrannis castellauisque deviis colligens.’ xxxix. 49. ‘Ex valle devia in viam portant.’ c. 51. ‘Postico, quod devium maxime atque occultissimi exitos erat, fugere conatus.’ xl. 17. ‘Recesserant primum in devios saltus.’ c. 27. ‘Quem, scruntantes antea devios saltus, abditi et latentes vix inveniebamus.’ xli. 19. ‘Pars, devio saltu circumducta, ab tergo adgredetur.’ Alia plura loca coacervari possent, sed hæc sufficient. Ceterum Gronovius a. 1665. in *devio quodcumq[ue] inq[ui]rio riceret* contra mentem Rhenani edidit, quod reliqui recentiores secuti sunt. Jussi itaque τὸ in abjici. De regione Transtiberina vide quæ ex Salmas. de Modo Usurar. c. 18. et aliis notantur ad locum Gellii a Klockio laudatum.

CAP. XIV. § 1 *Hoc judicium et promulgala lex exercuit civitatem]* *Judicium ex prorulgata summa vel lex* Voss. 1. sed inter versus adscriptum exstat *rulgata lex*. *Prorulgata lex* est in Harl. 2. Vide hoc lib. c. 9. § 5.

Ab externis armis otium fuit] *Ab extremis armis* Harl. 1. sæpe obvio er-

ore. Vide ad xxxiv. 25. § 6. Vox *armis* non comparet in Voss. 2. Prætereas *otium infuit* Voss. 1. Infra hoc lib. c. 32. ‘Ab externis bellis quietus annus fuit.’ iv. 35. ‘Ab seditionibus urbanis otium fuit.’ x. 1. ‘Ab externis ferme bellis otium fuit.’

§ 2 *Perculis Patribus Kæsonis exsilio, prope perlatum esse]* Percussis Leid. 2. qui error in scriptis quam frequens est. Vide ad xxxiv. 15. § 2. Tum *prolatam* Leid. 2. cui peccato nota non intellecta occasionem dedit. Vide ad v. 4. § 12. Denique infinitum verbum esse exsulat a Voss. 2.

Quod ad seniores Patrum pertineret] Juniores, pro *seniores*, tamquam varians lectio, adscribitur in margine Voss. 2. qui mox etiam depravatus obfert cessissent possessione reimplat timores id maxime. Sed cessisse, pro cessissent, habet Harl. 1. *pertinet*, pro *pertin'et*, sive *pertineret*, Lipsiens. Vide ad xl. 14. § 2.

§ 3 *Juniores, id maxime]* Distingue *reipublicæ*. Juniores, *id maxime*, &c. Klock. Ellipsis, que in his est, explicat Perizon. ad Sancti Minerv. II. 9. 5. *Duk.*

Auxere iras in plebem, non minuerunt animos] Primus noster *auxere iras in plebem*, tamquam planstra. Mox idem *non minuere animos*. Gebh. *Auxere minas in plebem* Voss. 1. Leid. 2. et, ut Hearne monet, Oxon. N. in margine. Eadem lectionum diversitas etiam ocurrunt ix. 7. § 3. Deinde *non minuere animos* etiam Voss. 2. et Port. *non minuē animos* Gaertn.

Sed ibi plurimum profectum est] Pal. 1. *sed sibi plurimum profectum est*. Gebh. *Ibi et sibi sæpius inter se commutantur*. Vide ad i. 55. § 4. *sed in plerum profectum est*, nescio quid cogitans, dedit librarius Gaertn. Ceterum Ant. Perizonius in margine codicis testatus est se malle *sed eo plurimum profectum est*. Nostri constanter vulgatum servant. Et sane nihil mutari opus est. Potest enim *ibi po-*

ti pro 'tum:' de quo vide ad vii. 23. § 4. ut modus agendi juniorum post exsilium Kæsonis obponatur ei, quo antea usus fuerat Kæso Quintius.

§ 4 *Cum ingenti clientium exercitu]* Vocem cum non agnoscit Harl. 1. quod ferri posset. *Infra ix. 44.* 'Postumus integris legionibus defessam jam aciem hostium improviso invadit.' Vide ad i. 14. § 7. Aliis tamen contra tendentibus MSS. nihil muto. Deinde clientum exercitu Hav. Vide ad xxiii. 3. § 2.

Ut nemo unus inde præcipuum quidquam gloriae domum invidiæ ferret] Et nemo unus præcipuum præcipitum Gaertn. ut nemo unus inde principium Voss. 1. ut nemo unus inde principium Leid. 2. Male. Omnes enim inde gloriam dominum ferebant; sed quum pariter adorarentur, nemo præter alios præcipuam gloriam. *Præcipuum hic dicitur, quod quis ante alios capit.* Lib. vii. c. 10. 'Quum et abnuere certamen vererentur, et præcipuum sortem periculi petere nollent.' ix. 8. 'Modo miserarentur, quod vir talis etiam præcipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram direntæ pacis.' xlvi. 5. 'Munera mitti legatis ex binis millibus æris censuerunt: duobus fratribus regulis hæc præcipua; torques duo ex quinque pondo anri facti.' Mox invidiaeque Voss. 1. Sed inter versus invidiaeque. Duplicem lectionem invidiaeque re exhibet Voss. 2. sed additis notis, rō que delendum esse indicantibus. Deinde feret Lipsiens. cujus librarius literam caninam duplicare neglexit.

Mille pro uno Kæsones exstisset, plebes quereretur] Ita præferunt primæ edd. Diu postea a. 1578. plebs quereretur Francofurtenses dederunt, probantibus tacite recentioribus insque ad Gronov. qui a. 1665. plebes restituit. Et ita est in omnibus nostris, præterquam quod Voss. 2. et Gaertn. etiam præferant *plebs*; et

fragm. Hav. *pleb's.* Vide ad i. 20. § 6. Cesonis, pro Kæsones, habet Lipsiens. qui etiam a m. pr. exhibit querentur; a m. sec. quererentur. Vide ad ii. 5. § 2. Reliquis tamen singulare defendantibus adversari nolo.

§ 5 *Quibus tribuni de lege non age-rent]* Pal. 2. *non agerent de lege.* Pal. 3. vero *quibus tribuni de lege non habe-rent.* Gebh. *Non agerent de lege* Harl. 2. et Hav. *quibus tribuni de lege non haberent* Leid. 1. *quibus tribuni non haberent de lege* Lipsiens. Solent autem librarii verba 'agere' et 'ha-bere' in eodd. scriptis confundere. Vide Nic. Heinsium ad Ovid. Fast. iii. 245. et Corte ad Plini Epist. iv. 17. § 3. Mox *eisdem illius, pro eis, illis,* Lipsiens. Deinde placidius et quietius Harl. 2. *Tum erat, pro erat,* Gaertn.

Benigne salutare, adloqui plebis ho-mines] Pal. 1. *denique salutare.* Gebh. Eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Voss. 2.

Domum invitare, adesse in foro] Non aliter edd. vetustissimæ. Sed Pall. tres *adesse foro.* Gebh. *Demum in-vitare* Voss. 2. *invitare domum* Port. Deinde *adesse foro* etiam Voss. 2. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. et a m. pr. Port. Mox *con-silia habere* Gaertn. et Port. Male. Agitur enim de comitiis aliis plebis conventibus, quæ *concilia*, non *con-silia*, dicenda sunt. Vide cap. præc. § 9. et ad xxiv. 37. § 11. Deinde rō agi deest in Gaertn.

§ 6 *Alibi popularis juventus erat: nec ectera modo tribuni tranquille pere gere]* Iterum triga Pall. et Camp. *tranquillo.* Ex Pall. tamen secundus *tranquillo facere.* Gebh. Flor. Rott. Helm. duo Voss. Gnd. tres Pall. et Mureti libri cum Campani editione *tranquillo.* Quem consen-sum spernere non possum. *Tran-quillo fieri proprie dicitur, quod fit, cum cœlum est tranquillum et sine tempestate.* Plinius ii. 43. 'E mati

videmus, et quidem tranquillo, consurgere.' ix. 7. 'Sæpe adnotata pis-
cium æstivo calore quædam anhela-
tio, et alia tranquillo velut oscitatio.'
Livius eleganter posuit, ut significet
sine tumultu. Vide ad xxviii. 27.
Plautus Casina in Prologo vs. 26.
'Tranquillum est, alcedonia sunt cir-
ca forum.' Seneca epist. 85. 'Tran-
quillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est.' J. F. Gron. *Juventus fue-
rat* Leid. 1. Deinde *tranquillo* Leid.
ambo, Harl. 1. Port. Gaertn. fragm.
Hav. et Hearnii Oxon. N. *tranquilla*
perperam Hav. *tranquillo*, quod tanta
Mss. turba præfert, recte Gronovius
probavit et inlustravit, ego etiam in
contextu recipiendum censui. *Tran-
quillo propria significatione usurpat*
Livius xxvi. 51. 'Remigium classi-
cique milites, tranquillo in altum
eveuti, agilitatem navium simulaclris
navalis pugnae experiebantur.' xxxi.
23. 'Tranquillo pervetus Chalcidem
paullo ante lucem, qua infrequentis-
sima urbis sunt, paucis militibus tur-
rim proximam muromque circa scalis
cepit.' Plin. ix. 30. 'Duobus hoc
fieri generibus: tranquillo enim vec-
torem demissis palmulis ferire, ut re-
mis. Si vero flatus invitet, easdem
in usum gubernaculi porrigi.' xviii.
35. 'Litora ripæque si resonabunt
tranquillo, asperam tempestatem'
prædicunt: 'item maris ipsius tranquillo
sonitus, spumæ dispersæ,
aut aquæ bullantes.' Plene 'cælo
tranquillo' dixit idem Plin. ii. 79.
'Neque enim umquam intremiscunt
terræ, nisi sopito mari, cæloque adeo
tranquillo, ut volatus avium non pen-
deant.' Eadem forma 'sereno,' pro
cælo sereno, Livio aliisque in usu
est. Vide ad xxviii. 27. § 16. Hinc
per metaphoram locutio transfertur
ad rempublicam, quæ tranquilla esse
dicitur, et aliquid *tranquillo* fieri, nul-
lis turbis aut seditionibus existenti-
bus. Infra hoc lib. c. 40. 'Sibi pla-
cere de eo, bellis, quæ imminent,

perfectis, republica in tranquillum
redacta, senatu disceptante agi.' iv.
43. 'In Urbe ex tranquillo necopina-
ta moles discordiarum inter plebem
ac Patres exorta est.' Deinde *et alibi
pop.* Flor. *Facere, pro peregere,* Harl.
2. et Hav. *peregre* Voss. 2. Leid. 2.
et a m. pr. Voss. 1. *perægre* Harl.
1.

*Sed refecti quoque in insequentem an-
num]* 'Reficere' hic est iterato cre-
are. iii. 29. 'Plebs vicit, ut quintum
eosdem tribunos crearet.' Et ita
Græci usurpant ἀναλαμβάνειν. Glos-
sarium, 'Reficit, ἀναλαμβάνει, ἀνανεοῖ,
καινοποιεῖ.' Supra ii. 56. 'Plebs Vo-
leronem tribunum reficit.' Infra iii.
21. 'In reliquum magistratus conti-
nuari, et eosdem refici, judicare se-
natum contra rempublicam esse:' et
mox, 'Tribuni reclamantibus consu-
libus refecti. Patres quoque, ne
quid cederent plebi, et ipsi L. Quinc-
tinum consulem reficiebant.' iii. 31.
'Tribuni plebis iidem refecti.' c. 64.
'Conspiratione infer tribunos facta,
ut iidem tribuni reficerentur.' v. 29.
'Patres reficere intercessores legis
annisi sunt.' x. 13. 'Qua intra de-
cem annos enidem consulem refici
non liceret.' xxiv. 60. 'Prætor unus
refectus Q. Fulvius Flacens' utitur
xxvii. 6. Gebh. *In sequentem annum*
Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Gaertn.
Port. Hav. et vetusti, quibus usus
sum, typis descripti. Aldus primus
dedit *in insequentem annum*. Et ita
reliqui scripti. Recte. Vide ad iv.
30. § 12.

*Ne voce quidem incommoda, nedum ut
ulla vis fieret]* Pal. 1. nedum vis fieret.
Pal. 2. nedum illa vis fieret. Gebh.
Ne voce quidem, in quo moda Lipsiens.
nec voce quidem incommoda Voss.
uterque, Leid. 1. uterque, Port. a m.
pr. Gaertn. et Hav. Male. Vide ad
i. 10. § 3. *Præterea nedum vis fieret*
Voss. 2. nedum illa vis fieret Harl. 2.
et Gaertn. nedum illa res fieret Hav.
nedum ut illa vis fieret Leid. 1. et

Voss. 1. a m. pr. *nendum ut ulla vis ferret* Lipsiens. ‘fieri’ et ‘ferre’ alibi commutantur in MSS. Vide ad v. 54. § 6. Ceterum Jac. Perizonius post hæc verba, quæ minori distinctione a seqq. dividuntur, majorem interpunctionem conlocandam censebat in margine Livii: et ita a Donatatio vulgatum video. Nimurum elebatur vulgo atque interpungebatur, *in ins. annum, ne voce quidem incommoda, nendum ut ulla vis fieret, paul.* Sed majori interpunctione distinguendum post verba *in ins. annum*, ut edidi. Cobarent enim *ne voce quidem incommoda, nendum ut ulla vis fieret, paullatim mansueferant, nempe juvenes patricii: pro sed paullatim: quæ vocula passim per ellipsis subintelligi solet.* Supra 1. 25. ‘Nec his nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque obversatur animo.’ Et forsitan, quod ad elegantiam hanc non adtenderent, ea causa existit, cur Cnrio prave locum interpuxerit; ante quem interpungebatur, quemadmodum in contextum recepi.

CAP. XV. § 1 *Consules C. Claudius, Ap. filius, et P. Valerius Publicola]* Et hic abest a Pal. 1. Ita fine capitis idem, se Volscos, *Æquos, et omnia extrema tentaturum.* Gebh. *Tum consules Port.* in margine, qui et prænomen Claudii consulis omittit. Clandini autem, hic memoratum, viri docti patrum fuisse existimant Ap. Claudii decemviri. Is autem Appius in Fast. Capitol. AP. F. M. N. vocatur: quos secuti Siganus in Comment. in Fast. et Tripli. et Pighius in Annal. ad A. U. C. ccxciii. hujus anni consulem ‘Marci filium’ vocant. In Livio tamen nihil inuto, apud quem omnes codd. in editam lectionem conspirant. Vide quæ supra notata sunt ad II. 56. § 5. **Voculam et præterea omnes agnoscunt nostri.** Eam inter dñorum consulum nomina modo additam, modo

Delph. et Var. Clas.

deintam a librariis in MSS. antt. reperiri, supra monni ad II. 17. § 1. **Mox accusat, pro adulterat,** prave Gaertn.

§ 2 *Quantum juniores Patrum plebi se magis insinabant] Quantum magis, eo acrius constanter omnes codd. nisi quod Quanto sit in uno Gaertn.* De ea locutione vide ad XLIV. 7. § 6. **Tum juniores Patres Port.** reliquis invitis. Supra II. 30. ‘Curæ fuit consulibus et senioribus Patrum:’ cap. præc. ‘Quod ad seniores Patrum pertineret:’ mox hoc cap. ‘Id negotii datum ab senioribus Patrum.’ Infra c. 41. ‘In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincabant.’ c. 50. ‘Missi juniores Patrum in castra.’ c. 65. ‘Quiescenti plebi ab junioribus Patrum injuriæ fieri coepæ:’ et sæpe alibi. Deinde *se magis insimulabant perperam Leid.* 2. De locutione ‘se insinuare’ vide ad IX. 2. § 8. **Mox verbis seqq. plebis suspectos, pro plebi susp.** Hav. perperam litera initiali vocis proximæ in fine præced. repetita, quod in litera sibilante in primis frequentissimum fuit. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

§ 3 *Conjurationem factam, Kæsonem Romæ esse] Pal. 1. Conjurationem factam per Cæsonem Romæ esse.* Gebh. Eamdem lectionem obtinet etiam Voss. 2. *Insuper Cæsonem idem esse fragm.* Hav. a m. pr. **Mox revocandum plebis, pro trucidandæ plebis, sine sensu dedit librarius Gaertn.**

Id negotii datum ab senioribus Patrum] **Id negotium vetusti typis descripti usque ad Aldum, qui id negotii reposuit, concinentibus omnibus nostris.** Terent. Andr. Prolog. vs. 2. ‘*Id sibi negoti credidit solum dari.*’ Amat similes locutiones Livins. VII. 26. ‘*Id enim illi deinde cognominis fuit:* ubi plura alia exempla invenientur. Deinde *a senioribus* Voss. 1. Leid. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Gaertn.

Ut juventus tribuniciam potestatem e

Livius.

19 R

republica tolleret, formaque eadem] Primum voculam non habet Harl. 2. Deinde *e re* pratolleret Lipsiens. a m. pr. pro quo in margine a m. altera *a rep.* tolleret emendatur. *Pelle-ret*, pro *tollcret*, est in vetustis excusis, quod ex glossa marginali contextum invasisse videtur: quare inde recte ab Aldo expulsum est, substituto $\tau\hat{\omega}$ *tollcret*, quod habent omnes nostri. Tum *forma eadem*, omissa *conjunctione que*, Leid. 2. *formamque eadem* Lipsiens.

§ 4 *Et ab Volscis et Æquis statum ac prope sollempne]* Omnes libri, tam calamo pieti, quam cusi, habent statutum: inter quos Ms. Pal. 1. *Et Volscis Æquis statutum jam*. Mibi tamen placet *statutum*. Gebh. *Et Volscis et Æquis* Voss. 2. *Et a Volscis et Æquis* Voss. 1. Leid. ambo, Harl. ambo, Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *Et a Volscis et ad Æquis* Lipsiens. cuius librarius voluisse videtur. *Et a Volscis et ab Æquis.* Vide ad vi. 28. § 6. Deinde *statutum* Voss. 2. Leid. 2. Hav. et a m. sec. Voss. 1. Male. Non enim erat bellum *statutum*, id est, decretum, constitutum; sed *statutum*, id cst, anniversarium, quod quolibet anno Romanis inferebatur, sive, ut Liv. addit 'sollemne in singulos annos.' Alibi saepe librarii hæc verba committarunt. Vide ad xxiii. 35. § 3. In excusis primus Aldus veram lectionem reposuit, quam reliqui MSS. servant. Deinde *et prope sollempne* Hav. et primæ edd. Sed *et jam bis* præcessit; quare non male *ac sollempne* substituit Aldus, præsertim concinente omni aliorum codd. multitudine. Mox verbis seqq. *singulos annos*, pro *in singulos a.* Harl. 1. et Gaertn.

Propriusque aliud novum malum, necopinato exortum] *Propriusque* Leid. 1. Vide ad iv. 17. § 5. *proprius quam*, insuper *que in quam* mutato, Leid. 2. de qua varietate, in MSS. saepe obvia, vide ad v. 22. § 3. pri-

usquam Voss. 1. quomodo etiam *prior et propior* commutari solent. Vide ad v. 15. § 4. Verum in eodem cod. in margine emendatum erat *proprius*. Deinde aliud *malum novum* Harl. 2. Denique *necopinato exortum est* Voss. ambo, Leid. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *nec si opinato exortum est* Gaertn. *necopinatum exortum est* Harl. 2. Lipsiens. et Neapol. Latinii. Sed Livius *necopinato* scripsisse potius videtur, qnam *necopinatum*, ne quatuor vocabula eisdem literis exeuntia *novum malum necopinatum exortum* juntantur.

§ 5 *Exsules servique ad quatuor milia hominum et quingenti]* Vetus lectio ad MM. *hominum*: id est, ad duo millia *hominum*. Rhenan. Exemplar Buslidianum habet *et quingentos*, ut præpositio *ad* utriusque numero adtribuitur, qui sermo simplicior et minus molestus. Nannius. *Ad quatuor milia hominum* servant Voss. 2. Harl. 2. Port. in margine (in ipso enim contextu quatuor hæc verba librarii negligentia non conspiuntur), Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et hunc numerum memorat etiam Dion. Hal. Antiq. l. x. p. 640. Συγκροτήσας δύναμιν ἀνδρῶν τετρακισχιλῶν μάλιστα. Integriores tamen numerum aliqui præferunt. *Ad duo millia hominum* est in Leid. utroque, et Hearnii Oxon. C. et L. 1. *ad MM. hominum* Flor. et *ad druum milium hominum* Lipsiens. *ad oo oo hominum* Harl. 1. quæ notæ, tantumdem valentes ac *duo millia*, a librariis non intellectæ sunt, qui loco earum dederunt *ad viginti hominum* in Oxon. L. 2. et N. *ad XX. milia hominum* in Kloekian. *ad XX. hominum* in Voss. 1. pro quo tamen ibidem in margine correctum *ad duo*. Alibi saepe pro nota illa numeri millenarii nota numeri denarii per stuporem librariorum in MSS. exarata obcurrit. Exempla vide ad xxiii. 14. § 5. Admodum itaque eo animus inclinat, ut credam, Livium dedisse *ad duo*

millia. Id enim persuadet melioris notæ codicum auctoritas: quo minus tamen recipere audeam, obstat Dionysii et editæ lectionis consensus. Deinde *millia et quingenti hominum* primæ edd. sed tum Livius potius dixisset *millia et quingenti homines*. Obstant præterea omnes mei exarati, qui præferunt, ut Aldus et post eum recentiores ediderint, et hic etiam in contextu obfertur. Denique *et quingentos* Leid. 2. Gaertn. Harl. 2. Hearnii Oxon. B. et C. et Neapol. Latinii. Similiter etiam manu viri docti emendabatur in margine ed. Mediolan. a. 1480. Nollem id Nannio placuisse, qui ignorasse videtur, passim aliter Livium loqui amasse. Vide ad x. 17. § 8.

Duce Ap. Herdonio Sabino nocte Capitolium atque arcem] Mirum, si tam facile Capitolium capi poterat. Decebat, meo quidem judicio, hæc verisimilius narrare Livium; id quod Dionysius non neglexit, et loci natram, et accedendi modum paucis aperiens; at non minus vere quam luculentem. *Glar.* Prenomen videotur mutatum ad morem Romanum, nt *Appius Claudius*, pro *Atta Clausus*, II. 16. *Duk.* *Ap. Herdonio Gaertn. Ap. Hernodio Voss.* 2. et Klockian. literis perperam transpositis. Deinde *Capitolium ac arcem* idem Voss. 2. etiam male. Caussam vide ad x. 36. § 17. Denique *occupaverunt*, pro *occupare*, editi, quos vidi, antiquiores. Aldus alterum substituit, idque servant codd. manu exarati.

§ 6 *In arce facta cædes eorum, qui conjurare et simul capere arma noluerant]* Sunt viri docti, qui per occisos in arce intelligendos putant in arce exenbantes, quos ‘arcubiarum’ nomine adpellatos docet Festus in ea voce. Id tamen non necessarium, immo fortasse ne verum quidem est, quum commode intelligi possint in arce ac Capitolio habitantes. Ci-
vium enim habitationi inserviisse hæc

loca inde patet, quoniam Indi Capitolini, post Romam ex potestate Gallorum receptam instituti, quod Jupiter optimus maximus snam sedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset, fieri debuerint a collegio eorum, ‘qui in Capitolio atque aree habitabant,’ teste Livio v. 50. et quia, postquam Manlius Capitolinus ob adfectatæ tyrannidis crimen pœnas dedisset, teste Livio vi. 20. ‘latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitatret.’ Et incolas Capitolii atque arcis potius, quam exenbitores, cæsos narrat etiam Dion. Halic. lib. x. p. 610. Κραυγῆς ἄφνω γνομένης καὶ φυγῆς τῶν περὶ ἐκείνους οἰκούντων τοὺς τόπους, θσοι μὴ παραχρῆμα ἐσφάγησαν. Insuper in arce facta habet Lipsiens. Deinde qui conjurarunt Gaertn. qui conjurascere Klockian. Tum τὸ simul abest a Leid. 2. Denique noverant, pro noluerant, lapsu scribæ præfert Voss. 1. in contextu, voluerant Voss. 2. Lipsiens. et Leid. 2. cui errori similitudo ductum in literis *n* et *u*, præser-tim in MSS. caussam dedit. Vide ad xxxix. 15. § 11.

Alternæ voces, Ad arma, et Hostes in Urbe sunt, audiebantur] Et arma, et hostes in urbe sunt Harl. 1. Utraque lectio jungitur in Leid. 2. hoc modo: *alternæ voces et ad arma et hostes in urbe sunt.* Pro eo in urba habet Klock. Sed vulgatum, aliquornum omnium codicum meorum anctoritate stabilitum, præfero. De formula *ad arma*, quæ in scriptis veterum admodum frequens obcurrit, vide viros doctos quos landavit Dukerus ad Flor. II. 15. § 8. Deinde *exaudiebantur* Harl. 2. quod probari posset, si graviori auctoritate niteretur. ‘Exaudire’ enim pro audire Livio non insolens. Vide ad III. 56. § 8. Verum quum reliquorum MSS. turba ab edita lectione stet constanter, simplex *audiebantur* hic sufficere ex-
istimo.

§ 7 *Et armare plebem, et inermem pati timebant]* Armarunt plebem Gaertn. Hinc et inermem esse pati timebant prisci typis excusi. Aldus denum r̄d esse expunxit, quod in nullo scripto mihi obvium fuit.

Externum an intestinum, ab odio plebis, an ab servili fraude] Ext. aut intest. ab odio plebis, ab ser. fraude Voss. 2. Male. Vide ad II. 8. § 8. Deinde an a servili fraude, urbem invasissent Port. an a servili fraude etiam Gaertn. et libri editi usque ad Aldum, qui substituit an servili fraude. Frobenius denum a. 1531. exedit an ab servili fraude. Et ita ceteri, quos consului, codd.

Sedabant tumultus, sedando interdum movebant] Sedeabant tumultus Lipsiens. Postea sedanti Harl. 1. Tum interdum magis mov. Hav. In mentem venit, legendum esse, sedabant tumultus, sed sed. inter. mor. Ut r̄d sed interceptum sit a primis literis proximæ vocis. Inpetum tamen illud sustinuit, tum quod in scriptis et editis nullum hujus particulae vestigium adpareat, tum quod alibi eam a Livio omitti novelim, et supra atque infra ejus rei exempla ipse produxerim. Mox, ordine mutato, pavida poterat et const. mult. Port.

§ 8 *Dant tamen arma, non vulgo: tantum ut incerto hoste præsidium]* Tantum a vulgo disjungendum. Et mirum, si soli consules habebant arma. Glar. Vide I. 14. ff. de Re Milit. l. ult. ff. de Jure Immun. Cie. pro C. Rabir. e. 7. ‘Ex ædificiis armamentariisque publicis arma populo Romano, C. Mario consule distribuente, dantur.’ Klock. Omissa præpositione in Pall. tres et editi, ut incerto hoste præsidium satis fidum. Gebh. Basileenses a. 1539. ediderant tantum ut in incerto hoste. Additam hic præpositionem expungendam Gelibardus monuit, idque Gronovius jam in prima ed. secentus est: et recte. Deest enim etiam ab omnibus meis. Sub vocibus *incerto*

hoste intelligendum participium verbi substantivi, ut sa-pe fieri solet. Infra v. 15. ‘Quia, hostibus Etruscis, per quos ea (prodigia) procurarent, aruspices non erant.’ Vide ad IV. 47. § 7. Glareano, miranti solos consules arma habere, Doujatius respondit, inermibus ex publico armamentario arma subministranda a consulibus fuisse. Vide locum Cie. apud Klockium.

In stationibus disponendis ad opportuna omnia Urbis loca] In scripto codice legitur ad opp. omnis urbis loca. Rhen. Rhenanus reperit omnis urbis, quam lectionem inveni in Pal. 1. ac 3. atque Andreæ ed. et probavi. Gebh. Sex codd. dñe Florentino omnis urbis: neque aliter ab Andrea ad Ascensionem editi. Moguntini mutarunt. Aldus reduxit. Sed post eum Frobenius et omnes omnia. Illud omnino Livii est. Sic restituimus v. 42. ‘Sen non omnis delendæ urbis libido erat.’ Hic omnis Urbis est per totam Urbem. J. F. Gron. Omnis urbis servant codd. quos vidi, duobus tantum minimæ auctoritatis exceptis, nempe Harl. 2. et Hav. quorum prior etiam vocabula in hunc ordinem dicitur, ad opp. omnia loca urbis. Recte autem Gronov. loca omnis Urbis exposuit ‘per totam Urbem.’ Ita ‘omni vita,’ pro tota, supra II. 33. ‘Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus:’ ubi locutionis ejus exempla habet Jac. Gronovius. Quædam vide ad locum a J. F. Gronovio landatum v. 42. § 1. Eat jam nunc antecessorum Parisiensium primicerins, et, postquam tot codicem testimonio firmatum illud omnis urbis viderit, contendat, etsi ita dici possit, vulgatam nihilominus lectionem, quæ veterum auctoritate non destituitur, planiori rem videri. Immo quoniam planior sit, eam etiam a librariis profectam existimo. Vide magni patris emendationem certissimam adversus Douja-

tum defendantem Jac. Gronovium in Respons. ad Cavillat. Fabretti pag. 10. Præterea egeret Voss. 2. egerere Leid. 1. duabus ultimis literis perperam iteratis. Paullo ante *quantus numerus esset hostium alio ordine* Harl. 1.

§ 9 *Lux deinde aperuit bellum ducentque belli*] Pal. 2. ac 3. *Lux deinde apparuit bellum*: tamquam hic *lux* adverbii forma poneretur, pro luce: ut in Catulli *Coma Berenices* vs. 69. ‘Sed quamquam me nocte premunt vestigia Divum, Lux autem canæ Tethyi restitutor:’ nt habent meliores libri. Sic ‘nox’ pro ‘noctu’ notatum Gellio VIII. 1. Sed, si Livium usum crederemus, legendum foret *Lux deinde apparuit bellum, duxque belli*. Gebh. Livium ita scripsisse, quemadmodum Gebhardus credere videtur, nemo mihi persnadebit. ‘Nox’ pro ‘noctu’ notavit Gellius, sed in Fragm. Legum Duodecim Tab. id etiam restituerunt viri docti, sed Planto in Rudent. II. 4. 4. et in Asinar. III. 3. 7. In Catullo tamen, cui id etiam vindicabat Palmer, in Spicil. pag. 627. *lux* pro *luce* feren- dum non puto, idemque sensisse vi- dentur viri docti, qui jam in recen- toribus edd. *Luce autem contextui* restituerunt. At licet Catullum eo usum fuisse concederem; Livium ta- men idem captasse, nemo sanus in animum inducit. Tantum non omnes codd. nihil mutant. *Apparuit autem,* pro *aperuit*, in codd. duobus Pall. quibus ex meis tertius accedit Lipsiens. errantium librariorum est, qui et alibi simili modo lapsi sunt. Ita viri docti ediderunt XLIV. 28. ‘Quum jam adpropinquantium forma lembo- rum haud dubia esset, et concitat remorum directaque in se proræ hostes adpropinquare apernissent:’ antea legebatur *apparuisserent*: ubi vide.

Se miserrimi eujusque suscepisse causum, ut exsules injuria pulsos in patriam

reduceret] Se miserum eujusque male Leid. 2. qui mox etiam non recte ut *non exsules in injuria pulsos*. In *injuria* præfert etiam Lipsiens. et Voss. 1. inter lineas. Sed præpositio perpe- ram repetita est ex vocis seq. prima syllaba. Vide ad IV. 6. § 11. Deinde *ad pat. red.* Voss. 1. et Leid. 2.

Et servitutis grave jugum demeret] Legendum, ut exstat in Pal. 1. ac 3. Campanique ed. et *servitii grave ju- gum demeret*. ‘*Servitia*, ut mancipia, ipsi servi. Mox cap. 17. ‘Qui servitia vestra non commovit auctor?’ IV. 30. ‘Vulgarique contactu in homines morbi, et primo in agres- tes ingruerant servitiae.’ cap. 45. ‘*Servitia*, urbem ut incenderent dis- tantibus locis, conjurarunt:’ sic enim ibi legendum: male quidam libri ser- vi *intra*. Gebh. Reposuimus ex MSS. *servitii*. Quis ignorat ‘*servitia*’ esse seruos? Mox cap. 17. ‘Qui servitia vestra non commovit auctor?’ libro sequenti cap. 30. ‘Vulgarique con- tactu in homines morbi, et primo in agrestes ingruerant servitiae.’ J. F. Gron. quem etiam vide Epistola ad Nic. Heinsium, edita a Burmano tom. III. Syllog. Epist. 91. *Ser- vitii superest etiam in Voss.* 2. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. idem etiam suis codd. firmari Hearne auctor est. Alios eodem modo locu- totis esse, viri docti sæpius observa- runt. Vide ad Sall. Cat. cap. 24. in fine. Nostro nihil familiarius fere. Ne memorem loca, quæ Gebhardus et Gron. adtnlerunt, ita locutus est I. 40. ‘Si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum, sed præceps inde porro ad servitia caderet.’ II. 10. ‘*Servitia regum superborum, suæ libertatis in- memores, alienam obpugnatum venire*’ c. 11. ‘Scituros id hostes ratns, quod in obsidione et fame servitia in- fida transfugerent.’ c. 34. ‘Ventum- que ad interitum, servitorum utique et plebis, esset, ni consules providis- sent.’ v. 21. ‘Pars, quum ex tectis

saxa tegulæque a mulieribus ac servitiis jacerentur, inferunt ignes.' VI. 12. 'Innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuisse locis, quæ nunc, vix seminario exiguo militum relichto, servitia Romana ab solitudine vindicant.' XXII. 57. 'Octo millia juvenum validorum ex servitiis emta publice armaverunt.' XXVI. 4. 'Nec aut famem tolerare servitia ac plebs poterant, aut mittere nuncios.' XXVIII. 11. 'Sed res hand quaquam erat populo facilis, et liberis cultoribus bello absuntis, et inopia servitorum, et pecore direpto.' XXXI. 40. 'Servitia inde cum cetera præda abduxit.' XXXII. 26. 'Missis ex eo numero, qui in Setino agro, deinde circa Norbam et Circelios, servitia sollicitarentur' et mox eodem cap. 'Hand ita multo post ex ejusdem conjuratio-
nis reliquiis nunciatum est, servitia Præneste occupatura.' XL. 21. 'Qui superabant, longinquæ, maxime quartuæ, implicabantur morbo. Servitia maxime moriebantur. Eorum strages per omnes vias insepultorum erat.' c. 23. 'Servitiis ex Achaia fugientibus receptaculum Macedonia erat.' Pari sensu θεραπεία Græcis sunt οἱ θεράποντες. Lucas in Euang. c. 12. comm. 42. Τίς ἔρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει δὲ Κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ; ubi videndus Elsner. ut et Raphael. Annotat. ex Polyb. et Albert. ad Matth. c. 24. comm. 45. Hac forma 'advocatio' pro advocatis infra est III. 47. 'Virginis sordidatus filiam suam obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum deducit: 'remigium' pro remigibus XXXIII. 48. 'Ibi eum parata instructaque remigio exceptit navis.' XXXVII. 11. 'Omnia aperit: classem instructam paratamque in portu stare, remigium omnem Magnesiam ad Sipylum missum.' Ita 'ministerium' pro ministris. Vide Pintian. ad Plin. XXXI. 2. 'matrimonium' pro uxori-

bus. Vide Dukerum ad Flor. I. 1. § 10. 'dominatio' pro dominis, tyrrannis. Florus I. 24. 'Admotisque signis commilitonum totam eam dominationem, obsessam armis, in carcere et catenæ ab Aventino monte detraxit: 'ergastula' pro servis. Plin. Hist. Nat. XVIII. 3. 'Sed nos miramur, ergastulorum non eadem emolumenta esse, quæ fuerint imperatorum.' Similia plura olim contuli ad Silii xv. 748.

Id malle populo Romano auctore fieri]
Actore Voss. I. Leid. 2. et Port. a m.
pr. saepius obvio errore. Vide ad I.
26. § 5.

Se Volscos, et Æquos, et omnia extrema] Se Volscos, Æquos et omnia Voss. 2. priori loco omissa vocula et, quam etiam a Pal. I. abesse Gebhard. supra hoc cap. § 1. monuit.

CAP. XVI. § 1 *Dilucere res magis]*
Dilucere magis res Voss. I. et Leid. 2.

Præter ea tamen, quæ denunciabantur] Una voce *prætereū* Leid. 1. Hav. et a m. pr. fragm. Hav. quomodo et Aldus vulgavit. Tum *tū*, id est *tantum*, Port. Sæpe ita in MSS. peccatum esse, videbimus hoc lib. c. 46. § 1. et mox § seq. Insuper adhuc voci *tū* in Port. notæ adduntur, quibus eam delendam esse librarii innuere solent. *Præter eacumque denunc.* Lipsiens. Pro *tamen* sive *tū* primo scriptum fuerat *tū* sive *tum*, inde *cū* sive *cum*, postea ex tribus vocibus in unam coalescentibus factum est *eacumque*. Denique *denunciarentur* priscae edd. quod Aldus in *denunciabantur* mutavit, consentientibus codd. nostris.

Ne Veientium, neu Sabinorum id consilium esset] Neu Sabinorum id ad consilium esset habet Pal. I. Et quid hic faciat *ad*, norunt pueri qui nondum ære lavantur. Gebh. Tā ne Veientium exsulant ab Harl. 2. ne venientium habet Lipsiens. Vide ad IV. 52. § 7. Tum ne Sabinorum Port. neve Sabinorum Hav. ne ut Sabinorum Leid. 2.

Sed *neu rectum est. Vide ad 11. 15. § 2. Denique Sabinorum id ad consilium esset Voss. 2. Sed longe præferendum vulgatum judico, quod reliqui tenent cold.*

§ 2 *Et quum tuntum in Urbe hostium esset] Et tamen in urbe hostium esset manifesta librarii aberratione Voss. 2. Vide modo ad § præc. ne, quum tantum in urbe hostium esset Port. a m. sec. priori lectione penitus erasa: et ne, quum tantum in urbe hostium esset Harl. 2. Illud ne ad sensum necessarium est. Pendit enim hæc ex præcedenti 'timere.' Sed commode tamen abesse, et ex proximo repeti potest.*

*Mox Sabinae Etruscæque legiones ex composito adessent] Mox Sabinae Etruscæ legiones sine conjunctione Harl. 1. mox Sabini Etruscæque legiones Harl. 2. quod non displiceret, si aliorum MSS. consensus accederet. Solet enim Livius ubique orationem similibus variationibus distinguere. Ita 'Lucani et Galliæ' xxv. 3. 'Ti. Sempronio Graccho et P. Sempronio Tuditano imperium provinciæque Lucani et Galliæ cum suis exercitibus prorogatae: ubi perperam alii *Lucunia et Gallia*. 'Etruria Ligurumque ora' xxxvi. 7. 'Etruriam, Ligurumque et Galliæ Cisalpinae oram bello ardere audirent: ubi poterat etiam *Etruscorum Ligurumque*, vel *Etruriæ Ligurumque*, ut male est in uno codice. 'Campania Falernusque ager' x. 20. 'Per Vestinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt: ubi Gronov. hanc lectionem adversus Sigonium, *Campanum* legentem, adstruxit. Ita 'Samniti Gallisque,' de quo vide ad x. 27. § 3. Eodem modo 'pedites' et 'equitem' jungit. Vide ad xxxv. 40. § 6. Omnibus tamen aliis in editam lectionem conspirantibus, eam mutare non audeo.*

Tum æterni hostes Volsci et Æqui] Vere æterni; a quibus statum ac prope solemne in singulos annos bel-

*lum exspectabant. Supra Livius c. x. 'Ecce, ut idem in singulos annos orbis volveretur, Hernici nunciant, Volscos et Æquos, etsi accisæ res sint, reficere exercitus:' et recte hanc lectionem tuetur Andreæ editio. Pall. et Camp. *externi hostes*. Gebh. *Tum externi hostes* etiam Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnni Oxon. N. et C. qui in cod. L. 2. se cum exercitu hostes reperisse auctor est. Liv. vii. 30. 'Æquis Volscis que, æternis hostibus hujus Urbis, quandoquidem se moverint, ab tergo erimus.' 'Æternus' et 'externus' interdum in MSS. confunduntur. Vide ad iii. 32. § 5. Mox voces sed ad Urbem culpa librarii omittuntur in Gaertu.*

§ 3 *Inter ceteros inninebat terror servilis] Membranæ Colonienses inter ceteros eminebat terror servilis: recte. Inter varios metus, hinc domini, hinc foris, præcipuus tamen is fuit quem servi faciebant. Modius. Pall. omnes, adeoque prisca edd. eminebat: quod et ex Colonensi probat admodum Modius. Stabilit mox ipse Livius, 'alio se majore ab tribunis metu ostendente, quam quem nocturnushostis intulerat.' Gebh. *Inminebat terror servilis* denum dedit Curio. Omnes non modo typis descripti antiquiores, sed et omnes codd. manu exarati, constanter retinent eminebat terror servilis. Idem etiam credendum de Oxoniensibus Hearnni. Licet enim recenseat τὸ imminebat ex Sigon. ed. nullius tamen suorum consensum memoravit. Eminebat jam Gronovius recte in contextum recepit.*

Ne suus cuique domi hostis esset] Ne servus cuique Leid. 2. Crediderat librarius, se addita nota s'us scriptum videre. Vide ad xli. 8. § 12. ne suus cui Harl. 2. Deinde hostis domi esset Voss. 1. et Leid. 2. Denique satis tum erat Hav. trajectis vocibus.

§ 4 *Vixque concordia sisti videbatur posse]* Malim distinctionem minimam post posse poni, ac deinde maximam post malis. Duk. Hæret ad hæc verba Doujatins, quod mox subjicitur ‘nemo tribunos aut plebem timebat.’ Si enim plebs non timebatur, facile retineri posse concordiam inter ordines; aut, si concordia non videbatur servari posse, timendos senatoribus plebeios esse. Itaque eo delabitur, ut concordiam servorum enim dominis intelligi putet, licet minus proprie dictum agnoscat. Sed multipliciter peccat ad formam et nexum orationis non adtendendo. Primo enim *τὸν concordia casu primo accepit, quum easu sexto accipi debat.* Idem enim est, ac si dictum foret, ‘vixque manente concordia sisti,’ quemadmodum in simili re locutus est Liv. II. 44. ‘Qualicunque urbis statu, manente disciplina militari, sisti potuisse.’ Solet autem Livius ita absolute uti hac locutione ‘sistī non potest,’ ‘sistī vix potest.’ Vide pluribus Gronov. ad IV. 12. § 6. Deinde non inquit Livius, neminem ‘hoc tempore’ tribunos aut plebem timuisse; sed narrat, quid plerisque tempore belli externi fieret: tum enim furor tribunicius quiescebat, idque et patricii et plebs solum operam dabant, ut hosti resisterunt: at nunc longe aliter evenisse addit, idque unice egisse tribunos, ne plebs arma pro salute patriæ caperet.

Tantum superantibus aliis ab emergentibus malis] Puto esse typographicum σφάλμα. Nam Pall. MSS. et editi ac emergentibus. Gebh. *Ab emergentibus* primum obcurrit in ed. Curionis, quod omnes recentiores servarunt usque ad Gronovium, qui priorum editionum scripturam ac emergentibus revocavit. Quamvis autem illud ac emergentibus in pluribus MSS. supersit, sanum tamen vix videtur, quia Livius *τὸν* ac præponere non solet vocibus a vocali incipien-

tibus, atque omnia loca, ubi talis compositio invenitur, mendæ suspecta reddunt codd. scripti, aliter exhibentes. Vide ad x. 36. § 17. An itaque legendum ac mergentibus; nempe civitatem, rem publicam? quemadmodum exhibent Leid. ambo, Harl. antiqui. Lipsiens. et Port. Præterea *aliis* deficit in Gaertn. Contra ea repetita *tantum super. aliis ac emerg. aliis malis* habet Hav. et mox *nemo tribunos ac plebem timebat:* quod etiam est in edd. antiquis, dissentientibus reliquis MSS. Sæpe aut et ac commutari solent. Vide ad Liv. XXI. 53. § 3. *nemo tribunus aut plebem timebat* Gaertn. præfert.

Tumque esse peregrino terrore sopitum videbatur] Deme vocem que ex vet. lib. Sigon. Jubet ex vet. libro Sigonius deleri particulam que, quam tamen constanter tenent Pall. I. et 3. Pal. 2. vero *quod tum esse:* hoc fundamento monuit. Gebh. Sigonii libro consentient Harl. 2. et Hav. Reliqui illud que servant. Præterea *cumque de peregrino terrore est in Gaertn. peregrino timore in Lipsiens.* Alii omnes vulgatum tuentur.

§ 5 *Ad id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit]* Pusillum hoc, sed non tamen negligendum, magis quibusdam placere ad, quam at: idque codd. quidam habent, nominatio Moguntinus: sed at etiam quadrat. Glar. *At id prope unum* solus ex MSS. Pal. 2. et edd. duæ. Pall. autem 1. ae 3. *Ad id prope unum.* Gebh. *Ad id prope unum* omnes mei codd. et Neapol. Latinii. Idem etiam in Rom. principe edit. se reperisse Hearne testatur, ex qua tamen alteram lectionem laudat Gebhardus. Certe ex illis edd. quibus usus sum, *Ad id* retinent Mediol. a. 1480. et Tarvisina utraque. Sed *At id* Veneta a. 1495. quæ etiam verior lectio est. Requiritur enim particula adversativa, quia anctor obponit, quod tempore hujus belli factum est, ci, quod per

alia bella externa fieri solebat. Alibi non raro ad et at confunduntur. Vide cap. seq. § 3. Deinde maxime inclinatis animis præferunt Voss. 1. et Port. altera lectione tamen margini adscripta.

Non bellum, sed vanam imaginem bellii] Vox vanam non habet Harl. 2. vagam imaginem Port. præfert, altera lectione in marginem rejecta. *Varianam imaginem* Leid. 2. Solent passim librarii voces ‘vannus’ et ‘varius’ inter se commutare. Vide quæ notantur ad Liv. xxii. 7. § 4. Paullo ante in verbis præcedit. *tantus enim trib. terror ten.* obserf Gaertn. Verum librario vox terror adhuc obversata fuit ex § prox. ubi præcesserat.

Ad avertendos ab legis cura plebis animos] Pall. tres ad vertendos ab legis cura. Sed vulgatae recte patrocinantur edd. Andreæ, Campani, ut et Modius. Gebh. *Advertendos* Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens, et Hav. *abvertendos* Port. a m. pr. ad exvertendos a m. sec. Vulgatum recte Gebhardus probavit. Solet enim Livius verbo in regimine addere eamdem præpositionem, cum qua componitar. Vide ad xxxvii. 26. § 5. Deinde a legis cura Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Port. et Hav. Denique plebis aures Voss. 2. Sed inter versus a m. sec. adscribitur *animos*.

Patriciorum hospites clientesque, si perlata lege frustra tumultuos esse sentiant] Patr. hospitesque clientesque Port. patr. hosp. dicentesque Hav. Primo literæ cl coaluerunt in d ob ductuum similitudinem, ut sæpe fit. Vide ad x. 24. § 2. Pro dientesque deinde, addita litera, repositum est dicentesque. Denique rō esse nou comparet in vetustioribus typis de scriptis, quod primus adjecit Aldns. Et agnoscunt etiam omnes codd. nostri. In uno Neapol. *tumultuos se sentiat fuisse*, Latinius notavit. Sese sentiant Flor.

Majore, quam venerint, silentio abituros] Habituros, addita perperam adspiratione, Leid. 1. Harl. 1. et Hav. sollemni librariorum errore. Vide ad xxii. 59. § 19.

§ 6 *Concilium inde legi perferenda habere*] Consilium Port. et Hav. Non recte. Intelligit enim comitia tributa, quod concilium, non consilium, dicitur. Vide Gronov. ad XLIV. 2. § 5. et quæ notantur ad xxiv. 37. § 11. Deinde legis perferenda Harl. 2. Port. a m. sec. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vulgatum, quod reliqui tueruntur, verum est. Nam ‘con cilium perferenda legi’ eodem modo dictum est, ut ‘comitia collegæ subrogando’: de quo vide ad II. 8. § 3.

Avocato populo ab armis] Scribe ad vocato populo ab armis. Advocato, sub audi ‘ad concilium.’ Sic infra c. 34. ‘Propositis decem tabulis, populum ad concessionem advocaveunt.’ Rhen. Probo ex edd. Andreæ et Campani et Pal. secundo *avocato populo ab armis*, licet reliqui duo ingerant, ut voluerat Rhenanus, *advocato*, reniente Modio. Gebh. *Advocato* Flor. Voss. amho, Leid. ambo, Harl. 1. Port. et Lipsiens. a revocato Hav. in qua scriptura duplex superesse videtur lectio *avocato* et *revocato*, quam utramque librarius exprimere hoc modo voluit, ut hoc hominum genus sæpiissime facere solitum est. Vide ad III. 44. § 4. *avocato* primo exsularat a fragm. Hav. sed altera manu postea adscriptum est. *Advocato* etiam ostentant edd. Mediolanenses 1495. 1505. et Veneta a. 1498. Ex his patet, quam vere Modius ad I. 6. § 1. *avocato* in omnibus omnino et scriptis et editis codd. haberi monerit. *Advocato* nondum displicet. ‘*Advocare ab armis*’ eodem modo dictum, quo ‘*avolare Romam*’, et similia alia, de quibus vide, quæ notata sunt ad I. 57. § 8.

Ab tribunis metu ostendente, quam quem nocturnus] A tribunis Voss. 1.

Leid. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde τὸν ἥπατον οὐ γνωσκεῖν Voss. 2. sed eam vocem intercepit sequens quem.

CAP. XVII. § 1 *Et discedere homines ab stationibus nunciatum est]* Ediscedere Gaertn. et descendere Voss. 1. altera tamen lectione marginem obtinente. Sæpe discedere et descendere in codd. scriptis perperam a librariis communantur. Vide ad IX. 14. § 7. ‘De statione decedere’ Cic. dixit de Senect. c. 20. ‘Vetat Pythagoras, injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio et statione vita decedere.’ ‘Decedere præsidio’ Noster. Vide Gronov. ad Liv. IV. 29. § 5. Verum ut hic ‘discedere ab stationibus,’ ita mox § seq. ‘Discedere ab armis.’ Tum *a stationibus* Voss. ambo, (sed posterior a m. pr.) Leid. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Et ita etiam primæ edd. Sed Aldns *ab stationibus* restituit. In fine verbum *est* deficit in Gaertn.

P. Valerius, collega senatum retinente, se ex curia proripit] Bene sic Pal. 1. Andreæ et Campani edd. Pal. tamen 2. P. Valerius senatum retinens ex curia. Pal. 3. Valerius senatum retinens ex curia: nescio quo vitiorum incremento. Gebh. Corruptius adhuc P. Val. Publicola senatum retinens ex curia Lipsiens. et P. Val. Publicola senatum retinens ex curia Hav. Pronomen *se* non agnoscunt etiam Flor. Leid. 1. Harl. ambo, et Port. Deinde ex curia prorupit Leid. 1. a m. pr. et Port. Non sequor. Vide ad II. 23. § 8.

Quid hoc rei est, inquit, tribunī? Pall. tres quid hoc est rei? Gebh. *Quid hoc est rei* etiam Voss. 2. Leid. 2. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Deinde inquit tribunis fragm. Hav. a m. pr. Sed alterum malo. Supra I. 48. ‘Quid hoc, inquit, Tarquini, rei est?’

Ap. Herdonii ductu et auspicio] Ducto in Pal. 3. esse, Gebhardus

monuit ad I. 30. § 5. Et ita, ni fallor, præfert Leid. 1. Sed vide quæ notavi ad I. 15. § 7.

Tam felix robis corruptendis fuit] Vox *robis* non erat in Voss. 2. *nobis corruptendis fuit* habet Hav. passim obvio errore. Vide ad XXXIV. 2. § 2. *robis corruptendi fuit* Leid. 1. et Lipsiens. *robis corruptendi fuit* Leid. 1. sed ultimam literam τοῦ corruptendis intervertit similitudo primæ literæ in voce seq. Vide ad IV. 33. § 11. *robis corrupte fuit* habet Harl. 2.

Qui servitia non commovit auctor] Vet. lib. *qui servitia vestra*. Sigan. Habet Basiliidanum volumen *servitia nunc commovit auctor*: quod nescio an magis ad fidem. Bellum enim hoc servile fuit; nam a quatuor millibns servorum et quingentis Capitolium insessum fuit, nec liberorum capitum ibi ulla mentio. Illud tamen speciosius ad contentionem antitheseos, ut ille, qui servos non commoverit, liberos homines commoveat. Sed, ut dixi, fides læditur. Nannius. Vetus liber *nunc commovit actor*: quod haud scio an magis ad fidem. Bellum enim hoc servile fuit. Nam a quatuor millibus servorum et quingentis Capitolium insessum fuit, nec liberorum capitum ibi ulla mentio est. Illud tamen speciosius ob contentiōnēν ἀντιθέσεως, ut ille, qui servos non commoverit, liberos homines commoveat. Sed, ut dixi, fides læditur. A. Schottus, Obs. Human. III. 38. Hæc lectio, *qui servitia vestra non commovit auctor*, prodiit a Siganio, neque distant Pall. 1. ac 2. A. Schottus Obs. Human. III. 38. testatur, in vet. lib. extare *nunc*, pro *non*. Pal. 3. accedente Campano præfert, *qui servitia nunc commovit auctor*. Gebh. Τὸν *vestram* ab Siganio venit. Abest autem ab Helm. Voss. utroque, Rott. Gud. J. F. Gron. *Vocem vestram*, quam addidit Siganus, non agnoscunt insuper Leid. 1. Port. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. *qui servitia*

*nostra commovit auctor habet Harl. 2. qui servitia restra commovit auctor Gaertn. qui servitia nec commovit auctor Lipsiens. qui servitia nunc commovit auctor Voss. 1. (si excerptis meis fidem tuto habere possim: aliter enim in eo invenisse Gronovius videtur) et Leid. 2. Neque tamen, ut Nannius, et (qui ei sua insigni plagio subripuit) Schottus statuerunt, illa lectio magis ad fidem est, vel per alteram fides laeditur. Contra falsum est, a quatuor millibus servorum et quingentis Capitolium insessum fuisse, nec liberorum capitum ibi ullam mentionem esse. Expresso enim Liv. c. 15. inquit, 'Exsules servique ad quatror millia hominum et quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium atque arcem occupavere.' Et ita passim in hac historia Livius non 'solorum servorum,' sed 'exsulum et servorum,' meminit. Ita ter c. 19. 'Arma vobis ademit, nudosque servis vestris et exsilibus objicit.' Mox, 'Quum exsulum et servorum dux in cella Jovis optimi maximi habitaret:' et iterum, 'Jupiter optimus maximus exsulum atque servorum septus armis.' Quin et cap. seq. exitum hujus tumultus enarrans, inter captivos non tantum 'servos,' sed 'liberos' etiam memorat, et alia præna liberos, alia servos affectos fuisse tradit. 'Ita Capitolium recuperatum: de captivis, ut quisque liber aut servus esset, sua fortunæ a quoque suum supplicium est.' Secundum Livium ergo cum Herdonio in Capitolio fuerunt 'exsules' et 'servi.' Per 'servos' antem, Herdonii comites, intelligendi videntur ipsius ejus servi: siquidem Dionys. referat lib. x. p. 640. eum congregasse τοὺς πελάτας καὶ τῶν θεραπόντων ὡς εἶχεν εὐτολμοτάτους; sive *clientes et servos*, quos habebat, audacissimos. Et ita verba Livii c. 19. 'servis vestris objicit,' accipi possunt de conatu*

Herdonii, qui servos Romanorum ad libertatem vocabat, et Romanos servis suis objicere volerat. Si tamen servos Romanorum cum Herdonio fuisse verius videatur, *servitia restra non commovit* Livius dixisse credendum est, respiciens ad maximam servorum partem, qui conspirationis consciæ non fuerunt, sed quieti domi manserunt, ut ex verbis cap. præc. colligi potest: 'Inter ceteros eminebat terror servilis, ne suns enique domi hostis esset: cui nec credere, nec, non credendo, ne infestior fieret, fidem abrogare, satis erat tutum.' Et tamen jam tum exsules servique, ad quatuor millia hominum et quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, Capitolium atque arcem occupaverant. Vel servos Romanorum fugitivos accipe, quemadmodum eos diserte vocat Orosius II. 12. 'Proximo dehinc anno cives exsules servique fugitivi, duce Herdonio, viro Sabino, invaserunt incenderuntque Capitolium.' Recte igitur *non commovit servitia*; postquam, Capitolio occupato, eos ad libertatem vocarat. Qui enim cum Herdonio erant, fugitivi fuere, qui antea, a dominis aufugientes, se ad Sabinos receperant. Doujatius etiam Schotti rationem, qua cod. sui lectionem stabilire conatus est, recte falsi concivit.

Hostes supra caput sunt] Liv. iv. 22. 'Clamor supra caput hostilis captam urbem ostendit.' xxI. 33. 'Super caput imminentes.' xxII. 4. 'A tergo ac supra caput detectæ insidiae.' Sall. Cat. 'Dux hostium cum exercitu supra caput est.' Klock.

§ 3 Inde ad multitudinem oratione coursera] Exemplar vetustum tantum habet versa. Rhen. Eadem, quæ in Rhenani vetusto exemplari, etiam in omnibus nostris superest lectio.

Si ros Urbisque, si vestri nulla cura tangit] Ex hac quoque lectione ob conjunctivam particulam nihil sequi

potest. Quare vera lectio est, *Si vos Urbis, Quirites, si vestri*. Sabell. Nemo est lectionis structuræque Latina tam imperitus et expers, qui non ultra intelligat, illud, *Si vos Urbisque, si vestri*, parum emendate lectitari. Quis enim locus post *Urbis conjunctivæ* dari possit partielæ, haud sane perspicio; quum neque ordo id pati videatur, neque sensu. Videbunt itaque alii, an recte aliquis dixerit, Livinm, *Si vos Urbis, Quirites, si vestri*, scripsisse potius, quam *Urbisque*: sed sive insectia sive incuria, qui *Quir* panceioribus elementis dictionem notatam offenderant, que pro *Quirites* fecerunt: erroreque semel recepto, mendum Livianis exemplaribus tenacius hæsisse credere æquum est. *Sabell.* Quod sanus est hic locus, debet M. Antonio Sabelllico. Neque aliter exhibetur in Pall. 1. ac. 3. et Andreæ ed. quam ab ipso est indicatum. Pal. 2. vero interpolatio, *Si vos vestri Urbisque*. Inverse Campanus *Si vos Urbis restrique*. Gebh. *Si vos vestri Urbisque* etiam præfert Hav. sed perperam. Magna enim vis est in repetitione illa *τοῦ σι*. Infra v. 52. ‘Quid horum opus fuit suscipi, si una cum Gallis Urbe Romanam relicturi fuimus? si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis? si ab hostibus metu retenti sumus?’ ubi etiam in quibusdam peccatur codd. et *sed ab hostibus*, pro *si ab h.* scriptum invenitur. c. 53. ‘*Si fraude, si casu Veiis incendium ortum sit.*’ XXIII. 12. ‘*Quid aliud, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres?*’ XXX. 12. ‘*Si pudore, si periculo suo fungam sistere posset.*’ Et mox, ‘*Si captivæ apud dominum vitæ necisque suæ vocem supplicem mittere licet, si genua, si victricem adtingere dextram.*’ XXXIX. 37. ‘*Si non vana illa vox præconis fuit, qua liberos esse omnium primos Achæos iussistis, si fœdus ratum est, si societas et amicitia ex æquo observatur.*’ Sall. in Cat.

c. 52. ‘*Si ista, enjuscumque modi sint, quæ amplexanini, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere voltis.*’ Vide ad v. 35. § 4. *Si vos Urbisque, si nostri* Voss. 1. *Si vos Urbisque, si vestri* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lipsiens. Port. fragm. Hav. et Neapol. Latinii. *Si vos Urbis, si vestri* Gaertn. *Si vos Urbisque, si sic et vestri* Harl. 2. Verum puto, quod Sabellicus restituit. Id antem in uno Harl. 1. superest.

At vos veremini Deos vestros ab hostibus captos] Vet. lib. *Deos patrios.* Sigon. Solus Pal. 2. *at vos ver. Deos patrios*, quem toties affirmavi esse Sigoniano simillimum. Cæteri codd. tam scripti quam ensi, *Deos vestros.* Gebh. *Ac vos vereamini Deos patrios,* Sigoniano tantum non succinens, ut solet, Hav. *ac vos vereamini Deos vestros* Gaertn. Sæpe *ac et at* commutari solent. Vide ad III. 61. § 4. *ac vos ver. Deos vestros* Lipsiens. *ad vos ver. Deos vestros* Leid. 1. *ad vos Deos nostros ver.* Harl. 2. Sæpe *ad et at* in Miss. confundi solent; quod præser-tim quam facillime accidere potuit, si quis imperitior, alio verba præeunte, codicem exararat. Ita peccabatur in omnibus fere codd. c. 16. § 5. Vide etiam ad v. 6. § 12. c. 12. § 6. Jam olim tempore Qninetiliani a quibns-dam hæ voculæ confusæ fuisse videntur ob illa, quæ tradit Instit. 1. 7. ‘*Illa quoque a multis servata est differentia, ut ad, quum esset præpositio, d literam; quum autem conjunctio, t acciperet.*’ Dicit ‘*a multis.*’ Ergo quidam eam differentiam non servarunt. *At vos ver. Deos nostros* Harl. 1. *at vos rer. Deos vestros*, ut ante Sigonium legebatur, reliqui codd. Voss. ambo, Leid. 2. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Major emphasis verbis Valerii consulis ad persuadendum plebi, ut Diis captis subcurrant, inerit, si *Deos illos non tantum patrios, vel nostros, sed* potius *vestros* vocet; quemadmodum

etiam mox addit, ‘castra servorum publicos vestros penates tenent:’ quare eam etiam lectionem in contextum recepi.

Jupiter optimus maximus, Juno Regina, et Minerva] Hæc tria numina Romana fuisse, existimandum est; quippe quæ passim imperatores Romani aut nominant, aut invocant: ut hoc loco Valerius, et vi. 16. M. Manlius, et Decad. iv. l. viii. c. 51. Scipio Africanus: quamquam Servius in tertium Æneidos librum non ita longe ab initio vs. 2. (si modo codex non fallit) hos exhibet, Jovem, Minervam, ac Mercurium. Item repetit in fine prope octavi libri vs. 679. Libro autem secundo vs. 225. ubi de Laocoonte, Capitolii eadem, quæ Livius nominat, ponit numina. *Glar.* Inverso ordine *Juppiter maximus optimus Pall. tres. Gebh.* Eodem ordine etiam Voss. 2. Harl. 2. Port. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Verum ubique alius ordo observatur. Ceterum templum Capitolinum votum Jovi, Junoni, ac Minervæ fuisse a Tarquinio Prisco in supremo prelio, cum Sabiniis commisso, auctor est Dion. Halic. lib. iii. p. 201. iisdem Diis id etiam exstructum fuisse ab Tarquinio Superbo idem narrat lib. iv. p. 259. Quomodo tamen Livius Junonem eam cognominat ‘Reginam?’ siquidem Juno ‘Regina’ demum Veis captis Romam translata, eique non in Capitolio, sed in Aventino, templum dedicatum fuerit, ut ipse Livius refert v. 22. et 23. An itaque dicendum, Junonem, quæ Veis captis Romam migravit, ‘Monetam’ cognominatam esse? Verum id statui nequit. Rationem infra reddam ad v. 22. Id tamen certum, Junonem, quæ in Capitolio eodem templo, quo Jupiter et Minerva, colebatnr, et simpliciter Livio xxxviii. 51. ‘Juno’ vocatur, quum ab ipso Livio, tum ab aliis ‘Junonem Reginam,’ quacumque de causa id factum fuerit, cognominatam

esse. Infra vi. 16. ‘Jupiter optime maxime, Junoque Regina, ac Minerva, ceterique Dii Deæque, qui Capitolium arcemque incolitis.’ Cic. pro Domo c. 57. ‘Te, Capitone, quem propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim maximum nominavit, teque, Juno Regina, et te cunctos Urbis Minerva, precor ac quæso.’ Valer. Max. v. 10. ex. 2. ‘Jovem optimum maximum, Junonemque Reginam et Minervam precatus sum, ut, si adversi quid populo Romano inminaret, totum in meam domum converteretur.’ Eadem etiam numina ‘Jupiter optimus maximus, Juno Regina et Minerva’ juncta obcurrunt in variis lapidibus literatis, qui videri possunt apud Gruterum aliasque, qui inscriptions collectas ediderunt. Mox *publicos nostros penates Lipsiens. Gaertn.* et antiquiores excusi, pro quo Aldus dedit *vestros*, quod est in reliquis nostris MSS. et præstat. Rationem ad verba præcedentia dedi.

§ 4 *Tantum hostium non solum intra muros est]* Non ingratum erit, conferre hæc verba cum verbis Ciceronis ad Att. ix. 12. ‘Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumcidet; fossa et vallo septum tenet; fuga prohibet: nos vivimus, et stat urbs ista? prætores jus dicunt: ædiles ludos parant? viri boni usuras perscribunt? ego ipse sedeo?’ Indignatio valde similis. J. F. Gron. *Quantum hostium præfert* Voss. 2. Præterea τὸν εἶναι εἰς τὸν πρῶτον εἴδιτον. Addidit deinde Aldus, concinentibus omnibus, quibus utor, codd. Tum *intra nos est* habet Hearnii Oxon. N. in margine. In verbis præcessit, *vobis sunt& forma civitatis videtur* alio ordine est in Harl. 2. *nobis*, pro *vobis*, habet Lipsiens.

Sed in arce supra forum curiamque: comitia interim in foro sunt, senatus in curia est, &c.] Ex hoc loco satis apparet, forum Romanum ibi olim fuisse, ubi nunc est Nosocomium Beatæ

Mariæ Consolationis, ad radices scilicet arcis Tarpeiae: comitium autem paulo supra curiam, qua parte forum Romanum Viæ Sacrae jungebatur, ubi Cloacinae Veneris signum colebatur, de qua paulo post ait Livius c. 48. ‘Prope Cloacinae ad Tabernas, quibus nunc Novis est nomen.’ Nam de Tabernis Varro de Ling. Lat. l. v. p. 56. ‘Sub Novis,’ inquit, ‘dicta pars in foro adficiorum,’ &c. Confirmat hunc locum de foro, comitio, et curia Cicero pro P. Sextio, cum ait c. 35. ‘Cum forum, comitium, curiamque multa de nocte armatis hominibus occupavissent,’ &c. Quod autem in foro prope comitium et curiam fuerint rostra, præter rostra ipsa marmorea, eo in loco reperta, ubi olim Dea Rumia sacellum, nunc est Divi Theodori, vel hæc ex eadem oratione eodemque cap. Ciceronis verba indicant satis aperte, quæ sunt de Q. Fratre scripta; ‘Pulsus,’ inquit, ‘e rostris in comitio jacuit.’ Ursini. Vide etiam Ursinum ad Tac. Histor. i. 27. Klock. *Supra forum, curiam sine coniunctione fragm.* Hav. a.m.pr. Deinde *comitia iterum, pro com., interim, Port.* Solent autem hæc voces in MSS. sæpe committari. Vide ad x. 18. § 1. *Praeterea in foro fiant* Harl. 2. errore librarii, quum Livius ‘facere comitia’ alibi dicere non soleat. Denique alio ordine *comitia in foro interim sunt* Hav.

Senatus in curia est, velut quam otium superat] Pal. 2. *velut otium superet*: nescio quibus instinctibus. Gebh. Non aliter etiam Harl. 2. et Hav. quorum solorum consensus non levi argumen-
to lectionem illam falsi arguit. Præterea *τὸν εἶναι* non adparet in Hav. Denique *otium suppetat* Hearnii Oxon. L. 1. quod ex marginali expositione receptum in contextum videtur. Patet id ex eo, quod librarius cod. Gaertn. *otium suppetat ac superet*, utraque lectione juncta, dederit. Eum vero glossemata simul cum vera lectione per copulam *ac* juncta in

contextum recipere solere, dictum est sæpe. Vide ad iv. 55. § 5. *Superat* hic notat ‘superest,’ ut sæpe alibi apud Liv. Vide ad xxii. 49. § 5. Mox *senator dicit sententiam*, transpositis vocabulis, Harl. 2.

§ 5 *Nou quidquid Patrum plebisque est*] Pal. 1. *Num quicquid Patrum.* Gebh. Td *Non servant omnes mei.* At contra copulam *que* non habet Harl. 1.

Consules, tribunos, Deos, hominesque omnes armatos opem ferre] Dii illi male hoc sunt advocati. Primum cum τὰ ἀρμάτος et currere ad omnia, quæ appellavit, genera ordinum incolarumque Urbis pertineant, et proprie accipientur, inepte referuntur ad Deos. Deinde loquitur de officio illorum, qui pro parte, quam in civitate obtinent, hoc recipublicæ debent, quibus id potest imperari. Horum autem e numero Dii profecto non sunt. Quare mox patellare ac novicium numen Romuli adorat et veneratur: tantum abest ut Deos generatim, tamquam oblitos officii admovere, et oportuisse armati et succincti currenter dicere, velit. Certum est igitur corruptam hanc esse lectionem; probabile vero sic instaurandam: *consules, tribunos, eires, hominesque omnes armatos opem ferre.* Ita luenlenta est gradatio a summo ad infimum. Multa hominum genera, ut adsolet, erant in Urbe, quæ civium numero non erant. IV. 4. ‘Nec quod nos ex connubio vestro petamus, quicquam est, præterquam ut hominum, ut civium numero simus.’ Eodem lib. c. 56. ‘Nihil esse in his auxiliis dicenter, qui non civium, non denique hominum numero essent.’ v. 3. ‘Si quicquam in vobis, non dico civilis, sed humani esset.’ Cicero pro Plancio c. 11. ‘L. Flaccus, qui homo, qui civis.’ J. F. Gron. Non nihil dubito, an satis certa sit emendatio Gronovii. ‘Dii hominesque omnes’ hic formula potest dici, pro

'omnes omnino,' quemadmodum et alibi, etiam si res non magnopere ad Deos pertinet. Vide quæ adnotata sunt ad Florum II. 6. § 43. *Duk.* Codd. *qua scripti, qua editi, constanter Deos servant, quos tamen hic locum habere non posse vir magnus non una ratione evinceat conatus est.* Propius ad vulgatam lectionem accedit, quod Contierio in mentem venerat, et ad oram codicis notarat, legendum esse *consules, tribunos, eos, hominesque omnes:* an antem id verum sit, vehementer dubito. Vide tamen, an non vulgatum defendi possit eo colore, quod captum fuerit ab hostibus Capitolium et arx, sedes Jovis, qui ipsorum Deorum rex habebatur, ad quam liberandam et ex potestate eorum eripiendam decebat omnes reliquos Deos arma capere, et opis ferendæ caussa eo advenire. Ita Silius singit, quum Hannibal exercitum Urbi admovisset, et mœnia Romæ obpugnaturus esset, jussu Jovis Deos opem tulisse, XII. 605. 'Iupiter, Æthiopum remeans tellure, minantem Romuleo Penum ut vidit succedere vallo, Cœlicolis raptim excitis defendere tecta Dardana, et in septem discrurrere jusserat arcis. Ipse e Tarpeio sublimis vertice cuncta, Et ventos simul, et nubes, et grandinis iras, Fulminaque, et tonitrus, et nimbos conciet atros.' Et paulo post, quum Hannibal, serenitate redditæ, obpugnationem iterum tentaret, vs. 653. 'fulgor hebescere cœli Per subitum cœpit, densaque subire tenebræ, Atque dies fugere, atque armari ad prælia rursus Jupiter.' At forsitan hæc nimis poëtica sunt, quam ut similibus Livii vulgata lectio defendi possit. Ceterum *deos omnes hominesque est* in Hav. alio ordine, ut et *armatos ferre opem, transpositis iterum vocibus,* in Harl. 2. Denique rō liberare non conspicitur in Harl. 1.

Augustissinam illum domum Jovis

optimi maximi] Probo, quod exstat in medio Pall. *Jovis optimi maxumi.* Gebli. Utroque modo, *optimus maximus, et optimus maximus, olim scripsérunt.* Vide Noris. ad Cenotaph. Pis. Dissert. I. iv. c. 4. p. 471. Ita *intimus, pro intimus, supra scriptum erat in optimo codice Leid. I. 1. 1.* § 2. *finitimus, pro finitimus, in eodem cod. iv. 3. § 4. amplissime in eodem v. 13. § 6. et similia alibi.* Utrum tamen orthographia, quam probat Gebhardus, recipienda sit, nondum liquet. Si verum foret, quod Quinctil. tradit Instit. I. 7. C. Cæsar is inscriptione primum factum esse, ut acciperent medianam i literam, quæ veteribus u fuerat, in vocibus 'optimus maximus,' et per 'C. Cæarem' intelligendus esset Caligula, ut Burmannus docuit, omnino 'optimus maximus,' eademque forma reliqua etiam vocabula, et hic et alibi apud Liv. ac scriptores Caligula antiquiores, scribenda essent. Id tamen, quod Quinctil. sed ab aliis traditum, adfirmavit, dubium Noris. eodem loco reddidit, *maximos macistratus ex columna Duilii rostrata proferens, et testatus, in Cenotaph.* Pisanis *MAXSUMI* et *MAXIMI* sculptum legi. Quoniam itaque primæ auctoritatis codd. *optimi maximi* servent, ab ea scriptura unius Pal. ejusque recentissimi fide non recedam.

§ 6 *Arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti]* Vocabulam his non legi in Oxon. B. L. 2. et N. testatur Hearne. Abest etiam ab Hav. ab *hiisdem Sabinis* habent Voss. I. et Leid. 2. ab *isdem Sabinis* Lipsiens. ab *eisdem Sabinis* Port. et fragm. Hav. ab *his hisdem Sabinis* Leid. 1. et Gaertn. Reliqui nihil mutant. Et sane nihil etiam mutandum judico. Vide ad XL. 19. § 5.

Jube hunc ingredi viam] Via distin-
te scriptum præfert Leid. 2. Videri itaque posset, legendum *jube hac in-*
gredi via, qua tu dux, qua tuus. Ita x.

35. ‘Via una, et ea ipsa præter hostes erat: qua ingressi præbuere speciem recta tendentium ad castra obpugnanda:’ ubi plura vide. Ceteris tamen in vulgatum conspirantibus, id præferendum puto. In verbis præcedd. da stirpi tuae: tuae jube hanc habet Lipsiens.

§ 7 *Si quis impedit]* Lege, si qui impedit. Nam dictum est si qui, pro si quis: quod et Ciceroni solenne est. *Rhen.* Non aliter, quam si quis impedit, Pall. et omnes edd. Rhenanus interim non male si qui impedit. Memini, ad Ciceronem quoque tale aliquid monere. Cap. 20. ‘Ut qui se moverit.’ *Gebh.* Omnes nostri etiam (præter Flor. qui habet si qui) si quis impedit, nisi quod Leid. 1. habeat si quid, Harl. 1. autem, quam proxime ad lectionem Rhenani accedens, sequi impedit. Certum tamen, si qui Livio non insolitum esse. Infra vi.

32. ‘Tres exercitus scriberent; unum, ad præsidium Uribis; alterum, qui, si qui alibi motus exstisset, ad subita belli mitti posset; tertium longe validissimum.’ ix. 27. ‘Ut inde ex propinquo, si qui motus occasionem aperiret, Capuam Romanis eriperent.’ Ita Leid. 1. legit, non aperirent. xxix. 21. ‘Si qui Pleminium aliumve quem accusare vellet:’ ubi vide Rhenanum. Cic. ad Fam. iii. 8. ‘Laudaturum me, si qui suo sumtu functus esset officio.’ Postea ead. epist. ‘Quod si qui me astutiorem fingit.’ ad Fam. iv. 5. ‘Quod si qui etiam inferis sensus est:’ ubi videntur est Grævius. Videndus etiam Rhenan. ad Liv. xxvii. 28. § 4. Pari modo ne qui, pro ne quis, Livius aliquique dixerunt. Vide hoc lib. c. 10. § 7. Audiendi itaque in his codd. eorumque auctoritate standum est. Promiscue enim omnibus locis, etiam nolentibus codd. similia Livio obtrudere hominis non sani foret. Utrumque certe ne quis et si quis obcurrit loco vicino junctum c. 21. hujus lib.

‘Communiter inde edicunt, ne quis L. Quinetium consulem faceret; si quis fecisset, se id suffragium non observatueros:’ ita omnes præferunt codd. quare id etiam servandum. De hoc quoque loco dubito. Si tamen Rhenanus codicem suum secutus sit, non adversabor.

Jam tribunicia potestatis sacrarumque legum oblitum] Pal. 1. ac 3. *sacratarumque legum oblitum:* neque aliter Campanus. *Gebh.* Lolio victitarunt editores, quum hoc tolerarunt. Nam et scripti et omnis ratio (vel absque scriptis esset) jubent *sacratarumque*. J. F. Gron. quem etiam vide epistola ad Nie. Heinsium scripta, quam editit Burmann. *Syllog.* Epist. iii. 91. *Sacratarumque legum præferunt etiam omnes nostri, nisi quod in Lipsiens.* Gaertn. Harl. 2. et Hav. sit *sacrarumque legum*, et in Port. a m. sec. *sacrarum legum*, quum antea *sacratarum legum* scriptum fuisse. Supra ii. 34.

‘Sunt, qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique sacratam legem latam.’ De legibus sacris vide ad iv. 26. § 3.

Quisquis ille sit, ubicumque sit, in foro, in Capitolio, pro hoste habiturum] Reperitur in Pal. 2. ac 3. *hostem habiturum Gebh.* *Si quis ille sit Leid. 2. quisque ille sit.* Hav. Deinde in foro, Capitolio, altera præpositione neglecta, Leid. 1. quum tamen Livinus imprimitas eas iterare soleat. Vide ad vi. 28. § 6. Denique *hostem habiturum* Hav. et Lipsiens. Sed alterum servant reliqui scripti, eademque locutio alibi Livio usurpatur. Supra ii. 20. ‘Dat signum, ut, quem snorum fugientem viderint, pro hoste habent.’ Ita ‘pro amico,’ ‘pro socio habere.’ Liv. xliv. 19. ‘Ni assistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico nec pro socio habituros esse:’ ‘pro victis habere’ iii. 60. ‘Pro victis habebant paventes intra vallum:’ ‘pro hoste esse’ dixit idem Liv. xlvi. 5. ‘Neque

se ad id locorum scire, propter quam caussam consuli pro hostibus fuerint.'

§ 8 *Quoniam in Ap. Herdonium veterant, in P. Valerium consulē sumi arma] Pal. 2. quæ in Ap. Herd. ret. Gebh. Eadem lectio superest in Harl. 2. et Hav. quorum consensus lectionem illam suspectam reddit, quum omnes meliores stent pro edita lectione. Mox consulē exsulat a Port.*

Quod princeps familiæ suæ ausus in regibus esset] Hic Valerius de Publicola loquitur, quasi jam de tritavo aut atavo, cum Dionysius lib. xi. 688. eum filium Publicolæ fuisse dicat. Meminit ejusdem lib. vii. p. 417. idem auctor: quamquam lib. vi. p. 350. ad lacum Regillum P. Valerium Publicolæ filium occisum refert, quod in eumdem annotavimus. Glar. Glareanus subsannat Livium, qui Valerium introducat loquenter, quasi de tritavo aut atavo, quum Dionysius lib. xi. p. 688. eum filium ejus fuisse scribat. Sed vir bonus parvū intellexit, quid hic esset 'familia.' 'Princeps suæ familiæ' est auctor sui cognominis. Eum vero non atavum aut tritavum, sed patrem fuisse ipsius, nemo ignorabat. Valeria gentis familiam Poplicolarum exorsus erat Publius ille Bruti adjutor et collega. Et erant jam aliae familiæ Valeriorum, ut Valerii Volusi, et Valerii Maximi vel Lacticini. Vide Sigonium ad lib. iii. J. F. Gron. Interpretatio viri maximi Livium quidem immunem præstat a censura Glareani hoc loco: non tamen altero loco, qui obcurrit cap. proximo: 'Memorem se majorum snorū, memorem cognominis, quod populi colendi velut hereditaria cura sibi a majoribus tradita esset, concilium plebis non impediturum.' Omnino tamen filius fuit ejus Publicolæ, qui primus hoc cognomen tulit, et Volusi filius erat; non modo enim Dionys. apud Glareanum laudatus id

docet, sed constat etiam ex Fastis Capitol. in quibus his nominibus describitur, P. VALERIUS. P. F. VOLVSI. N. POPLICVL. Neque Dionysius sibi ipse adversari censendus est, quum P. Valerium, Publicolæ filium, prælio ad lacum Regillum interfectum tradit, ut statuisse videtur Glareanus. Potuit enim duos eodem prænomine filios habuisse: quod Romæ non insolitum fuisse, docet Ap. Claudius Caudex, qui fratrem habuit, itidem Ap. Claudiom Cæcum dictum. Gellius Noct. Att. xvii. 21. 'Anno deinde post Romanam conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo, consulibus Ap. Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Ap. illius Cæci fratre, et M. Fulvio Flacco bellum adversus Pœnos primum cœptum est.' Aurel. Vict. in Vir. Inl. c. 37. 'Ap. Cladius, cognomento Caudex dictus, frater Cæci fuit.' Et ita in Fastis Consul. Capitolin. alter vocatur AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS. A. U. C. CCCXLVI. alter AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAVDEX. A. U. C. CCCCLXXXIX. Præterea vox suæ non comparet in Lipsiens. et Port. quam reliqui mei, quum scripti, tum editi, constanter agnoscunt. Unus Gaertn. transponit suæ familiæ.

§ 9 *Nec lex tamen ferri] Nec lex inde ferri Port. Vide ad v. 18. § 8. nec lex tum ferri Gaertn. Lipsiens. Harl. 2. et Hav. sollemni variatione, passim in codd. scriptis obvia. Vide ad xxii. 17. § 5. Paullo ante adparebat futuꝝ. id est futurum, pro futurum, Harl. 2.*

Nec ire in Capitolium consul potuit: nox certamina cœpta obpressit] Hæc verba male omittebantur in Harl. 1. solius scribæ negligentia. Tò cœpta deest in Leid. 2. qui etiam mox transpositis vocabulis præfert timentes arma consulum. Præterea cessere nocte Gaertn. in quo mox eadem manu repositum est nocti. Vide ad iii. 34. § 8.

§ 10 *Inferentesque se in circulos ser-*

mones tempori aptos serere] Nihil quæro de bonitate hujus locutionis: an genuina sit, quæro? Quippe Pall. 1. 3. et edil. prisæ *inserentesque se in circulos.* Amplius Pal. 2. *inserentesque se in circulos sermones tempore apto serere.* Sed prior forte verior. Ovidius Epistola Sapphus vs. 47. ‘Tunc te plus solito lascivia nostra juvabat, Crebraque mobilitas, aptaque verba loco.’ Gebh. *Inserentes* Port. *inserentesque* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis N. et edd. antiquiores. Primus Ascensius a. 1510. *inserentesque subjicit*; paucos tamen, qui auscultarent, invenit. Certe eam lectionem tantum reperi deinceps in Lngdunensi a. 1553. Basileensi a. 1554. quam postea etiam Parisini a. 1573. receperunt, et post eos omnes reliqui, nisi qui Sigonio per omnia adhæserunt. Illud autem alterum *inserentesque minus verosimile reddit*, quod mox *serere sequatur.* De locutione ‘*inserre se*’ vide hoc lib. c. 5. § 7. Alibi sæpe ‘*sero*’ et ‘*fero*’ in membranis confundi, olim monni ad Sili viii. 266. et ita in hac eadem periodo *aptos ferre*, pro *aptos serere*, male habent Leid. 2. et Hav. Vide etiam hoc lib. c. 44. § 10. Recte etiam *tempori aptos præfert* Gebhardus alteri lectioni *tempore apto.* Et priorem illam servant etiam omnes, quibus utor, codd. nisi quod Port. et a m. pr. fragm. Hav. præferant *tempori actos*, solito errore, de quo dictum ad XL. 13. § 6. Tempus aptum serendis sermonibus in hoc extremo periculo constituti Patres exspectare non poterant, sed plebem alienatam mulcendo tractandoque conciliare, et ita ei persuadere debebant, ut patriæ pereunti subcurrere vellent; debebant sermones tempori admodum declarat officii, quo et semper utendum est, et omnibus:

decere, quasi aptum esse consentaneumque temporis et personæ.’ Ultima litera in *aptos* elisa erat a prima vocis seq. Vide ad xxxvii. 29. § 5. Hinc consequens erat, ut ea lectione recepta, *tempore* etiam, pro *tempori*, scriberetur. Et ita nata est lectio, quam Gebhardus in Pal. 2. invenit.

In quod discriminem rem publicam adducerent] Pal. 3. *adverterent.* Gebh. Nostri omnes vulgato recte adhærent, nisi quod fragm. Hav. a m. pr. ostentet *abducere.* Male. Cic. pro Domo c. 29. ‘Ne eam civitatem, quam servasse inermis, armatus in discriminem adducerem.’ ‘Ad discriminem adducere’ Liv. dixit XLV. 8. ‘Se regnumque suum ad ultimum discriminem adduceret.’ Præterea *inquit*, pro *in quod*, Gaertn.

§ 11 *Non inter Patres ac plebem certamen esse]* *Inter Patres plebemque* Voss. 1. et Leid. 2. Contra vero mox *simul Patres ac plebem* Voss. 1. *simul Patres, plebem, arcem urbis sine copula* Harl. 2. quam tamen reliqui agnoscunt. Paullo post *publicos privatos*, pro *pub. piratosque*, Lipsiens.

§ 12 *Ne Sabini, ne Veiens hostis moveretur]* Vet. lib. *ne Sabinus.* Sigon. *Ne Sabinus* quidem Sigonianus: sed alii et prisæ edd. *ne Sabini, ne Veiens hostis.* Et observavi Livium ista variatione delectatum. Lib. II. c. 45. ‘Nec Veiens hostis Etruscæque legiones detrectant.’ Iterumque eodem cap. ‘Veiens hostis Etruscique eo magis præpropere agere.’ xxviii. 45. ‘Umbriæ populi, et præter hos Nursini et Reatini, et Amiternini, Sabinusque omissis ager.’ xxxiii. 15. ‘Ad depopulandos simul Pellenensis Sicyoniumque agros et Phlia-sium.’ J. F. Gron. *Ne Sabinus* Port. a m. pr. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis B. et Latini Neapol. *ne Sabinuse* Harl. 2. Alii omnes firmiter lectionem, quam Gronovius veriore esse evicit ex more Liviano. Vide ad xxxv. 40. § 6. Præterea

particula ne exsulat ab Harl. 2. quæ intercepta videtur a prima syllaba proximæ vocis *Veiens*. At neve *Veiens hostis* Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. ubi ultimam syllabam *ne* repetitam puto ex prima vocis seq. Ita pariter xxxiv. 3. ‘Ne ullus modus sumtibus, ne luxuriæ sit:’ ubi vide quæ notantur. Supra tamen hoc cap. est, ‘Præter ea tamen, quæ denunciabantur, ne Veientium, nec Sabinorum id consilium esset, timere.’ Deinde ne *Sabini*, ne *Veiens hostis* moverentur Lipsiens. quod non displice-ret, si plures codd. consentirent. Denique *consul discesserat* Gaertn. et Voss. 2. *consilium discesserat* fragm. Hav. a m. pr. pro quo postea correctum discesserant. Patet illud librarios in errorem adduxisse, quod dubitarent, utrum nota hac *consilium* unus an uterque consul indicaretur. Vide ad x. 10. § 2.

CAP. XVIII. § 1 *Eadem nocte et Tusculum]* Particula et non conspicitur in Hav. *Eadem nocte in Tusculum* præferunt primæ edd. Sed jam Mediolan. a. 1495. eosque mox securi Veneti a. 1498. et *Tusculum* restitu- runt, quod in reliquis meis codd. superest. Mox et alio turbato, pro et al. *turbata*, Hearnii Oxoniensis L. I. invitis omnibus meis.

§ 2 *L. Manilius Tusculi tum dictator erat]* Antiqua lectio *L. Mamilius*. Rhen. *L. Manilius* Hav. *L. Manilius* Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hearnii Oxonienses B. L. 2. N. et C. Sed recte Rhenanus *L. Manilius* re-stituit, quomodo plerique et op-timi mei habent. *Maniliorum et Mamiliorum* nonina tum inter se, tum etiam cum *Mamiliorum* nomine sæ-pissime commutantur in codd. vett. Vide ad i. 49. § 9. ad ii. 18. § 3. ad hunc lib. c. 19. § 8. c. 29. § 6. xxx. 26. § 4. xxxiv. 53. § 2. ubi alia vide, et apud viros doctos ad Valer. Max. i. 8. ex. 1. *Mamiliorum* autem gens *Tusculana* fuit, quæ jam tempore

regum in patria summis honoribus functa est, ut constat ex Octavio Mamilio, cui Tarquinius Superbus filiam nuptum dedit. Vide Liv. i. 49. Ejusdem etiam mentio fit l. ii. c. 15. c. 18. et alibi. Ex ea igitur orin-dus hic L. Mamilius, dictator Tuscu-lanus, ob merita erga populum Ro-manum jure civitatis donatus, gen-tem illam Romæ propagavit. Vid. Liv. hoc lib. c. 29.

Introductis nunciis magnopere censem] Magno opere censem Flor. Leid. uter-que, Harl. 1. Lipsiens. Port. et fragm. Hav. Colum. iv. 24. ‘Jam vero ipsos palmites, quos vindemiæ præparamns, clavicnlis ac nepotibus liberandos magno opere censeo:’ ita enim eo loco legit cod. Sangerm. pro *magnopere*. iii. 10. ‘Quare magno opere censeo, in eligendis seminibus adhibere curam:’ ita rursus idem codex. Vide plura ad xxviii. 18. § 4.

§ 3 *Discrimenque, ac sociales Deos]* Qui et ‘socii’ dicuntur. Ovid. E-pist. Heroid. v. 126. ‘Deserunt socios, hospite capta, Deos.’ Gelb. ‘Dii sociales’ sunt, quos initæ socie-tatis testes ac vindices socii invoca-runt, quenadmodum ‘Dii hospita-les,’ quibus testibus hospitium con-tractum est, infra xxxix. 51. ‘Hos-pitales Deos violatae ab eo fidei tes-tes invocans poculum exhausti.’ ‘So-cii Dii,’ Ovidio memorati, luc non pertinent. Sunt enim Dii matrimonii præsides: nam apud poëtas matrionium ‘sociale fœdus’ vocatur, præsertim apud Ovid. ut Ep. Her. iv. 17. ‘Non ego nequitia socialia fœ-dera rumpam.’ ‘Socialia sacra’ E-pist. xxi. vs. 155. ‘socialis torus’ Fast. ii. 729. ‘socialis amor’ Met. vii. 800. ‘socialia carmina’ Epist. Her. xii. 139. Paullo ante a Roma, pro ab Roma, habet Gaertn.

Fidemque fæderum id poscere] Ita primi ediderunt Mediolan. a. 1495. tum Aldus. Reliqui, quos vidi, ex-

ensi *fidemque id poscere*, una voce omissa, præferunt; nisi quod *fidem fæderum id poscere*, expaneta conjunctio, sit in Veneta a. 1498. et Mogunt. sed Aldi lectionem firmant omnes codd. mei.

*Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem] Demerendo magno consensu est in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. C. et Latinii Neapol. neque aliter omnes, quibus usus sum, vetustæ edd. usqne ad Mogunt. quæ demerendi substituit, nisi quod demerendi etiam invenerim in Mediol. an. 1495. et Veneta an. 1498. Verba autem, *id poscere*. *Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem*, non conspicuntur in Harl. 1. culpa ejus, qui codicem exaravit. Video euidem ‘occasio demerendo civitatem’ eadem ratione dici posse, qua ‘finis pesti,’ ‘remedium timori,’ et similia alia, de quibus dico ad c. 46. § 2. potius tamen convenire videtur, ut *demerendi beneficio occasio*, quam *demerendo beneficio occasio* dicatur.*

§ 4 *Placet ferri auxilium; juventus conscribitur] Ferre male Hav. Tum juventus consul scribitur Leid. 1. Librarius perperam primam syllabam τοῦ conscribitur a reliqua voce disjunxit, eamque vocabulum consul per compendium obferre existimans id omnibus literis perscripsit. Alii deinde in cod. ita depravatum incidentes et videntes τῷ consul locum esse non posse, eo inducto dederunt juventus scribitur, quod præfert Harl. 2. Vide h. lib. c. 69. § 5.*

Romam prima luce venientes procul speciem hostium] Romanis Oxon. B. apud Hearn. aliis omnibus adversantibus. Deinde spē hostium Hav. id est, spēm hostium, quod præfert Harl. 2. sæpius obvio errore. Vide hoc lib. ad c. 9. § 13.

§ 5 *Ibi jam P. Valerius, relicto ad*

*portarum præsidia collega, instruebat aciem] Pal. 3. relicto ad portus præsidio, cum collega inst. peculiari discrepantia, et contra sequentia. Gebh. Eamdem lectionem ex meis servat Lipsiens. quam Hearne etiam invenit in Oxon. L. 1. Ea non erit contra sequentia, si mutata interpunctione ita legas, *relicto ad portas præsidio eum collega, inst.* Id tamen, quod editur, et plurium codicium auctoritate firmatur, præfero. Ceterum ubi jam P. Val. est in Leid. 1. quæ scriptura si non displicet, et tum locus aliter distinguendus erit hoc modo, *in forum descendunt; ubi jam P. Val.* Solent autem ubi et ibi sæpissime in membranis vetustis confundi. Vide ad XXVII. 5. § 2. Deinde *ad portarum præsidium* Harl. 2. cuius librarius existimasse videtur, Livium indicare, collegam a Valerio relictum esse, ut portis præsidio esset; unum autem C. Clandium Valerii collegam non recte dici ‘præsidia portarum.’ Sed ‘ad præsidia relicto’ hic est apud præsidia, apud eos, qui erant præsidia portarum. Eo sensu τὸ ad sæpius a Livio usurpatur. Infra vi. 9. ‘Relicto ad exercitum collega, Romam est profectus.’ Plura vide ad VII. 7. § 4. Denique aciem instruebat, transpositis vocibus, Leid. 2.*

§ 6 *Si se doceri sivissent] In codice Vormaciensi legitur si se doceri sensissent. Non dubito quin scriptum fuerit si edoceri se sissent. Sissent, pro sivissent. Sic enim aliquanto post sequitur. 25. ‘Duum,’ inquit, ‘mensium spatium consulibus datum est ad inspeciendam legem, ut, cum edocuerint populum, quid fraudis occultæ ferretur, sinerent deinde suffragium inire.’ Rhen. Pal. 1. et 3. sensissent. Non dubitat Rhenanus, quin scriptum fuerit si edoceri se siscent. Sed profecto miror, quæ Delphica Pytho, ut tantas nugas venaretur, intraverit. Neque vola neque vestigium in ullis libris hujus rei.*

Gebh. Flor. quoque, *Voss. Helm.* duo Pall. Gud. si se doceri sensissent. *Rott.* si se doceri sensent: ut non dnbitem de Rhenani conjectura, si edoceri se sissent. *J. F. Gronov.* Si se doceri scirrissent *Hav.* si se doceri sivissent *Port.* fragm. *Hav.* a m. sec. et, quos Hearne Oxonii consulit, L. 2. et B. si sese doceri sivissent ejusdem codex C. si se doceri sentissent Latinii Neapol. si se doceri sensissent *Flor.* *Leid.* ambo, *Harl.* I. fragm. *Hav.* a m. pr. *Lipsiens.* *Gaertn.* et *Hearnii Oxon.* N. Neqne aliter præferunt *Voss.* ambo; penultimæ tamen literæ τοῦ sensissent nota adjecta est, qua librarii aliquid inducendum significare solent, quasi legendum foret si se doceri sensisset, quod etiam superest in *Harl.* 2. Ex his patet, quidquid dicat Gebhardus, quam proxime ad integerrimorum codicium scripturam accedere conjecturam Rhenani, si edoceri se sissent, quam Gronovius non modo probavit, sed a. 1665. etiam in contextum recepit. ‘Edocere’ verbum est Livio amatum. **xxiv.** 24. ‘Quum omnia ordine edocnisset.’ **xxvii.** 39. ‘Fama deinde Punci belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, satis edocuerat, viam tantum Alpes esse.’ c. 41. ‘Tempns exsurgendi ex insidiis et adgrediendi hostem Ti. Claudini Asellum edocet.’ c. 43. ‘Edocuerunt, literas se ab Hasdrubale ad Hannibalem ferre.’ **xxxvii.** 25. ‘Legatus ab Roma venit, et edocuit, quanto et spes victoriae certior Romanis, quam Antiocho, et amicitia sanctior firmiorque apud Romanos futura esset.’ Idem etiam apud alias frequens esse constat ex *Cortio* ad *Sall. Cat.* c. 48. Præterea contrac-
tio illa verbi sissent, pro sivissent, si-
militer Livio familiaris est. Infra
xxvii. 6. ‘Sibi continuari consulatum, nisi id bono publico fieret, pro-
fecto numquam sisset.’ **xxxv.** 5. ‘Si
restitui ordines sissent, integro rur-

sus eos prælio et dubio dimicatu-
ros.’ Quibus locis, stupore scribarum cor-
ruptis, veram lectionem Gronov. re-
stitnit. Ita desisse **ix.** 46. ‘Qnem aliquanto antea desisse scriptum fa-
cere, arguit Macer Licinius:’ ita enim plurium codd. fide legendum,
pro desissse. Vide quæ ibi notantur.
Similibus autem contractionibus Li-
vium etiam in aliis verbis gavisum
fuisse, patebit ex illis quæ dicenda
ernnt ad **vi.** 18. § 10.

*Quæ fraus a tribunis occulta in lege ferretur] Ab tribunis Voss. 2. Leid. 1. Hav. fragm. Hav. et, quas vidi, edd.
usque ad Curionem, qui a tribunis substituit.*

*Memorem cognominis, quod populi colendi] Hand dubie, quo populi colendi. J. F. Gron. Quod populi colendi, nt ante Gronovium legebatur, superest in Voss. utroqne, Leid. utroque, Harl. I. Lipsiens. Gaertn. Port. et fragm. Hav. Id vero, quod ei substituebat Gronov. vix legitur in Harl. 2. et Hav. idem tamen se quoque in Oxon. L. 2. et B. invenisse Hearne profitetur. Non video autem, cur vetus lectio displiceat. Eam itaque, quam Gronovius loco moverat, revocavi. Frequenter librarii in vocibus quo et quod commutandis lapsi sunt. Vide ad **xxxvi.** 33. § 3. Mox consilium plebis Port. et Hav. Male: intelliguntur enim comitia, quæ consilium, non consilium, vocantur. Vide Gronov. ad **XLIV.** 2. § 5. In ea voce hoc sensu sæpe lapsi sunt scribæ. Vide ad **xxiv.** 37. § 11.*

*§ 7 Hunc ducem secuti, nequidquam reclamantibus tribunis] Negiquidquam se-
cuti, transpositis male vocabulis, Hav.
inequidquam reclamantibus Leid. 1. Sed
in principio vocis male repetita est
ultima litera præcedentis. Vide ad
xxxvii. 29. § 8. De orthographia
antem τοῦ nequidquam vide ad **XL.** 47.
§ 9.*

In clivum Capitolium erigunt aciem] Exigunt Lipsiens. Male. Supra 11.

31. 'Perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigeret.' x.
 26. 'In colle, qui inter urbem et castra erat, aciem erexit:' nbi plura vide. 'Erigere' autem et 'exigere' etiam alibi commutantur in scriptis. Vide ad vi. 2. § 1. Mox verbis seqq. *Tusculana*, pro *Tusculana*, est in Leid. 1.

Utri recuperatae arcis suum decus facerent] Ita sola Andreæ ed. Ceteri, Pall. 3. et Camp. *ut recuperatae arcis*. Gebh. *Ut recuperatae arcis* etiam Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et fragm. Hav. Sed alterum in fide diguioribus codd. superest. Vide ad xxvi. 48. § 8.

Dux uterque suos adhortatur] Adhortantur Port. de qua loquendi forma consule quæ notantur ad xxiii. 46. § 5. Unius tamen illius fide, ita *Livium* hic scripsisse, præstare non audeo.

§ 8 *Jam in vestibulum perruperant templi]* *Jam vestibulum templi perrumperant* Hav. Præpositio hic est necessaria. Indicat enim perrupisse usque in vestibulum: at 'perrumpere vestibulum' notat ulterius etiam pervenisse, perrumpendo vestibulum transisse. Præpositionem autem elisit ultima litera vocis proximæ *jam*. Vide similia exempla ad x. 13. § 3. *preruperant* est in Leid. 2. et Gaertn. *proruperant* in Port. fragm. Hav. et Neapol. Latinii: *perrumperant* in Harl. 2. quæ varietas lectiōnum ex non intellecta nota, qua prima syllaba perscribebatur, nata est. Vide ad iv. 39. § 4.

Quum P. Valerius, inter primores pugnam ciens, interficitur] *Tum P. Valerius* Hav. et Lipsiens. solito scribārum errore. Vide ad Epit. Liv. XLVIII. *Insuper inter priores* fragm. Hav. a m. pr. Passim voces *priores* et *primores* commutarunt librarii. Vide quæ dicentur ad xxxvii. 43. § 10. Deinde *pugna ciens* Lipsiens.

§ 9 *P. Volumnius consularis]* *P. Vo-*

lumius Port. et Hav. P. Volumnius Leid. 2. Vide ad iii. 10. § 5. Mox *ut vidit eudentem*, prima voce addita, Gaertn. Male.

Ipse in locum vicemque consulis provolat] Prima vox exsulat ab Hav. sed eamdem agnoscunt ceteri omnes.

§ 10 *Multi exsulum cæde sua fædare templum]* *Multi exsules* Voss. 2. *rd exsulun* primo omissum erat in fragm. Hav. sed mox eadē manu adscriptum est *Multi consulū*, pro quo deinde manu altera emendatum fuit *Multi exsulū*. Postea *sua cæde templum fædar*. trajectis dictionibus Gaertn. *fædare*, pro *fædavere*, Lipsiens. Paullo post *viri capti*, pro *vici cap*. Port. Vide ad iv. 59. § 8.

Sua fortunæ a quoque suntum supplicium est] Id est, 'conveniens enjusque fortunæ' Perizonius ad Sanctum ii. 12. 1. 'Crux servis reposita, gladius aut securis libero,' ait Lipsius de Cruce i. 12. Sed quod 'gladium' dicit, id vix convenit illi temporī. Vide ad Florum ii. 5. § 3. *Duk. Fortunæ sua* vocibus trajectis Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *ab quoque* Hav. *a quoquam* Port. *a quocumque* Leid. 2. Male: *quoque* enim pro *'quocumque'* ponitur. Supra i. 24. 'Fœdus ictum inter Romanos et Albanos est his legibus, ut, cujusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret:' ubi plura vide. Denique *supplicium sumum est* Leid. 2. et fragm. Hav. Paullo ante *liberavit*, pro *liber aut*, Leid. 1. et Harl. 1. *liberaverit* Lipsiens. in contextu a m. pr.

§ 11 *Plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactasse fertur]* Incessit nostros libros Pall. 1. ac 3. nescio quæ vesania, repræsentantes referretur, Gebh. *Plebs* Voss. 2. et fragm. Hav. Sed ita consueverunt turbare librarii. Vide ad i. 20. § 6. *plebis* Gaertn. *plebem* Harl. 2. et Hav. 'fertur plebem jactasse' eodem modo

dictum foret, quo 'traditur regem se abdidisse.' Vide quae de hoc genere loquendi notata sunt ad i. 31. § 8. Tum ut *funere a prælio* referretur Voss. 1. Sed in margine postea a m. sec. emendatum est *funere ampliore*. *Referretur* autem habent etiam Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Lipsiens. et Gaertn. *referretur* vero Flor. Harl. 1. Port. et fragm. Hav. *efferretur* unice verum est: quod verbum *funebre esse*, supra vidimus ad ii. 16. § 7. Tū *jactasse fertur exsulant* ab Hav.

CAP. XIX. § 1 *Parta pace]* Est in cod. Vormac. *Pace parta*, non *Parta pace*. Rhen. In ordinem, in quem Rhenanus volebat, digesta vocabula supersunt non modo in codd. meis, sed et in omnibus, quas vidi, edd. *Pace parata* habet Voss. 2. non bene. Vide ad v. 1. § 1. Mox *instare tamen*, pro *inst. tum*, Lipsiens. solito errore. Vide mox ad § 11. et ad xxii. 17. § 5. Deinde *fidem solveret*, pro *fid. exsolveret*, idem Lipsiens. recte aliis omnibus vulgatam lectionem tuentibus. Liv. xxii. 23. 'Fidemque publicam in pendiō privato exsolvit.' Plin. Epist. ii. 12. 'Inplevi promissum, priorisque epistolæ fidem exsolvi:' ubi Corte commodum landat locum Lucani ix. 98. 'Exsolvi tibi, Magne, fidem, mandata peregi.' Vide ad ii. 32. § 2.

Antequam collegam sibi subrogasset] Anteq. coll. sibi subrogaret Port.

§ 2 *Hæc tenuere contentiones]* Pal. 1. ac 3. *Hæc tenuere*. Pal. 2. *Hee tenuere*. Gebh. *Hæc tenuere contentiones* librariorum culpa præfert Grnterii prior ed. inde notæ Gebhardi præscribitnr. Idem error committitur in Port. Lipsiens. et a m. pr. fragm. Hav. *Hee* habet Gaertn. Vide ad ii. 44. § 12.

Comitia consulis subrogandi] Nihil variant codd. qua scripti, qua editi: quare etiam lectioni receptæ controversiam movere non andeo. Dicendum tamen censui, magis placitum,

si legi posset *comitia consuli subrogando*. De qua locutione dictum ad ii. 8. § 3. Nihil tamen mutandum nunc videri, monui ad x. 11. § 3. Simili modo 'comitia ferendæ legis' dixit Livius xlvi. 35. § 7.

Qui magistratum statim occiperet] *Acciperet* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. N. et C. Sed male. Infra xxxi. 50. 'Comitiis ædiles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent.' Ad quem locum plura notantur.

§ 3 *Perculta erat plebes, consulem habitura iratum]* Pal. 3. *proculta*. Gebh. *Proculta* natum est ex stupore librariorum non distinguenter notata, qua vocula *per* et *pro* exarari solebant. Vide quae notantur ad ix. 10. § 7. *percussa* est in Voss. 1. Solent autem passim *voces percultus* et *percussus* in MSS. commisceri. Vide ad xxxiv. 15. § 2. Deinde *plebs* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. Hujus erroris plura exempla vide ad i. 20. § 6. Mox *potentum favore Pat. male* Hav. Tum *magist. init*, pro *magist. init*, Flor.

§ 4 *Non in plebe coercenda, quam senatu castiganda, vehementior fuit]* Magna hic multorum codd. constantia, quasi 'senatus' etiam sit generis feminini, quod imitationem habere videtur ad Græcam dictionem θουλὴν vel σύγκλητον. Nec rarum est, ubi in genere sic græcissamus. Nannius. *Tam in plebe coēr. quam* Harl. 2. *non tam in plebe coēr. quam* Hav. et a m. altera Port. Deinde *quam in senatu* Voss. 1. et Leid. 2. quod recipiendum putarem, si plurimum codicium anctioritas firmaret. Solet enim passim Livius post voclam *quam præpositiones iterare*, quæ præcesserint. Vide ad iv. 58. § 4. Ceterum quinam multi illi codd. fuerint, quos Nannius *senatu castiganda magna constantia*

legere profitetur, haud scio; et quidem tanto minus, quod antea alterius, quam Buslidiani, non meminere. At illud adfirmare possum, *senatu castigando* constanter superesse in scriptis et tantum non omnibus edd. Basileenses enim demum anno 1539. *castiganda* dederunt, sine dubio operarum lapsu, quem tamen dnæ vel tres inseentæ servarunt, et inter eas ed. Curionis, eujus margini vir doctus adseripsit, forte legendum esse *castigando*. Neque Latinæ linguae ratio permittit, ut aliter loqui possimus. Numquam etiam scriptores Latinos aliter locutos puto. Quis, quæso, æquo animo ferret scriptorem, qui dicere sustineret, ‘liber magna,’ vel ‘liber magnum,’ quia Græcis ἡ βίβλος et τὸ βιβλόν in usu est? Nonne dignissimus foret ut ab omnibus exploderetur, qui sibi permisum erederet dicere ‘plebs Romanus,’ quia Græcis δῆμος est generis masculini? Existimandum igitur, si qui eodd. *senatu castiganda* exhibeant, eorum librarios dormitasse, ac perperam lapsos esse. Paullo ante *assiduus concioni, pro assiduis concionibus,* est in Lipsiens.

Cujus ordinis languore perpetuo jam tribuni plebis] Vitiata sunt verba. Corrige, *languore perpetui jam tribuni plebis.* ‘Perpetuos’ dicit, quod iidem subinde reficerentur. Id quod ex præcedentibus magis liquet, et ex eo, quod mox sequetur: ‘loquaces, sedditiosos, semina discordiarum, iterum ac tertium tribunos pessimis artibus ac regia licentia vivere?’ ubi observandum in archetypo nostro scriptum esse, iterum ac tertium tribunos, non tertio tribunos. Huc facit, quod infra dicit e. 29. ‘Plebes,’ inquit, ‘vicit, ut quintum eosdem tribunos crearent’ et ibi mox cap. 30. ‘Id,’ inquit, ‘modo excepero, ne postea eosdem tribunos viderent.’ *Rhen.* *Languore perpetuo* superstes in Harl. utroque, Gaertn. Port. a m.

sec. Hav. fragm. Hav. a m. sec. Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed *perpetui jam tribuni*, ut Rhenanus recte volebat, est in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Port. a m. pr. Lipsiens. fragm. Hav. a m. pr. et Neapol. Latinii. Infra iii. 57. ‘Ubi deinceps ille perpetuus, bonis, tergo, sanguini civium infestus, virginem ingenuam clienti dono dederit.’ vi. 40. ‘L. illum Sextium et C. Licinium, perpetuos (si Diis placet) tribunos, tantum licentiae novem annis, quibus regnant, sumsisse.’ cap. 41. ‘Omitto Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum, in Capitolio numeratis.’ Et eo sensu eos *semper tribunos plebis* vocat eodem c. 40. ‘Sed quæ tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus?’

Non ut in republica populi Romani, sed ut in perdita domo, lingua criminibusque regnarent] Non in rep. Romana Port. non ut in remp. populi Rom. Gaertn. Præterea in perdita modo lingua, literis transpositis, Voss. I. Leid. utroque, Harl. utroque, Gaertn. et fragm. Hav. sed ut imperdita modo Lipsiens. Alibi non raro ita in hac voce librarii lapsi sunt. Vide ad xxxix. 13. § 3. *In perdita domo modo lingua* Port. et Hav. quorum librarii utramque lectionem exprimere voluerunt, quemadmodum sæpe ab hoc hominum genere factum est. Vide hoc lib. cap. 44. § 4. et hoc cap. § 7. *In perdita modo lingua* Flor. Denique criminibusque quæ regnarent Leid. I. Forte librarius scribere cogitavit criminibus quoque regnarent, quemadmodum exstat in Harl. 2. Sed et ita passim librarii errarunt. Vide ad v. 27. § 1. criminibusve regnarent Gaertn. Vide ad xxiv. 10. § 2.

§ 5 *Omnia juventutis belli domique decora pulsa ex urbe Romana]* Domi bellique decora Voss. I. et Leid. 2. Sine discriminé modo *belli domique*, modo *domi bellique*; similiter ‘mili-

tiæ domique,' et 'domi militiæque' Livius dixit. Adi exempla supra conlata ad i. 34. § 12. Deinde *ex urbe Ro.* per compendium Hav. ut incertum relinquat, utrum *ex urbe Romana*, an *ex urbe Roma*, Livius dederit. Similia compendia caussa fuerunt, cur toties varie in MSS. et edd. modo *urbs Roma*, modo *urbs Romana* datum fuerit: de quo vide ad Epit. Liv. lib. XLIX.

Loquaces, seditiosos, semina discordiarum] Pal. 1. *letales, seditiosos.* Gebh. Similiter etiam Voss. 2. *locaces* Klockian. Vide Kannegiet. Dissertation de Æt. et Stilo Aviani cap. 20. *Loquaces* vocat, quos modo in republika populi Romani 'lingua criminibusque regnare' dixerat. *Et loquaces* habet Hav.

Iterum atque tertium] Non scio, quam bene dicat *tertium*. Nam hæ actiones Quintii et senatusconsulatum de tribunis non reficiendis præcesserunt earum refectionem in *tertium annum*, de qua infra cap. 21. agit, et diserte Dionysius x. 19. *Duk.* Hanc lectionem primum invenio in edit. Basil. 1539. Antiquissimæ exhibent *iterum ac tertio*; quod etiam superest in Voss. utroque, Leid. 2. Harl. 2. fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. et Port. Pro eo Rhenan. se in cod. suo reperisse testatur ad § præc. *iterum ac tertium*; et ita edidit Froben. a. 1535. neque aliter præfronit Leid. 1. et Harl. 1. sed voce omissa *semina discordiarum iterum ac tribunos* Hav. Quum itaque illud *atque in nullo cod. obenrrat, ejus loco ac restituendum putavi.*

§ 6 *Aulus, inquit, ille Virginius]* Appius, inquit, ille Hav. Vide ad c. 11. § 9. Virginius Voss. 1. Leid. uterque, et Gaertn. Vide ad 11. 17. § 1. Mox non fuit, non minus supplicii Lipsiens. a m. altera: secundum quam lectionem interrogatio tollenda erat. Sed melius illud posterius non exsulat a reliquis.

Qui vere rem aestimare velit] Qui nunc rem Port. a m. pr. qui nunc vere rem a m. sec. Deinde extimare Voss. ambo, Hav. fragm. Hav. Gaertn. Lipsiens. et Port. a m. pr. ubi a m. sec. repositum est existimare, quod servat et Harl. 2. Sæpe verba 'aestimare' et 'existimare' confundi solent. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Infra XXXIV. 27. 'Quum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum, et prope nulla spes esset vere suas hostiunique aestimanti vires:' ubi vide. Vox *velit* male aberat a Voss. 2.

§ 7 *Et vos (cum C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)]* Expunge præpositionem *cum*, et scribe *Et vos (C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)*. Rhen. Hauc lectionem *C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar* bene restituit Campanus ad normani Latinæ linguae. Propertius Eleg. II. 19. 40. 'Calve, tua venia, pace, Catulle, tua:' et alias, apud Cicer. de Nat. Deor. I. 28. 'Pace mihi liceat, cœlestes, dicere vestra.' Liv. x. 7. 'Pace dixerim Deum.' Petronius cap. 2. 'Pace vestra liqueat dixisse, primi omnium eloquentiam perdidistis.' Juvenal. Sat. XI. 193. 'ac mihi pace Inmensæ nimisæque licet si dicere plebis.' Nihilominus Pall. *cum Claudii pace et P. Val.* Amplius Andreas, *cum C. Claudii.* Gebh. *Et vos (cum Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)* Voss. 2. Harl. 2. Port. et Hav. *Et vos (cum Claudii et P. Valerii pace mortui loquar)* fragm. Hav. *Et nos (cō Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)* Lipsiens. *Et vox (ut Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)* Gaertn. *Et vos (C. Claudii et P. Valerii pace mortui loquar)* Leid. 2. *Et vos (C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)* Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. consentientes codici, quem recte Rhenanus secentus est. *Et vos C. Claudii pace Flor.* Ovidius Fast. VI. 656. 'Pace velim doctæ verba referre Deæ:' ubi locutionem

illam ex eodem poëta aliis conlectis exemplis illustravit N. Heinsius: quibus adde illud ex Pont. Epist. III. 1. 9. ‘Pace tua dixisse velim: tu pessima duro Pars es in exsilio, tu mala nostra gravas?’ et alind ex Am. El. III. 2. 60. ‘Pace loquar Veneris: tu Dea major eris.’ Apud Cic. hæc eadem formula frequens est. Pro Mil. cap. 38. ‘Pace tua, patria, dixerim; metuo enim, ne scelerate dicau in te, quod pro Milone dicam pie.’ Tuscul. v. 5. ‘At hercule Bruto meo videtur; cuius ego judicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo.’ et sæpe alibi. Ita et Vell. Pat. I. 1. c. 17. ‘Pace P. Crassi Scipionisque, et Lælii, et Gracchorum, et Fannii, et Ser. Galbae dixerim.’ II. 129. ‘Pace majestatis ejus dixerim.’ Quinctil. Inst. I. 6. 73. ‘Pace dicere hominis eruditissimi liceat.’ Ejusdem generis est ‘venia vestra liceat legere’ VI. 40. ‘Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censernus esse.’ Non tamen existimandum, alterum cum C. Claudii pace in normam Latinæ lingue peccare. Certe eo usus est Arnobius contra Gent. I. 1. pag. 5. ‘Cum pace hoc vestra et cum bona venia dixerim.’ Nec video, quid intersit inter locutionem ‘cum pace dicere,’ et inter alteram ‘cum bona venia audiare,’ quantitur Livins XXIX. 17. ‘Cum bona venia, quæso, audiat, Patres conscripti, id, quod invitatus dicam.’ Vide ad XXVIII. 37. § 4. Hic tamen ex optimorum codd. consensu *τὸν cum delendum* puto, quod natum fuisse videtur ex Claudii prænomine *Caius*, sive litera ejus initiali *C.* unde reliqui codd. *cum* servantes, illud prænomen ignorant: quod tamen vix omitti poterat, quod *P. Valerii*, prænomine addito, mox sequatur. In primis autem edd. *cum C. Claudii pace* exhibentibus, duplex lectio *cum Claudii* et *C. Claudii juncta* videtur, ut sæpe fieri solebat. Vide

hoc cap. ad § 4.

Prius in clivum Capitolinum signa intulistiſ] Primus est in Lipsiens. Eodeum modo ‘priores’ et ‘primores’ passim commentantur. Vide ad XXXVII. 43, § 10. Tum in diuinum, pro in clivum, Lipsiens. idem. Dein obtulistiſ fragm. Hav. a m. pr. Sed vide ad II. 53. § 1. Mox tolleritis Hav. tulleretis Lipsiens. tuleretis Voss. I. a m. pr. sed altera in margine emendavit tolleretis.

Exsulum et servorum dux, profanatis omnibus, in cella Jovis optimi maximi] Pal. I. prostinatis omnibus. Gebh. Dux exsulum servorumque Hav. Tum Jovis optimi maxime Leid. I. quod Voss. I. in marg. præfert. Male. Vide ad IV. 2. § 8.

Tusculi ante, quam Romæ, sumta sunt arma] Tusculani Voss. I. Leid. ambo, Lipsiens. et Port. contrario errore Tuscula legio, pro Tusculana leg. supra erat in Leid. I. cap. præc. § 7. Præterea sumta fuerint arma fragm. Hav. et Gaertn.

§ 8 In dubio fuit, utrum] In dubium fuit vetustiores excusi usque ad Aldum, qui dedit in dubio concidentibus omnibus nostris. Vide hoc lib. cap. 8. § 9.

L. Mamilius Tusculanus dux, au P. Valerius et C. Claudius consules] Pall. I. ac 3. et Censurius Claudius. Gebh. L. Manilius Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. sec. L. Manilius Hav. L. Mamilius Leid. 1. Harl. 1. Port. a m. pr. et fragm. Hav. Vide ad cap. præc. § 2. Tum et Censurius Claudius Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. et Cesurius Claudius Lipsiens. et Censorius Claudius fragm. Hav. Sed hi librariorum sunt errores.

Ne pro se quidem ipsis, quum in finibus hostem haberent, attingere arma passi sumus] Pal. 3. accingere. Vide Crepund. I. 2. Gebh. Hostes habent Voss. 1. et Leid. 2. attingere constanter retinent omnes nostri, quorum consensui unius Pal. tertii auc-

toritas obesse non debet. Td accingere, quod Gebhardus in membranis illis invenit, natum est ex similitudine literarum c et t, quas s^æpe inter se mutari testatur Salmas. ad Solin. pag. 133. Quod hic adtingere dixit, supra 'retractare' vocavit 11. 30. 'Oratores Latinorum a senatu petebant, ut ant mitterent subsidium, aut se ipsos tuendorum finium caussa capere arma sinerent. Tutius visum est, defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma.' Paullo ante qui ante Latinos, omissa copula et, Lipsiens. Mox vero verbis seqq. Latini nunc nisi sua sponte alio ordine primae edd. Aldus primus restituit id, quod nunc editur, cui consentiunt omnes codd. nostri.

§ 9 *Inermem eam trucidandam hosti objicere*] Vir doctissimus snis ad me literis conjiciebat an inermem: quasi rogaret, utrum tribuni ita agendo auxilium plebi ferrent, an potius eam inermem hosti trucidandam objicerent. Nihil tamen innovandum puto. Rogat enim Quintius, an tribuni plebem inermem hosti objiciendo eidem auxilium ferrent? utrum eo ipso, quod inermem hosti objicerent, illam defenderent a patriciorum impotenti ac tyrannide? Ceterum objecere hic iterum Leid. ambo, Port. a m. pr. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad 11. 10. § 9.

Scilicet, si quis vobis humillimus homo de vestra plebe] Pal. 2. si quis e vobis. Est commentum correctoris, ignoratum melioribns codicibns et libris impressis. Gebh. Si quis e vobis etiam Hav. perpetnus Palatini 2. assecla; quod recte Gebhardus falsi arguit. Illud enim vobis pendet ex postea sequenti 'nunciaret.' Nobis perperam est in Leid. 2. Vobis scilicet tribunis plebis: sequitur enim 'putaretis.' S^æpe alibi ita peccari, dicam ad xxxiv. 2. § 2. Præterea *Si licet*, pro *Scilicet*, Voss. 1. et Leid. 2. neque aliter Leid. 1. cujus tamen

cod. librarius errore deprehenso mox *Scilicet* emendavit. Vide Nic. Heinssiu et Broekhus, in libello Var. Lect. ad Tibull. El. 1. 1. 38. Fruter. in Epist. Philol. epist. iv. p. 388. Burm. ad Calpurnii Ecl. III. 73. et quæ infra hoc lib. notantur ad c. 71. § 3. ad IV. 5. § 3. et alibi.

Quam partem, veluti abruptam a cetero populo? Velut, pro *veluti*, Flor. Gaertn. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Hav. et fragm. Hav. pro quo cur primis editoribus *veluti* placuerit, iucertum est; nisi ita forte in exemplari, quod expresserunt, deprehenderint. Deinde *ruptam* Leid. 2. *abruptam* Leid. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. Mox nostram patriam, pro *restram* *pat*. Lipsiens. Tum *intraret*, pro *nunciaret*, Leid. 2. *nunciare* Lipsiens.

§ 10 *Quibus ipsi Dii neque sacri neque sancti sunt*] Vide Brisson. de Verbor. Signif. voce 'Sacra.' Hotomann. in Comment. Verb. Jur. voce 'Sanc-tum est.' Festum voc. 'Sacer,' 'Sa-cratae leges,' 'Sacrosanctum,' et 'Sanctum.' Macrobi. III. 3. *Klock*, *Quibus ipsi Dii neque sancti sunt* Voss. 2. Lipsiens. et Leid. 2. duabus mediis vocibus omissis: *quibus ipsi Dii sacri neque sancti sunt*, carm una exsultante, Harl. 1. *quibus ipsi neque Dii, neque sancti sunt* Hav. ubi jam altera excidit: *quibus ipsi neque Dii sacri, neque sancti sunt* Harl. 2. Paullo ante *sacrosancti* hic *habeantur*, addita media voce, Gaerto.

§ 11 *At enim, divinis humanisque abruptis legibus, legem vos hoc anno perlatus dictatis*] Fozde est depravatus hic locus. Nam pro *abruptis legibus*, scribendum est *obruti sceleribus*, hoc modo: *At enim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos*. Porro vocat 'divina scelera,' quæ in Deos sunt commissa, dum non a sacrilegis propugnantur: quod vocabulum hic aliquem offendit. Sic vocat 'divinas et humanas res' v. 23. 'At-

que, iis divinis,' inquit, 'humanisque rebus gestis, dictatura se abdicavit:' item 'humanas opes' eodem libro paullo ante c. 22. 'Quum jam,' inquit, 'humanæ opes egestæ a Veii essent.' Et infra 'Salvo etiam tum,' inquit, 'discrimine divinarum humanarumque rerum.' *Rhen.* Non aliter edd. antiquissimæ, quam *At enim divinis humanisque obruti sceleribus.* Codd. Pall. paullo sensus: quorum Pall. 1. ac 2. *Etenim, divinis humanisque sceleribus obruti:* at Pal. 3. accedit lectioni, quæ seculo Rhenani vulgabatur *Et enim, divinis humanisque sceleribus abruptis.* Mox tres codd. habent *dictitatis,* ut et Campanns, restitante Andrea. *Gebh.* *At enim, divinis humanisque abruptis legibus,* ut olim tempore Rhenani edebatur, non modo apud Aldnum primum inveni, sed in nullo etiam cod. milii obvium fuit. Piores excusi id servant, quod nunc vulgo circumfertur: at codd. non nihil variant. *Etenim, divinis humanisque abruptis sceleribus est in Voss.* 1. et *Leid.* 2. *Etenim, divinis humanisque abruptis sceleribus in Leid.* 1. *Etenim, divinis humanisque sceleribus obrutis in Lipsiens.* *Etenim, divinis humanisque sceleribus obruti* in *Voss.* 2. *Port.* *Gaertn.* *Hav.* et *fragm.* *Hav.* *humanisque obruti sceleribus Flor.* Donjatius tamen vulgatam defendit, id non ineptum sensum habere existimans: tribunos enim abrupisse leges divinas proden- do hostibus Capitolio; abrupisse antem leges humanas propagando ultra morem magistratu, et minando se legem patriciis ingratam laturos. Vel eos abrumpere leges divinas et humanas eo ipso, quod legem suam perferre velint contra leges divinas simul et humanas, a Romulo præser- tim (qui in Deorum numerum rela- tus est) latus de publicis rebus non nisi accedente senatus auctoritate gerendis, præsentim quod ad crean- dos magistratus ferendasque leges

adtineret. Ideo antem altera lectio, *divinis humanisque obruti sceleribus,* ipsi displicebat, quia *divinus* de illis usurpari, quæ in contemptum Deorum fiant, se legere non meminerat. Verum est, non satisfacere, quæ voci hinc eo sensu illustrandæ Rhenanus adtulit, non tamen et alterum illud *divinis humanisque abruptis legibus* probare possum, quod a nullo cod. fir- matnr. Fateor igitur, aquam mihi hærere, et locum hunc majori adlme luce indigere. Ceterum *leges,* pro *legem,* *fragm.* *Hav.* Sed de una lege Terentilla agitur. Denique *dictitatis* Voss. 2. *Port.* *Gaertn.* et *Hav.* neque aliter *fragm.* *Hav.* a m. sec. quum antea *dicastis* exaratum exti- tisset. Ego meliores codd. sequor, qui a vulgato *dictitatis* non recedunt.

*Tum, hercule, illo die, quo ... gesta est respublica] In vet. lib. est *gesta respublica est.* *Rhen.* Ita etiam est non modo in omnibus meis codd. sed et in priscis excensis usque ad Aldnum, qui ordine inverso *gesta est respublica* dederat. Præterea *Tamen hercule Lipsiens.* Vide supra hoc c. ad § 1. Deinde τὸ ego non comparet in *Port.* quod reliqui constanter servant.*

*Quam quum Valerius consul perii] Nescio, unde factum sit, ita Jac. Gronovium edidisse annis 1678. et 1679. quin alii omnes, qua scripti, qua excusi, præferant *quum P. Valerius.* Nisi forte id lapsu librariorum evenerit, quem tamen ultima Amstelædamensis ed. fideliter servavit. Prænomen itaque omissum pristino loco restitu.*

*Si tuleritis] Atqui jam latam fuisse intelligitur ex eo, quod modo dixit 'legem vos hoc anno perlatus dic- titatis:' et quod c. 16. 'Si perlata lege frustra tumultuatum esse se sen- tiant, &c. Concilium inde legi per- ferenda habere.' *Duk.* Immo si lata, certe nondum perlata erat. Supra c. 17. 'Nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium consul potuit.' Vide eti-*

am c. 18. § 6. Infra c. 21. ‘Neque tribuni legem eo anno ferrent, neque consules ab Urbe exercitum educerent.’

§ 12 *Nescio quo fato*] Adscripta est hæc lectio margini Pal. secundi cum alias in textu (ut vocant) ipso legetur, quemadmodum conspicitur in Pal. 1. et Campani ed. *nescio quo pacto*. Pal. 3. *nescio quo facto*. Sed de hac antiquitus scribendi ratione non tacui ad Propertium. Andreas favet hic meliori. Gebh. *Nescio quo fato* scribunt Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. et Port. Solent autem voces ‘fata’ et ‘facta’ in scriptis vett. confundi. Vide quæ notantur ad III. 40. § 9. Sed quum *fato* sensi minus commodum esset, id postea mutatum fuit in *pacto*. Et ita jam præferunt codd. Voss. 2. Leid. 2. Hav. et fragm. Hav. Vocabula autem ‘factum’ et ‘pactum’ itidem in codd. priscis inter se permuntantur. Vide ad IV. 4. § 10. Ex Harleianis nihil notatum video, ut omnes *fato* prætulisse verosimile sit, quemadmodum præferunt etiam libri typis expressi. Et id verum est. Simile fere infra obcurrit XXVI. 41. ‘Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus:’ ubi vide Gronov. Cic. pro Marcello c. 5. ‘Ad illa arma fato sumus nescio quo reipublicæ misero funestoque compulsi.’

Magis bellantes, quam pacati, propitiis habeamus Deos] Repone habemus. Nec censebit parvum hoc erratum doctus lector, ut contemni debeat. Rhen. Hujus lectionis *pacati propitiis habeamus Deos* inventores sunt Andreas atque Campanus. Auctor post modo Rhenanus. Pall. tres *habeamus*. Gebh. *Habemus* est in primis edd. *habeamus* denum inveni in ed. Mediol. annorum 1495. 1505. Veneta a. 1498. tom in Mogunt. Et ita præferunt omnes, quibus utor, codd. præter Flor. qui præfert *habemus*.

Et sensus τὸ habemus defendit. Mox vox *populis* aberat a prioribus impressis: addidit deinde Aldus, adstipulantibus omnibus scriptis meis: in uno tantum Leid. 2. transpositis dictiōibus est ab illis fuerit *populis*.

Suspicari de præterito, quam re ipsa experiri, est melius] Τὰ de præterito nou leguntur in vett. excusis. Ea primus addidit Aldus, quæ etiam ab omnibus nostris constanter agnoscentur. Quam ipsam rem experiri Hartl. 2. quam ipsa re experiri Lipsiens. et Hav. Terent. Heaut. IV. 6. 20. ‘CL. Lindis fortasse me. SY. Ipsa re experibere’ in Adelph. v. 5. 7. ‘Hoc verum est, et ipsa re experiere propediem.’

CAP. XX. § 1 *Erecti Patres restitutam credebant rempublicam*] *Erecti patres* male Hartl. 1. Alibi non raro ita scribæ lapsi sunt. Vide ad c. 5. § 7. Tum *restit.* *remp. credebant* Voss. 1. et Leid. 2.

Comes animosior, quam auctor] *Comes magis animosior* Port. Sæpe ita τὸ magis abundare, et comparativis addi, videbimus ad IX. 7. § 6. ‘Tristior deinde ignominiosæ pacis magis, quam periculi, nuncius fuit.’ Hic tamen, quod ceteri codd. dissentiant, id probare non audeo. Deinde quam *auctior* Voss. 2. quam *auctor* Port. a m. pr. Eadem varietas lectionis passim obcurrit in libris scriptis. Vide ad I. 26. § 5.

Suscepisse collegam priorem actionem tam gravis rei facile passus] Vox *rei* non comparet in Voss. 1. Leid. utroque, Hartl. utroque, Lipsiens. Gaertn. Klockian. Port. et Hav. Sed præterea *actionem tam gravem* obferunt Hav. et Port. *actionem tum gravem* Hartl. 2.

Peragendi consularis officii partem ad se vindicabat] Codex Borbetomagensis docet legendum, in *peragendis consularis officii*. Rhen. In *peragendis consularis officii partem* vestiiores codd. habent. At *peragendi*

in gignendi casu legit codex Moguntinus: utro modo legeris, est sensus clarus. *Glar.* Vet. lectio, *in peragendis consulariis consularem officii partem.* Hinc ego suspicatus sum, esse legendum *in peragendis consiliis consularis officii partem:* ut sit sensus, consul alter comes animosior erat quam auctor, ita ut ille consiliorum esset princeps, hic consilia ipsa exsequentur, et consulari officio in ea re non decesset. *Sigon.* Itane homines esse cæcos, ut alterius figura recipient pro legitimis auctorum verbis! Divinarat hoc modo Siganus. Ceteri editores sine murmure obsecuti diffunderunt in omnes libros recentiores hanc frivolam jacturam. Contra Pall. et Andreæ ed. *in peragendis consularis officii partem.* Campanus vero ineptissime, *in peragendis consularis consularem officii partem ad se vendicabat.* Loritus quoque notat, in quibusdam legi *peragendi* casu patrio. *Gebh.* *In peragendis consiliis consularis officii partem* conjectura est Siganii ex libro manu exarato, qui exhibebat *in peragendis consulariis consularem off. p.* Quam et dederunt omnem Campanus et Andreas, nisi quod *consularis.* Utra lectio sit sanior, digitis micare nihil attinet, quam utrumque sensus refutet. Moguntini, *passus, peragendi consularis officii.* Quintum vult Siganus principem fuisse consiliorum, collegam in exsequendis iis non defuisse. Atqui majoris est animi laudisque, generosum et andax consilium in actum deducere, quam concipere idem et promovere. Livius omnino vult, Quintum solum hanc actionem et suscepisse et peregisse; collegam quidem favisse et suscipienti et peragenti, neque impeditisse, sed juvisse parum aut nihil; in aliis vero, quæ solenni more atque ordine consules administrabant, nomen sui magistratus probasse. Becharius, Veneti, Ascensi, Juutas, Gryphius, *in peragendis*

consularis officii partem. Flor. *peragentis.* Voss. 1. *peragendis consulariis consularem.* Helm. *peragendis consularibus consularem.* Possumus explicare, ut ‘peragenda consularis officii,’ intellectu frequentissimo τοῦ ‘nego-tia,’ sint, quæ vulgo a consulibus geruntur, quæ ordinaria sunt officii atque administrationis consularis. Ita solet uti Livius participiis pro orationibus finitis. Lib. 111. c. 33. ‘Ut demptum de vi magistratus populi libertati adjiceret’ id est, quod dempsisset. iv. 16. ‘Refellit falsum imaginis titulum lege cautum, ne tribunis collegam adoptare liceret’ id est, quod caustum. xxvii. 37. ‘Libertas religionem turbarit rursus nunciatum, Fruzinone infantem natum esse quadrinu parem.’ xxviii. 12. ‘Post Hasdrubalis exercitum cum duce deletum, cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum.’ xxix. 10. ‘Libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inspectis.’ Et sic ‘exsequenda belli’ xxvii. 20. ‘Hasdrubal et Mago venere, serum post male gestam rem auxilium, consilio in cetera exsequenda belli hand parum opportuni.’ Sententia est ergo; non contendens cum collega de actione contra tribunos suscipienda, sed facile hanc eximiam illi concedens, in iis quæ, præter actiones hujusmodi extraordinarias graves et invidiosas, consularis sunt officii, partem ejusdem officii capessebat, in iisque consulem se demonstrabat. Postrema hac phrasim utitur et ix. 43. ‘Summum flagitium fore, si alterum exercitum utriusque victoriae compotem sinerent fieri, nec ad se sui belli vindicarent decens.’ Blanditur tamen ex priori lectione formatum, *in peragendo censu consularis officii partem.* Nam censum eo anno actum testis Livius c. 22. Instrum propter Capitollum captum, consulem occisum, condi religiosum fuisse. Is census cœp-

tus hand dubie fuerat a consulibus C. Claudio, P. Valerio: sed interruptus tumultu servili. Quo compresso repetit, et peregit censum Claudius, interim dum collega, Valerio subrogatus, partim iuctatur euni tribunis, partim judicia ἐκ πολλῶν παρειλανσμένα χρόνων δι' ὅλης ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βῆματος καθεζόμενος, ut ait Dionysius lib. x. p. 645. celebrat ita moderate, ut nemo nec provocationem, nec tribunos, nec legem Terentillani desideraret. *J. F. Gron.* In peragendis consulariis consularem officii partem præter Voss. 1. habet etiam Hearnii Oxon. N. et Port. a m. sec. quum in peragendis consularis consularis officii partem a m. pr. præferat. In peragendis consulariis consularem offici partem Leid. 2. in peragendis consularis consularem officii partem ad se vindicabat Gaertu. Klockian. et Oxon. L. 1. Coutier ad marginem Livii sequentia notarat: 'Cogitavi aliquando inpetu gentis, pro in peragendis. Notum est ex superiori libro inveteratum gentis Claudiæ contra tribunos odinum: et ita infra IX. 33. 'Ex ea familia, quæ velut fatalis tum tribunis ac plebi erat, certamen oritur.' Sensus esset, etsi 'animosior comes, quam auctor,' tamen 'inpetu gentis consularis officii partem' et partem gloriæ 'ad se vindicabat' h. e. propter inpetum gentis Claudiæ in plebem et actiones tribunicias. Erat autem interalia consularis officii pars resistere tribunis. In Flor. codice *peragentis* est. Non absimili modo quod hic 'inpetum,' XXXIX. 32. 'vim' adpellat. 'Locum suum tenuit L. Porcius Licinus, quia moderatis studiis, non vi Claudiiana, inter plebeios certatum est.' Hæc ille. Quamvis autem viri clariss. conjectura parum a codicis, præsertim Florentini Gronovio laudati, discedat scriptura, attamen quum lectio, quam Rhenanus aliisque in suis invenerunt, quamque ex nostris præferunt Voss. 2. Leid. 1. Harl.

uterque, Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. commodum sensum subficiat, in ea acquiescendum puto. Eamdem tamen aliter exponendam cecebatur Donjatius, quam antea fecerat Gronovius. Livius enim ei indicare videtur, Claudium, licet semper animosus atque in nobilium partes egregie animatus fuerit, non ægre tamen tulisse, Quintum initio consulatus gravem hanc actionem coercendæ plebi suscepisse, apud quam ipse Claudius ex anterioribus suis patrisque actis satis magna jam in invidia erat; ceterum in rebus exsequendis non minori animo laborasse Claudium, quam collegam, qui totius consilii auctor videbatur, et consulis partes æque implevisse. Idem fere de loci hujus interpretatione sensisse videtur Jac. Perizonius, qui ad marginem codicis, (ubi Gronovius monet Quintum solum hanc actionem suscepisse et peregrisse) notavit, tamen non tantum Claudium 'comitem' dici, sed et Quintum 'PRIOREM suscepisse actionem tam gravis rei,' ergo non solum. Emendandum insuper idem vir clariss. conjiciebat in peragendo. Mirum tamen, si tantopere Claudius collegam in exequenda actione tam gravis rei adjuverit, neque Livium, neque Dionysium, actionem hanc enarrantes, ullam ejus mentionem fecisse. 'Ad se vindicare' etiam dixit Liv. XLIV. 14. 'Victoriæ, utique de Antiocho rege, majore parte ad se vindicata adjecebunt:' ubi videndus Gronov.

§ 2 *Persequi quærendo] Prosequi* Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Passim haec vocabula commutari solent. Vide ad Epit. Liv. lib. xcix. Quod hic *persequi*, alibi vocat *exsequi*. IX. 3. 'Quum filius aliquique principes percutendo exsequerentur:' ubi plura notantur. Præterea *educaturi consules erant male Gaertn. edicturi hand melius Lipsiens.* 'Edicere' et 'educere' sæpe in MSS. commutantur.

Vide ad xxxix. 15. § 11.

Quos delectum habere nemo passurus esset] Dilectum Flor. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. Ita mox § seq. dilectu iterum Leid. 1. Lipsiens. fragm. Hav. et Klockian. Vide ad xxxvii. 51. § 7. Ceterum passurus sit priores typis descripti usque ad Aldnum, qui passurus esset reposuit: quod servant codd. omnes, quibus unus sum, nisi quod passuros esset errore scribæ sit in Gaertn.

§ 3 Nobis vero, inquit Quintius, nihil delectu opus est] Et hic, et infra, et supra quoque, Pal. 1. Quintius. Mox Pal. 3. bis dilectum: quod Lipsius alibi inventum alteri præferebat. Gebh. De ratione scribendi voem Quintius vidimus ad 1. 30. § 2. Dilectum antem et delectum passim commutari modo dictum ad § præced. Nobilis, pro Nobis, Lipsiens. et nisi, pro nihil, Gaertn. male exhibent.

P. Valerius aut recipiendum Capitolum arma plebi dedit] In codice Borbetomagensi est ad recipiendum Cap. Rhen. Ita etiam Flor. et Klockian. Vide ad vi. 3. § 6. At omnes reliqui vulgato adhærent, nisi quod plebi arma transpositis vocibus sit in Gaertn. et dederit, pro dedit, habeat Hav.

Omnes in verba jurarerint] Omnes consulis in verba juraverint Harl. 2. et Hav. Sed vox consulis recte in aliis non comparet. Mox enim sequitur ‘conventuros se jussu consulis.’ Præterea juraverunt Gaertn. Voss. 1. et Leid. 2. At in Voss. addita nota librarius indicavit, juraverint emendandum esse.

Jussu consulis] Lipsius de Milit. Rom. 1. 6. hæc describens habet consulum. Dionysius x. 16. de hac re ita scribit: post milites sacramento adactos consules divisis copiis munia sortitos esse, et Claudio custodiam murorum, Valerio oppugnationem arcis evenisse: unde patet, in utriusque consulis verba adactos fuisse. Et ita usitatum fuisse, certe olim,

docent loca Polybii et Cincii apud Lipsium. Nec aliter Livius 11. 32. et xxii. 38. Potuit ergo hic error oriri ex compendio scribendi cos. Duk. In Gaertn. ambigue scribitur *jussu consul*. in fragm. Hav. *jussu cons*. Et ita in aliis. Vide ad x. 10. § 2. Mox *habituros* adjecta adspiratione Voss. 2. Leid. 1. Port. Klockian. et Hav. Neque aliter ab initio scriptum fnerat in Gaertn. Sed ab eadem manu mox litera initialis inducta est. Vide ad xxii. 59. § 19.

§ 4 Omnes, qui in verba jurastis, crastinu die armati ad lacum Regillum adsitis] Male τὸ jurastis exsulat ab Harl. 1. Deinde omnes constanter crastinu die, nisi quod vox die desit in Port. a m. pr. Alibi tamen plerunque, si recte memini, Livius dicere amat ‘crastino die.’ Ita 11. 56. ‘Crastino die adeste.’ III. 2. ‘Crastino die oriente sole redite in aciem’ qnibus locis variant codd. x. 25. ‘Hodierno et crastino die qui nomina dereritis, mecum ducam.’ xxiv. 38. ‘Crastino die aut vestro, aut Hennensium sanguine, Henna inundabitur.’ xxxvi. 17. ‘Crastino die, bene juvantibus Diis, acie decernamus.’ Vide ad viii. 11. § 15. An itaque hic etiam crastino emendandum? Aliqnoties tamen eodem modo, ut hic locutum invenio Liv. ut iii. 46. ‘Crastina die vestra opera utar.’ xxvi. 36. ‘Anrum, argentum, æs signatum omne, senatores crastina die in publicum conferamus.’ xxvii. 13. ‘Vos crastina die in aciem educam.’ Ut utrumque ipsi in usu fuerit.

Cavillari tum tribuni] Cavillari cum tribuni Hav. sæpius obvia aberratione. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. At Cavillari tamen tribuni Port. errore ex compendio scribendi orto. Vide ad xxii. 17. § 5.

Quinctium fuisse, quum sacramento adacti sint] Quintium esse Leid. 2.

Deinde adacti sunt Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Harl. 2. Tò sint vero de-
erat in Port. a m. pr.

§ 5 Sed nondum hæc, quæ nunc tenet
seculum, negligentia Deum venerat] Pal. 1. negligentia venerat Deum. Ele-
ganti significatione verbi 'venire.' Supra 1. 5. 'Necessitas prior venit.' Gebh. Nondum negligentia scribæ
omittitur in Lipsiens. Sed nonnum-
quam hæc perperam habet Hav. hic,
pro hæc, haud melius fragm. Hav. a
m. pr. Tum negligentia est in Flor. et
Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4. Denique
tò Deum exsulat a Voss. 1.

Interpretando sibi quisque iusjurandum et leges] Intemplando Voss. 2. Tum et iusjurandum et leges Hav. Sed prior copula in nullo præterea cod.
obvia fuit: quin et posterior etiam non comparet in Voss. 2.

Sed suos potius mores ad ea accommo-
dabant] Hic et tota illa annotatione semper singulari numero accommoda-
bat et commodabat legendum est. Sed suos potius mores, (sc. aptos faciebant,) ac ad ea accommodabant Hav. Verum hanc lectionem falsi convincit non modo reliquorum codicum dissensus et in vulgatam conspiratio, verum id quoque, quod ita ac præponeretur voci a vocali incipiente contra mo-
rem Livianum, de quo vide ad x. 36. § 17. Insuper ad eas accmodabant, (nempe 'iusjurandum et leges,') Voss. 2. cum priscis excusis. Aldus pri-
mus ad ea reposuit. Et huic lectioni reliqui adhærent, quam propterea præferre non dubito. Deinde com-
modabant Lipsiens. Sed prima syllaba partim intercepta est ab ultima litera vocis præced. partim a prima rov commodabant. Vide ad XL. 57. § 8.

§ 6 Igitur tribuni, ut impediendæ rei nulla spes erat] Cum impediendæ rei fragm. Hav. ubi impediendæ rei Leid. 2. in marg. Quod ex interpretatione natum est. Vide alia exempla ad xxiv. 15. § 1. Tum impediendæ rei caussa Voss. 1. et Leid. 2.

De preferendo exercitu agere] Hoc difficultius est. Vide autem num 'preferendum' dicere velit, quem prolati consules erant, nisi tribuni ob-
starent. Itaque obnitebantur propter terrores, quos auctor continuo post subnectit. Glar. Suspicio, dele-
ta voce, legendum de preferenda age-
re, ex ipsa sententia. Cum, inquit, tribuni impedire rem non possent, differre tamen tentabant. 'Proferre exercitum' Romanum non est. Lipsius Epist. Quæst. v. 16. Hoe diffi-
cilius esse autumat Loritus. Nihilominus non expedient hanc difficultatem MSS. omni diversitate abhorrentes. Vir tamen doctus subvenire se puta-
vit, legens, (deleta voce exercitu,) de preferenda agere, ex ipsa sententia, quum, inquit, tribuni impedire rem non possent, differre tamen tentabant. Sed nego ipsi licere, quod vo-
luit sibi Alexander, nodos Gordios gladio rompere. Gebh. Lipsius, de-
leta voce, de preferenda agere. Sed ipsum 'impedire' nihil est aliud, quam 'proferre:' neque enim vole-
bant, namquam delectum haberí, sed non tum haberí; nec prius, quam ipsi quæ euperent a Patribus impetras-
sent. Cogita an scribi possit de per-
terrendo exercitu agere. Quum enim impediare non possent quin juniores reverentia pristini sacramenti nomina darent, et exercitus conscribere-
tur; id egerunt, nt enndem exercitum, (quasi ea de causa educerent consules, ut præsidia libertatis ipsum abolere sibi cogerent,) vano metu per-
terrent, si forte hic metus religio-
nem vinceret. Ideo mox: 'Terre-
bant hæc. Sed ille maximus terror animos agitabat, quod sæpius Quintius dictitabat.' J. F. Gron. Non adsequor, quid sit, quod dicit Gronovius, tribunos non voluisse tum de-
lectum haberí. Nam quum hi, qui delectu a P. Valerio et C. Claudio habito in verba eorum juraverant, sibi persuasissent, se sacramento illo,

teneri, non jam amplius de delectu illo habendo aut impediendo quæsumum est. *Perterrendo* quodammodo ex iis confirmatur, quæ hic e Livio adscribit Gronovius. Sed videndum puto, an bene dicatur *de perterrendo exercitu agere*, pro ‘parare exercitum detergere;’ quæ sententia in emendatione Gronovii est. Potest etiam conjecti *de proferenda cum exercitu agere*. Nam non semper nec plane eadem sunt ‘impedire’ et ‘differre.’ Sed locus non videtur sanari posse sine ope meliorum codicium. Duk. Doujatins conjectit, forte melius legi *de proferenda extremum agere*: ut tribuni post multa tentata, nbi ‘impedienda rei nulla spes erat,’ de proferenda et proroganda saltem ea postremo consultayerint. Postea vero Gronovii conjecturam cum iis quæ sequuntur, hand male cohaerere judecat. Ea tamen Ant. Perizonio dispiuevit, qui ferre non potuit locutionem ‘agere de perterrendo exercitu;’ ideoque in ora codicis legendum putabat *de profendo exitu agere*. Codd. nostri etiam nihil mutant, nisi quod τὸ agere perperam omittatur in Leid. 2. et in Hav. ac *proferendo* habeat Gaertn. quomodo etiam alibi librarii preceparunt. Vide ad e. 12. hujus lib. § 9. Mox τὸ quod exsulat a Lipsiens.

Locumque inaugurarari, ubi auspicato cum populo agi posset] Pal. 2. *locaque inaugurarari*. Pal. 3. *inaugurarari. Ibi auspicato*. Gebh. *Locumque inauguria* Hatl. 1. *lacumque inaugwari* Gaertn. sed vox lacum ex praeced. verbis librarii menti adhuc obhærens enim in errorem abduxit; quamvis alibi etiam ‘locus’ et ‘lacus’ in MSS. commutentur. Vide Nic. Heins. ad Nas. Met. iii. 412. Met. xv. 332. et Fast. iii. 261. etiam Gronov. in gusto ad Statii Theb. viii. 148. *Locaque inaugurarari* habent Harl. 2. et Hav. Sed non plura, verum unus tantum locus inaugrandus erat. Deinde *ibi au-*

spicato Voss. 1. Leid. ambo, et Lipsiens. Sed alibi sœpe librarii perperam τὰ ibi et ubi confuderunt. Vide exempla ad xxvii. 5. § 2. *ubi etiam auspicio* Port. Sed media vocula in nullo præterea codice superest. Insuper Ant. Perizon. scribi malebat *locumque inaugurarare*: ut ita proxime cohaerent ‘jussos adesse’ et ‘inaugurarare.’ Sed nihil necesse. Jungerenda enim sunt *fama exierat, locum inaugurarari*.

Ut, quidquid Romæ vi tribunicia rogatum esset, id eomititis ibi abrogaretur] Pall. 2. ac 3. *tribunicia vi*. Gebh. Ita et Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Sed in *tribuniciis* Voss. 2. cuiuslibetius forte dare voluit in *tributis*. ‘*Tributus*’ enim et ‘*tribuniciis*’ passim in MSS. commutantur. Vide ad ii. 56. § 2. Verum non bene. In *tribunicia* Leid. 2: quem errorem ductum similitudo peperit. Vide hoc lib. c. 49. § 6. Præterea quicquam *Romæ* Leid. 2. Denique *arrogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur fragm.* Hav. *rogatum esset, comitiis abrogaretur, duabus vocalibus omissionis*, Voss. 2. etiam *abrogaretur male* Lipsiens. *obrogaretur* Harl. 1.

§ 7 *Omnes id jussuros*] *Omnesque id jussuros* Voss. 2.

Et tribunos, si eo adveniant] Lectio vetus *si eo reniant*. Rhen. Pall. tres si *co adveniant*. Puto tres unico Rhenani prævalere debere. Sed Andreas tamen Campanusque *si eo reniant*. Gebh. Non Andreas tantum Campanusque, sed et alii vetusti typis descripti *si eo reniant*. Aldns denum dedit *si eo adveniant*: quo iterum ejecto Frobenius a. 1535. priorem lectiōnem a Rhenano probatam recepit. Et ea deinde obtinuit usque ad Gronovium, qui iterum *adveniant* revocavit, in priori notarum ed. testatus, se ita maluisse ex scriptis pluribus. Id etiam verius puto. Nam lectio illa superest in omnibus nostris, præterquam in Leid. 2. et fragm. Hav. qui Rhenani codicifavent, et Leid. 1. qui

præfert si eo aveniant: in qua tamen scriptura melioris lectionis vestigia aperte supersunt.

In alia turba Quiritium subiectos fore] Quiritum Leid. 2. Harl. 2. Hav. et a m. sec. Port. Quod ab errore libra- riorum profectum esse, dictum est ad ii. 23. § 8. ubi pariter in iisdem fer- me codd. peccabatur. Similiter scri- bæ et alibi lapsi sunt. Vide ad i. 24. § 5. c. 32. § 11. c. 33. § 7. et passim.

§ 8 Quod sæpius Quintius dictita- bat] Dictabat Harl. 1. et Gaerto, et ita præferunt edd. quæ cura Jac. Gronovii prodire; non dubito ta- men, quin lapsu operarum. Non mo- do enim alterum constanter servant ceteri codd. sed et alibi eo verbo uti Livius amavit. Supra i. 49. ‘Soce- rum gener sepultura prohibuit, Ro- mulum quoque insepultum perisse dictans.’ Hoc lib. c. 19. ‘At enim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dicti- tatis.’ iv. 58. ‘Maximum bellum Pa- tribus cum plebe esse dictant.’ c. 59. ‘Ab illis quoque exercitibus cap- tum Anxur dictans esse.’ v. 11. ‘Hoc illud esse dictantes, quod æra militibus sint constituta:’ ubi etiam unus codex dictantes. c. 8. ‘Si opus foret auxilio, collegam dictans ad se missurum:’ et hic etiam unus dic- tans. viii. 31. ‘Imperium dictitare spretum.’ Et alibi sæpe.

Ut consuetis remedii sisti possit] Ut non cons. rem. resisti Harl. 2. Perpe- ram. Verbum sisti illustravit Grono- vius ad iv. 12. § 6. Deinde posset om- nes scripti, quibus utor, et typis de- scriptorum vetustissimi usque ad Fro- benium, qui a. 1535. sisti possit pri- mus vulgavit.

CAP. XXI. § 1 Eo tribuni cum per- turbata plebe veniunt] Cum perterrita plebe primæ edd. quæ lectio ex alte- riis interpretatione, olim margini ad- scripta, deinde in contextum recepta, nata est. Nam proprie quidem ‘per- turbationes’ sunt graviores affectus,

*qui tranquillitatem animi turbant, quales præcipui erant, voluptas, libi- do, metus, et ægritudo. Vide Cie. de Finib. iii. 10. et Tuscul. iii. 11. Per excellentiam tamen ea vox sæpe de metu et terrore usurpatur. Cic. pro Cœn. c. 18. ‘Semper equidem magno cum metu incipio dicere: tum vero ita sum perturbatus, ut omnia timerem:’ pro Milone c. 1. ‘Etsi vereor, judices, ne turpe sit, pro for- tissimo viro dicere incipientem ti- mere, minimeque deceat, quum T. Annini Milo ipse magis de reipubli- ca salute, quam de sua perturbetur.’ Ex eadem ratione sæpius ‘terreri’ et ‘turbari’ in scriptis commutantur. Vide Burmann. ad Nason. Fas- tor. vi. 741. *Perturbata* primus Aldus loco restituit, cui consentiunt omnes nostri, nisi quod nnus Hav. præferat *turbata*.*

Nunc Patrum fidem implorant] In- plorat Port. Non recte. Vide ad vi. 19. § 7. Mox nec ante movere idem Port. nec ante morerant Leid. 2.

§ 2 Referente consule de tribunorum et plebis postulatis] Ms. plebi. Lego plebei. Klock. Vide ad ii. 42. § 6. de trib. plebis postulatis Voss. 2. et Lipsiens. de trib. et de plebis postula- tis Voss. 1. sed præpositionem de se- cundo loco delendam esse scriba ad- jectis notis indieavit.

*Senatus consulta fiunt, ut neque tribu- ni legem eo anno ferrent] In exem- plari Ms. non est particula *ut*, quæ plane abesse debet, ut sua forma se- natus consultis constet, quorum pri- mum ita incipit, *Neque tribuni legem.* Rhen. Vet. lib. *senatusconsultum fit*, *ut neque tribuni plebis.* Sigan. Lego, S. C. fit, *ut ne qui tribuni legem eo anno ferrent, ut ne qui consules.* Klock. *Senatus consulta fiunt, neque tribuni legem eo anno ferrent* est lectio codd. Pall. 1. ac 3. editionisque Campania- næ. At Pal. 2. *senatusconsultum fit*, *ut neque tribuni:* quod et in suo forte reperit Siganus. At ex Rhenano*

discere eum oportuerat, quod senatusconsultis sua forma constare deberet. Andreas edidit *senatusconsultum fuit, neque tribuni*. In aucto fors habuit *seruatis consulta fuit, vel senatusconsulta fuit*. Ceterum Pall. tres *neque tribuni legem inferrent, quasi e diametro opposite τῷ ‘educerent,’* (ubi tamen habet Pal. 2. *abducent,*) quasi esset ‘inferre legem,’ domi et intus ferre. Sic Statins Theb. vi. 936. ‘piget inservare, peritque Venturi promissa fides:’ et viii. 194. ‘An tibi felices lucos miseratus Averni Rector, et Elysias dedit inservare volucres?’ Gebh. Sigonius, quasi hoc argumentum non sit plurimum, *senatusconsultum fit*. Quemadmodum et unus e Pall. Sed cæteri omnes, ut editur: et sciendum, non ita fuisse in unum consultum senatus constipatas materias, ut de eadem resæpe plura facta non fuerint. Exemplum in illa nobili epistola M. Cœlpii apud Ciceronem ad Famil. viii. 8. Noster hoc lib. c. 54. ‘Factum senatusconsultum, ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent: Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet: et ne cui fraudi esset secessio militum plebisque:’ ubi intelliges, ‘item factum S. C. ut Q. Furius:’ tum ‘et alind, ne eni.’ Ideo subjicit Livius ‘His senatusconsultis perfectis.’ J. F. Gron. *Senatusconsultum fit, ut neque tribuni Hav. et Hearnii Oxon.* B. *senatuscon. fit, ut neque tribuni Harl.* 2. *senatusconsulta fuit, ut neque tribuni Gaertn.* S. C. *funt, neque tribuni Port. a m. pr. pro quo fit manus altera reposuit.* S. C. vel *senatusconsulta fuit, neque tribuni reliqui omnes, quorum anctoritate lectionem hanc veriorem judico.* Aliis etiam rationibus hanc scripturam firmare viri docti conati sunt; ideo nempe τὸ ut delendum esse, ut sua forma senatusconsultis constet: propterea etiam *senatusconsulta fuit legendum, quod*

omnia in unum senatusconsultum constipata non fuerint. Sed rectius iis abstinuissent. Nemini enim persuaderi poterit, historicos ea quæ senatusconsultis aliisque monumentis publicis continebantur, per compendium referentes, semper iisdem verbis, quibus monumenta conscripta erant, usos fuisse. Certe interdum quidem Livius in his propoundit τὸ ut omisit, ut v. 50. ‘Senatusconsultum facit; Fana omnia, quod ea hostes possedissent, restituerentur, terminarentur, expiarenturque; expiatioque eorum in libris per dunum viros quæreretur:’ et alibi. At infinitis et longe pluribus locis Livius eamdem voculam ut in initio verborum, quibus exponit, quæ senatusconsulto comprehensa fuerint, adhibuit. Longum foret omnia loca adtulisse, quæ proferri possent. Exempli causa quædam tantum in medium adducam, et quidem præsertim ex posterioribus Livii libris. Ita xxxviii. 44. ‘Senatusconsultum factum est, ut Ambraciensibus omnes suæ res redderentur:’ xxxvii. 49. ‘Senatusconsultum factum est, ut Ætolis eo die juberentur proficisci ab Urbe.’ xxxix. 18. ‘Senatusconsultum factum est, ut de iis, quos pro indicibus consules habuissent, integra res ad senatum referretur.’ Eodem mox cap. ‘Senatusconsultum factum est, ut singulis his centena millia æris quæstores urbani ex ærario darent.’ xl. 41. ‘Senatusconsultum factum est, ut M. Fulvius in Hispaniam relegaretur ultra Novam Karthaginem.’ xl. 9. ‘Senatusconsultum adjectum est, ut dictator, consul, interrex, censor, prætor, qui nunc esset,’ &c. xl. 31. ‘Senatusconsultum inde factum est, ut consules inter se provincias Italiam et Macedoniam compararent, sortirenturque.’ xliv. 17. ‘Senatusconsultum factum est, ut Cn. Servilins primo quoque tempore ad comitia habenda veniret.’ xlv. 2.

‘Senatusconsultum factum est, ut consul quos præter milites sociosque navales conjuratos haberet, dimitteret’ aliisque pluribus. Quid addo, multa senatusconsulta a vocula illa *ut sive uti incepisse*; ut ex illis, quæ hodie adhuc integra supersunt, patet. Ita apud Cic. ad Fam. VIII. 8. ‘Quod M. Marcellus consul V. F. de provinciis consularibus, D. E. R. I. C. uti L. Paullus, C. Marcellus consules, quum magistratum inissent, ex a. d. X. Kal. Mart. quæ in suo magistratu futuræ essent, de consularibus provinciis ad senatum referrent.’ Frontin. de Aquæd. lib. II. ‘Quod Q. Ælius Tubero, P. Fabius Maximus consules V. F. constitui oportere, quo jure extra intraque Urbem ducerent aquas iis, quibus adtribute essent, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. uti iis quoque maneret adtributio aquarum.’ Et postea, ‘Quod Q. Ælius Tubero, P. Fabius Maximus consules V. F. de rivis, specubus, fornicibus que Juliae, Marciæ, Appiæ, Tepulæ, Aunionis reficiendis, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. uti cum ii rivi, fornices, quos Augustus Cæsar se refecturum,’ &c. Insuper non puto necessario requiri, ut Livius, si plurimum senatusconsultorum verba uno compendio complectatur, numero plurali dicat ‘senatusconsulta finit’; sed recte dicere potuisse ‘senatusconsultum fit.’ Id docere potest locens Livii ex hoc lib. c. 54. a Gronovio laudatus. Ita etiam IV. 36. ‘Senatusconsultum fieret absentibus tribunis plebi, ut, quoniam Volscos in Hernicorum agros prædatum exisse fama esset, ad rem inspiciendam tribuni militum proficerentur, consulariaque comitia haberentur’; ubi de duabus diversis rebus duo etiam senatusconsulta interposita fuisse puto. Sitiliter v. 50. dicit ‘Senatusconsultum facit’; deinde multa subjungit ad Deos inmortales pertinentia, quæ tamen omnia, licet tantum

‘senatusconsulti,’ non ‘senatusconsultorum’ meminerit, uno senatusconsulto comprehensa fuisse verosimile non est. Pari modo Cælius apud Cic. ad Fam. VIII. 8. ‘Senatusconsultum, quod tibi misi, factum est, auctoritatesque perscriptæ.’ Et tamen plura subjungit senatusconsulta. His addi posset locus ex Liv. XLII. 33. ubi inquit ‘Senatusconsultum recitari jussit’; et tnm per partes addit ‘primum,’ ac ‘deinde,’ sive secundum, alterum: nisi potius locum illum corruptum existimarem, ut mox dicendum breviter, sed pleniū ad ipsum illum locum. His omnibus receptam lectionem infirmare minime contendeo, sed tantum demonstrare, rationes, quas ei stabilienda viri docti adulterunt, levioris ponderis esse. Contra eum Rheno- no, Gebhardo, ac Gronovio existimo, veram lectionem esse *senatusconsulta* fiant, neque *tribuni*, unice ad id permotus consensu optimorum codicum. Alteram lectionem, *senatusconsultum fit*, ut neque *tribuni*, præcipue inde promanasse puto, quod per compendium *senatuscon.* vel S. C. scriptum fuerit, idque compendium scribæ per *senatusconsultum* exposuerint, dantes *senatusconsultum* fiant, neque *tribuni*, ut fere Gebhardus in ed. Andreæ se reperisse testatur. Simili errore Sigenium notas S. C. reddidisse *senatusconsultum*, cum debuisse *senatus consulta*, videbimus ad XLII. 33. § 4. Vide etiam hoc cap. ad § 6. alios deinde, videntes *senatusconsultum* fiant genio linguae et rationi adversari, pro eo dedisse *senatusconsultum fit*, ut. Porro legem eo anno inferrent Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. et Hav. Neque aliter in Voss. I. inter lineas adscriptum est. Eam tamen lectionem pro lapsu librarium habeo, licet Gebhardus Livium ita scripsisse existimare videatur, ut *inferrent* e diametro obponat τῷ ‘eduerent.’ Optimi enim nostri stant

pro vulgata, et ‘inferre legem’ hoc sensu Latinum non puto.

Neque consules ab Urbe exercitum educerent] Negligentia librarii hæc verba deficiebant in Gaertn. *ex urbe ex. educ.* habet Port. a m. sec. *ab urbe ex. adducerent* Lipsiens. Vide ad xxvii. 29. § 1. *ab urbe ex. abducerent* Harl. 2. et. Hav. quod sibi quoque in Pal. 2. obviā fuisse, Gebhardus ad verba præcedentia monuit. Sed nentrum placet. Videntur scribæ, qui primi hujus lectionis auctores extiterunt, in ea fuisse opinione, si verbo cum præpositione composito in regimine præpositio adderetur, non aliam addi posse, quam ipsam illam, unde componitur. Quod tamen sæpiissime fallit. Liv. xxii. 2. ‘Elephantō, qui unns superfuerat, quod altius ab aqua exstaret, vectus :’ ad quem locum plura vide.

Magistratus continuari et eosdem tribunos refici] Pall. omnes atque edd. et eos tribunos refici. Gebh. *Magistratum continuari* Hav. Deinde et eos tribunos refici Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et prisæ edd. Postea primus Frobenius a. 1535. vulgavit et eosdem tribunos. Sæpe rā ‘is’ et ‘idem’ in scriptis confunduntur. Vide ad x. 10. § 2.

§ 3 *Tribuni reclamantibus consulibus refecti]* Vox *consulibus male omittebatur* in Leid. 2. Paullo ante fuerunt in Pat. pro fuere in Pat. Port. in Pat. potestatem Lipsiens. Sed vide ad ii. 14. § 4.

Ne quid cederent plebi, et ipsi L. Quintium consulē reficiebant] Ne quid crederent Lipsiens. ne quid crederetur plebi Voss. 2. Voluit forsitan scriba ne quid cederetur. Nam alibi etiam ‘cedere’ et ‘credere’ in Mss. commutantur. Vide h. lib. c. 41. § 5. iv. 37. § 5. c. 49. § 10. et alibi. Bentl. ad Hor. Epist. ii. 1. 67. Cortium ad Plin. Epist. i. 20. § 24. et Oudend. ad Front. iv. 7. § 32. Ve-

rum nec ipsum cederetur probo, quod ceteri omnes codd. aliam lectionem tueantur. Ut tamen ita daret libraris, ea fuisse causa videtur, quod scriptum fuerit cederēt. Vide ad ii. 26. § 4. Præterea et ipsum L. Quintium Voss. 1. et Leid. 2. Denique reficiunt Port. Mox rā fuit non adparet in Leid. 2. quemadmodum nec toto anno in Lipsiens.

§ 4 *Si rana vestra, Patres conscripti, ad plebem auctoritas est]* Gruehius de Comit. i. 4. scribit, hauc orationem a Quintio ad populum jam in suffragia missum habitam, eaque comitia quæ Claudius, ut ait, habebat interrupta; ac deinde id, quod dicit Livius, ab utroque consule edictum fuisse. Fortassis putavit id intelligi ex his verbis Livii: ‘Patres, &c. et ipsi L. Quintium consulem reficiebant.’ Sed hoc est id agebant, ut reficerent, reficere volebant: de quo usu non solum imperfecti, verum etiam aliorum temporum, alibi dictum est. Apertum est ex ordine narrationis Livianæ, Quintium hæc non ad populum, sed ad Patres conscriptos in senatu dixisse. Et confirmat Dionysius, qui x. 19. scribit, Quintium primo in senatu, deinde ad populum verba de hac refecisse, ac tum denum diem comitiis edixisse. Nec quidquam est in Livio ac Dionysio, unde colligi possit, Claudiu[m] hæc comitia habuisse, quod dicit Gruehius. Nominat quidem Claudiu[m] in hac oratione Quintius, sed non ut jam comitia habentem, verum habiturum, vel sollem, vel una seenum. Nam ex iis, quæ infra c. 35. de comitiis secundorum decenvirorum scribit Livius, dubitari potest, an iam tum mos fuerit, ut consules inter se sortirentur, vel compararent, uter eorum comitia novis consulibus creandis haberet. Duk. Alio ordine auctoritas ad plebem est omnes, quos adhibui, codd. ut et duo Pall. quemadmodum Gebhardus infra testatur hoc cap. § ult. Non video itaque

caussam, cur non redderem Livio, quod ipsum dedisse tot librorum consensus clamitat. Præterea *vana illa, Patres Gaertn.* Paullo ante *Miror*, pro *Mirer*, Lipsiens.

Ipsi quoque solum vultis, ne temeritati multitudinis cedatis] Sic quidem habetur in edd. priscis. At Pall. tres, *ne temeritati cedatis*. Forte leg. *temeritate cedatis*, hoc est, inferiores sitis. Gebh. *Ipsi quoque solum vultis male* Harl. 1. Deinde *ne temeritati cedatis* etiam Voss. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. unde Gebhardus *temeritate cedatis* legendum conjicit. At reliqui mei, et inter eos optimi, editam lectionem veteriorum præstant. Vide hoc lib. ad c. 34. § 8.

§ 5 *Plus levitatis ac licentiae habere]* Ita omnes mei. At Lipsiens. et Voss. 1. a m. sec. inter versus adscriptum obserunt *plus levitatis, plus licentiae habere*. Quod non displiceret, si plurimum codicum auctoritate firmaretur. Vide ad v. 35. § 4. *levitatis et licentiae habet Gaertn.*

Levius enim vaniusque profecto est] Omisso vocabulo *profecto*, Pall. legunt *Levius enim vaniusque est*. Gebh. Exsulat idem vocabulum ab Hav. Lipsiens. et Gaertn. sed ordine mutato *levius enim vaniusque est profecto præfert* Harl. 2. cum vetustioribus exensis. Aldus demum *profecto est* reposuit. Et ita ceteri nostri. Mox alterum, pro aliorum, habet Gaertn.

§ 6 *Imitamini, Patres conscripti, turbam inconsultam]* Vocem *conscripti* non habet Port. *Patres conscripti, et vos turbam inc.* Hav. *Patres conscripti tribuni inc.* Gaertn.

Qui exemplo aliis esse debetis] Edd. antiquæ et Pall. triga MSS. et *qui exemplo*. Gebh. *Et qui exemplo non tantum superest in omnibus meis scriptis, sed in excusis etiam usque ad Curionem, qui nescio qua anciortate primus τὸν et omiserat.* Id autem Gronovius loco, unde vi pulsum

erat, recte restituit, in priori ed. notarum mouens, id se fecisse auctoritate scriptorum, Mediolanensis ed. Jo. Andreæ, et Aldinæ; quod postea in iteratis edd. expnnctum est. Præterea *et qui alis exemplo editi ante Aldum, qui ordinem mutavit ex consensu omnium meorum.*

Aliorum exemplo peccatis potius, quam alii vestro recte faciant] Vet. lib. *peccatis*. Sigon. Alii *peccatis*. Lego *peccate*. Klock. Edd. antiquæ et Pall. triga MSS. *peccutis*. Gebh. Scriba putavit ‘imitamini’ esse indicativum, qui imperativus est; quem sæpe sequitur subjunctivus. Virgil. AEn. iii. 114. ‘Ergo agite, et, Divum ducunt qua jussa, sequamur.’ Tarentins in Hec. i. 2. 1. ‘Si quæret me, modoisse dicio ad portum, &c. Si quæret me, uti tum dicas.’ Unde liquet, in his supplendum esse aliquid, ut ‘fac,’ ‘facite,’ vel si quid his aptius. Ita defendi potest vulgata scriptura Ovidii Trist. El. v. 43. ‘Huc ades, et casus releves pulcherrime nostros’ ubi vir illustris Nic. Heinsius malebat *ut casus releves, vel et casus releva*. Sic quoque lequuntur Graeci. Aristophanes in Equitib. vs. 496. ‘Αλλ’ θοι χαίρων, καὶ πράξεις κατὰ νῦν τὸν ἐμὸν. et vs. 856. ‘Ω δαιμόνε, μὴ τοῦ λέγοντος ἵσθι, μήδ’ οἰηθῆς ἐμοῦ ποθὲ εὐρήσειν φίλον βελτίον’. Duk. *Peccatis etiam Flor.* Voss. 2. Leid. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. Similiter et editi usque ad Aldum, qui primus *peccatis* reposuit. Præterea τὸν recte male exsulat a Voss. 2.

Dum ego ne imiter tribunos] *Dum ego non imiter trib.* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. quod in contextum iurepsit ex margine, ubi *ne expositum erat per non*, quod alibi non raro factum est. Vide ad xxxviii. 38. § 10. *Dum ne, pro ‘dummodo non,’ apud optimos scriptores frequens est.* Ita Ovid. Epist. Heroid. iii. 81. ‘Vel patiare

licet, dum ne contemta relinquer.' Livius XXXIII. 24. 'Cosanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus angeretur, mille adscribi jussi; dum ne quis in eorum numero esset, qui post P. Cornelium et Ti. Sempronium consules hostis fuisset.'

Nec me contra senatusconsultum consulem renunciari patiar] Ne me Lipsiens. Harl. 2. et Hav. invitis aliis codd. Deinde contra senatusconsulta Gaertn. quem errorem ex non recte reddit nota S. C. vel senatuscon. natam esse constat ex illis quæ supradicta sunt ad hujus cap. § 2. Mox vocem consulem non agno·cit Leid. 2. Sed eam intercepisse videtur præcedens senatusconsultum. Et quidem tanto facilius, si per compendium senatuscons. cons. renunciari scriptum fuerit, quemadmodum plerumque scribi solet.

§ 7 Te vero, C. Claudi, adhortor] An ex falsa interpretatione compendiosæ scripturæ, ignoro. Pall. tres Te vero, Consul Claudi. Pal. 2. amplius consul Claudi exhorto. Gebh. Te vero CON. vel consul Claudi Voss. interque, Leid. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Te vero, Claudi consul Harl. 2. Aldus etiam Te vero consul Claudi edit. Sed in erratis priorem lectio- nem revocavit. Tum abhortor Harl. 1. sollemini librariorum peccato. Vide ad iv. 38. § 4. Ita passim verba cum præpositionibus ab et ad composita librarii inter se communartunt. Vide ad XL. 55. § 5. Plura similia olim collegi ad Sili Ital. XI. 14. 'Exhortor' est in Hav. Mox ut ipse pop. Rom. pro ut et ipse pop. Rom. Harl. 2. Lipsiens. et vett. edd. usque ad Aldum, qui ῥδ et primus interposuit, quod etiam servant alii omnes, quibus utor, codd. Vide ad II. 44. § 3. Mox a me ita accepturum, addita præpositione, Gaertn. et honoris actum, pro hon. auctum, Klockian.

Invidiuonque, quæ continuato eo in- penderet] Ita edidit Jac. Gronovius,

sed, ut puto, operarum lapsu, quamvis postea similiter Clericus exendi enrarit. Non modo enim omnes priores typis exarati, sed etiam codd. quibuscumque usus sum, constanter præferunt quæ ex continuato eo inpendent.

§ 8 Communiter inde edicunt] Communiter idem edicunt Lipsiens. De quo errore vide ad I. 19. § 7. Communiter inde p. edicunt Gaertn. Quid voluerit librarius, non adsequor. Mox L. consulem Q. faceret, vocibus inperite transpositis, idem Gaertn.

Se id suffragium non obseruaturos] Pal. 2. non se id suffr. obser. Sic supra idem codex, consensum nactus Pal. tertii, si rana restra, Patres conscripti, auctoritas ad plebem est. Gebh.

CAP. XXII. § 1 Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, et L. Cornelius Maluginensis] Non est dubium, quin de eo Fabio loquatur, cuius ab initio hujus libri mentio, et enjus bis a Livio omissum cognomen est. Glar. Quintius Fabius Gaertn. et Hav. Vide hoc lib. ad c. I. § 1. Tum cognomen Vibulanus exsultat a priscis. Primus id adposuit Aldus. Exhibitent etiam codd. scripti, licet varie corruptum: et quidem Jubulanus Voss. 1. et Harl. 2. Jubulacius Lipsiens. Bubulanus Leid. 2. Bibulanus Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Bibularius Port. Vide ad Liv. IV. 11. § 1. Sed Vibulanus recte vocatur in Fast. Capitol. Deinde tertio Harl. ambo et Gaertn. tertio Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. quomodo sæpissime variant libri scripti. Vide ad V. 16. § 1. Sed adverbium numerale ignorant Hearnii Oxon. L. I. 2. et C. Mox L. et Cornelius Leid. I. Conjunction deest in Harl. 2. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Vide quæ notantur ad II. 17. § 1.

Propter Capitolium captum, consulem occisum] Propter consulem occisum Harl. 2. et consulem occisum Port. Sed alii codd. etiam editi, stant pro

vulgato. Tum occisum, id condi reli-giosum, addito pronomine, Lipsiens. Paullo ante Census auctus eo anno Harl. 1. frequenti scribarum errore. Vide ad xxi. 61. § 4. Ceterum ita distinguebat librarius Lipsiens. *Cen-sus auctus : eo anno lastrum propter Cup. Male.*

§ 2 *Q. Fabio et L. Cornelio consulibus, principio anni statim res turbu-lentæ]* Copula deficit in libris nostris omnibus MSS. ordinantque iidem mox sic, principio anni res statim turbu-lentæ. Gebh. Florentinus ignorat copulam. *J. F. Gron.* Eamdem etiam ignorant omnes nostri. Hearne vero, eam in Oxon. N. superesse monens, aliorum vero codicum nullam men-tionem faciens, tacitus agnovisse vi-detur, in illis pariter desiderari. Mox res statim turbulentæ similiter Voss. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav.

Jam Antii Volscorum legiones esse] Legiones Volscorum alio ordine Voss. 1. et Leid. 2.

Coloniam ingens metus erat defec-turam] Defecturam Klockian. defu-turam Voss. 1. a m. pr. quomodo alibi etiam librarii errare consueverunt. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIV. Mox imperatum a tribunis, pro impetratum a trib. Voss. 2. Et hæ voces sæpe in codd. scriptis confunduntur. Vide ad Liv. ix. 30. § 10.

§ 3 *Consules inde partiti provincias. Fabio, ut Autium legiones duceret, da-tum]* Est xxviii. 26. ubi vulgo lege-batur: ‘Nihilo segnius in Hispania bellum erat, sed ad eam magis diem prosperum Romanis. P. et Cn. Scipiones ita inter se partiti copias, ut Cn. terra, P. mari navibusque rem gereret:’ sed restituimus ex optimis libris, prosperum Romanis. *Publio et Cnaeo Scipionibus ita inter se partitis copias.* Ea res mihi suspicionem movit, passim id genus mendi irre-pississe. Itaque dubitabam, an non hic quoque fuerit, *Consulibus inter se*

partitis provincias, Fabio, ut Autium legiones duceret, Cornelio, ut Romæ præsidio esset. Quin et supra hoc lib. c. 10. ‘Ut hæc dicta in senatu sunt, delectus indicitur, consulibus belli administrationem inter se dis-partiri jussis, alteri ut Volsci, alteri ut Aequi provincia esset.’ Sed dubi-tabam tantum, nec ea propter cum quoquam litigabo. Plura occurrit hujusmodi, quæ in tempore tange-mus. *J. F. Gron.* Fatendum est, conjecturam viri summi, nisi quod inter se, pro inde, reponendum existi-met, parum a vulgata lectione rece-dere, et eam ob caussam magna se verisimilitudine commendare. Quum enim olim per compendium Conscrip-tum fuerit, unicum discrimen tantum consistit in litera s voci parti-i in fine adjecta. Et tali modo multis aliis locis subcurrentum pu-tavit. Vide ad III. 57. § 9. ix. 12. § 9. c. 31. § 1. c. 41. § 2. xxi. 17. § 1. xxxii. 1. § 1. c. 8. § 4. et xlvi. 17. § 6. quorum nonnullis, pro sortiti sunt, legendum censuit sortitis. Vide ad locum Livii ultimo loco laudatum. Contra tamen vix credibile videtur, tot locis simili odio omnes librarios eamdem locutionem persecitos esse, eodemque errore Livium corrupuisse, et nullos hodie superesse codd. qui vel alibi veram scripturam servarint. Quin et supersunt loca, ubi Livius pari modo locutus est, nihilque Gronovius monuit. Ut x. 12. ‘Consules inter se provincias partiti sunt. Scipi-oni Etruria, Fulvio Samnites obve-nierunt:’ et alibi. Accedit, in vul-gata lectione nihil Gronov. displicere posse, quam quod periodi nimis in-teciduntur. At ita Livius sæpi-sime loqui solet, ut infinitis exemplis ostendi posset. Tale est illud vi. 4. ‘Comitia tribunorum militum cou-sulari potestate habita. Creati T. Qvinetius Cincinnatus, &c. nbi iterum Gronovius comitiis tribunorum, &c. habitis, creati, &c. Sed, alterum

multo pluribus locis Livio placuisse, exemplis ibidem evincam. Tale etiam illud 11. 19. ‘Consules Ser. Sulpicius M'. Tullius. Nihil dignum memoria actum. T. Æbutius deinde et C. Vetusius. His consulibus Fidenæ ob sessæ :’ et hic Gronov. legendum suspicatur *Consulibus Ser. Sulpicio M'. Tullio, nihil dignum memoria actum. T. Æbutio deinde et C. Vetusio Fidenæ ob sessæ.* Sed vide quæ ibi quoque notantur. Simile insuper xx1. 36. ‘Nunciatur rupem inviam esse. Digr̄essus deinde ipse ad locum visendum. Haud dubia res visa :’ ubi Gronovius conjicit *Digresso deinde ipsi ad locum visendum haud dubia res visa.* Sed et ibi videnda, quæ notavi. Quamvis igitur in omnibus his Gronovio invitatis codd. Livium tentanti accedere nequeam, acre tamen ac fertile viri maximi judicium plurimum suspicio; ejusque conjecturas vulgate scripturæ præferre non dubitarem, si alicujus auctoritatis codd. illas probarent.

Fabio, ut Antium legiones diceret, datum] Legiones ut Antium diceret Voss. 1. et Leid. 2. *ut legiones Antium diceret* Leid. 1. Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Quod codd. ita in ordine vocabulorum dissentiant, aliquid mendi latere suspicor. Et forte, voce expuncta, legendum *Fabio, ut Antium diceret, datum.* Solet enim sape Livius absolute verbum ‘ducere’ usnpare. Supra 1. 23. ‘Ea res ab stativis excivit Mettum: ducit, quam proxime ad hostem potest:’ ubi plura videnda. Et ita ‘educere’ etiam. Vide ad XL. 25. § 1. Ceterum *adduceret* Port. a m. pr. *diceret* Lipsiens. sollemni aberratione. Vide ad XXXVIII. 43. § 2.

Cornelius ut Romæ præsidio esset] Quidam Cornelius mutarunt in *Cornelio*, propter verbum ‘datum,’ quod præcesserat. Quasi non et verbum ‘partiti’ præcesserit, ad quod referri

poterat. *Glar.* Vet. lib. *Cornelio*, quo pacto sine controversia legendum est. *Sigon.* Meliores duo codd. *Cornelius*, quod et Glareanus probat, referens nomen ad verbum ‘partiti.’ Ego potius ad *esset*. Solus Pal. 2. novissimæ attatis *Cornelio*. Ex edd. vero illa Campani. *Gebh.* *Cornelius* ex nostris servant Flor. Voss. interque, Leid. 2. Harl. 1. et Lipsiens. Reliqui, et inter eos optimus Leid. 1. habent *Cornelio*. Et ita etiam edidierunt Ascensus, Mogunt. aliique, quos hic indicat Glareanus. Et licet vel omnes codd. *Cornelius* præferrent, ratio tamen doceret, alterum præstare. *Cornelius* enim omnino ad præcedens ‘partiti’ referri nequit, ut Glareanus putabat; neque com mode cum Gebhardo ad sequens *esset*.

§ 4 *Hernici et Latini jussi milites dare ex fædere] Hernici utque Latini* Harl. 2. Td *jussi exsulat* ab Leid. 2. quemadmodum mox vox *tertia* a Voss. 2. alterutra tamen abesse nequit. Deinde *dare et defendere* est in Lipsiens. pro *dare ex fædere*.

Duæque partes in exercitu sociorum, tertia civium fuit] Vide Lipsium ad Vell. Pat. II. 15. de bello Italico, ad verba, ‘Per omnes annos atque omnia bella duplice numero se militum equitumque fungi :’ et de Milit. Rom. II. 7. Klock.

Ad diem præstitutum venerunt] Ad diem præstitutam Gaertn. Liv. x. 20. ‘Præstituta die, quarnu rerum non exstitit dominus, militi concessæ.’ XLV. 11. ‘Diemque præstituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet.’ Ita ‘stata,’ ‘statauta,’ ‘constituta dies’ sæpissim apud Liv. obvium est. Vide ad XXVII. 16. § 16. Reliqui tamen codd. hoc loco in vulgatum conspirant.

Haud procul oppido stativisque hostium consedit] Voceum hostium non agnoscit Harl. 2. haud procul dubio hostium habent Voss. 1. et Leid. 2. Qui

similesque errores absoni, in quibus tamen inter utrumque codicem plerumque convenit, mihi persuadent, vel alterum ex altero, vel utrumque ex eodem codice descriptum esse.


§ 5 *Non permistim unam sociorum circiumque*] *Scibe non permixtam, vel permistam.* Sie enim in antiquo volumine legitur, et placet lectio: subauditur ‘aciem.’ *Rhen.* *Permixtam,* vel *permistam*, etiam non modo omnes mei manu exarati, sed et vetustiores excusi: *permistim* denum datum invenio a Moguntinis, qui elegantiam quandam captasse videntur in oppositione τῶν ‘permistim unam’ et ‘tres separatis.’ Sed vellem, alind exemplum, ubi vox illa apud scriptorem hujus ævi usurpatur, commonstraretur; quamvis *inmixtum* Plautum dixisse in *Anul.* II. 3. 12. non ignorem. *Permixte* Cicero dixit. Præterea copula que deficit in Lipsiens.

§ 6 *Inde signum observare jussit*] *Observeari jussit* fragm. Hav. *observare jussit* potest intelligi ‘socios;’ quod ex sequenti repetendum est. Vide ad *XLII.* 24. § 5.

Ut pariter et socii rem inciperent, referrent pedem, si receptui cecinisset] *Referrent pedem Lipsiens. et referrent pedem* Harl. 2. et Hav. quorum librarios, ut ita darent, id præsertim impulisse videtur, quod crederent, duplicei conjunctionem hic eo sensu jungi, quo sæpe apud Liv. obcurrit. Vide ad II. 44. § 3. Jam vero post et eo casu non recte inferri τὸ que. Quod si eo consilio locum mutarint, dupliciter errarint: quemadmodum enim post que voculam et, ita etiam post et voculam que inferre Livius solitus est. Vide ad *XXXIV.* 37. § 5. At non eo sensu duplices illæ copulæ hic conjunguntur. Ita enim potius dixisset Livius, *ut pariter socii et rem inciperent, ref.* Sed potius et hic ponitur pro ‘etiam.’ Nihil itaque mandatum, quod et ceterorum codicium

pro vulgata lectione consensus docet. Præterea cecinissent male Voss. 1. et Leid. 2. a m. pr.

Equites item sue cuique parti post principia conlocat] An sue quemque parti sit verior lectio, ipse lector videtur. *Sabell.* Legendum est sua. Ut ad principia referatur: quamquam et suos, vel sue quemque, aut sue quosque scribere potuerit, ut ad equites referret. Ita enim dicimus ‘suam rem cuique domino tribuere,’ aut ‘suo quidque domino tribuere:’ non *suum quidque*, aut *suo cuique*. Varro de Re Rust. I. 7. ‘Quæ suo quidque loco sunt posita, ea minus loci oecupant.’ Cæsar Gall. VII. 32. ‘Divisum senatum, divisum populum in suas enjusque eorum clientelas.’ Livius supra c. 11. ‘Neque sumum cuique jus modum faciebat.’ Hinc noscas, apud Virgilium Ecl. VII. 54. ‘Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma,’ non modo delirare G. Cantermann Novar. Lect. VI. 28. (quia sua κατὰ συνεκφάνησις una syllaba et anferendi casu accipit,) sed nihilominus viros doctissimos, cum sua nominativo quidem plurali prolatum, quæque tamen etiam defendunt. Non potuit aliter Virgilius dicere, quam ‘sua quæque sub arbore poma.’ Livius XXV. 17. ‘Motibusque armorum et corporum sua cuique genti adsuetis:’ scribe *wicuique genti.* J. F. Gron. Sic quoque emendat Gronovius XXXIII. 46. ‘Pecunia, quæ in stipendium Romanis suo quæque anno penderetur:’ ubi vulgatur *suo quoque anno*. Si certum est, haec noui aliter posse dici, etiam probanda est emendatio Budæi pro eo, quod in I. 12. D. de Usur. in libro Florent. et edd. est, ‘Nisi sua quaque die usuræ suprascriptæ exsolverentur,’ legentis *sua quæque die*. Et Haloandri, qui cum aliis in I. 25. § 3. D. Locati, edidit ‘Curare debet, ut opera rustica sua quæque tempore facias;’ quod in Florent. est *suo quoque*. Et ei, quod



in Sueton. Aug. c. 40. editur: ‘Ter in annum quaternum mensium tesseras dare destinavit (plebi:) sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, nt sui enjusque mensis acciperet;’ præferenda est scriptura libri Torrentiani et Ed. Ald. *ut sui quisque mensis acciperet.* In Cæsare quoque Bell. Civ. 1. 83. legendum est: ‘Has subsidiariæ terne, et rursus aliae totidem, suæ quæque legionis, subsequebantur:’ non *suaè enjusque.* Sed mihi nondum liquet, cur hæc tam ἀποτόμως damnanda sint, et cur omnes librarios ad hoc corrumendum conspirasse credere debeamus. In Suetonio quidem nihil mutari patitur Schelius ad Polybinum de Castrametat. Rom. Et, si quid mutandum est, potius putem legendum *suum enjusque mensis*, quam *sui quisque mensis*: nam opponit ‘quaternum mensium tesseras,’ ‘enjusque mensis tesseris.’ Propemodum credo, Latinos dixisse interdum ‘sunt quisque,’ voce ex duabus composita, ut ‘unusquisque,’ et ‘quotusquisque.’ Duk. Quemadmodum Gronovius emendavit, sæpe Livius loentus est. Ita supra 1. 52. ‘Turnus sui cuique periculi, si adversatus esset, recens erat documentum.’ 11. 32. ‘Singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat.’ 111. 36. ‘Ut hoc insigne regium in orbem suam enjusque vicem per omnes iret.’ x. 6. ‘Ut tres antiquæ tribus, Ramnes, Titienses, Luceres, suum quæque angarem habeant.’ xxxiii. 46. ‘Quin et pecunia, quæ in stipendium Romanis suo quæque anno penderetur, deerat:’ ita Gronov. scribendum conjicit, pro *suo quoque anno.* xxxiv. 11. ‘Si in sua quisque nostrum matre familie jus et majestatem viri retinere instituisset.’ Et ita fere adhuc mendoſos circumfertur Colum. 111. 1. ‘Silvestres ac feræ sui enjusque ingenii semina gerunt.’ ubi cod. Sangerman. præfert *sui*

cuique ingenii: sed forte legendum est *sui quæque ingenii.* Et ita mox loquitur eodem cap. ‘Snum cuique re gioni magis aut minus aptum esse doceat usus.’ Plinius Epist. II. 5. ‘Veremur, ne quibusdam pars aliqua secundum suam enjusque naturam non probetur.’ Curtius IV. 12. ‘Pedites his plurimum gentium, non mixtas, sed suæ quisque nationis junxerant copias:’ ubi viri docti, *mixtos* vel *inmixtos* legi posse, et *pedites* ac *copias* per adpositionem accipienda inonentes, non satis ad structuram totius orationis adverterunt, quæ exigit, ut *tau pedites* casu primo accipi debeat. Vide ibi Freish. Si quid mutandum, mallem *suaè quisque nationi:* quod tamen nec ipsum necessarium. Caussatur quidem Donjatius, ideo Livium hic *suaè cuique parti*, quam, ut Gronovius conjiciebat, *sua cuique parti*, maluisse, ut significaret, equites Hernicos ei exercitus parti quæ peditibus Hernicis, Latinos ei quæ Latinis, Romanos ei quæ legi nibus constaret, subjectos fuisse. Sed antecessorum Parisiensium primiceriins non animadvertisit, idem optime a Livio indicari dicendo *sua post principia cuique parti*, adeoque in eo vngata lectioni nullum præsidium quæri posse. Omnes tamen nostri receperant scripturam servant, nisi quod *sua parti cuique* alio ordine præferat Port.

§ 7 *Non sustinentes inpetum Volscos] Nec sustinentes Voss.* 2. quæ lectio ferri posset, si plurimum codicum consensu firmaretur. Particula enim nec non tantum conjunctio est disjunctiva, sed ab antiquis etiam pro *non posita* est. Vide Zinzerl. Promuls. Critic. c. 23. *Sic nec ita multo post, pro non ita multo post,* supra est II. 22. ‘Ita sine certamine inde abductæ legiones. Nec ita multo post Volscis levatis metu suum rediit ingenium.’ Qua tamen alii omnes codd. in vulgarium conspirant, nihil puto mutandum. Solent autem voces *non* et *nec*

in libris scriptis confundi. Vide ad v. 54. § 2. Panlo ante *Item trifariam*, pro *Ita trif.* Gaertn. Alibi has voces confundi, videbimus ad XXXIX. 19. § 5.

§ 8 Quum ad id spectator pugnæ adstitisset] Pal. 1. *abstitisset.* Gebh. Referendum hoc inter vitia scribarum, qui passim verba ex præpositionibus *ab* et *ad* composita commiscere soliti fuerunt. Vide ad c. præc. § 7.

Inclinatamque in partem unam] *Inclinantemque* vett. edd. invitis omnibus meis. Recte itaque Moguntini pro eo substituerunt *inclinatamque*, quod etiam servant libri scripti.

§ 9 Et in castris et extra munimenta] Prins et non comparet in priscis excusis. Primus addidit Aldus. Et id habent omnes nostri manu exarati. Vide ad 11. 44. § 3. Sed posterius et male omittitur in Lipsiens. Mox cædis, pio cædes, Leid. 1. Vide ad v. 45. § 3.

Deletusque exercitus foret, nisi fugientes silvæ texissent] Legendum *ni fugientes* ex Pall. codd. MSS. et prima ed. Gebh. *Delectusque exercitus foret* Leid. ambo, et Harl. 2. errore scribarnm. Vide ad IV. 25. § 8. *ni fugientes* scribendum esse Gronovius prima ed. notarum ex scriptis, Mediolanensi editione, Jo. Andreæ, et Aldina docuerat, et tñ *ni se non semel alibi quoque mutatum in nisi deprehendisse monnerat*; quod postea in enris repetitis omissum est. *Ni, pro nisi,* retinent etiam omnes nostri, præter Voss. 1. et Leid. 2. qui *nisi*, et Gaertn. qui ne præferunt: *ni etiam superest in vetustis excensis.* Tñ *nisi primum* obcurrit in Basileensi an. 1539. Sæpius tñ *ni et nisi* commuta in scriptis fuisse, vere Gronovius observarat. Vide ad XXIII. 1. § 8.

CAP. XXIII. § 1 *Dum ad Antium hæc geruntur]* Dissonat hic prodigiouse Pal. 3. *Dum in Antium hoc feruntur.* Gebh.

Arcem Tusculanam improviso nocte capiunt] Dionys. Antiq. x. p. 646. et oppidum et arcem capta scribit, quod verisimilius puto: nisi quis æquos in hoc Herdonium imitatos eredat. Glar.

Ut distenderent hostium copias] Cur non distinerent potius? Sæb. Mendosum verbum est *distinerent.* Tu castiga *distenderent*, id est, distraherent, separarent. Sic IX. 12. ‘Distendit ea res,’ inquit, ‘Samuitium animos.’ Rhen. *Distenderent hostium copias* probissima lectio est, expressa ab Andrea; retineturque ab Pall. tribus, nisi quod in Pal. 2. margine adnotatum est *distinerentque.* Campanus edidit *ut discenderent.* IV. 59. ‘Quacumque incessere, late populi sunt tecta agrosque, ut distinerent Volscos:’ ut habeat sola Campani ed. Pall. tres *deterrent.* Forte ditererent. Rhenanus legit *externarent:* quod non probo. Lib. v. 20. ‘Dnæ senatum distinebant sententiæ:’ forte legendum *distendebant.* Lib. XXVII. cap. 42. ‘Consules, diversis itineribus profecti ab urbe, velut in duo pariter bella, distenderant curas hominum.’ Gebh. *Distinerent* commodum in hac re verbum est, quo Livius sæpe pro ‘dividere,’ ‘in partes distrahere,’ usus est. Vide ad Liv. v. 20. § 4. Hic tamen recte mendosum vocat Rhenanus ob codicum dissensum, quorum nullus, nisi Port. a m. sec. id ostentat. Alii omnes constanter præferunt *distenderent*, exceptis Voss. 2. et Gaertn. qui habent *discenderent*, et fragm. Hav. a m. pr. qnod præfert *discerent.* Ita ‘*distendere*’ XXXIV. 29. ‘Romani simul a porta, unde aditus planior erat, ut distenderent ab apertiore loco hostes, simul per patefactum ruina iter intrumpere conabantur.’ *Distenderet* est in Harl. 2. forte quia librarius eredit, hoc verbum referendum esse ad præcedens *reliquo exercitu*, quum respiciat remotius *Æqui.* Quamquam si ad alterum referri de-

bniisset, ne ita quidem distenderent mutandi invitatis codd. necessitas foret. Vide hoc lib. ad c. 28. § 2.

§ 2 *Si Capitolium captum nunciaretur*] *Nunciaret Harl.* 1. Male. Vide ad x. 10. § 1. Mox adeo et recessus *Tuscul. meritum*, Port. omissio τῷ erat, quod alii omnes codd. obserunt. Adeo recesserat *Tuscul. meritum* Klockian. Forte scriptum fnerat continua serie, ut olim solebat, recēserat. Evanescente postea vel perperam omissa linea suprascripta, inde facile formari potuit recesserat. Paullo ante a *Roma*, pro ab *Roma*, Lipsiens. a. m. pr.

§ 3 *Prædam ex castris raptim Antium conrexit*] *Et castris Harl.* 2. Vide ad xxvi. 45. § 1. e *castris* Hav. Deinde *raptam* Leid. 2. Sed vulgaratum verius est. Mox τῷ relicto non comparet in Hav. Tum *citato agmen* *Tusc.* pro *citatum* ag. *Tusc.* Gaertn. quod adverbialiter accipi posset. Inde enim alibi ‘*citatins*’ et ‘*citatissime*’ obcurrunt; nisi illa vel a ‘*citate*’, vel a ‘*citatum*’ declinata esse existimentur. Reliqui tamen codd. nihil mutant. Et recte. ‘*Citatum agmen*’ ut infra v. 37. ‘*Citato agmine iter ingrediantur*’ xxiii. 36. ‘*Citatum agmen præter Capnam rapit*’ xxviii. 16. ‘*Citato agmine ducti sunt*’ xxvii. 50. ‘*Citatione, quam inde venerat, agmine die sexto ad stativa sua atque ad hostem pervenit*’ xxii. 6. ‘*Quam citatissimo poterant agmine, sese abripiuerunt*’

Quod cocti ad manum fuit cibi] *Coucti Flor.* Klockian. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. ambo. Sed male. Alibi ita etiam peccarunt librarii. Forte simili mendo deformatur etiam nunc locus Livii xliv. 32. ‘*Huic ut omnis multitudo vacaret, feminæ ex propinquis urbibus cocta cibaria in castra adferebant*’ vulgo nunc legitur *coactæ*. Vide quæ ad enm locum notantur. Præterea *sibi, pro cibi*, Hav. qui error facillime inde ortus esse

potnit, quod alius scribenti minus distincte verbis præterit: qua ratione confundi potnere *concilium* et *consilium*, de quo vide Gronov. ad Liv. xliv. 2. § 5. *cedens* et *sedens*, de quo vide ad Liv. xxi. 40. § 2. *ceusurus* et *sensurus*, de quo vide ad v. 20. § 6. et multa alia, quæ passim obeurrunt.

Commentum ab Roma consul Cornelius subvenit] *A Roma fragm.* Hav. Tum *consules* Leid. 2. claro iterum indicio, stupidos librarios compendium scribendi *cons* nulla habita sensus vel locutionis ratione, modo *consul*, modo *consules*, reddidisse. Vide ad x. 10. § 2. Denique *subvenit* fragm. Hav. a. m. pr. ‘*Vehere*’ et ‘*venire*’ alibi a librariis committantur. Vide viros doctos ad Cic. de Nat. Deor. 1. 1. Eliam quæ infra notantur ad iii. 61. § 9. v. 28. § 2. et alibi.

§ 4 *Aliquot menses Tusculi bellatum*] *Aliquot mensibus* Voss. 2. a. m. pr. Vide ad x. 21. § 6. *Aliquod antem præfert* Gaertn. Vide ad iii. 9. § 2. Eliam *Tusculum* exsulat ab eodem cod. Mox *oppugnat*, pro *oppugnabat*, Port.

Ad areem recuperandam, vi numquam eos subigere potuit] Alii legunt *vi numquam eo subire potuit*: quid si potuere legatur? propter statim sequentia haec verba, ‘*inermes nndique omnes sub jugum ab Tuseulanis missi*’ Glar. Vet. lib. *subiri*. Sigon. Membranæ nostræ *ad arem reciprandam*. Modius. Non aliter Pall. tres et Campani ed. quam *vi numquam eo subire potuit*. Miror, nostrum Pal. secundum divertim hic facere a Signiano representante *subiri*. Andreas edit. *vi numquam eos subigere potuit*. Quam lectionem corruptam non diffitet Loritus. Gebh. *Reciperandam*, quod Modius in sno reperit, mibi in nullo obviuム fuit. Et sane passim quidem id in notis recuperare scribæ mutarunt. Vide ad vii. 18. § 1. Non tamen unius codicis testimonio rece-

périm. Tum *ri* *numquam eos subigere potuit* servant, quibus utor, edd. antiquiores. Sed recte eam lectionem viri docti rejecerunt, quam etiam nulli codd. mei agnoscent. Primus Aldus ejus loco reposuit *ri numquam eo subire potuit*, cui concinnunt ex nostris Voss. 1. terque, Leid. 1. terque, (nisi quod Leid. 2. omittat *τὸν εο*) Port. (qui alio ordine, *τι εο numquam subire potuit*, exhibet) Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Sed et hanc lectionem non per omnia sanam esse Glareanus jam reprehendit. Quum *eo* capiendum sit pro ‘ad arcem,’ eamque Tusculani cum parte exercitus Romani obpugnarint, *subire potuit* ferri nequit. Donatius quidem, ut eam defendat, communis eitor, consulem statim arcem adortum expugnare non potuisse, eamque Tusculanis obsidem subiungit reliquise, adtributa copiarum parte. Verum neque Livius id refert, neque aliunde constare poterit. Ipse itaque Glareanus *potuere*, pro *potuit*, scribendum conjicit. Sed conjecturam hanc nulli libri probant. Nihil itaque propius, quam ut cum Siganio verum credamus *nunquam eo subiri potuit*. Id fuisse videtur in Lipsiens. et utroque Harl. idem etiam in omnibus MSS. suis esse Hearne auctor est. J. F. Gronovius etiam in priori ed. notarum ita scribendum iudicavit, eamdemque lectionem Jac. Gronovius in contextum recepit. *U nunquam eo subire Flor.* a m. pr. qui a m. sec. exhibet *uti nunquam eo subire*.

Fames postremo inde detraxit hostem] Postremo deinde Hav. Quod an dictum erit ut ‘deinde deinceps,’ ‘postea deinceps,’ ‘deinde postea,’ similiaque alia, de quibus agitur ad II. 47. § 11.? Non puto. Reliqui enim codd. in alia omnia discedunt. Inde ergo est ex arce. Praeterea *inde detraxit hostem* Harl. 1. Sed primam syllabam vocis *detraxit* absorpsit ultima ‘præcedentis inde.’ Vide ad v.

19. § 4. ‘Detrahere’ in hac re usitissimum verbum est. *Infra xxix.*
20. ‘Spe destinaverit, Hannibalem ex Italia detracturum’ ubi plura vide.

§ 5 *Quo postquam ventum ad extremum est*] J. F. Gronovius prima notarum ed. scribendum conjectit *Quo postquam*, et *Qua respondere τῷ ‘fames’* monuit; et ita *ad extremum* accepisse videtur ad extremam, ad ultimum necessitatem. Notas deinde recensens conjecturam hanc delevit; forte quod displicere incepisset. Et recte. Vulgatum enim simum est. *Quo (nempe ut fames detraheret) ad extremum autem, id est tandem, extre- mo;* quo sensu apud Cie. et passim alibi frequenter ocurrunt. Ceterum *Qui*, pro *Quo*, Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *ad extremum ventum est* fragm. Hav.

Inermes nudique omnes sub jugum ab Tusculanis missi] *Inermes nudique omnes*, transpositis literis, Leid. 1. et Hav. Neque aliter multa ex vetustis edd. Sed rectum est *nudique*, quod servant reliqui codd. mei, et cum illis Pal. 1. ut Gebhardus monuit ad III. 11. § 8. *Infra cap. 28.* ‘Sub hoc jugo dictator Æquos misit. Castris hostium receptis, plenis omnium rerum, (nudos enim emiserat) prædam omnem suo tantum militi dedit.’ ix. 6. ‘Primi consules prope seminudi sub jugum missi.’ cap. 15. ‘Militem se cum singulis vestimentis sub jugum missorum.’ x. 36. ‘Captivorum numerus fuit septem nullum ac trecentorum, qui omnes nudi sub jugum missi.’ *Inermes nudi omnes sine copula* Port. Denique a Tusculanis Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Port. fragm. Hav. et Gaertn.

Consul in Algido consecutus] *Secutus Lipsiens. Male.* ‘Consequi’ enim est hoc loco pro ‘adsequi,’ ‘sequendo aliquem adtingere.’ Curtius IV. 9. ‘Fugientemque per medios hostes consecutus ex equo præcipitavit.’ VII. 2.

'Fugientem consequenti vinctum reducebant.' Paullo ante *hac ign. fuga*, pro *hos ign. fuga* Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ac ignominiosa* Hav. Sed reliqui recte vulgatum tueruntur.

§ 6 *Victor ad Columnen*] *Ad Colinum* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. *ad Collinum* Hearnii Oxon. L. 1. et C. *ad Columnū* fragm. Hav. Reliqui *ad Columnē*, vel *ad Columnen*. Et ita etiam edd. omnes, nisi quod in *Francofurtana* a. 1578. invenerim *Columnem*. Ita etiam hunc locum adducens laudat Cluver. Ital. Antiq. II. 16. p. 779. et ex eo, quod vocabulum *Columnes* formationem linguae Latinae habere minus videatur, haud inmerito id viris doctis suspectum esse pronunciat. Eos tamen, qui qui sint, non male lectionem illam in controversiam vocasse, evincit aliarum edd. ac plerorumque codd. consensus. Addit Cluverius, sibi persnasum esse, eundem hunc esse locum, qui 'Corne collis' apud Plin. Hist. Nat. XVI. 41. vocatur, nec dubitare, quin alterum ex his vocabulis sit corruptum. Mox *τὸν ονόμαν* deest in Harl. 1. errore scribæ.

Exercitu relichto castru locat] Si exercitum reliquisset, non erat opus castrorum metatione: quare *reliquo exercitu melius*. Tu vide, quæ præcedunt. *Sabell*. Nemo non intelligit, *relichto* nullo modo incolumi sensu stare posse. Quare videbunt aliis, ne *reducto*, aut, quod æque placet, *reliquo*, sit potius legendum. *Sabell*. Admonuit Sabellicus, legendum *reliquo exercitu*, non *relichto*. Glar. Recte Sabellicus vidit, *τὸν relichto* hic locum non obtinere. Ego aut *relato* scribere, aut *reducto*. Rubenius. Sabellicus absurditatem, nescio quam, odratus, reponendum censem *reducto*, vel *reliquo*. Tale nihil in omnibus nostris libris. Gebh. Vide ad II. 17. *Duk*. Omnes etiam nostri in vulgatum conspirant, nisi quod *τὸν relichto* deficiat in Gaertn. Attamen locum

mendosum esse nullus dubito. Nec tamen subenrrit, quid substituendum sit. Aut. Perizon. ad marginem codicis conjectit *exercitu refecto*.

Et alter consul, postquam manibus Romanis, *jam pulso hoste*, periculum esse desierat] Est in veteri, postquam manibus jam Romanis, *pulso hoste*, Rhen. Rhenanus legit manibus jam Romanis, ut edidit Andreas. Ceterum in Pall. tribus et Campani ed. plane evanuit *τὸν jam*. Gebh. Evanuit etiam in Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. At ordinem vocabulorum, quem Rhenanus in suo invenit, observant Voss. 1. Leid. ambo, et Harl. 1. quos secutus sum. In nullo enim codice voces in eam seriem, quæ in editis plerisque superest, digestæ obcurrunt. Ceterum *τὸν* et in principio harum vocum deest in Voss. 2. *τὸν esse* vero in Leid. 2. Contra, addita voce, postquam a manibus Gaertn. ut construendum sit 'pulso a manibus.' Verum quom reliqui codd. adscitam a librario hujus MSS. præpositionem ignorant, eam etiam recipiendam non existimo. Ita constructio erit 'desierat periculum esse manibus Romanis.' Sic Terent. Heant. v. 2. 27. 'Adeon' rem rediisse, ut periculum etiam a fame mihi sit, Syre?' Ibidem III. 3. 6. 'Quum illi pericli nihil ex indicio siet:' in Phorm. II. 2. 19. 'Aliis aliunde est periculum.' Mox a Roma, pro ab Roma, Gaertn.

§ 7 *L. Cornelium consulem id bellum gessisse*] Prænomen Cornelii exsulat a Port. Tum *hoc bellum gessisse* Voss. 2. Harl. 2. Port. et Hav. *hic bellum gessisse* Leid. 1. et Gaertn. Paullo ante voces *consules* et *anno* deficit in Gaertn. eodem.

Quia nulla apud vetustiores scriptores ejus rei mentio est] Observat tamen Pighius in Annal. ad A. U. C. ccxciv. p. 128. hujus rei apud Dionys. Halic. lib. x. p. 647. mentionem obcurrere. Verum is ratione Livii non inter

vetustiores, sed inter æquales scriptores, referendus est. Eo autem anctore L. Cornelius consul Antiaates semel iterumque prælio vicit, eorum urbem impetravit, et Romanam reversus de hostibus triumphavit; ejus antem triumphi vestigia inveniri in fragmentis Fastor. Triumph. hoc anno. Vide etiam Sagonium in Fast. ad eundem annum. Ceterum vox scriptores non comparet in Port. ejus loco *auctores* præfert Leid. 2. qui etiam habet hujus rei mentio: sed *ejus mentio rei* Harl. 2. Hav. et Lipsiens.

CAP. XXIV. § 1 *Tribunicium domi bellum Patres territat*] Irritat primæ edd. usque ad Aldum, qui *territat* substituit. Id antem servant tantum non omnes scripti. Hinc intelligere possum, quid voluerit scriba Hav. solus meorum in diversa abiens, et obferens *interritat*. Invenit nempe duplice lectionem *irritat* et *territat*, et utramque simul exprimere voluit; ideoque dedit *interritat*. Vide ad hujus lib. c. 44. § 4. Deinde *fraudem fieri* Gaertn. Sed reliqui MSS. vulgatum tuentur: *m* finale a libratis pro lubitu passim vel addi, vel omitti, saepe supra dictum est, et saepius infra notandum erit. Vide etiam mox ad § 5.

Frustrationem eam legis tollendæ esse] Vocabulam *eam* non agnoscit Harl. 2. *frustrationem eam legis tollendam esse* Hav. eujus librarius non intellexit vulgatam lectionem ejusque elegantiam, de qua vide ad v. 3. § 5.

§ 2 *P. Lucretius præfector Urbis*] Suspectum est prænomen *Publius*, pro *Lucius*, qui triennio ante consul fuerat. Nam omnes præfecti Urbis ante hoc tempus consulares fuerunt. Q. Servilius supra c. 3. L. Valerius c. 5. Q. Fabius c. 8. et c. 29. Duk. Utramque lectionem præfert Flor. obferens *P. L. Lucretius*: et sic Dükeri conjecturam firmat.

§ 3 *Erat et nova exorta caussa modi Delph. et Var. Clas.*

tus] Amphibolon in *motus* participio et nomine, et *nova exorta causa* in nominandi casu et vocandi [l. aufrendi]. Res digna, ubi exerceantur curiosi grammatici. *Glar.* Nullum in his amphiboloni esse existimo. Quisquis enim ad mentem Livii adtendit, facile intelligit, *nova exorta causa* casu primo ponit; τὸ *motus* autem non participini, sed nomen esse casu secundo; ac Livium dicere velle, præter contentiones de lege Terentilla novam certaminum cum tribunis caussam exortam esse. Vox et culpa scribæ non adparet in Lipsiens. *nona*, pro *nova*, præfert Klockian. Tum *motus* male exsulat ab Hav. pro eo *timoris* præfert Hearnii Oxoniensis L. 2. unde effici potest, in quodam codice *metus* scriptum fuisse, cuius glossa erat *timoris*. *Metus* autem et *motus* inter se commutari, videbimus ad iii. 69. § 2. *Caussa motus* est in Lipsiens. Sed litera *a* vocis *motus* capiti adhæsit ex fine vocis præced. Vide ad xxxviii. 29. § 8. et mox ad § 5. hujus cap.

A. Cornelius et Q. Servilius quastores] L. Cornelius Harl. 2. Lipsiens. Hav. et Hearnii Oxonienses L. 2. et B. Præterea atque *Servilius*, quas vidi, edd. usque ad Aldum, qui primus substituit et Q. *Servilius*: idem in plerisque nostris superest. Reliqui manifesta vestigia ejus lectionis servant: nam *etque Servilius* præfert Harl. 1. et Quintius *Servilius* Port. Pighius in Annal. ad A. U. C. ccxciv. p. 128. testatur, quosdam codd. Luvianos habere et C. *Servilius*, eumque hoc modo adpellat in serie magistrorum hujus anni. Sed, lectionem illam in nullo codice vel scripto vel impresso mihi obviam fuisse, profiteor. Mox inde Volscio, pro *M. Volscio*, fragni. Hav. a m. pr. Vide ad iv. 52. § 4.

Quod falsus haud dubio testis in Kæsonem exstitisset] Vet. lib. *haud dubie*. Sigon. *Sigonius haud dubie*, ut ha-

bent Pall. *Gebh.* *Haud dubie* quoque non modo omnes nostri manu exarati, sed etiam excusi, quosecumque vidi, usque ad Frobenium, qui a. 1535. *haud dubio* substituit. Supra 1. 9. ‘Et haud dubie ad vim spectare res cœpit.’ 11. 23. ‘Consules ipsos tergiversari, nec dubie ludibrio esse: ubi quidam etiam, nec dubio ludibrio esse. Infra hoc lib. c. 38. ‘Id vero regnum hand dubie videri.’ v. 33. ‘Alpinis quoque ea gentibus hand dubie origo est.’ XXXIV. 2. ‘Haec consternatio muliebris, sive sua sponte, sive anchoribus vobis, M. Fundani et L. Valeri, facta est, hand dubie ad culpam magistratum pertinens: ubi iterum recentiores edd. *haud dubio*, sed sine ullius codicis consensu. Vide quæ ad eum locum notantur. In verbis seqq. *diem dixerunt*, pro *d. dixerant*, Gaertn. *dixerint* Voss. 2. In reliquis recepta scriptura superest, nisi quod *dixerat præferant* Leid. 1. et Lipsiens.

§ 4 *Multis enim emanabat indiciis]*
Non aliter Pal. 2. 3. et Andreæ atque Campani edd. et quidem eleganter. Sic 1. 16. ‘Manavit enim hac quoque, sed perobscura fama.’ Pal. 1. *multis enim eminebat indiciis*. Vereor, ut perperam. *Gebh.* *Manebat* Port. a m. pr. *emanebat* Voss. 2. *eminebat* Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Sed recte vulgatum probavit Gebhard. Sæpe Livius hoc verbo usus est de illis, quæ in vulgus exeunt, ac nota fiunt. Infra VII. 39. ‘Primum admiratio, deinde haud dubius timor incessit animos, consilia sua emanasse.’ VIII. 3. ‘Per quosdam, privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos, indicia conjurationis ejus Romain emanarunt.’ XXIX. 34. ‘Petriculum erat, ne vera eo ipso, quod celarentur, sua sponte magis emanarent.’ XL. 54. ‘Quum multa adsoleat veritas præbere vestigia sni, omni ope adjuvabat, quo maturius omnia emanarent.’ XLII. 14. ‘Bello

deinde perfecto, quæque dicta ab rege, quæque responsa essent, emanavere.’ c. 16. ‘Refugernut eo cursu, ut, quum unus non facile sequendo per invia atque ardua moraretur fugam eorum, ne comprehenso indicium emanaret, occiderint comitem.’ XLIV. 35. ‘Qno quæque adecuratus curantur, eo facilius loquacitate regiorum ministrorum emanant.’ Deinde nec fratr. Volsci, pro neque fratr. Volscii, Gaertn. Ideo forte nec librarius dedit, quod ea vox mox subjunctionatur. Verum, recte post tò neque voculam nec inferri, videbimus ad IX. 9. § 14.

Ex quo semel fuerit æger, umquam non modo visum] Ex quo fuerit æger, una voce omissa, fragm. Hav. a m. pr. *ex quo semel fuit æger* Port. a m. pr. Forte scriptum fuerat *fu'it*. Sed additam notam librarius postea neglexit. Vide ad XL. 14. § 3. Deinde nunquam non modo visum Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Port. Sed librarius in Voss. 1. primæ literæ *tō* numquam signum addidit, ut indicaret, eam delendam esse. Ita antem olim datum fuisse videtur, quod non modo pro non modo non sapissime usurpari non subcurreret. De eo vide ad XXV. 26. § 11. non umquam modo visum Harl. 2. et Hav.

Ne adsurrexisse quidem ex morbo multorumque tabe mensium] Addit Buslidianum exemplar mortuum, quod videtur deesse ad complementum sententiæ. Nannius. Vet. lib. multorumque tabe mensium mortuum. Sington. *Tò mortuum*, quod viri docti ex MSS. addendum monent, superest constanter, non modo in omnibus scriptis, sed etiam in vetustioribus excensis. Frobenius demum ejecit a. 1535. sed dubium est, utrum deliberato animo, an errore operarmu. *Ne ads. quidem eorum morbo* est in Harl. 1. *moltuorumque in Lipsiens.* Tum mensum mortuum pro mensium mor. Flor.

§ 5 *Secum eum tum frequentemque ad signa sine ullo commeatu fuisse]* Vet. libri frequentem ad signa. Sigou. Priorem lectionem frequentemque retinent ex meis Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Harl. 1. Port. et fragm. Hav. Nihilominus tamen alterum præfero. Non enim qui Kæsonem falso Volscii testimonio obpressum contendebant, duplii pugnabant argumento, (quod eo tempore, quo Volscii fratrem male mulcasse dicebatur, secum fuerit, et frequens ad signa fuerit;) sed unico tantum, quod illo tempore a castris non abfuerit. Addunt tamen secum frequentem, tamquam caussam, quamobrem ipsi id noverint, et ut testimonio fidem concilient. Ad hoc euntem, pro eum tum, habet fragm. Hav. τὸ τοῦ εξελατὸν αὐτῷ τοῦ πορτοῦ. Præterea sine aliquo commeatu idem Port. sine ullo comitatu Hav. Paullo ante meruerunt multæ ex primis edd. invitit MSS. qui servant meruerant, quod jam in Veneta a. 1495. obvium fuit. Ameruerant est in Lipsensi. Sed prima litera male repetita est ex fine vocis præced. Vide hoc cap. ad § 3.

Ita esse, multi privatim serebant Volscio judices] Repone, nisi ita esset, multi privatim serebant Volscio judicem. Quum ad judicium ire non auderet, omnes eas res in unum congruentis haud magis dubiam damnationem Volscii, quam Cæsonis Volscio teste fuerat, faciebant. Est autem 'ferre judicem,' velut offerre judicem. Sic infra hoc lib. c. 57. 'Proinde, ut ille iterum ac sæpius provocet, sic se iterum ac sæpius judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitatem dederit.' Verba sunt L. Virginii adversus Ap. Claudium. Hoc sermonis genere et M. Tullius utitur. *Rhen.* Quidam libri ita esse, multi privatim fer. V. jud. Lege ni ita esset, &c. Solennis enim hæc particula in ferendo judice, ut infra hoc lib. c. 57. Vide Briss. de Form. v. p. 413.

et 414. Hac antem pharsi 'ferre judicem' utitur Liv. hoc lib. loc. land. VIII. 33. 'Provoco ad populum, enique tibi judicem fero.' IX. 1. 'Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram.' Vide Brisson. de Formulis lib. v. et de Verb. Signif. quæ ad jns pertinent lib. vi. *Klock.* Multi privatim fer. V. judicem ab Curione est. Andreas et omnes usque ad Frobenium *judices*. Ego etsi in membranis promiscuis illud reperiam, tamen, quia omnium optimæ Florentinæ *judicis*, probo *judices*. Sic enim locutus est, quia præcessit *multi*, et aliis alium. Tale in duodecim: 'libras farris in dies dato:' quia enim dies, ideo libras: quod est quovis die libram. Vide ad iv. 15. *J. F. Gron.* Judicem etiam omnes nostri præter Leid. 2. qui dedit *judicium*. Patet librarium non intellexisse locutionem 'judicem ferre,' eamque locum corrumpendi caussam fuisse. Non intellexit etiam Aseensius, qui a. 1513. in margine monuit, se libentins legere serebant *Volscio indices*. Inlustrat eam Hotomann. ad Cic. Orat. pro Q. Rose. Com. c. 15. Rectius certe, quam Menard. ibid. ut ex hoc loco constat. Vide etiam Budæum Annot. ad l. 2. § 24. ff. de Orig. Jur. pag. m. 90. Quamvis antem enim Gronov. probem *judices* ob codicis Florent. auctoritatem, alterius tamen lectio *judicem*, non Curionem, sed Rhenanum auctorem esse, hujus præmissa adnotatio evincit. Quin etiam antequam Curio Livinm ederet, ita jam vulgarant Frobenius a. 1535. Basileenses quadriennio postea, tum Vascosan. et anno uno ante Curionem Gryphius. Ceterum licet Rhenan. in Annot. nisi ita esset scribi jnsserit, Frobenius tamen, qui plerasque ejus emendationes in contextum recepit, edidit ni ita esset; idque per omnes edd. deinceps propagatum est. Necio tamen, an alteri præferri debeat.

Certe omnes nostri constanter præferunt nisi ita esset: (præter Flor. in quo est *ni ita esset multis privatius*) et ita etiam ediderunt Mediolan. a. 1505. Quod ut recipere, tot codicium constans auctoritas mihi persuasisset, nisi obstitisset auctoritas Brissonii, qui notat de Formul. v. pag. m. 369. et 370. in faciendis sponzionibus ac ferendis judicibus particulam *ni adhibitat fuisse*. Vide etiam viros doctos hoc lib. ad c. 57. § 5. Præterea *privati ferebant*. Sed in finale a librariis pro arbitrio vel adjectum vel omissum esse, modo dictum est ad § 1. huius cap. *Privatum inferebant* habet Harl. 2. Sed syllaba in vocis initio adcrevit ex litera finali praecedentis. Vide ad v. 23. § 5.

§ 6 *Quum ad judicium ire non auderet*] Usitatius ad judicem. Infra c. 56. ‘Si ad judicem non eat.’ c. 72. ‘Si ad judices alios itum foret.’ Et ita sæpe iurisconsulti in Pandectis. Duk.

Omnes eæ res, in unum congruentes, ... teste fuerat, faciebant] Quidam hos nominativos *omnes eæ res in unum congruentes* in accusativos mutarunt non bene, meo judicio. Nam faciebant, verbum nullum aliqui habebit nominativum. Glar. Rhenanus erat qui, pro *omnes eæ res in unum congruentes*, superiori adnotatione legi jubebat *omneis eas res in unum congruentis*, qua lectione admissa, faciebant, ut Glareanus observat, non habet quo referatur. Retulisse itaque accusativos illos inter errores typographorum, et quidem tanto magis, quod altera Rhenani emendatio *Nisi, vel Ni ita esset*, quam eadem opera proponit, in contextum admittatur, non vero haec *omneis eas res in unum congruentis*; nisi vidissem eamdem lectionem in multis MSS. superesse. Nam *omnes eæ, vel haec, vel hec res in unum congruentes tantum invenio in Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav.* Contra *omnes eas in in unum*

congruentes in Voss. 1. *omnes eas res in unum congruentes* in Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. et *omnes eas res in unum congruentes* in Voss. 2. a m. sec. qui et *omnes eæ res a m. pr. habuit*. *Omnes eas res in unum congerentes* Leid. 2. quæ posterior lectio saltem non peccat in regulas grammaticorum. At præferenda tamen vulgata. ‘Congrnere in unum’ enim locutio est alibi non semel a Livio usnrpata. Infra xxix. 6. ‘Principio ab Numidis facto et Brattiis, non societate magis Punica, quam suopte ingenio congruentibus in eum morrem’ ubi vide Gronov. alia exempla laudantem. Præterea fuerant, faciebat obfert Leid. 1. fuerant etiam Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. utrumque mendose: ut et, quod Gaertn. servat, *quam quod Kæsonis Volscio testis fuerat*. Mox in morum tribuni Flor.

§ 7 *Extracta utraque res in consulum adventum est*] Extracta res utraque Leid. 2. Mox in consulum in adv. est Hav. in consulum est adv. alio ordine, Gaertn.

§ 8 *Victore cum exercitu Urbem inierunt*] Ineidē cum exercitu Gaertn. victorie cum exercitu Lipsiens. Tum vox urbem exsulat a Leid. 2. In verbis præcessit. Qui ibi, pro Qui ubi, præfert Lipsiens. Vide ad xxvii. 5. § 2. Paullo post de lege erit Voss. 2. pro de lege erat.

Magna pars credebant tribunos] Credebat prisæ edd. Pro quo Aldus admissit *credebant*, concincentibus omnibus meis. Vide ad v. 38. § 9.

§ 9 *Etenim extremum anni jam erat*] Et *extremum anni jam erat* Voss. 2. etenim *extremum jam anni erat*, in aliquam seriem digestis vocibus, Gaertn. Mox a lege Leid. 2. fragm. Hav. et Gaertn. Deinde adverterant, pro averterant, Lipsiens.

§ 10 *Æquis pax est petentibus data*] *Æquis est pax pet. data* Harl. 2. Hav. et Lipsiens.

Idque lustrum ab origine Urbis deci-

*mum conditum. Fuerunt censa] Ab origine urbis decimum conditum Harl. 1. decimum conditum ferunt. Censa Leid. 2. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. cum piiscis excensis. Verum non inmerito illud ferunt posterioribus editoribus displicuit. Non deceat enim, Livium de re, quam ex monumentis suo tempore exstantibus certo scire poterat, ita dubitanter loqui. Moguntini itaque ediderunt *decimum conditum fuit. Censa*: sed sine auctoritate ullius codicis. Idem tamen voluisse videtur librarius Lipsiens. qui dedit *decimum conditum fuerat. Censa*. Aldus primus vulgavit, *decimum conditum. Fuerunt censa*, quod verum est, et servant reliqui MSS. mei. Alibi etiam ferunt et fuerunt commentantur. Vid. ad v. 44. § 4.*

*Civium capita centum triginta duo millia quadringenta novem] Hæc lectio demum orta est ex ultima Gruteri; in qua, quum priores per notas numerales scripsissent *CCCCXIX. datum est quadringenta novem, pro novemdecim.* In hac re sæpissime ab eadem ed. turpiter erratum esse, videbimus ad *XLIV. 28. § 14.* Verum nondum ita omnia persauata: *civium capita C. XXX. V. CCC. XVIII. C. XVII. CCC. XIX.* Voss. 1. et Leid. 2. *civium capita CXXXII. CCCXVIII. CXVII. CCCXIII.* Leid. 1. *civium capita CXVII. CCCXVIII.* Flor. *civium C. XXII. CCCXVIII. ex VII. XVIII.* Lipsiens. *civium capita CXXXII. milia CCCXVIII.* Gaertn. *civium capita C. XXXII. CCCXVIII. CXII. CCCXVIII.* Klockian. *civium capita CXXXVm. CCCXVIII.* Voss. 2. *civium capita CXXXII. aCCCXVIII.* Harl. 1. *civium capita dCCCC. LX. XXVIII.* Portug. *civium capita CXXVm.* fragm. Hav. a m. sec. priori lectione penitus erasa, ut amplius intelligi nequeat. *Civium capita centum triginta duo millia tricenta decem et octo* Harl. 2. et Hav. nisi quod pos-*

terior habeat *trecenta: civium capita CXXXII. millia CCC. decem et octo* Hearui Oxon. B. *civium capita CXXXIII. millia CCCXVIII.* Oxon. C. *civium capita CXVIII.* Oxon. N. Ex his patet, *quadringenta*, quod est in omnibus editis, in nullo scripto superesse, sed plerosque loco ejus præferre *trecenta*. Præsertim autem ex propositis codicium lectionibus adtendendum est ad eas quæ obseruntur in Voss. 1. et Leid. utroque, ac prima fronte reliquis corruptiores videntur; sed tamen, nisi fallor, viam ad veriorem lectionem inveniendam monstrabunt. In illis autem duplarem a libraiis lectionem perscriptam fuisse puto: et quidem in Voss. 1. et Leid. 2. *centum triginta quinque millia trecenta octodecim, et centum septendecim millia trecenta novemdecim:* in Leid. 1. autem *centum triginta duo millia trecenta octodecim, et centum septendecim millia trecenta quatuordecim.* Jam vero ex duplice illa lectione præfendum judico numerum millenarium, quem Leid. 2. obserf., *civium capita centum septendecim millia.* Eamdem etiam duplē lectionem dare voluisse videntur libraii codicum Lipsiens. et Klockian. nisi quod secundo loco, ille, obfensus credo tot numeris junctis, unde se extricare non poterat, notas, quibus *trecenta* indicaret, omiserit: nam, pro *ex VII. legendum, CXVII.* hoc vero per errorem, neglecto numeri quinarii signo, *CXII.* pro *CXVII.* dederit. Cur autem id vulgato præferam, illa est caussa, quod c. 3. hujus libri, ubi Livius proximo lustro censorum civium numerum refert; pro *centum quatuor et viginti millia*, ex consensu codd. scriptorum *centum quatuor millia* receperim; et quinque vel sex annis cives tantopere anctos non credam, ut numerum eorum, qui ultimo lustro censi sunt, viginti octo millibus superent. Accedit, quod idem numerus millenarius etiam constan-

ter prodatur in MSS. Epitomes Livianæ, ut et in priscis ejus edd. usque dum Aldus vetustam lectionem mutarit, substituens, quam editi hoc loco exhibent. Hujus Istri censem memorat etiam Entrop. Breviar. I. 16. ubi nunc ita editur: ‘Post hæc census in Urbe habitus est, et inventa sunt civium capitum **CXIX.** millia.’ Verum summa illa neque Livio neque ejus Epitomæ convenit. At viri docti, qui codd. Entropii scriptos excenserunt, monent, se in uno Leid. omnium optimo et duobus Oxon. eidem concinentibus reperisse et inventa sunt capita civium **CXVII.** millia, **CCCXIX.** neque inde differre Pæonium, Græcum Entropii Metaphrassten, qui præfert, καὶ συνηριθμήθη πλῆθος ἀνδρῶν ἐκατὸν δέκα καὶ ἑπτὰ χιλιάδες, καὶ τριακόσιοι, καὶ δέκα, καὶ ἑννέα. Et, hanc lectionem recipiendam esse in Entropio, nullus dubito, quamvis alter Hearnio visum fuerit, qui ad Livii subptationem, adfirmantis hoc Istro censa fuisse **CXXXII.** millia **ccccxix.** Entropium emendandum existimabat, idque hac ratione, quod reperiantur codd. in quibus tam in Livii lib. III. quam in ejus Epitome numeri nihil inter se discrepant, ut de illorum fide dubitandum non sit. Quod quam verum sit, ex utroque productæ variantes scripturæ testantur. Contra si in Entropio recipiamus lectionem, quam tres codd. et Pæonius veram esse clamant, cum qua magnam partem etiam concinunt omnes codd. Epitomes Livianæ et ejus vetustiores edd. amice omnes consentient cum altera lectione, quam ostentant Voss. I. et Leid. 2. et a qua tantum parum abit illa, quæ secundo loco est in Leid. I. Lipsiens. et Klockian. Eam itaque tamquam veriorem recepi, et hic legendum putavi *civium capita centum septemdecim millia trecenta novemdecim*, quamvis in Epitome restituerim *centum septemdecim millia ducenta novemdecim*. Ob-

servarunt enim sæpe viri docti, non semper et ubique inter Livium ejusque Epitomen convenire. Si tamen eos dissentire displiceat, in illa potius *trecenta*, quam hic *ducenta* admittendum existimo. Eo enim mihi inclinat animus ob codicem Entropii et optimorum Livii auctoritatem.

§ 11 *Magna domi bellique eo anno gloria fuit] Domi belli, exclusa copula*, Voss. I. Mox τὸ tamen abest ab Hav. Alibi sæpe Livium post voculas ‘etsi,’ ‘quamquam,’ ‘licet,’ similesque, vocem *tamen*, quæ pleniusque inferri solet, omissose, probatur ad XXII. 20. § 1. hic tamen eam servandam esse, reliquorum codd. in ea tundenda conspiratio evincit.

*Minus tamen, quam alias, infesta civitas fuit] Infecta Klockian. solita scribarum deerratione. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Met. IV. 618. et Burm. ad Ovid. Ibid. vs. 246. Ita male in uno eorum Lucani codd. quos Heinsius contulit, est IV. 736. *infesta que semper Punica, pro infectaque s. P. ut vulgo editur.**

CAP. XXV. § 1 *L. Minucius inde et L. Nautius consules facti] Pro L. Nautius legendum ex Dionysio lib. X. p. 648. C. Nautius iterum. Nam tertio post occisos Fabios anno consul fuit cum P. Valerio. Glar. Ego, sequentus Dionysii (lib. x. p. 648.), Diodori (Bibl. I. XI. p. 287.), et Capitoliniorum lapidum auctoritatem, C. Nautius lego. [‘Hoc ante Sigoniu[m] etiam annotavit Glareanus.’] Sigon. Pall. I. ac 3. *Munitius.* In prænomine Nautii nihil omnino tres MSS. ac binæ edd. discedunt ad Loritum censem reponendum C. Nautius. Gebhard. Priori consuli prænomen Quinti tribuit Aurel. Vict. de Vir. Instr. c. 17. *Marei Florus* I. 11. § 12. et Zonaras Annal. VII. 17. Sed Livio consentiunt Dionys. Diodor. locis laud. Valerius Max. II. 7. § 7. et ipse sibi *Livius VIII. 33.* Idem de Fastis Capitol. notavit Anna Fabri ad Aurel.*

Vict. Sed male. Minucii enim nomen in his monumentis temporum injuria periit. Quod itaque Siganus de Nautio, cuius nomen superest, tradidit, id ipsa, non inspectis tabulis, de ejus collega etiam verum credidit: quem tamen, si Fastos evolvere et oculos in eos conjicere dignata fuisse, temporum injuria interceptum esse vidisset. Præterea alterum consulem Nautium *Lucii* prænomen habuisse adfirmant omnes nostri, et Hearnii Oxon. N. qui error vel Livii, vel potius librariorum habendus est; nisi credere velimus, alios antores Livium, alios Fastorum conditores ac reliquos qui nunc supersunt scriptores secutos esse. Sed prius verius puto. Nautium autem *Caii* prænomine appellandum, idque Livio restitendum esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad an. CCXC. pag. 128. Non necesse tamen, ut cum eodem Pighio et Glareano legamus *C. Nautius iterum*. Rationem dedi ad II. 16. § 7.

§ 2 *Eodem modo consules legem*] *Eodem anno*, id est *Eodem anno*, perperam Leid. 2.

In quæstoribus novis major vis, major auctoritas erat] Præpositionem non agnoscit Hav. Præterea voces *major vis* absunt a priscis excusis, quas primus interposuit Aldus, et servant omnes scripti, præter unum Voss. 2.

Errori causam dedisse videtur *τοῦ major repetitio*. Similiter infra locutus est Liv. xxi. 44. ‘Tanto audacius fortiusque pugnaturi, quam hostis, quanto major spes, major est animus inferentis vim, quam arcentis:’ ubi olim edebatur *majorque est animus*. Sed Gronov. recte copulam delevit, et formulam loquendi hoc Livii loco adduxit inlustravit.

§ 3 *Cum M. Valerio, Valerii filio, Volesi nepote*] Puto enim loqui de M. Valerio, Marci filio, de quo A. U. C. CCLIII. aut A. U. liberatae IX. (l. II. c. 18.) cuius pater, Publicolæ frater, in pugna ad Regillum laenam occiditur, qui eo loco etiam ‘Fusius’ dicitur. Quare legendum puto cum M. Valerio Marci filio. Nam Valerii filio ut legam, persuaderi non possum. Glar. Supra duos Marcos Valerios mortuos legimus, unum ad lacum Regillum, II. 20. alterum augurem in pestilentia, III. 7. quorum unus pater, alter filius fuit. Qui vero nunc quæstor esse dicitur, is est procul dubio, qui biennio post consul in Capitolinis tabulis *Manii filius, Volusi nepos* dicitur. Itaque hoc loco lego M. Valerio M'. F. Volusi nepote. Neque enim, cum quis nominabatur, a patris nomine gentilitio, sed a prænomine ostendebatur. Horum autem stemma est hujusmodi:

VOLUSUS VALERIUS.

P. Valerius Poplicola qua-
ter consul an. 245. 246.
247. 250.

P. Valerius Poplicola Cos.
an. 292. in prælio con-
tra Herdonium
cecidit.

M. Valerius, consul an. 249.
ad lacum Regillum
periit.

M. Valerius, quem quidam
ainit dictatorem fuisse
an. 253. augur mor-
tuus an. 289.

M'. Valerius dic-
tator an.
260.

M. Valerius quæ-
stor an. 294.
Cos. an.
296.

Sigan. O otiosissima ingenia, qui possunt in nugis non solum verti, sed etiam torqueri! Videsis alios pejorantes super re incertissima, alios magno conatu, majore vanitate stemmata deducentes. Antiquitati faci-

ant alii fncum, et snum otium disperdant: inveni in MSS. codd. vulgatam lectionem. *Gebh.* Quæ hic de stirpe Valeria habet Siganus, nec omnia æque liquida sunt. M. Valerii fratri Publicolæ filium, quem primum

dictatorem fuisse quidam tradiderunt, *Marcum* prænomine vocat: at *Livius* II. 18. et *Festus* in ‘Optima lex’ vocant *Manium*. Et sic Pighius ad A.U.C. CCLII. Deinde quod hunc, qui ipsi Marcus est, eundem esse putat, quem *Livius* III. 7. angrem, et A.U.C. CCLXXXIX. mortuum fuisse dicit, id in sola conjectura positum est; nam augur ille etiam potuit esse P. Valerii Publicolæ filius, et P. Valerii Publicolæ, qui in oppugnatione Capitolii cecidit, frater, quem memorat Dionysius VI. 12. Sed si idem fuit augur, et is, quem primum dictatorem fuisse a nonnullis proditum est, vel in *Festo* et *Livio* II. 18. legendum est *Marcus*, vel in *Livio* III. 7. *Manius*. Duk. Quidquid dicat Gebhardus, conatum *Sigonii*, priorum Valeriorum stemma indagantis, landandum duco, quippe ex quo invento plurimum *Livii* locorum vera lectio pendeat. Et quidem recte videntur observasse Glareanns et *Sigoni*, vulgatam scripturam *Valerii filius* ferri non posse, licet ita etiam præferant nostri codd. Consuetudini enim et *Livii* et aliorum scriptorum Romanorum adversatur, ut, qui ali-

quem a patris nomine describat, ejus nomine gentilicio utatur: de eo enim dubitari nequit. Ubique id faciunt a prænomine paterno. Interdum etiam, sed rarius, id a patris cognomine, præsertim si is eo notissimus evasit, facere soliti fuerunt. Vide ad IV. 45. § 5. Probari vero nequit, id quod Glareano in mentem venit, *Livium* loqui de eo *Valerio*, qui a. CCLIII. ex quorundam opinione dictator memoratur apud *Livium* II. 18. adeoque legendum esse *M. Valerio M. filio*. Verosimile enim non fit; illum, qui anno CCLIII. ejus ætatis erat, ut dictator dici potuerit, deinde anno quadragesimo secundo postea quæstorem creatum esse. Præterquam quod, eum potius *Manii* prænomen habuisse, ibidem monuerim. Contra, sententia *Sigonii* longe probabilior est, legendum esse *M. Valerio, M'. filio, Volesi nepote*, et indicari eum, qui birenio post consul fuisse dicitur c. 31. Adeoque pater ejus erit *M'. Valerius Volesi filius*, qui dictator memoratur II. 30. Ut initia gentis Valeriae tanto notiora fiant, ejus stemma ita disponendum puto:

VOLUSUS VALERIUS.

P. Valerius Volusi F. Populi- cola Cos. prim. an. 241. Liv. ii. 8. Cos. II. an. 245. Liv. II. 9. Coss. III. an. 246. Liv. II. 15. Cos. IV. an. 249. Liv. II. 16. moritur an. 250. Liv. II. 16.	M. Valerius Volusi F. consul an. 248. Liv. II. 16. perit pugna ad Regillum an. 252. Liv. II. 20. Dion. VI. p. 349.	L. Vale- rius Vo- lusi fili- us,	M'. Valerius Volusi F. dictatoran. 259. Liv. II. 30. Fast. Capit. Tri- umph. quo tempore <i>Maximus</i> cog- nomen accepit. Zonar. Ann. vii. 14. Angurem mortuum esse an. 290. credit Pigh. in Ann. ad an. 259. p. 89. vid. Liv. vii. 7.
P. Valerius, M. Valerius, occisus in pugna ad Regillum an. 252. Dion. VI. P. 350.	P. Valerius P. F. Volusi N. Poplicola Cos. an. 278. Liv. II. 52. Dion. IX. p. 586. interrex an. 291. Liv. III. 8. Dion. I. IX. p. 624. Cos. II. an. 293. quo tempore adversus Herdonium pugnans cecidit Liv. III. 15. § 18. Dion. X. p. 634. Fasti Capit.	M'. Valerius L. Valerius M. F. Volu- si N. prae- stor an. 268. dictator di- citur fuisse Festo voc. , Optima lex, quod negat Liv. II. 18.	C. Valerius L. F. Volu- si N. Poti- tus Volusus sus tr. mil. cons. pot. p. 541. Cos. an. 338. 346. &c. Liv. II. 42. v. Fasti Capit.
L. Valerius P. F. P. N. Poplicola Potitus, me- moratus Liv. III. 39. et Dion. XI. p. 688. consul, quo anno decemviris ma- gistratus abrogatur. Liv. III. 55. Dion. XI. p. 725.			

His alia addi, et series ulterius deduci posset, verum quum in illis plura conjecturis tribuenia forent, ea omittenda duxi,
veritus ne haec etiam Gebhardi similibus nimia videantur.

Quæstor erat T. Quinctius Capitolinus] Prænomen Quintii *Titus* omittitur in Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn.

Neque reipublicæ maximus juvenum restituui posset] *Juvenum maximus restitui posset* Voss. 1. et Leid. 2. *maximus restituui posset juvenum* Port. Paullo ante *Is quem*, pro *Is quoniam*, Lipsiens. Forte *quom* scriptum invenuerat; ut in aliis codd. præsertim Gaertn. sæpiissime exaratur: quod non intelligens mutavit in *quem*. *Quum autem sive quom et quoniam sæpe commutantur*. Vide ad iv. 29. § 6. Reliquam tamen *quoniam* obferunt. Mox in verbis seqq. qui deīn *caussæ*, pro *qui dicendæ causæ*. Gaertn. errore scribarum.

§ 4 *Quum Virginius maxime e tribunis de lege ageret]* Adsentiuntur hinc lectioni antiquitus cusi, nisi quod *ex tribunis*. Alias MSS. Pall. *Cum Virginius maxime et tribuni de lege agerent*, Gebb. Repone cum MSS. et Aldina *Quum Virginius maxime et tribuni de lege agerent*. Quia tribunus erat ipse Virginius, putaverunt non bene dici *Virginius et tribuni*. At notum est illud, *Zεῦ καὶ θεοὺς*. Plaut. Captiv. v. 1. 1. ‘*Jovi Deisque ago gratias*.’ Petronius cap. 2. ‘*Pindarus novemque Lyrici*.’ Sic ix. 15. ‘*An consulum Papiriique præcipuum id decus sit*’ ita omnes calamo exarati: quod quibus insolens videbatur, ita mutarunt *consulis Papirii*: idem genus non intellectum xxx. 12. ‘*Misso Syphace et captivis, cæteras urbes Numidiæ*’: hæc vetus lectio est. Quoniam vero captivus et ipse Syphax, fecerunt *Misso Syphace et cæteris captivis urbes*. J. F. Gron. *Quum Virginius maxime et tribuni de lege agerent* etiam omnes nostri, nisi quod *et tribunis* ex Harl. 1. notatum videam, et *ageret præferant* Leidens. ainbo. Suos etiam codd. *et tribuni de lege agerent exhibere*, testatur Hearnius: quod genus loquendi recte illustravit Grouovius. Similiter loqui-

tur Liv. xxi. 40. ‘*Ut consulem dum aduersus Hannibalem et Pœnos haberetis*’ xxxv. 31. ‘*Quinctius legatus Corinthum redierunt*’ cap. 37. ‘*Pulsum opibus eorum, qui Romanæ societatis erant post T. Quinctii legatorumque adventum*’ At T. Quinctius unus erat legatorum, quos senatus ad tenendos sociorum animos in Græciam miserat. Vide ipsum Liv. xxxv. 23. unde *T. Quinctius legatus alii* cap. 31. dixit. Ejusdem generis etiam illud eodem l. xxxv. c. 44. ‘*In concilium ut ventum est, ægreæ Phæneæ prætore principibusque introductus*’ ubi cod. Mogunt. præfert *principibusque aliis*: non recte. xxxviii. 31. ‘*Quum in fidem Achæorum tutelamque T. Quinctius et Romani Laconicæ oræ castella et vicos tradidissent*’ xxxix. 6. ‘*Tum psaltriæ sambuci triæque et convivia ludionum oblectamenta epulis addita*’ xl. 13. ‘*Ut Popillius et ea legatio, quæ missa ad Autiochum erat, Romam rediit*’ ubi vide Gronov. cap. 42. ‘*Bitis regis Thraicum filius cum obsidibus in custodiam Carseolos est missus*’ Erat enim Bitis unus obsidum: unde mox idem Livius paullo post: ‘*Bitis, cum ceteris obsidibus a Carseolis arcessitus, ad patrem cum legatis missus*’ Ita et Plaut. in Captiv. iv. 2. 88. ‘*Jupiter te Diique perdant*’ Cæsar Bell. Gallici vi. 24. ‘*Circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Græcis fama notam esse video*’ ad quem locum Davis. vulgatam hanc scripturam defendere conatur adversus Cluverium German. Antiq. iii. 47. et aliis quibusdam Græcis reponente, hoc argimento, quod Eratosthenes proprie non fuerit Græcus, sed Cyrenaicus. Quum tamen Græce scripserit, coque nomine quasi Græcus dici possit, non opus est, ut eo confugiamus, quum Cæsar ‘*Eratostheni et quibusdam Græcis*’ eadem figura dicere potuerit, qua hic Livius

'Virginius et tribuni.' Similiter *Divus Lucas Euang. c. xxii. comm. 29.* 'Ιδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα: ubi vide Priceum. Etiam Rutgers. lib. Var. Lect. 1. 8. Schelium ad Hygin. Gromat. pag. 1052. Gronov. ad Liv. xxxi. 18. Burmann. ad Petron. Satyr. c. 2. et quæ infra notantur ad xxii. 55. Porro Aldus quidem veram lectionem in contextum admisit, sed adeo non intellexit, ut in erratis pœnitentia ductus alteram scripturam revocandam monnerit.

Duum mensium spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem] Duorum mensium Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Sed quum plures, et inter eos meliores codd. vulgatum servent, alterum a manu interpolatrice esse, nullum est dubium; eo magis, quia Livius simili contractione uti gavisus sit. Vide ad xxii. 22. § 5. *Duum mensum* Flor. Tò est mox omittit fragm. Hav. Deinde ad inspiciendum legem Leid. 2. Harl. 2. et Hav. Vide ad xl. 49. § 1. Reliqui tamen codd. hic stant ab edita lectione, nisi quod vocem legem omittat Voss. 2. Quare eam etiam præfero. *Ab inspicienda lege perperam est in edit.* Veneta a. 1498.

Quum edocuissent populum] Quum docuissē Leid. 2. *quum docuissent* Flor. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Sed male. Vide hoc lib. cap. 18. § 6. Mox in urbe facit, pro in u. fecit, Leid. 2.

§ 5 *Nec diurnam quietem Aequi derunt]* Valerius Max. ii. 2. (cap. 7. ex. 7.) enī 'Equicolis' hoc bellum fuisse ait. Quare lector secum perpendat, num Aequicoli, aut Aeqnico-læ, enī Equis idem sit populus, an apud Valerium menda. Cum Livio enim concordat in nomine Dionysius x. 648. Plinius 'Aequicolanorum' iii. 12. meminit. Ptolemæus 'Aequicolos' appellare videtur iii. 1. unde quidam 'Aequos' cum diphthongo, ut 'Aequicolos,' scribunt. Glar. 'Aequos' et 'Aequicolos' eosdem esse,

idque nomen etiam sine diphthongo *Equiculus*, sed apud Virgil. En. ix. 684. ubi alii *Aquiculus* legunt, scribi, auctor est Cluverius, quem vide Ital. Antiq. ii. 16. p. 773. etiam Cellar. Geograph. Ant. ii. 9. p. 495. Ceterum dedere, pro dederunt, Harl. 2. Port. Hav. et Lipsiens.

Quod ictum erat priore anno] Quod dictum erat Voss. 1. Leid. ambo, Lipsiens. et Port. prima litera τοῦ dictum perperam repetita ex fine preced. vocnlæ *quod*: id autem librarii familiare esse, jam supra monuimus, et infra sæpe monendum erit. Vide ad x. 17. § 10. 'Ictum fœdus' inlustravimus ad t. 25. § 1.

Imperium ad Gracchum Cluilium deferunt] Veteres libri omnes constans habent *Clælium*. Quamquam Dionysii l. x. p. 649. Κολιον edit; ut puto, mendose. *Sigon.* Quis hic fecerit imperatorem *Cluilium*, nescio. Pall. tres veteresque editi *Clælium*: ut et infra cap. 28. *Gebh.* Si tamen veteres edd. consuluisset Gebhardus, discere potuisset, primum Frobenium an. 1531. *Cluilium* edidisse, quum priores præferrent *Gracchum Chlælium*. *Clælium* etiam habent omnes scripti, nisi quod *Clodium* legat Hav. quomodo etiam peccatur ii. 21. § 1. *Cleolium*, una litera transposita, Lipsiens. *Clælium* antem Gronovius prior ed. nott. se in contextum recepisse testatur, non Dionysio modo ac Siginio, sed et scriptis impressisqne antiquitus volentibus. Ita qui C. *Cluilius* vnlgo supra vocabatur i. 22. § 4. C. *Clælium* vocandum censuit Siginus. Vide quæ ibi notantur. Præterea et in orthographia prioris nominis dissentient codd. prisci. *Græcum* pessime præfert Hav. *Gracum* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Port. *Gracum* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ita tenendum, olim scriptum fuisse sine aspiratione *Gracus*; ea deinde addita recentiores dixisse *Gracchus*. Vide quæ notavi ad Silii

iv. 497. infra ad hujus lib. cap. 28. § 10. et ad Epit. Liv. xl. Deinde defecerunt male, pro deferunt, Harl. 1. Paullo post, alio ordine vocabulorum, princeps erat in *Aequis* Gaertn.

§ 6 *In Lavicanum agrum*] Qnod haberet ed. Campani *Latinum*, et *Lanuinum*, nulla ratione locum suum hic tueretur: ausus fui reponere *Lavicanum*. Grut. *In Lanium agrum* Hav. *in Lamininum agrum* Lipsiens. *in Lanuinum agrum* Leid. 1. et Harl. 1. *in Lacuinum agrum* Leid. 2. *in Lanuinum agrum* Gaertn. et Voss. 1. Sed in posteriore hoc eod. secundæ syllabæ subjecta est nota, qua eam delendam esse indicatur, ac scribendum *in Lavinium agrum*, ut habent Voss. 2. Port. et fragm. Hav. *in Lavinum agrum* Harl. 2. *in Lanuinum agrum* Flor. Ex libris excensis antiquissimi omnes habent *in Latinum agrum*. Postea Aldus dedit *in Lanuinum agrum*. Colonienses a. 1525. *in Lanuinum agrum*. Gruterus denique *in Lavicanum agrum*: quomodo jam ante Gruterum scribendum monuerat Cluverius Ital. Antiq. ii. 16. pag. 777. Contra Holstenio Annot. in Cluv. Ital. Antiq. p. 158. non opus esse videbatur hac mutatione sine fide MSS. codicum. Nam ex Algido non minori facilitate in *Lanuinum*, quam in *Lavicanum agrum* excurrere potuisse. Verum non queritur, utrum *Aequi* eadem facilitate in agrum *Lanuinum*, qua in *Lavicanum*, excurrere potuerint; sed potius, an verosimile sit, *Aequos*, domo profectos, primo *Lanuinum*, mox *Tusculanum agrum* invasisse, et ita castra in Algido locasse: quod, cui locorum situs notus est, numquam placebit. At omnia ordine procedunt, si ex *Laviano* in *Tusculanum agrum* transgressi tandem in *Algidum* perveniunt: quare *in Lavicanum agrum* verum puto; vel certe *in Lanuinum agrum* corruptum esse.

Inde in Tusculanum hostili popula-

tione reniunt] Præpositio *in*-*exsulata* a Voss. 1. et Leid. 2. Sed eam intercepisse videtur præcedens *inde*, quod in eodd. scriptis breviter *in* exaratur. Idem error etiam alibi non raro commissus est. Vide ad XXXVII. 31. § 4. Recte vero reliqui hoc loco *inde in Tusculanum* servant. Solet enim Liviins præpositiones repeter. Vide ad vi. 28. § 6.

Plenique prædæ in Algido castra locant] Amaranth Græcismum, qui ita legerupt. Et ita reperi in edd. Andreæ et Campani. Pall. tres *plenique præda*. Gebh. *Plenique prædæ* Voss. 1. Leid. ambo, et omnes excusi usque ad Gronovium, qui *præda* substituit. Eum vero Donjatins et Clericus secuti sunt. Utrumque genus loquendi Livio usitatum fuit, longe tamen usitatissimum, ut *rè plenus* jungat casum secundum. Ita ii. 38. ‘Ita et sua sponte irarum pleni, et incitati, domos inde digressi sunt.’ c. 43. ‘Veientes, pleni jam populationum, Romam ipsam se obpugnaturos minutabantur.’ c. 45. ‘Eant in pugnam; irarum speique pleni.’ iii. 29. ‘Castris hostium receptis plenis omnium rerum, prædam omnem suo tantum militi dedit.’ c. 43. ‘Invidiaeque plena castra erant, et Romanum ferri protinus Sicciūm placebat.’ cap. 48. ‘Quum hæc intonisset plenus iræ, multitudo ipsa se sua sponte dimovit.’ c. 40. ‘Romani quidem pleni spei corpora curabant.’ c. 68. ‘Pleni fortunarum gloriaque, simul publicæ, simul privatæ, triumphantes domum ad penates redibatis.’ c. 69. ‘Dignam tot consulatibus anteactis, dignam vita omni plena honorum.’ iv. 10. ‘Cum singulis vestimentis ignominiae cladisque pleni dimittuntur.’ c. 32. ‘Quum Etrusci pleni animorum ab pristini diei meliore occasione, quam pugna, in aciem processissent.’ v. 45. ‘Plenique prædæ Veios etiam, præsidiumque, et spem ultimam Romani nominis in animo

habuerit obpugnare.' c. 52. 'Nullus locus in ea non religionum Deorumque est plenus.' vi. 5. 'In civitate plena religionum res ad interregnū rediit.' c. 12. 'Ut decet certae spei plenos.' c. 17. 'Qualem eum armatum plenum sudoris ac sanguinis, ipso pene Jove ex hostium manibus erepto, vidissent.' c. 18. 'Plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat.' c. 38. 'Quum dictator stipatus agmine patriciorum plenus iræ minarumque consedisset.' vii. 7. 'Plenis iræ atque indignitatis militum animis eruptio est facta.' c. 10. 'Pectus animorum iræque tacitè plenum.' c. 30. 'Omnia votorum lacrimarumque plena reliquise.' c. 31. 'Pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt.' c. 40. 'T. Quintius plenus lacrimarum ad suos versus.' viii. 30. 'Plenus minarum iræque profectus in castra.' c. 36. 'Ut Capitolium atque arx, mœniaque et portæ plena armatorum fuerint.' ix. 22. 'Plenus mororis atque iræ trucidavit.' c. 30. 'Plenos crapulæ eos lux obpressit.' x. 29. 'Furiarumque ac formidinis plena omnia ad hostes esse.' c. 40. 'Divinæ humanæque spei pleni.' Alia vide ad xxvii. 40. ubi Gronovius eamdem locutionem Livio auctoritate codicū restituit. Quum itaque ex optimis codd. plerique *prædæ* servent, eamdem lectio nem etiam revocavi. Deinde in *Argillo* oscitans dedit librarius Klockian. quem errorem et mox committit.

In ea castra Q. Fabius, P. Volumnius, A. Postumius, legati ab Ronu, renerunt] Prima vocula abest ab Harl. 1. Tum *Quintius Fabius Port.* Vide hoc lib. c. 1. § 1. Deinde *L. Volumnius Leid.* 2. Vide ad c. 10. § 5. Tum *a Roma Gaertn.* Denique veniunt primæ edd. pro quo postea Aldns venerunt substituit. Et ei concinunt omnes mei.

Et ex eo fædere res repetitum] Vox

eo supervacanea est. Id et veteres declarant libri, et Liviana forma dicendi. Sic enim etiam 1. 23. 'Injuries et non redditæ res ex fædere, quæ repetitæ sunt.' *Sigon.* Illud eo servant ex nostris Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. I. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. et ex Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. C. et alii. Puto tamen non male Sigonium vocem deleri jussisse. Præterea *peti*, pro *repetitum*, Voss. 2. Sed primam syllabam intercepit vox præcedens *res*, ultimam vero sequens *tum*, quæ in multis libris manu exaratis, ut dicendum, a scribis interpolatur; *repeti* est in Lipsiens.

§ 7 *Eos æquorum imperator, quæ mandata habeant ab senatu]* Tum *eos æquorum* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *Tum equi eos imperator equorum* Hav. Mox *mand. hab. a sen.* fragm. Hav. et Gaertn. *mand. habebant a sen.* Voss. 1. Leid. 2. et Port.

Cujus umbra opaca sedes erat] Nisi sub intelligamus, ut sit, sub *umbra opaca*; aut per 'sedem' Clœli tentorium accipiamus, non hercule video, quid sibi hæc verba velint. *Glar.* Hic audiamus, (ut nonnullo risu interpolemus has series ac tetricas notas,) suavilundum *Loritum*: 'Nisi sub intelligamus,' &c. Jam credo, quod de hoc homine vulgo ferunt, ei non sanum synciput constitisse: an non tantum videre potuit, querum annosam, quod largam umbram spargeret, a populo, (non tantum Clœlio, qui eam castris amplexus,) frequentatam, et sub ardoribus solis insessam. *Sedes* erat ejus *umbra opaca*, quia amabant sub ejus *umbra* larga desidere. Petronius c. 131. 'Nobilis æstivas platanns diffuderat umbras.' Et clarius Tibullus Eleg. II. 5. 95. 'Tunc operata Deo pubes discubinet in herba, Arboris antiquæ qua levis umbra cadet.' *Gebh.* *Operata* Voss. 1. in contextu, inter versns antem pro varia lectione adscribitur *opaca*: *operta*

est in Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. sed vulgatum probum est. Plin. Epist. v. 6. § 33. ‘Cupressis ambitur et tegitur, densiore umbra opacior nigriorque.’ Epist. VIII. 8. ‘Modicen collis adsurgit, antiqua eypressu nemorosus et opacus.’ Cic. de Orat. I. 7. ‘Me hæc tua platans admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis.’ In fragm. lib. v. de Legib. apud Macrob. Saturn. VI. 4. ‘Visne igitur, quoniam sol paullulum a meridie jam devexus videtur, nequedum satis ab his novelis arboribus omnis hic locus opacatur, descendatur ad Lirim, eaque, quæ restant, in illis alnorum umbraculis prosequamur?’

§ 8 *Tum ex legatis unus abiens]* Cum ex legatis Voss. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII.

Audiant fædus a vobis ruptum] Pal. 2. *audiant: fæderibus a vobis ruptis, nostrisque.* Sed, quid huic codici tribuam, ad ravim dixi. Gebh. Eadem lectio etiam superest in Hav. et Lipsiens. Ita simpliciter ‘andire’ in simili formula I. 32. ‘Andi Jnupiter, inquit, andite fines, (cujuscumque gentis sunt nominat) andiat fas,’ et mox eodem cap. ‘Andi, Jnupiter, et tu, Juno, Quirine, Diique omnes cœlestes, vosque terrestres, vosque inferni, andite.’ Alii tamen omnes in vulgatum conspirant, nisi quod *ruptis*, pro *ruptum*, habeat Leid. 1. Nihil itaque muto. Infra VIII. 5. ‘Andi, Jnupiter, hæc scelera, inquit, audite, jus fasque.’

Nunc querelis adsint, et mox armis, quum Deorum] Nunc querelis adsint et mox, quum armis D. Hartl. 2. Tò et male deerat in Voss. 2. Mox exsequamur Hav. et Klockian.

§ 9 *Romam rediere legati. Senatus jussit]* Vetus lectio *Romam ut redire legati. Seribo Romam ut redire legati, senatus jussit.* Rhen. Nisi ita *Romam ut redire legati unicus Campanus edidisset, parum tribuerem Rhenano*

sic legendum censem, quandoquidem Pall. fastidiunt tò ut. Gebh. Tò ut etiam exsulat a cunctis meis, excepto Flor. quod idem Hearnus testatur de Oxon. B. L. I. N. et C. Prisca lectio ferri posset. Livium enim, periodis intercessis uti sæpe delectatum fuisse, diximus hoc lib. c. 22. § 2. et videbimus ad XXI. 36. § 3. Quum tamen Rhenano, voculam ut interserenti, præcat codex scriptus, et eamdem lectionem Gebhardus in ed. vetusta repererit, eam non spernendam puto. Redierunt habet Gaertn. redire Flor. et Lipsiens.

Alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere, alteri] Alterum consulum Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad IX. 32. § 2. Aliorum tamen dissensus efficit, ut editam lectionem veriorem putem. Præterea tò in exsulat a Voss. 2. Sed præpositionem intercepit ultima litera vocis proximæ *Gracchum*. Cujus erroris in scriptis obvii exempla vide ad X. 13. § 3. in *Argildum* Klockian. Vide paullo ante ad § 6. Mox in verbis proximis *populatione finium* legit Lipsiens. pro *populationem fin.*

Inpedire delectum. Et forsitan ad ultimum impeditissent] Inpediere Hav. quam lectionem sequentia falsi convincunt. Tum *dilectum* Flor. Leid. 1. Lipsiens. Klockian. et Port. a m. pr. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Denique *impediissent* idem Port. Sed certi omnes vulgatum tuentur. Paullo ante *suorum more*, pro *suo more*, Gebhard. qui idem etiam mox voces transponens *additus subito terror est præfert.*

CAP. XXVI. § 1 *Fædati agri, terror injectus urbi est]* Fædati agri sunt una voce auctior Hav. cuius liberalitate non utimur. Deinde *injectus est urbi* Gaertn. a m. pr. Voss. 1. et Leid. 2. *urbi injectus est* Harl. 1. Hav. et Lipsiens.

Tum plebs benigne arma cepit] Recte

*Andream plebes edidisse supra auctor est Gebhardus ad II. 55. § 2. Idem obsernat reliqui excusi usque ad Al-dum, cuius opera repositum est *plebs*. Quod cum præferant omnes, quibus utor, codd. controversiam ei moven-dam non arbitror.*

Reclamantibus frustra tribunis, mag-ni duo exercitus scripti] Vocem frustra omittit Port. Tum scripti exercitus habet Hav.

§ 2 Castrisque ad Eretum positis] Ad Acretum fragm. Hav. ad Arctum Hav. et Harl. 2. ad Ereptum Port. ad Deretum Leid. 1. ultima præpositio-nis litera male in initio vocis seq. re-petita. Vide ad x. 17. § 10. ad Fre-tum Leid. 2. et Voss. ambo, quorum tamen posterior pro varia lectione in margine præfert ad Eretum. Alibi semper plerique codd. hoc nomen corruptum exhibent. Vide hoc lib. ad c. 29. § 7. c. 38. § 3. c. 42. § 3. et xxvi. 11. § 10. et c. 23. § 5. Paullo ante verbis proxime præcessit. Nau-tios, pro Nautius, Klockian.

*Plerumque nocturnis incursionibus] Pall. tres nocturnis incursibus. Gebh. Plures scripti incursibus. Ipse xxv. 34. de Masinissa, ‘Noctibus quoque sæpe incursu repentina in portis val-loque trepidatum est: nec aut locus aut tempus ullum vacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis.’ Tacitus Ann. IV. 24. ‘Non gravi nec uno in-cursu consecrandum hostem vagum.’ Histor. III. 9. ‘Igitur repentina in-cursu Antonius stationes hostium ir-ripiit.’ Sustineo tamen, quia intel-ligo in Flor. optimo esse incursionibus. J. F. Gron. *Incursibus* etiam ex meis Port. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Eam autem vocem alibi Li-vium usurpasse, monuimus ad II. 14. § 6. *Nocturnis excursibus* habet Hear-nii L. 1. Sed quemadmodum Gro-novii optimus Flor. ita reliqui mei, et inter eos omnes integiores, vul-gatae scripturæ nocturnis incursionibus adhærent. Idem de Oxon. suis B.*

L. 2. et C. Hearne profitetur. Supra I. 11. ‘Antennatum exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.’ II. 50. ‘Nec erant incursions modo in agros, aut subiti impetus incursan-tium, sed aliquoties æquo campo con-latisque signis certatum.’ Infra VI. 5. ‘Ab illis enim tantum, quoad vires et arma habuerunt, incursions eo factas:’ et ita alibi sæpissime. Mox reddit, pro reddidit, præfert Gaertn. Vide infra ad Epit. Liv. lib. xcix.

*§ 3 Minucio neque fortuna nec vis animi eadem in gerendo negotio fuit] Quum olim Minutio scriberetur, quod in codd. multis superest, pro eo deinde literis trajectis *Munitio* habet Leid. 1. Deinde nec vis non agnoscit Harl. 1. neque vis habent Voss. 2. Lipsiens. Harl. 2. et Hav. neque aliter priscae, quibus usus sum, edd. quasi post ne-que, non nec, sed iterum neque inferri deberet. Sed vide quæ notantur ad IX. 9. § 14. Recte itaque Aldus nec vis reposuit: ita enim reliqui codd. mei. Denique eadem ingrediendo ne-gotio Hav. eadem gerendo negotio Harl. 1.*

*§ 4 Quod ubi senserunt hostes] Me-lius in antiquo codice legitur, *Quod ubi senserant hostes.* Rhen. Campanus *senserant*, qnod ex suo quoque notat Rhenanus. Sed contra Pall. tres et Andicæ ed. vulgatae lectioni subscrubunt. Gebh. *Senserant* etiam Flor. Leid. 1. Hearnii Oxon. N. et a m. sec. inter versns Voss. 1. Et id voluisse videtur librarius Harl. 1. qui tamen aberrans *senserat* dedit. Quare hanc lectionem recepi.*

Munitones posterio die circumdant] Hoc expressit Dionysius l. x. p. 650. his verbis: περιετάφρεν τε καὶ περι-χαράκον: id est, fossa valloque castra Romana circumledit; vel ‘munitiones castris objicit:’ sic autem etiam paulo post c. 28. ‘Exercitum omnem longo agmine circundat hostium cas-tris.’ Sigan. Locutionem istam ‘cir-

cum dare munitiones,' nempe hostium castris, inlustramus xxx. 19. §. 8. Ceterum postera die Harl. 2. et Hav. reliquis invitis. Vide ad 1. 12. § 1. Denique circumdant postero die Leid. 2.

Quæ priusquam undique vallo objectæ clauderent exitus] Objecto ex vet. lib. Sigon. Objecto solus ex MSS. Pal. 2. nam reliqui duo cum priscis edd. objecta. Gebh. Qui, pro quæ, Harl. 2. et Port. a m. pr. Tum plusquam, pro priusquam, Hav. qui ut et Lipsiens. mox τὸ undique omiserunt, quod trajicit Harl. 2. præferens vallo undique. Insuper vallo objectæ, quod Sigonius mutavit, est in Voss. 2. Leid. 2. Harl. 1. Lipsiens. et Gaertn. id etiam inter versns adscriptum servat Voss. 1. *vallo objecto* est in Leid. 1. Reliqui Sigonii vet. lib. concinenter, servant *vallo objecto*, quod verum puto. *Vallo objecto* eodem modo dictum, quo 'objicere murum,' 'cervos,' 'fossas.' Infra xxxviii. 7. 'Pari celeritate novus pro dirinto murus objiciebatur.' XLII. 63. 'Ut, incendio intersepti ab hoste, spatium ad objiciendum interiorem murum haberent.' XLIV. 6. 'Et saxorum ad manum silvestrisque materiæ tætum erat, ut vel murus objici, turresque excitari potuerint.' cap. 11. 'Mumenta, cervis etiam objectis, ut viam intercluderet, a Macedonico ad Toronaicum mare perducit.' Et mox eod. cap. 'Romanis in fossa complenda, quam nuper objicerat Persens:' et ita ipsum 'objicere vallum' dixit Liv. xxv. 36. 'Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, cliellas inligatas oneribus, velut struentes ad altitudinem solitam, circumdabant; cumulo sarcinarum omnis generis objecto, ubi ad moliendum cliellæ defuerant.' XXXI. 39. 'Alia vallo, alia fossa, alia lapidum congerie, ut pro muro essent, alia arboribus objectis, ita ut locus postulabat, aut materia snppeditabat, opere permuui, atque (ut ipse rebatur) viam su-

pte natura difficilem, objectis per omnes transitus operibus, inexpugnabilem fecit.' Deinde clauderentur malefragm. Hav. Alibi ita peccare librarios, dicam ad xxxix. 22. § 8. Tandem exercitus, pro exitus, Lipsiens. Vide ad v. 26. § 7.

Quinque equites inter stationes hostium emissi] Abest a triga Pall. τὸ hostium. Gebh. Eadem vox abest etiam ab Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. At fide digniores alii constanter eam vocem tuentur. *Inter stationes equitum hostium emissi* est in Leid. 2. Sed vox equites ex proximis verbis adhuc animo librarii hæc exarantis obversabatur, quæ tamen hinc aliena est. Infra xxxv. 11. 'Subditis calcaribus inter medias stationes hostium eruere?' ubi vide Gronov.

§ 5 *Nihil tam nec inopinatum, nec insperatum, accidere potuit*] Volumen manuscriptum habet, *Nihil tam nec inopinatum nec tam insperatum.* Porro necopinatum Livius subinde usurpat pro *inopinato*, quemadmodum et alibi monimus. Rhen. Debetur hujus lectionis *Nihil tam nec inopinatum* restitutio Rhenano. Quippe in libris nostris, et MSS. et impressis, *nihil tam nec inopinatum*: in Pal. 2. vero *Nihil nec tam inopinatum*. Gebh. Ab Rhenano est, immemore pleonasmi, quo gaudet in his negationem geminare Livius. Ut II. 45. 'Nolle successum, non Patribus, non consilibus.' Hoc lib. c. 11. 'Nemo, non lingua, non manu, promtior.' IV. 37. 'Non ante unquam Volscos, nec ducibus legendis, nec exercitui scribendo, inteniores fuisse:' et persæpe alibi. Sit igitur cum MSS. et edd. aut. *Nihil tam nec inopinatum nec insperatum.* Nihil planius. Tamen et hic Sigonius cupressum appingit, infertque *Nihil nec tam inopinatum, nec tam insperatum.* Quid opus? aut quod decus in τῷ tam repetitione? J. F. Gron. Al-

terum illud *tam* posteriori loco non Sigonius interposuit, sed Rhenanus. Sigonius vero in priori scholiis ed. id tantum in lectione, quæ a Rhenano profecta est, mutavit, ut *inopinatum*, pro *opinatum*, revocarit, et præterea duabus voculis trajectis derit *Nihil nec tam inopinatum*, pro *Nihil tam nec opinatum*. Verum non modo nemo sequentium lectionem Sigonii recepit, omnesque usque ad Gronovium emendationi Rhenani adhæserunt, sed etiam ipsa illa adnotatio in posterioribus scholiorum Sigonii edd. expuneta est. Attamen lectionem, quam ex vet. lib. memoravit *Nihil nec tam inopinatum nec tam insperatum* servant etiam Harl. 2. Lipsiens. et Hav. ut et Hearnii Oxon. B. et C. Sed *Nihil tam nec inopinatum nec tam insperatum* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Gaertn. Port. et fragm. Hav. habent. Gebhardus ob oculos habuit editionem, quæ ex emendatione Rhenani præferebat *Nihil tam nec opinatum nec tam insperatum*. Monens itaque Pal. secundum *Nihil nec tam inopinatum*, duos alios *Nihil tam nec inopinatum* legere, et de ulterioribus verbis nihil addens, in illo invenisse videtur lectionem, quam Sigonius ex vet. lib. in his eam, quam nos ex plerisque nostris protulimus. Patet ex his, nullum nominatim codicem a viris doctis laudari, qui firmiter lectionem existantem in prioribus ante Rhenanum edd. *Nihil tam nec inopinatum, nec insperatum*. Quam propter diutius in contextu servari iniquum judicavi. Sed ejus loco Sigonianum *Nihil nec tam inopinatum nec tam insperatum* restitui: in qua est idem negationis pleonasmus, quem Gronovius hic recte ex more Liviano ejusque exemplis illustravit. Ita i. 26. ‘Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum.’ c. 36. ‘Negare Attus Navins, inclitus ea tempestate augur, neque mutari, neque

novum constitui, nisi aves addixissent, posse.’ c. 46. ‘Angehatnr ferox Tullia, nihil materiæ in viro, neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse.’ iv. 38. ‘Nihil nec imperium, nec majestas valebat.’ xxiv. 8. ‘In annum creatus adversus veterem et perpetuum imperatorem comparabitur, nullis, neque temporis, neque jñris, inclusum angustiis.’ xxviii. 32. ‘Non enim eos, neque natos in eadem terra, nec nulla secum societate junetos esse.’ xxxv. 48. ‘Quas gentes nullæ unquam, nec arte, nec virtute navalí, æquassent.’ xxxix. 47. ‘Nihil patrem ejus, neque rectius, nec magis quod ex voluntate senatus esset, fecisse.’ Tale etiam illud erat, quod Gronov. prima edit. notarum in optimis legi monuit xxii. 29. ‘Qui nec ipse consulere, nec alteri parere nesciat, eum extremi ingenii esse:’ quod tamen in repetitis curis expunctum est. Et hinc forte patrocinium parandum vulgatae lectioni xlvi. 13. ‘Neque nunciasi admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referi:’ neque nulla pro simplici nulla. Gronov. malebat neque ulla. Vide quæ ibi notantur. In repetitione autem τοῦ *tam* idem est deens, quod infra ei uest xxxiv. 50. ‘Omnes adelamarunt, gratias se inter cetera etiam ob hoc agere, quod admoniti essent, ut tam pio, tam necessario officio fungerentur:’ ubi vide quæ notantur, et multa similia ad lib. v. cap. 33. § 4. Præterea *imperitum*, pro *insperatum*, male Klockian.

Itaque tantus paror, tanta trepidatio fuit] Vet. lib. *tantaque trepidatio*. Sigon. Libri nostri et MSS. et impressi *tantus pavor, tanta trepidatio fuit*. Gebh. Veteres *tantus paror, tanta trepidatio, non tantaque*. J. F. Gron. Optimi nostri etiam a Sigonii vet. lib. dissentiant, ac præferant *tantus pavor, tanta trepidatio*. Unus Harl. 2. *tantaque trepidatio* habet; Hav.

autem *tanta trepidatioque*. Hearne denique ex Oxon. suis unum C. memorat, qui exhibeat *tantaque trepidatio*. Merito igitur lectio hæc a viris doctis repudiata est. Ita xxvi. 35. ‘Ad id edictum tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit:’ ubi iterum Siganus *tantaque indignatio*: quod recentiores servarunt. Similiter ἀσυνδέτως Livius infinitis locis locutus est. ii. 21. ‘Eo nuncio erecti Patres, erecta plebes.’ c. 61. ‘Plenus suarum, plenus paternarum irarum.’ iii. 10. ‘Id caput, eas vires belli esse:’ ubi vide. c. 25. ‘In quæstoriis novis major vis, major anctoritas erat.’ xxvi. 35. ‘Se, ut dent, quod non habeant, nulla vi, nullo imperio, cogi posse.’ xxxi. 24. ‘Idem ibi somnus, eadem negligentia erat, quæ Chalcidem dies ante paucos prodiderat:’ ita Voss. vulgo *eademque*: ubi vide, et quæ notantur ad ii. 15. § 3. Præterea *Ita tantus paror* Harl. 1. Sed alibi sæpe hoc modo errarunt librarii. Vide ad xxii. 53. § 7.

Hostes obsiderent] Obsedissent Voss. 2.

§ 6 *Nautium consulem arcessunt*] Ita, pro *accersunt*, Gebhardus ex Pall. 1. 3. et Andreæ ed. legendum monet ad iii. 9. § ult. neque aliter nostri, nisi quod *accersunt* sit in Leid. 2. et Hav. *accerseunt* in Harl. 2. *accersiunt* in Lipsiens. Vide ad ii. 19. § 10. *Noarium*, pro *Nautium*, habet Klockian.

Consensu omnium dicitur] Concessu Port. a m. pr. quomodo etiam infra erratum esse, Gronov. monet ad ix. 7. § 7. *concessu* habet idem codex a m. sec. Deinde dicitur *dictator* una voce auctione Hav.

§ 7 *Omnia præ divitiis humana spernunt*] *Pro divitiis* præferunt Voss. 2. Port. a m. pr. et Gaertn. Male. Eleganter enim *præ* inservit comparationi. Supra i. 6. ‘Qui omnes facile spem facerent, parvam Albam, parvum Lavinium *præ* ea urbe, quæ conderetur, fore.’ Florus ii. 2. § 11.

‘Præ tanta victoria leve hujus prælii damnnum fuit.’ Et ita Nic. Hein-sins apud Ovid. legendum censebat Epist. Her. iii. 121. ‘Sed tibi præ tutis insignia facta placeant:’ ubi vulgo circumfertur *pro tutis*. Error ortus est ex non intellecto compendio, quo utraque vox prescribi solebat. Vide ad ix. 10. § 7. Deinde *præ dirinis* Leid. 2. Lipsiens. et a m. pr. Voss. 1. Huius errori caussam dedit sequens vox *humana*, cui, non *diritas*, sed *divina*, optime obponi, scribæ sibi persuaserunt. Præterea *spernit* Lipsiens. sed solus. Ceterum paullo ante est his audire adscito pronome Gaertn.

Nisi effuse adfluant opes] Hic omissum est adverbium *ubi* in edd. vulgatis. Tu repone *nisi ubi effuse affluant opes*. Rhen. *Nisi ubi effuse affluant opes* Pal. 1. ac 3. Campanusque. Pal. 2. *nisi ubi effusæ effluant opes*. Sed alterum melius. vi. 15. ‘Ex eo, quod affluit opibus vestris sustinendo necessitates aliorum.’ Gebh. *Ni, pro nisi*, Voss. 2. quod tamen hic non placet. Tù *ubi* servant codd. omnes, quibus utor. *Affluunt* habet Leid. 2. *affluent* Port. Sed vulgatum rectum est. Præterea *senes ubi effuse affluant* Flor. ‘*Affluere*’ est abundare. Sall. in Cat. c. 36. ‘Quum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parent, domi otium atque divitiae, quæ prima mortales putant, adfluenter.’ Eodem sensu, sed alia constructione, aliquis dicitur ‘*adfluere* opibus:’ ita apud Cic. Orat. Agrar. ii. 30. ‘Ad paucos, opibus et copiis adfluentes, totum agrum Campanum perferri videbitis.’ in Verr. v. 54. ‘Homo Venerius et afflens omni lepore et venustate.’ Gellius Noct. Att. xix. 1. ‘Ipse erat multis corporis animique deliciis adfluens:’ ita in cod. Reg. Ms. esse notavit Jac. Gronovius, quum vulgo *diffluens* edatnr. ‘*Circumfluere*’ non alio sensu Cic. dixit de Amic. c. 15. ‘*Circumfluere*

omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere: et ad Attic. II. 21. ‘Ille amicus noster, circumfluens gloria, quo se vertat, nescit.’

Contra eum ipsum locum] Malo eumpse. Klock. Similis conjectura in Plauto, et qui eum imitati sunt, ferri posset, non in Livio, nisi forte ubi veteres formulas referens dedita opera antiquata illa servat. Mirum est, Klockium aliosque ejus ætatis hoc furore adflatos fuisse, ut optimi seculi linguae Latinæ scriptoribus invitit similia obsoleta obrundere conati sint, neque sponte animadvertere potuerint, Romanos aliter Ennii Pacuviique, aliter Augusti tempore locentos esse.

§ 8 *Ubi nunc navalia sunt]* Td nunc exsulat a Leid. I. *ubi navalia nunc sunt* habet Hav. *nunc alias sunt Flor. navalia* Voss. I. a m. sec. et Lipsiens. Non recte. *Navalia* ubi sita fuerint, vide Fam. Nardin. Rom. Vet. VII. 9. Paullo ante imperii Romani populi Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Vide ad x. 16. § 6. Mox vocem agrum male omisit Leid. 1.

Quæ prata Quinctia rocantur] Ubi illa sita fuerint, disquirit Fam. Nardinus Rom. Vet. VII. cap. ult. Eorum meminit Fest. voc. ‘Quinctia prata:’ ‘Quinctia prata dieta sunt a Quintio Cincinnato, qui sibi, . damnato filio, venditis omnibus, quatuor jugerum agrum trans Tiberim paraverat, quem agrum colement senatus dictatorem per viatorem salutavit Cincinnatum, qui re bene gesta acto triumpho ad privata negotia confessim rediit, deposita dictatutra, pecuniamque rem et agrariam exercens Romanis ipsis æmulationi fuit.’

§ 9 *Ibi ab legatis, seu fossam fodientes palo innixus, seu cum araret]* Cur non bipalio, aut palæ potius legendum sit? si fossæ fodendæ erat intentus. Sabel. Archetypi scripti lectio palo innixus. Sensus est, L. Quintinm inclinasse in palum, qui forte illic erat

terrae infixus. Nihil igitur opus fuit bipalio scribere, quod instrumentum est rusticum. Rhen. Veteres libri omnes palo, quod etiam ante me Rhenanus docnit. Sigon. Pall. I. ac 3. seu forsan fodientes palo innixus. Sed Pal. 2. cum Andreæ et Campani rectionibus seu fossam fodientes palo innixus. Unde ‘bipalium’ pedem huc intulerit, nondum exputavi. Gebh. Archetypi lectio palo, inquit Rhenanus, et sensus, L. Quintinm inclinasse in palum, qui forte illic erat terræ infixus. Ergo etiam, veteres libri omnes palo, quod etiam ante se Rhenanus docuerit, subnotat Siginus. Vere illi: sed iidem ambo monere poterant, non modo scriptis legi in omnibus palo, sed etiam omnibus in editis ab Andrea usque ad Moguntinos. Hi quum in margine Ascensi vidissent, ‘Pale aut bipalio melius forsan,’ (quod et Saveterius expressit) pejus elegerunt. Nam palæ innixus scribendum. Stare otiosum, inclinatum ad palum forte terræ infixum, quasi Claudi Cæsaris poplites haberet, et tantum oculos operi rusticō præstare, non erat tam duri viri. Nec stando inclinati ad palum foduntur fossæ, sed palæ incombentibus seu incurvis palam strenue moventibus. Plantus Pœnulo v. 2. 58. ‘Palas vendendas sibi ait et miergas datas, Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat.’ Cato c. 11. in rusticis instrumentis ponit ‘palas quatuor, rutra quinque, rastros quadridentes duos.’ Coiumella x. 45. ‘Tum mihi ferrato veretur robore palæ Dulcis humus, si jam pluvias defossa madebit.’ Plinius, XVIII. 18. ‘Cuspis effigiem palæ habet.’ J. F. Gron. Bipalio, quod unde pedem huc intulerit, nondum exputaverat Gebhardus, ex Sabellici conjectura adsumptum esse a Moguntinis, ejus præscripta adnotatio docet; utramque autem ejusdem conjecturam margini adposuit Ascensius. Omnes ta-

men nostri conspirant in alteram lectionem *palo*; nec minus Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. et Neapol. Latinii: quod tamquam notius, alteri minus usitato substituisse jam olim scribæ censeri debent: *pala* enim legendum esse, recte Gronovius evicit. ‘*Palam* antem inter instrumenta rustica memorat etiam Varro de Ling. Lat. I. iv. p. 33. ‘*Instrumenta rustica, quæ serendi aut colendi fructus cansa facta.* Sarculum a serendo ac sariendo. Ligo, quod eo, propter latitudinem, quod sub terra, facilius legitur. Pala a pangendo: G in L mntatum quod fuit.’ Memoratur etiam Plin. xvii. 22. ‘Sulco latitudo *pala* satis est.’ Huic itaque ‘*pala innitebatur*’ Quinctius, agrum fodiens, eique toto corpore incumbebat, ut tanto altius in terram adigeret. Aratro innixum fuisse Florus narrat i. 12. ‘Medium erat forte tempus sementis, quum patricium virum, innixum arato suo, lictor in ipso opere deprehendit:’ ubi habitum hunc aliis exemplis illustrat Dukerns. *Inmissus*, pro *innixus*, male præfert Gaertn. Sed *missus* et *nexus* eorumque composita etiam alibi committantur. Vide ad iv. 42. § 5. Præterea *a legatis* Leid. 2. Gaertn. Port. Voss. 1. a m. sec. et vett. edd. quas vidi, usque ad Aldum, qui *ab legatis* vulgavit. Et id servant reliqui codd. Denique *seu forsitan fodiens*, quod Gebhard. in dnobus Pall. invenit, quædam etiam ex primis edd. præferunt; certe ita esse vidi in Mediolan. a. 1480. a. 1495. a. 1505. et Veneta a. 1498. Sed omnes manu exarati mei *fossam* recte præferunt. Paullo post *tau* quum exsulat a Lipsiens. et *agri intentus*, pro *agresti intentus*, Gaertn. præfert.

*Quod bene verteret ipsi reique publicæ] Quo bene verteret Lipsiens. solito scribarum peccato, qui *tau quo* et *quod* multis passim locis confuderunt. Vide ad xxxvi. 33. § 3. quod bene ever-*

teret Port. ultima litera *tau* bene perperam in principio proximæ vocis repetita. Vide ad xxxvii. 29. § 8. *Bene verterat* Flor. Leid. 1. et Voss. 1. a m. pr. qui a m. sec. habet *vertat*, quomodo legunt etiam Voss. 2. a m. sec. Leid. 2. Harl. 2. et Hav. Infra c. 35. ‘Ille enimvero, quod bene verterat, habitum se comitia professus, impedimentum pro occasione arripnit.’ Et ita, hunc locum lan-
dans, adducit Brisson. de Formul. 1. p. 65. ubi formulam hanc aliis exemplis illustrat. Sequens tamen, *audi-ret*, hic *verteret* requirere videtur.

Togatus mandata senatus audiret] Prima vox abest a Voss. 2. et priscis edd. quam primus addidit Aldus, consentientibus reliquis meis, exceptis Hav. et Gaertn. qui male ha-bent *rogulus*. Ceterum quum hoc tempore viros ‘*sine tunicis sola toga*’ amictos dicat Gellius vii. 12. Quinctius antem ne *toga* quidem indutus fuisse hic dicatur, ipsum nudum solisque femoralibus tectum arasse colligit Donjatins. Cui fa vere videtur locus Aur. Vict. de Vir. Instr. c. 17. ‘Quinctius dictator dictus: ad quem missi legati nudum eum arantem trans Tiberim obfen derunt.’ Verum, nequid gravis dicam, vehementer erravit. ‘*Femoralia*’ antiquorum fuerunt fasciæ, quibus femora involvebant, quemadmodum crurales ac pedales fasciæ, quibus crura et pedes tegebantur. Si ergo neque *toga* neque *tunica* amictus fuerit Quinctius, nuda ei fuerunt partes corporis, quas tegi pudor exigebat. Id autem, quamvis in honestum, tamen diffiteri non poterit Donjatins, si solis femoralibus tectum fuisse statuat. Per *femoralia* enim intelligere, quas nos ‘*braceas*’ vocamus, omni adversatur antiquitat; quæ docet, didicis vestibus, *toga* et *tunica*, pudenda adstantium conspectui patuisse. Infra xlvi. 39. ‘Insigne corpus honestis cicatricibus,

omnibus adverso corpore exceptis, habeo. Nudasse deinde se dicitur, et, quo quæque bello vulnera accepta essent, retulisse. Quæ dum ostentat, adapertis forte, quæ velanda erant, tumor inguinum proximis risum movit.' Vide etiam Casanbon. ad Sueton. Ang. c. 82. Potius itaque videtur, Quintum, licet non togatum, tamen tunicatum arasse. Si autem verum est, quod tradit Gellius, viros Romanos 'sine tunicis toga sola' amictos fuisse, (de eo enim ut dubitem, graves sunt rationes, et inter illas etiam locus Plutarchi in Coriol. p. 219. ubi tradit, jam Marcius istius tempore candidatos ἐν ἱμάτῳ ἔνει τυπών, in toga sine tunica prensasse; immens, quum id in candidatis singulare fuerit, reliquos cives cum toga etiam tunicam summisse,) locus ita accipiens videbitur, eos uno tempore et togam et tunicam sumere solitos non fuisse; sed domi ac ruri tunica, quum in Urbe in publicum prodirent, togas usos fuisse. Aur. Vict. vero de Viris Instru. Quintum 'nudum' arasse referentem, optime illustravit Cuperus Observ. I. 7. docens γυμνὸς Græcis, et Latinis nudus usurpari de hominœ tunica vestito, cui nihil ad ornandum deest, quam pallium vel toga. Totus mandata sen. Flor.

Admiratus rogitansque, satisne salva essent omnia] In exemplari illo Borbetomagensi legitnr, admiratus rogitansque, sat jam satisne salva essent omnia? Scribo, admiratus, rogitansque etiam, satisne salva essent omnia? aut admiratus rogitansque, satin' salva essent omnia? Sic vi. 34. 'Percontatus satin' salva?' Proinde librarius videtur mihi pro satin' scripsisse sat jam, et glossam ejus adverbii, id est, satisne, retulisse in contextum. Rhen. Scribit Rhenanus, admiratus, rogitansque etiam, satisne salva essent omnia? vel admiratus rogitansque, satin' salva essent omnia? Sed Pall. omnes atque edd. satisne salva essent omnia.

Sed tamen probo Rhenani lectionem. Lib. I. c. 58. 'Quærenti viro, satin' salva?' minime, inquit: quid enim salvi est mulieri, amissa pudicitia?' Livius VI. 34. 'Percontatus satin' salva?' loquitur de Fabio Ambusto. Ex quibus tamen appareat, strictam illorum observationem a Livio non observari hoc loco, (qui tantum Latine putant dici *satin' salva*, subauditio 'res,') aperte scribente *satin' salva omnia*. Valerius III. 2. ext. 5. de Epaminonda: 'Trajectus hasta, sanguine et spiritu deficiens, recreare se conantes primum, an clipeus suus salvus esset, interrogavit.' Quod omittit in vita ejus, quantum memini, Æmilius Probus. Sed non tacet Justinus VI. 8. 'Nam ut relatus in castra semianimis vocem spiritumque collegit, id unum a circumstantibus requisivit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod ut servatum audivit, allatum velut laborum gloriaeque socium osculatus est.' Diodorus I. xv. p. 503. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸν ὑπασπιστὴν προσκαλεσάμενος ἐπηρώτησεν, εἰ διασέσωκε τὴν ἀσπίδα. Gebh. Admiratus rogitans sine copula fragm. Hav. invitatis aliis omnibus. Deinde sat jam satisne Flor. satisne salva omnia Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. saline salva omnia Leid. 1. et Harl. 1. quorum scriptura proxime accedit ad emendationem Rhenani *satin' salva omniu* quam veram esse puto. Passim enim *satin'*, pro *satisne*, Livium usurpasse dictum ad I. 39. § 3. *Satine*, pro *satisne* vel *satin'*, Terentio in usu fuisse, observant viri docti ad Andr. IV. 5. 9. id tamen ab Livio adhibitum fuisse, non credo. Hie etiam Klockius in marg. Livii notavit, alias velle *satin' salve omnia esse?* Interim tamen omnes MSS. *salva* servant. Vide Dukerum ad I. 58. § 7.

Uxorem Raciliam jubet] Recilium Voss. I. et Harl. I. Retilium Leid. 2.

Faciliam Voss. 2. Ratiliam Port. Rutiliam Hearnii Oxon. C. Rabiliam Gaertn. et Neapol. Latinii. ' Vicum Racilianum majorem et minorem' memorat P. Victor in Descript. Urb. in Regione xiv.

· § 10 *Dictatorem eum gratulantes consuluntur] Vet. lib. legati gratulantes. Sigon. Pall. tres, Sigonii liber, Andreæ Campanique edd. Dictatorem eum legati grat. cons. Gebh. Ex Sigoniano nostrisque scriptis, sed et edd. antiquis auge, *Dictatorem eum legati grat. cons.* J. F. Gron. Vocem *legati* agnoscunt etiam omnes nostri. Editorum primus Frobenius eam a. 1535. omisit. ' Legatos' jam supra vocarat, qui eum Romam arcesserunt, hoc cap. § præced. ut et Aur. Vict. de Vir. Instru. c. 17. ' Ad quem missi legati nudum eum arantem trans Tiberim obfenderunt.' Alii a lictore, ali a viatore factum referunt. Vide Dukerum ad Flor. i. 12. § 13. Praeterea male *consultant* Leid. 2. Vide ad i. 7. § 1. Voces *in urbem rocant* male præterit librarius Gaertn. · § 11 *Navis Quinto publice parata fuit, transvectumque tres obviam egressi filii excipiunt] Omnia hæc verba perperam omittebantur in Leid. 2. transrectum sine conjunctione que est in Hav. tres obviam filii egressi habent Voss. 1. et Gaertn. Paullo post etiam ordine mutato *tum major pars Patrum Port.* Denique *ut plebis concursus, pro et plebis conc.* Gaertn.**

§ 12 *Sed ea nequaquam tam lœta Quintum vidit] Se, pro sed, male est in Lipsiens. qui et *lenta*, pro *lœta*, obfert, ubique obvio errore scribarum, qui sæpe voces 'lætus' et 'lentus' commiscuerunt. Vide quæ notavi ad Silii xii. 567. et addie Nic. Heinsium ad Ovid. Metam. xi. 98. Burmann. ad xiv. 564. enndemque ac Titinn ad Nemes. Ecl. ii. 12. *tam lete erat in Klockian.* Sed vulgatum aliorum codd. testimonio subnixum malo.*

Et imperii nimium, et virum in ipso

*imperio vehementiorem ratu] Multis inquirit Doujatius in verum sensum verborum 'imperii nimium.' Tb 'nimium imperii' accipit genere masculino, et primo inquirit, utrum 'imperii nimium' notet nimis imperiosum, quod mox ipse refellit; eum enim sensum seqq. verbis 'in ipso imperio vehementiorem' exprimi. Ne itaque eadem sententia repeatatur, 'imperii nimium' interpretatur pro eo, qui nimis sæpe summos magistratus gessit. Denique scribendum conjicit *imperio nimium*, ut Livius velit, plebi doluisse Cincinnatum videre ad dictaturam evecatum; maximum nempe magistratum; et cui nimia inesset potentia. Ego tamen puto 'nimium imperii' positum pro nimium imperium, atque accipiendum de ipsa dictatura, quam 'imperium vehemens' supra vocavit ii. 30. 'Curæ fuit consulibus et senioribus Patrum, ut imperium, suo vehemens, mansueto permitteretur ingenio:' ubi vide quæ notantur. Eo sensu, ut hic 'imperii nimium,' Silius 'nimium juris' dixit iv. 670. 'Ingemuit nimium juris, tantumque licere Horrit.' Id autem eadem forma dictum est, qua 'multum diei' restitutum xxvii. 2. 'Postero die Romani ab sole orto in multum diei stetere in aeie:' ubi plura notantur. Duo plebi displiceant: alterum, quod dictator dictus esset; eum enim magistratum nimium imperii putabant: alterum quod Quintius dictator dictus esset, quem in ipso imperio vehementiorem rebantur. Prins membrum non de ipso Quintio accipiendum esse, evincit posteriori præmissa vox *viram*, ad quod Doujatium non attendisse ex ipsius nota patet. Non displaceat autem conjectura J. F. Christii, qui, deleta præpositione *in*, locum multo elegantiore, immo et veriore, fore putabat: Livium enim dicere, Quintium virum esse habatum *ipso imperio vehementiorem*; id*

est, suopte ingenio graviorem tetroremque, quam vel imperium dictaturae esset. Ceterum omnia haec verba perperam exsulan ab Harl. I. sine dubio nnins librarii negligentia: *nuntium* autem, pro *nimum*, exhibet Klockian.

CAP. XXVII. § 1 *Magistrum equitum dicit L. Tarquinium patriciae gentis]* In tabulis Capitolini est *L. Tarquitius*, quibus danda fides est: nam *Tarquinii* ex Urbe exacti omnes fuerant. Et de *Tarquinio* non dixisset *patriciae gentis*, cum id satis constaret. *Sigon.* Advertat lector, imperitia librariorum, tamquam male correctum, hoc nonien in vulgare *Tarquinii* fuisse mutatum in *Livio*, *Dionysio*, et aliis auctoribus. Sed non animadvertere, qui illud correxerunt, *Tarquinii* nomen simul cum regibus Urbe ejectum fuisse, et *L. Tarquinium Collatinum* ob illud in primis in exilium ire coactum: postque illud tempus hoc adeo apud Romanos male acceptum fuisse, ut neminem eo insignire vellent, nisi quem summa cuperent gravatum invidia regnique affectati criminis notatum, in vita discrimen adducere. Quemadmodum libertatis assertores postea decemviros 'decem *Tarquinios*' appellarunt in senatu l. iii. c. 39. Quapropter Capitolini fragmentis major est danda fides, quæ *L. TARQVITIVM. L. F. FLACCVM* nominant magistrum equitum. Ipsum vero *Livius* et *Dionysius* l. x. p. 651. solummodo belli peritia fuisse insignem testantur, pedibusque stipendia fecisse propter paupertatem, 'patriciae' licet 'gentis' esset. Quod adjicere de *Tarquinia* gente regia, otiosum fuisse; quæ jam a primo illo *Tarquinio*, Damarati filio, inter patricios fuerat, antequam tota in exilium ageretur. Hunc sane *Tarquitium* non admodum claræ stirpis fuisse, indicant et *Capitolina* fragmenta, quæ patris solummodo prænomen adscribunt, cum avi nomen ciere non

possent, ut *Livii* verbis dicam. *Pighius* in *Annal.* ad A. U. ccxcv. pag. 128. *L. Tarquinium* mendose etiam præferunt omnes nostri; quod de *Oxon.* N. C. aliisque *Mss.* etiam *Hearne* monuit. Ejus loco recte viri docti ex marmoribus *Capitolini* *L. Tarquitium* legendum ostenderunt. 'Tarquitia' autem gens Romæ nota fuit, et præsertim posterioribus temporibus sæpius obcurrit. Talis est 'L. Tarquitius,' *Ciceroni* memoratus ad *Attic.* vi. 8. ubi pari errore olim *L. Tarquinio* edebatur. Videnda quæ *Malasp.* *Ursin.* *Popma* et alii ad eum locum notarunt. Ex eadem memoratur 'Tarquitius *Priscus*' apud *Tacit.* *Ann. XII.* 59. ad quem de eo plura *Theod.* *Ryckius* notavit, et *Ezech.* *Spanhem.* de *Præst.* et *Us.* *Nunism.* diss. *xiii.* p. 593. 'Tarquitius Crescens' *Annal.* xv. 11. 'Tarquitius,' qui ostentarium *Tuscum* conscripsit: de quo vide *Harduinum* in indice auctorum *Plinii* ea voce, ubi apud *Macrob.* *Saturn.* ii. 16. pro *Tarquitius Priscus*, legendum monet *Tarquitius Etruscus*, vel *Tuscanus*. Pro *Tarquitius* legendum esse *Tarquitius*, ei adsentio. Verum eam conjecturam debet *Pontan.* qui notis ad *Macrob.* non ipse modo ita legendum docnit, sed simul ingenue professus est, ante se idem visum fuisse *Vossio* de *Histor.* *Latin.* i. 31. et *Petro Pittheo Adversar.* *Subseciv.* i. 20. Utrum vero, pro *Priscus*, reponi debeat *Etruscus*, vel *Tuscanus*, quæ propria *Harduini* conjectura est, admodum incertum puto. Quamvis enim *L. TARQVITIVS. L. F. POMP. ETRVSCVS. SVLPPICIANVS* memoretur in lapide apud *Gruter.* p. 625. num. 4. attamen, *Tarquitii* revera 'Prisci' cognomen fuisse, ex *Tacito* modo vidimus, quem a mende suspicione liberant nummi, ad eum locum a *Ryckio* laudati, et a *Spanhem.* dicto loco. Ejusdem gentis multiplex mentio fit in lapidibus literatis, quos *Gruterus* collegit, ut con-

stat ex indice. Similiter etiam in illis quos edidit Fahrettus. Vide pagg. 170. 520. 647. 743. et 744. Post voces *magistrum equitum* pagina deest in Flor. usque ad c. 28. § 7. ‘per media sua eastræ.’

Sed qui tum stipendia pedibus propter pauperatatem fecisset] Hic locus turpiter est violatus ob unicam literam male mutatam. Legendum est, *Sed qui, euan stipendia.* Rhen. *Sed qui tum servant Leid.* 1. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. *et qui tum Leid.* 2. prima litera *roū* sed intercepta a proximæ gentilis ultima. Vid. ad xxx. 3. § 7. *sed quintum stipendia Klockian.* *sed tum qui* Harl. 1. *et qui quum* Voss. 1. *sed qui quum* Voss. 2. et Port. quorum posterior perperam etiam præfert peditibus.

Bello tamen primus longe Romanæ juventutis habitus esset] Belloque Rom. juv. longe præstantior hab. esset Hav. et Hearnii Oxon. B. belloque Rom. juv. *tum valde præstantior hab.* esset Harl. 2. *bello tamen Rom. juv. longe habebatur Lipsiens.* *bello cum primum longe major delectus Rom. juv. hab.* esset Gaertn. Sed verba major delectus olim tamquam lemma ad § 3. margini adscripta fuisse videntur, atque inde in contextum migrasse: quod frequenter in MSS. observatur. Vide ad VII. 40. § 4. Reliqua librarii inscitia depravata sunt. Pro tamen sive *tū*, dedit cum sive *cū*. Vide hoc lib. ad c. 16. § 1. *primus male in pri-* *mum mutavit.*

§ 3 Martio in campo adessent] Primam vocem omittit Leid. 2. Sæpe ‘campus’ simpliciter pro campo Martio ponit solet. Cie. ad Attic. 1. 1. ‘Nos autem initium preusandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his literis proficisci Cineius dicebat, in campo, comitiis tribuniciis.’ Infra Livius hoc ipso lib. c. 69. ‘Hæc omnia adeo mature perfecta accepimus, ut signa eo ipso die aquæstoriibus ex ærario promi-

ta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo sint.’ Vid. Fam. Nardin. Rom. Veter. vi. 5. et Torrent. ad Horat. Od. 1. 8. 3. Qnum tamen reliqui codi. eamdem vocem constanter servent, eam etiam expungendam non censeo. Genns etiam compositionis *Martio in campo*, ut præpositio medium locum inter adjективum et substantivum occupet, a stilo Livii non alienum est. Vide ad II. 19. § 8. Quin et ‘*Martius campus,*’ pro vulgato ‘campus Martins,’ vocula tamen intermedia, ut hoc loco, supra est II. 5. ‘Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit.’ Vide hoc lib. c. 63. § 6.

§ 4 Dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere jussit] Legerem ego dum ii urma pararent, vallumque petere. Sed tamen nihil temere mutarem. *Klock.* Non necesse etiam est, ut plurimi numerus pro singulari ponatur. Sed aliud tamen in hoc loco est, quod minus recte habere videtur. Eodem tempore, quo miles arma parabat, vallumque petebat, vicinus senior ei cibum coquere debuit. An ergo *quum is arma pararet?* Vide ad I. 40. § 7. Ceterum *dum arma pararet is* Voss. 1. et Leid. 2. *Tum ci-* *baria quere* Leid. 1. Volnit quoquere, quomodo minus recte pro coquere scribebatur, et scriptum superstes in Klockian. Vide Dansquei. de Orth. parte II. voc. ‘Coquens;’ et Voss. Gramm. I. 18. Paullo ante *quibus autem atlas, inserta media voce,* Gaertn.

§ 5 Omnes ad edicta dictatoris præsto fuere] Omnes libri ad edictum. Gebh. Ad edicta demum comparuit in Paris. ed. a. 1573. quod proximi editores servarunt usque ad Gronovium, qui a. 1665. ul edictum revocavit. Idque non modo fuerat in prioribus excusis, sed et in omnibus scriptis. Eam etiam lectionem veriorem esse, aurum judicium evincere potest. Nemini

non enim ingrata esse debet repetitio earumdem syllabarum *edicta dictatoris*. Præterquam quod verosimile, et tantum non certum sit, dictatorem unum tantum edictum proposuisse, quo jussit, ut omnes militaris ætatis armati et instructi adesent.

§ 6 *Inde composito agmine, non itinere magis apto, quam prælio]* Legendum haud dubie *itineri*: ut agmen æque habile fuerit, et ad profectiōnem, et ad pugnam. *Nannius*. *Nugæ meræ*. Scribe, *non itineri mugis apti*, ut habent MSS. Pall. omnes, nec non vetustissimi eius. *Diodorus* l. xviii. p. 635. οὐτοὶ δὲ εὐχαριστοῦντες ἔτοιμοι, προῆγον ἀπαρτήσοντες τοῖς περὶ Λεωνάτον, πρὸ τοῦ τὸν Ἀντίπατρον συμβίαιοι, καὶ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας εἰς ἑταῖρον συνελθεῖν. *Livius* xxvii. 48. ‘Advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed ad conserendum extempio prælium instructis armatisque.’ *Gebh.* Aut *composito*, aut *apto* videtur abundare. Sed opportune tres Pall. et Voss. interque, *Non itineri magis apti, quam prælio*; ut referatur ad dictatorem et magistrum equitum: et intelligas, quo habitu duces, eodem et milites fuisse: denique in fine scribas *ducunt*. Durius enim forte in hoc propius respexisse. *J. F. Gron.* *Itinere*, pro quo *Nannius itineri recte reposuit*, primum errore operarum exstitit in Basileensi a. 1539. idque per nonnullas proximas edd. propagatum est. Verum *itineri* non modo sensus *Livii* exigit, sed etiam exhibent omnes libri, qua editi vetustiores, qua scripti, nisi quod in Leid. 2. mendose legatur *iterum*; in Gaertn. *itinē*. Præterea omnes nostri manū exarati præferunt *apto*, nisi quod fragm. Hav. eo tamen adludens, habeat *acti*, solito scribarum errore, qui passim ‘aptus’ et ‘actus’ confuderunt. Vide ad XL. 13. § 6. *Apti* etiam sibi obvium in Oxon. B. L. 1. 2. et N. ut et in ed. Rom. principe fu-

isse, testatur Hearnius: quare id recipiendum arbitratus sum. *Dicit* vero in fine servant omnes nostri, excepto solo Hav. in quo est *dixit*; ut forte *duxit* scribere librarius voluisse videatur. Perpetuo enim ‘ducere’ et ‘dicere’ commutantur. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. Illud *ducit* autem propter τὸ apti in *ducunt* mutari, ut *Gronovio* videbatur, non est necesse. Neque enim dñrus puto, *Livium* hic respexisse ad propins, quam XLIV. 17. ‘Prætores, Cn. Baebius urbanam, L. Anicius peregrinam, et si quo senatus censuisset, Cn. Oetavins classem, P. Fonteius Hispaniam, M. Æbutius Siciliam, C. Papirius Sardiniam est sortitus’: ita enim ibi præferunt omnes editi. Nisi forte illuc *Prætorum Cn. Baebius* malles. Vide quæ dicto loco notantur. Mox *In agmine utroque* habent Voss. 1. et Leid. 2. *ad orationes, pro adhortationes*, Lipsiens.

§ 7 *Adderent gradum: maturato opus esse, ut nocte ad hostem pervenire possent*] In optimis plerisque reperio posset, indicio scribendum perveniri posset, quod ex sno vet. lib. notavit Muretus. *J. F. Gron.* Ut adderent gradum antiquissimæ, quas vidi, edd. Primus Aldus τὸ ut ejecit, quod nulli etiam eodd. agnoscunt, et natum videtur ex ultimis literis prioris vocis erant. Et solet saepe illud ut omitti post verba hortandi. Vide ad XL. 11. § 1. Deinde *corpus esse, pro opus esse*, Lipsiens. Tum posset ex nostris Voss. 1. a m. sec. Leid. ambo, Harl. 1. Hav. et fragm. Hav. Omnes tamen retinuerunt *pervenire*. Mihi quoque *perveniri posset* verius videtur: id tamen in contextum recipere ausus non sum.

Exercitum Romanum obsideri] Obsederit Leid. 1. ultima litera perperam repetita ex prima sequentis tertium. Vide ad XL. 7. § 8. Scribere ergo librarius voluit *obsideri*: de qua orthographia vide ad IX. 2. § 3.

Quid queque nox aut dies ferat, incertum esse] Quid q; sive quid quoque

Klockian. Vide ad xl. 5. § 5. fuerat Leid. 1. feret Leid. 2. ferret fragm. Hav. Tum *incentum esse* Harl. 1.

Puncto saepe temporis maximarum rerum momenta averti] Ms. Colon. *maximarum rerum momenta verti.* Modius. Solam editionem Basileensem 1555. invenio, quæ huic adnotacioni occasionem Modio dare potuit. Omnes enim reliquæ servant *verti*; una illa *averti* præfert; sed sine dubio operarum aberratione. A scriptura autem reliquarum non tantum Ms. Colon. sed et omnes mei codd. stant. At insuper *maximarum rerum momento verti* Lipsiens. et Gaertn. *maxima rerum momenta* Hav. *maxima rerum momenta* Leid. 2. Sed vulgatum sannum est. Infra xxvii. 9. ‘Adeo ex parvis saepe magnarum momenta rerum pendent.’ Contra ‘parvarum rerum momenta’ xxxii. 17.

§ 8 *Inter se quoque gratificantes duabus clamabant]* Vocem quoque non habent primæ edd. Eam addidit Aldus; et servant etiam omnes scripti nostri.

‘*In Algidum perveniunt*] In Algidum veniunt Harl. 1. in Algidum pervenerunt Leid. 2.

Et, ut sensere, jam prope hostes esse] Iterum Pall. tres et Andreæ ed. et, ut sensere, se jam prope hostes esse. Multo melius. Gebh. Coniunctio et non adparet in primis excensis. Addidit deinde Aldus, cui consentiunt omnes nostri. Deinde senserunt Gaertn. Insuper τὸ σε, quod primus omiserat Curio, et deinde Gebhardus ex tribus Pall. et Andreæ ed. restituit, superest etiam in codd. quibus utor, editisque Curione antiquioribus. Gronovius quidem priori ed. nott. ad xl. 42. eam lectionem non probabat, licet in contextum recepisset: at, quum postea, quæ ibi notavit, repetitis curis induxit, sententiam mutasse, ac lectionem illam probasse videtur. Et recte. *Prope hostes*, nt ‘prope secessionem’: de quo vide ad vi. 42. § 10. Denique verbum *esse* exsulat a

fragm. Hav. Sed id intercepit partim ultima syllaba vocis præced. *hostes*, partim prima sequentis signa.

Signa constituant] Mallem *signa consistunt*, pro *constituant*: ut Tacitus Ann. i. 30. ‘Drusus, non exspectato legatorum regressu, quia præsentia satis constiterant, in urbem rediit.’ Et apud Cæsarem ‘consistere exercitum,’ apud Sallustium ‘consistere agmen et signa’ in Jugurth. legimus. Sie infra xxviii. 15. ‘Consistere signa in radicibus collum cœperat’ et c. 16. ‘Signa consisterent, et eqnestria prælia consererent.’ Klock. Omnes codd. vulgatum tuentur: quibus invitis, id cum Klockio minime mutem. Vide ad xxvii. 16. § 11.

CAP. XXVIII. § 1 *Ut sarcinas in unum conjici jubeant, militem cum armis valloque redire in ordines suos. Facta, quæ imperarit]* Omnia hæc desunt in Voss. 2. librariorum culpa, cui caussam dedit vocis *imperavit* repetitio. Plura exempla similium errorum vide ad ix. 11. § 11. Ceterum in unum sarcinas munitato ordine dictionum Gaertn. Tum conici Leid. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad ii. 10. § 9. Præterea facta sunt, quæ *imperavit* Port. a m. sec. factumque *imperavit* Hav. Sed jubeant: militem... suos facit. Quæ ut *imperavit*, tum, &c. fragm. Hav. Pleiisque librarii non ceperunt formulam *facta*, quæ *imperavit*; quæ, in re militari præsertim, sollemnisi erat, quum quis duci renunciaret, se exsequuntum esse, quæ ab eo facere iussum erat. Tacit. Annal. i. 6. ‘Nuncianti centurioni, ut mos militæ, factum esse, quod imperasset; neque imperasse sese, et rationem facti reddendam apud senatum respondit: ubi videndum est Lipsius, et Brisson. de Formul. l. iv. p. 348.

§ 2 *Tum, quo fuerat ordine in via, exercitum]* Idem optimi plerique fuerant; quod tuto repone. *Exercitum* enim cum appellat, perinde est, ac si dixisset ‘legiones,’ vel ‘milites.’

J. F. Gron. Fuerant etiam ex nostris habent Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. I. fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. et Port. a m. pr. ex Hearnii autem Oxon. similiter L. 2. Neque aliter primæ edd. exhibent. Basileenses demum a. 1539. fuerat ei substituerunt; non adtententes, τὸν 'exercitus,' qui ex variis ordinibus atque militibus constat, apud Livium sæpissime collective usurpari. Supra i. 27. 'Nihil trepidatione opus esse: suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatum nuda terga invadant: ita recte ibi Gronov. ex scriptis et editis priscis vulgari jussit. II. 58. 'Hæc ira indignatioque ferocem animum ad vexandum sævo imperio exercitum stimulabat; nec ulla vi domare poterat: tantum certamen animis inbiberant.' XXVI. 2. 'Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse.' c. 21. 'Exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.' XLV. 35. 'Totus Macedonicus exercitus imperatori erat negligenter ad futurus comitiis ferendæ legis. Sed eos Ser. Sulpicius Galba stimulavit, ut frequentes ad suffragium adessent.' Anctor Epit. Liv. lib. XXVI. 'Quum per triduum in aciem exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit: nam quum in castra rediissent, statim serenitas erat.' Pariter loquuntus est Divus Lucas Evang. II. 13. Καὶ ἐξάφυτη ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιῶν οὐρανίου, αἰνοῦντων τὸν Θεόν, καὶ λεγόντων. Silius Italic. XIII. 308. 'Stabant innixi pilis exercitus omnis, Spectabantque viros: ubi vide quæ notavi, et infra ad Liv. XXIX. 10. § 3. Vide etiam Cortinn ad Sall. Jug. c. 18. § 3. Ceterum quo ordine fuerant primæ edd. Sed ordinem illum, qui nunc obtinet, vocabulis dedit Aldus, cum quo consen-

tiunt omnes scripti. Vocem *omnem*, quæ sequitur, Mediolanenses a. 1505. errore, ut puto, operarum omiserunt.

§ 3 *Edito imperio, signum secutum est]* *Edito imperio* Leid. 2. et Hav. Sed error hic in membranis vetustis admodum frequens est. Vide ad XXI. 62. § 7. *Mox clamorē hostis circumsonuit* Leid. 1.

- *Superat inde castra hostium, et in castra consulis renit]* *Superat in castra* Lipsiens. Vide ad X. 20. § 6. *Superat inde castra, tum et in castra* Leid. 2.

Alibi pavorem, alibi gaudium ingens facit] *Ingens gaudium* Port. *Tum fecit* Voss. 1. Leid. 2. et Hav.

§ 4 *Civilcm esse clamorem, atque auxilium adesse]* *Civ. clam. esse, atque aux. id esse* Voss. 1.

Ex stationibus ac vigiliis territant hostem] *Et vigiliis* Hav. Lipsiens. Harl. 2. et Port. a m. pr. atque *vigiliū* fragm. Hav. *Tum territant hostes* Hav. et Lipsiens. Vide ad V. 50. § 2.

§ 5 *Sed rem ab suis caplam]* *A suis* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Tum inceptum* Hav.

Mirumque esse, ni jam exteriore parte castra hostium obpugnentur] *Initiumque esse* fragm. Hav. *Hinc nisi jam* Voss. 2. *Vocnam nisi* sæpe pro ni non recte a librariis substitutam esse, videbimus ad XXIII. 1. § 8. *Et jam, id est in ium,* Lipsiens. *Præterea exteriori parte excusi ante Aldum,* qui *exteriore* reposuit, consentientibus codd. meis. *Deinde castra hominum hostium* Leid. 1. *Sed librarius ejus codicis duplicem lectionem jungere voluisse videtur, de quo vide ad III. 44. § 4.* Solent autem voces 'homines' et 'hostes' commutari. Vide ad XXIII. 37. § 7. In similes autem codd. incidentes deinde alii librarii hominum mutarunt in omnium, ac dederunt *castra omnium hostium*, ut præferunt Lipsiens. Gaertn. Port. et fragm. Hav. Solent autem alibi

'homines' et 'omnes' committari. Vide hoc lib. ad c. 54. § 6. Denique mox et subsequi jubet, sine τῷ σε, Lipsiens. et Hav. quod in aliis omnibus, quibus nitor, constanter superest.

§ 6 *Nocte initum prælium est, legionibus dictatoris clamore significantibus*] Vitiatus locus est. Scribe a legionibus dictatoris clamore significant. A legionibus dictatoris; id est, a parte legionum. Significant, subaudi 'milites.' Rhen. Sensus est perquam obscurus. 'Rem' autem 'in discrimine esse' de hostibus intelligo: quasi diceret, non ab consulis tantum parte res hostium in discrimine erat, sed ab dictatoris quoque parte, id quod legionum clamor satis significabat. Glar. Pall. 1. ac 3. *Nocte initum prælium a legionibus: dictatori clamore significant, ab ea, &c.* Pal. 2. vero, *nocte initum prælium est a legionibus dictatoris: clamore significant, ab ea quoque parte rem, &c.* Edd. præterstant a lectione vñigata, quam jure merito dudum impugnavit Rhenanus, quem juvant per omnia Pall. duo meliores. Gebh. Veram lectionem, præterquam una litera, et cum mala interpunkione protulit Rhenanus. Legenduni enim, *Nocte initum prælium est a legionibus: dictatori clamore significant.* Sic MSS. Pall. Perperam Rhenanus, a legionibus dictatoris significant. Nam ab illis clamorem editum, acceptumque ab obsessis jam ante affirmavit: hic clamor est obsessorum, dictatori significantium, se ad signum ab ipso datum expediri. J. F. Gron. Dicendo 'rem in discrimine esse' indicat, commissam esse pugnam, cuius anceps erat eventus: unde 'præliandi discrimen' dixit Frontin. 1. 3. ex. 4. 'Byzantii, adversus Philippum omne præliandi discrimen evitantes, omissa etiam finium tutela, intra munitiones oppidi se receperunt.' Et ita 'universo periculo summam rerum committere' dicitur dux, qui omnibus copiis in aciem descendit, ut prælium committat, xxii. 12. Jam

autem dictatoris milites non nocte prælinum inierunt, omne illud tempus vallo castris hostium circumdando independentes, sed demum sequentis diei mane. Hinc fit, ut clamor, quo significabatur ab ea quoque parte rem in discrimine esse, ab exercitu dictatoris editus esse intelligi nequeat, adeoque defendi non possit neque priorn editionem lectio, neque Rhenani emendatio, ad quam non recte Gebhardus adtendit. Non enim eam juvant duo meliores Pall. Rhenani tamen emendationem præferunt etiam Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. Hart. interqne, Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Omnia expeditiora fore existimat Donjatius, si legatnr, *nocte initum prælium est.* (nempe a consulis legionibus) *Legionibus dictatoris clamore significant,* (subaudi legiones Minucii, seu Romani milites obsessi) ab ea quoque parte (a sua scilicet parte) rem (hostium) in discrimine esse. Ne quid dissimilem, ita præferunt Klockian. et Leid. 2. neque ab eo differt Neapol. Latinii, nisi quod habeat significant pro significant. Mihi tamen verior videtur et Gronovii sententia, quam præter duos Pall. firmat etiam Voss. 2. et, si unica eximatur litera, tot alii codd. Rhenano consentientes.

§ 7 *Jam se ad prohibenda circumdati opera æqui parabant*] In ed. Asulanica legitur ita. Tu eastiga, *Jam se ad proh. circumdati opera æqui.* Rhen. *Circumdati* verbum, pro *circumdati* participio, legitur in quibusdam codd. Glar. Non aliter, quam *circumdati*, legitur in Pal. 2. Andreæ Campanique edd. At Pall. 1. ac 3. *circum dare.* Gebh. *Circumdati* præferunt non tantum Asulanica, sed et priores quedam edd. ut Veneta a. 1495. et aliæ, verum operarum errore. Nam et vetustiores non modo ac recentiores recte servant *circumdati*, sed et omnes scripti mei, præter Guertn. et Voss. 2. qui habent *circum dare*; et

Lipsiens. in quo exaratum est *circum-*
daris. Donjatius futile librariorum
 peccatum ita defendebat, ut partici-
 pium *circumdati* de præsenti, non de
 futuro (præterito dicendum erat)
 tempore acciperet, adeoque signifi-
 caretur, Æquos, qui circumdabantur,
 se parasse ad prohibenda hostium cir-
 cumsidentium opera.

Quum ab interiore hoste prælio capto]
Cum ab interiore Hav. et Port. a m.
pr. in quo manu altera inter versus
datum est interiori. Sæpissime quum,
sive cum, et tum commutantur. Vide
ad Epit. Liv. lib. XLVIII. Præterea
prælio capto Leid. 2. Paullo post
opere dedere, pro operi ded. idem Leid.
2. et cum consule est ad lucem, trajectis
vocibus, Gaertn.

§ 8 Jam circumvallati ab dictatore
erant] Tam circumvallati Lipsiens.
 passim obvio errore. Vide ad **xxi.**
11. § 12. Tum a dictatore Gaertn.
 Voss. ambo, Leid. 2. et fragm. Hav.

A perfecto opere ad arma rediit] Ab
 perfecto opere ex Pal. 2. legendum es-
 se, monet Gebh. ad c. 29. § 9. quod
 in nullo meorum superest. *Ad arma*
venit Port. Vid. ad **XXXVII.** 50. § 6.
 Paullo ante adversum unum ex. primæ
 edd. usque ad Aldum, qui aduersus
 vulgavit. Et ita habent omnes codd.
 Vide ad Epit. Liv. lib. **XLVII.**

Hic instabat nora pugna, illa nihil
remiserat prior] Pal. 1. *Hic inst. nora*
pugna, nihil remiserat prior. Unde
 provocabulum illa immigraverit, cu-
 perem scire; quamquam non nesciam,
 inventum nihil in edd. antiquariis.
 Gebh. Omnia hæc verba omitteban-
 tur in Leid. 2. culpa ac negligentia
 scribæ. *Hinc instabat* habet Neapol.
 Latinii. Et ita in margine Mediol.
 ed. a. 1480. emendatum vidi. *Hinc*,
 id est, a Quintiano exercitu. Vide
 quæ notavi ad Silii Ital. 1. 283. Quum
 tamen in aliis nihil mutetur, vulgatum
 servandum puto. *Hic et hinc* passim
 confunduntur in codd. scriptis. Vide
 ad **xxvi.** 13. § 13. Præterea *τὸν illa*
 agnoscunt Leid. 1. Harl. 1. et Hear-

nii Oxon. N. Erat etiam in contextu
 Voss. 1. sed simul adjectis notis, qui-
 bus scriba indicare solet, vocem per-
 speram scriptam ac delendam esse.
 Eamdem etiam ejecit Gronov. quum
 omnes priores edd. constanter reti-
 nnissent, testatus ad **XXXVI.** 17. § 9.
 se id fecisse auctoritate trium Pall.
 et Voss. MSS. quum tamen Gebhar-
 dus τὸν illa ab uno tantum Pal. abfuis-
 se anctor sit, et in altero Voss. a m.
 pr. exstet. Quum itaque melioris no-
 tæ codd. τὸν illa servent, id etiam re-
 vocandum putavi.

§ 9 Ne in occidione victoriam pone-
rent] Miror quod exstet in Pall. 1. ac
 3. ne occidione vict. pon. Lib. iv. c. 58.
 ‘Modo duo præsidia occidione occi-
 sa.’ Gebh. *Ne occidiose vict. pon.* præ-
 fert Voss. 2. *ne in occidione vict. pon.*
 Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav.
 et a m. pr. fragm. Hav. Quomodo
 etiam unus, isque levioris fidei, co-
 dex supra habet hoc lib. c. 10. ‘Quia,
 occidione prope occisos Volscos et
 Æquos movere sua sponte arma pos-
 se, jam fides abierit, novos hostes
 quæri.’ ubi vide quæ notantur. *Nec*
in occidione est in Harl. 1. Paullo
 ante consule orant Gaertn. Sæpius
 scribas locutiones per infinitivum
 prolatas sustulisse, vidimus ad 1. 50.
 § 5. Reliqui omnes orare recte ser-
 varunt. Mox vocabulum inde exsulat
 a Voss. 2.

Ab consule ad dictatorem ire jussis ig-
nominiam infensus addidit] Pall. dno,
 Andreæ editio, ignominiam incensus
 addidit. Gebh. *A consule* Voss. 1.
 Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav.
 Hinc ire jussi sunt, quibus ignominiam
 Gaertn. Deinde in sensu Flor. Voss.
 1. et Leid. 2. incensus Voss. 2. fragm.
 Hav. Gaertn. Hearnii Oxon. N. La-
 tinii Neapol. et excusi ante Aldum
 qui infensus primus edidit. ‘Incen-
 sus ira,’ ‘odio,’ ‘cupiditate,’ simi-
 lesque locutiones passim obcurrere,
 dictum est ad II. 12. § 12. quin et,
 incensus simpliciter pro iratusponi,
 docuit Burmannus ad Nason. Metam.

iv. 253. Hic tamen *infensus* præferre non dubito, in quam lectionem conspirant reliqui scripti mei, quorum mihi auctoritas potior est. ‘*Inensus*’ et ‘*infensus*’ alibi commutantur. Vide ad locum Livii land. Denique addit’ culpa librarii exsulat a fragm. Hav.

§ 10 *Gracchum Clælium ducem principesque alios vinctos*] *Gracchum* Voss. 1. Leid. 2. Port. et fragm. Hav. Vide ad Ep. Liv. lib. xli. Tum *Clælium* Port. *Clælium Lipsiens*. Vide ad c. 25. § 5. *Gracchum et Clælium* Gaertn. quasi duo forent, qui unus tantum exstitit. Deinde *principes alios* sine conjunctione fragm. Hav. Tandem *victos* est in Port. sollemni errore scribarum. Vide ad xxx. 12. § 7. Paullo post *decedit*, pro *decedi*, male Lipsiens. *decidi* Gaertn.

Sanguinis se æquorum non egere] *Sanguinisque æquorum* Harl. 2. *sanguinisque se æquorum* Hav. *sanguine se æquorum* fragm. Hav. Sed editam lectionem servo. Prima litera *to* se ultimam vocis *sanguinis* absorpsit: hinc postea ex *sanguini* datum *sanguine*. Infra ix. 6. ‘Omnium egena corpora humi prostraverunt:’ alibi tamen sæpe *egere* cum casu sexto Livius junxit. Vide Gronovium ad xxii. 52. § 8. Mox *sub jugum habituros* Leid. 2. fragm. Hav. et Port. a m. pr. perperam addita adspiratione. Vide ad xxii. 59. § 19.

§ 11 *Tribus hastis jugum fit*] *Tribus e hastis* Harl. 1. Tum *jugum nō fit* Lipsiens. Primæ tamen literæ *to* *nō* adduntur note, quibus indicant librarii eam delendam esse. Tum *super eas*, sine copula *que*, Harl. 1. Mox *transversi*, pro *transversa*, Gaertn. *transfusa* Lipsiens. *una transversa*, alio ordine *compositis* dictionibus, Port. et excusi vetustiores usque ad Aldum, qui reposuit, ut nunc editur. Et ita reliqui codd.

Sub hoc jugo dictator æquos misit] Hand dubio rectius sit *æquos emisit*: sequitur enim mox, ‘*nudos enim emi-*

serat.’ *Gulielmus Quæst. Plantin.* in Bacchid. cap. 2. *Gulielm. legendum censem æquos emisit*, *Plantinis Quæstion.* quia sequitur ‘*nudos enim emiserat.*’ *Gebh.* *Gulielminus æquos emisit*, quia sequitur ‘*nudos enim emiserat.*’ Sed non necesse est, ibi repeti *sub jugo*; nec quisquam, quod quidem sciam, dixit ‘*emittere hostem sub jugo.*’ Etiam in quibusdam MSS. *Sallustii Jugurth.* capp. 38. et 49. esse ‘*sub jugo mittere*’ testatur Cortinus, et in Cæsar de Bell. Gall. 1. 7. Ursinus. Miror tamen, Livium hic contra consuetudinem suam voluisse dicere *sub jugo*, quod alibi semper dicit *sub jugum*, ut et alii omnes. Nec putem, maximam rationem habendam esse paucorum MSS. *Sallustii* et Cæsar, ac potius suspicer, vetusta ratione scribendi primum fuisse *jugom*: nam antiqui in multis o pro u ponebant, ut ‘*ovom*,’ ‘*equos*,’ ‘*antiquos*,’ et alia, de quo vide Victorium ad Varro. de Re Rust. 1. 10. Sealignerum ad Catullum Carm. 11. Indices Inscriptionum, et Dausqueum in Orthographia. Hoc fortassis etiam Augnstus secundus *domos* in genitivo singulari scribebat, pro *domus*, apud Sueton. Aug. c. 87. *Duk.* Infra ix. 6. ‘*Tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quod emissi essent:*’ ubi Gronovins hunc locum lundat, quasi *emisit* jam in contextu admissum foret. Contra locutionem ‘*sub jugo mittere*,’ pro *sub jugum*, illustravit Corte ad Sall. Jug. c. 38. § 9. Ita supra *principes edd. legunt* 1. 26. ‘*Velut sub jugo misit juvenem:*’ ubi tamen nunc editur *sub jugum*. Similiter unus cod. præfert 11. 31. ‘*Sub jugo missns, tamquam a latronibus redemptus.*’ *Sub hoc jugum misit præferrem*, si codd. addicerent. Mox ad verba capititis seq. *nudos emiserat* intelligo ‘*ex castris.*’ *Jugum* vero similiter, ac Livius, descriptis Fest. voc. ‘*Jugum.*’ ‘*Jugum, sub quo vieti transibant, hoc modo siebat: fixis duabus hastis, super eas ligaba-*

tur tertia : sub iis victos discinctos transire cogebant : et in voce 'Sub jugum.' 'Sub jugum dicuntur nitti hostes victi, ereptis omnibus armis telisque, cum hastis defixis duabus in terra, tertiaque ad summum earum deligata, ipsi eam jacentur subeuntes transire.' Etiam Zonar. Ann. VI. 17. 'H δὲ πρᾶξις ἡ τοῦ ξυγοῦ τοιά δέ τις ἦν. σταυρὸν δόν, ὅρθια δηλαδὴ ξύλα δέχοντα ἀλλήλων, εἰς τὴν γῆν κατεπήγυνον, καὶ αὐτοῖς ἐπειθόντες ἔγκαρποιον ἔτερον, καὶ διὰ μέσου τούτων τοὺς ἀλόντας διῆγον γυμνούς. Ceterum sub jugo, media voce exsulante, Port.

CAP. XXIX. § 1 *Nudos enim emiserat*] Pal. 2. *nudos enim miserat*. Supra aliquid notavi. Macrobins Saturn. II. 4. 'Curtius eques Romannus deliciis diffinens, cum macrum turdum sumisset in convivio Cæsaris, interrogavit, an mittere liceret? Responderat princeps, Quid ni liceat? Ille per fenestram statim misit.' Gebh. *Miserat*, Palatino 2. consentientes, etiam Harl. 2. et Hav. 'Mittere' pro 'dimittere' nostro frequens est. Infra xxx. 3. 'Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat:' ubi plura vide. Levior tamen est auctoritas codicum, hanc lectio nem ostentantium, quam ut eam sequar, reliquis codd. ab edita lectione stantibus. *Emiserat* autem, intellige non 'sub jugo,' ut Gulielm. in fine cap. proximi voluisse videtur, sed 'ex castris.' Præcessit enim 'Castris hostium receptis.' Mox vocabulum *tantum* deest in Lipsiens. Tum *consulemque ipsum increpans* vetustiores edd. Aldus postea dedit *ipsumque consulem increpans*, quo ordine vocabula legunt codd. omnes quibus usus sunt.

§ 2 *Carebis, inquit, prædæ parte, miles, ex eo hostile, cui prope prædæ fuisti*] Carebis exsulat a Gaertn. Carebit male præfert Lipsiens. Carebis *prædæ, inquit, parte trajectis vocibus* Harl. 1. Deinde *præda fuisti* Hav.

Utrumque dici 'præda esse,' et 'prædæ esse' docet Duker. ad Flori I. 1. § 10. Verum reliquis in vulgatum conspirantibus, unum, et quidem hunc, testem non audiendum hic censeo. Ita 'invidiæ,' 'crimini,' 'usui,' 'religioni, impedimento esse,' Livio familiaria sunt. Supra II. 52. 'Invidiæ erat amissum Cremeræ præsidium:' eodem cap. mox, 'Et huic prælinum cum Tuscis ad Janiculum erat criminis:' ubi quædam notavi: mox hoc lib. c. 31. 'Invidiæ tamen res ad exercitum fuit.' c. 33. 'Simul peritos legum peregrinatum ad condenda nova jura usui fore credebant.' v. 13. 'Religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri.' XLIV. 46. 'Simul ut Sinticen evastaret, et ad omnes conatus regi impedimento esset.' Quin et ipsum 'prædæ esse' apud eundem aliosque sæpe obcurrit. Infra IV. 51. 'Ne vacnum quidem agrum, nuper ex hostibus captum, plebi dividere, mox paucis, ut cetera, futurum prædæ.' XXIV. 36. 'Legionem prædæ hand dubie sibi futuram ratus.' XXV. 25. 'Edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret: cetera prædæ futura.' Salust. Cat. c. 21. 'Admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominiae, multos victoriæ Sullanæ, quibus ea prædæ fuerat:' ubi videndus est Cortius. Et his auctoritatibus eamdem locutionem infra restituendam conjicio XLIV. 6. 'Auratis status omnibus raptimi, ne prædæ hosti essent, in classem congestis, ocins demigrare Pydnami cogit:' ubi nunc editur *prædua essent*. Sed vide quæ ibi notantur. Alia habebis v. 54. § 5.

Et tu, L. Minuci, &c. legatus his legionibus præris] Plane ad hunc modum libri mihi consulti. Andreas tamen, enjus editio manuscripto libro vetustate et bonitate in plurimis non cedit, edidit *legatus sis legionibus præris*: ubi *sis* intellige, 'si vis.'

Et est imperandi particula. *Gebh.* Omnes etiam mei manu exarati nihil mutant, nisi quod *hiis legionibus* sit in nonnullis; *legatus sis, legacionibus præteris* in solo Harl. 1. Contra quasenamque Aldo antiquiores edd. vidi, *sis præferunt*. Earum nulla tamen illud *sis* accepit pro ‘*si vis,*’ ut ex eorum interpunctione constat, quæ talis est, *legatus sis: legionibus præteris.* Et sane, eo sensu, quo Gebhardus voluit, intelligi posse, illud prohibet, quod *τὸ sis antiquatum sit, et vix alibi, quam apud comicos, certe non apud Livium, obcurrat.* Sed nec interpunctionem edd. ant lectionem Harl. 1. admitto. Vulgatum itaque præferendum non dubito. *Præteris legionibus legatus,* id est, tamquam legatus, legati dignitate ac titulo. Infra viii. 33. ‘*Dictatorem Quincium Cincinnatum in L. Minucium consulem, ex obsidione a se erexit, non ultra sævisse, quam ut legatum enim ad exercitum pro consule relinqueret.*’

§ 3 *Ita se Minucius abdicat consulatu]*
Itaque Minucius Harl. 2. quod si placet, mallem etiam *Itaque Minucius abdicat consulatum.* Sed aliis omnibus nihil mutantibus fidem habeo.

Coronam auream dictatori librae pondo decreverit] Legitur in libro Ms. *libram pondo decrecerit,* appositive. *Rhen.* Putat hic Rhenanus habere locum posse lectionem sibi vestigatam *libram pondo.* Sed eam ex nullo nostrorum, neque calamo picto, neque cuso, erucere quivi. *Gebh.* *Flor.* *Rott.* et *Helmi.* ut ex *Borb.* Rhenanus *libram pondo.* Neque aliter potuisse *Livium scribere,* demonstravimus de *Pecunia* Vet. i. 6. *J. F. Gron.* *Coronam aritum mendose* Leid. 2. *Præterea librae pondo,* quod recte Rhenanus et Gronovius rejecerunt, perstat in *Voss.* utroque, Leid. 2. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. dubitanter *libr pondo* dedit scriba cod. Gaertn. Sed

veram lectionem fideliter obserunt Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et Oxon. L. 1. et N. Quamvis autem etiam Rhenanus hanc scripturam probarit, eamdem tamen non intellexit, *coronam libram pondo* per adpositionem dici existimans. Et hinc veram lectionem videre non potuit xxvi. 47. ‘*Pateræ aureæ fuerunt ducentæ septuaginta sex, libras ferme omnes pondo:*’ ubi quum olim *librae ferme ederetur, Rhenanus librales ferme, Gronovius recte libras ferme reposuerunt.* Docuit autem Gronovius de *Pecunia* Vet. i. 6. 29. locutionem esse ellipticam, et ita integrari debere ‘*coronam habentem pondus libram pondo,*’ ‘*pateræ habentes ferme omnes pondus libras pondo:*’ ubi etiam p. 27. vocem ‘*pondus*’ exponit. Eamdem locutionem Gronovius etiam restituit iv. 22. § 4.

Et proficiscentem eum patronum salutaret] *Consalutaverit* Voss. 1. Leid. 2. et Port. Velle, fide digniores codd. accederent. ‘*Consalutare*’ enim verbum est *Livianum*, de quo vide ad i. 7. § 1.

§ 4 *Romæ a Q. Fabio præfecto Urbis senatus habitus]* Fall. 1. ac 3. *Romæ Q. Fabio præfecto urbis senatus habitus.* Pal. 2. *Romæ a Q. Fabio præfecto urbi senatus habitus.* Gebh. *Romæ Q. Fabio etiam Voss. 2. sed Roma ea Q. Fabio* Leid. 1. Ex quo errore colligi potest, diphthongum *ae* non unico ductu, sed duabus literis, exarata olim fuisse: quum autem quondam voces, nullo interstitio relieto, unica serie scriberentur, imperitia librarium *a* et *e* postea male in diversa vocabula contributa fuerunt. Vide *Corte ad Sall. Cat. c. 22. § 4.* Ceterum *urbis* servant omnes nostri; cuius ultimam literam in *Gebhardi* Pal. 2. a prima vocis sequentis *senatus* interceptam fuisse reor. Vide ad xxiii. 8. § 9. Et ita sentio, non tantum quod alii omnes codd. mei in editam lectionem conspirent, verum eti-

am quod Livius, qui aliquoties hujus magistratus meminit, semper eum ‘præfectum Urbis,’ non ‘præfectum Urbi’ vocari. Ita l. i. cap. ult. ‘Duo consules inde comitiis centuriatis a præfecto Urbis ex commentariis Ser. Tullii creati sunt.’ III. 3. ‘Q. Servilio præfecto Urbis relicto.’ cap. 24. ‘Obtinnit tamen P. Lucretius præfector Urbis.’

§ 5 *Epulæ instructæ fuisse dicuntur ante omnium domos]* *Ante omnium domus* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. quomodo Pierius etiam se hic in veteri codice Liviano invenisse testatur ad Virgil. Georg. I. 182. qui ad Georg. II. 115. monuit, *domus* quarta declinatione apud T. Livium in antiquis codd. observari. Certe codex Leid. I. ita exhibet II. 22. ‘Pergunt domus eorum, apud quem quisque servierant:’ idem Leid. I. et Voss. 2. III. 5. ‘Cohortes inde Latinae Hernicæque, ab senatu gratiis ob inpiogram militiam actis, remissæ domus.’ Voss. infra XXXIX. 16. ‘Ubi vos dilapsi domus et in rura vestra eritis:’ veteres edd. XLV. I. ‘Ludis relictis domus magna pars hominum ad conjuges liberosque latum nuncium portabant.’ Quod autem supra eadem flexione viri docti ex Ms. proferant *domu* I. I. ‘Ænean ab simili clade domu profugum,’ nimis antiquatum puto, quam ut Livio conveniat. Vide tamen Vossium de Art. Gramm. IV. 20.

Epulantesque cum carmine triumphali et sollemnibus jocis comissantium modo currum secuti sunt] Pall. tres et Campani ed. *cum car. tri. ex solemnibus jocis.* Andreas edidit *cum car. tri. et solemnibus comesantibus jocis modo currum sequuntur.* Lib. IV. 53. ‘Alternis inconditi versus militari licentia jactati.’ Lib. VII. 10. ‘Inter carminum prope modum incondita quædam militariter jocularentes.’ Gebh. *Ex solemnibus locis* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *et sollemnibus locis* Harl.

Delph. et Var. Clas.

I. et in marg. Harl. 2. ut et Lipsiens. a m. pr. pro quo in ejus margine *jocis* emendatur. Sed nihil moto. Præterea *comesantum* habet Flor. Infra v. 49. ‘Triumphans in Urbem redit, interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ conditorque alter Urbis hand vanis laudibus adpellatur.’ XXXIX. 7. ‘Carminaque a militibus ea in imperatorem dicta, ut facile adpareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici.’ Sueton. in Cæs. c. 49. ‘Gallico denique triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia currum prosequentes joculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronunciaverunt.’ Voculæ et atque *ex* passim in libris scriptis commutantur. Vide ad XXVI. 45. § 1. neque minus frequens est confusio vocum ‘jocus’ et ‘locus.’ Vide ad XXXVI. 14. § 2. Præterea *comesantum* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. uterque, et Gaertn. *commessantium* fragm. Hav. *comesantum* Leid. I. Lipsiens. et Hav. Vide quæ notantur de orthographia hujus vocis ad XL. 7. § 5.

§ 6 *L. Manilio Tusculano]* *L. Manilio* Hav. *L. Manilio* Harl. 2. et Lipsiens. *L. Manilio* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Port. a m. sec. Et ita prisæ edd. quas ante oculos habuit Pighius, quum in Annal. ad A. U. C. CCXIX. p. 136. observaret, perperam in Livio *Manilius* legi, licet jam diu ante ejus tempora Frobenius a. 1535. *L. Manilio* recte edidisset. Vide hoc lib. ad c. 18. § 2.

Confestimque se dictator magistratu abdicasset] Scribe *Confestim se dictator*, dispuncta particula *que*. Rhen. Rhenanus dudum jussit profligari particulam *que*, qua cassos quoque ioveni Pall. omnes et Campani editionem. Gebh. Eadem conjunctio abest etiam ab omnibus nostris scriptis. Alibi saepè librarios hanc voculam addere solitos fuisse videbimus ad Liv. XL. 23. § 6.

Livius.

19 Y

Ni comitia M. Volscii falsi testis tenuissent] Tenuisset Leid. 1. et Voss. 2. Crediderunt indocti scribæ, ipsum dictatorem comitiis, quibus Volscius accusabatur, prafuisse, ac ‘tenere comitia’ Latini in usu fuisse, pro ‘habere comitia.’ Contra ‘comitia tenuissent dictatorem,’ id est, cum in dictatura retinissent, prohibuisserint, ne magistratu se abdicaret. Vide ad xxxii. 9. § 1. *Ni comitia M. Volsci falsi testes tenuissent habet Gaertn. a m. pr.*

Damnatus Lanuvium exsulatum abiit] Est in exemplari vetusto *Lanuvium exsilium abiit*; quod poterit etiam legi *Lanuvium in exsilium abiit*. Rhen. Supposititiam lectionem argunt Pall. tres. quorum Pall. 1. ac 2. *Lavinium exsilium abiit*. Pal. 3. *Lannuivm exsilium abiit*. Probavi supra *Lanuvium exsilium abiit*: cuius lectionis quum non caperet venustatem Rhenanns, conjectit *Lanuvium in exsilium abiit*, ut ediderat Campanus. Gebh. Variant libri scripti. *Lavinium exsilium abiit* Voss. ambo, et Port. *Lanuvium exilium abiit* Flor. *exsilium Lavinium abiit* Leid. 2. *Lanuvio exsilium abiit* Leid. 1. et Lipsiens. *Lavinium in exsilium abiit* Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Lanuvium in exsilium abiit* Harl. 1. *Lavinium et Lanuvium ob ductuum similitudinem passim in MSS. confunduntur*; et non nisi rariissime discerni potest, utra verior lectio habenda sit. Exempla vide ad Liv. vi. 2. § 8. viii. 12. § 8. c. 13. § 5. c. 14. § 2. et 3. xxii. 62. § 8. xxii. 1. § 8. xxxii. 9. § 2. xl. 19. § 2. ad Epit. Liv. lib. lxxx. et alibi. Videnda etiam, quæ viri docti notarunt ad Valer. Max. i. 6. ex. 7. Nic. Heinsius ad Nason. Fastor. vi. 60. et quæ olim monui ad Sili Ital. viii. 363. et xiii. 364. Hinc non inmerito optarunt viri docti, ut tandem certae leges prescriberentur, unde nosci posset, de utra urbe ageretur. Vide Ondendorp. ad Jul. Obseq. de Pro-

dig. c. 83. In parte id praestitit Sigenius ad Liv. viii. 13. § 5. Desperandum tamen est, tales excogitari posse regulas, quibus adhibitis de eijuscumque loci vera lectione constabit. Ceute hoc loco vix dijudico, quæ scripture, *Lanuvium an Lavinium*, præferri debeat. Servavit tamen prius, tum quod pro eo stant codd. mei vetustissimi, aliorumque optimi, tum etiam quod omnes edd. ita præferant, ac nihil habeam, quo id falsi convincatur. Ceterum *exsilium abiit* legendum ex tribus MSS. monuit etiam Gebhardus supra hoc lib. ad c. 6. § 7. Mihi contra in *exsilium abiit* verius videtur. Exempla enim, quibus Gebhardus ibidem similes locutiones Livio usitatas esse probare conatus est, partim alterius loci sunt, partim in melioribus codd. aliter leguntur. Quæ vero ex aliis scriptoribus proferuntur, Vossio non satisfaciant Gramm. vii. 42. Præterea in *exsilium* hic plures præferunt codd. In illis autem, a quibus abest, facile elidi potuit ab ultima litera præcedentis vocis *Lanuvium*. Ejusdem erroris exempla plura videri possunt ad x. 13. § 3.

§ 7 *Quinctius sextodecimo die dictatura, in sex menses accepta, se abdicavit]* *Sextodecimo mense die Voss. 1. pro quo in margine ejus emendatum erat sextodecimo mensis die.* Aurel. Viet. de Vir. Instr. c. 17. ‘Sextodecimo die dictaturam, quam acceperat, depositit.’ Dion. Hal. l. x. p. 652. ‘Ἐν ἡμέραις ἐκκαλδεικα ταῦς πάσας, ἀφ' ἣς παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, στρατόπεδόν τε σώσας φίλιον, καὶ πολεμῶν δύναμιν ἀκμάζουσαν καθελῶν, &c. At Florus i. 11. ‘Intra quindecim dies cæptum peractumque bellum.’ Præterea *accepta in se abdicavit Lipsiens.*

Per eos dies consul Nautius] Pall. 1. ac 3. *Præter eos dies.* Gebh. Eadem lectio mihi etiam obvia fuit in Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. a m. pr. quæ tamen ex er-

rore librariorum profluxit. Vide ad xxviii. 42. § 3. Infra xxx. 38. ‘Per eos dies commeatus ex Sicilia Sardinique tantam vilitatem annonæ effecerunt :’ ubi plura vide.

Ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat] Ad Herentium Voss. 1. additis tamen notis duas literas delendas, ac legendum esse ad Heretum. *Ad Herentium* Leid. 2. *ad Erentum* Port. *ad Arretum* Harl. 2. et Hav. *ad Are-tum fragm.* Hav. Vide ad c. 26. § 2. Mox *pugnat* *egregie* habent Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Verba vero *egregie pugnat*: *ad vastatos agros ea quoque clades accessit Sabinis omit-tuntur* in Leid. 2. *culpa librarii*, quod vox *Sabinis* mox præcesserat. Vide similius errorum exempla ad ix. 11. § 11. *Accessisset, pro accessit, habet Lipsiens.*

Minucio Fabius successor in Algidum missus] Vet. lib. Q. *Fabius successor*. Sigon. *Minucio Q. Fabius successor* est lectio intrusa ab Sigonio. Pall. tres *Minucio Fabius Quintius successor in Algidum missus*: neque secus Andreæ Campanique editio. Gebh. Lec-tionem, quam Sigonius ex vet. lib. profert, in nullo nec scripto nec edito priori inveni. Excnsi antiquiores præferunt *Fabius Quintius*. Et ita est in Voss. utroque, Leid. nroque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. Port: et fragm. Hav. Qnum tamen duo gen-tilicia nomina eidem tributa lectio-nem corruptam esse evincant, Fro-benius postea a. 1531. altero ejecto dedit *Fabius successor*, itidem contra codicum consensum. Longe rectius Gronov. ad iii. 1. § 1. qui et *Fabius Quintius* in Flor. optimo aliisque codd. invenit, scribendum monuit *Fabius Quintus*. Neque aliter exhibent Harl. 2. et Hav. insigni documento, nullum esse codicem adeo corruptum, qui non sæpe bonæ frugis sit, etiam ubi in integerrimis constanter peccatur. Vide de hac conlocatione et ordine nominum ad d. l. Livii. Ceterum non

Gryphins, ut Gronov. ibidem existi-mat, primus τὸ Quintius omiserat, sed ante eum, ut jam dictum, etiam Fro-benius utraque editione, Basileenses a. 1539. et Vascos.

§ 8 *Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est]* Tὸ anno exsulat a Port. *extremo anni* habet Voss. 2. Infra xxxix. 23. ‘*Extremo anni quia Sp. Postmnus consul rennunciaverat* :’ ubi plura vide. Quia tamen vulgato adhærent omnes alii codd. uni adversus ceterorum consensum fidem habere periculoso arbitrор, præsertim quum et altera locutio Livio usitata fuerit. Supra ii. 64. ‘*Extremo anno pacis aliquid fuit*’ xxxix. 56. ‘*Supplicatio extremo an-no fuit prodigiorum caussa*’ Eo sen-su ‘in prima urbe,’ pro in prima parte urbis, exponit Jac. Gronovius ii. 33. § 7. ‘*ultimo prælio*,’ pro fine prælii, est iv. 33. ‘*Recentissimum ad laborem militem*, quia ultimo prælio advenerat:’ ‘*per medios hostes*,’ pro per medianam partem hostium, xxxviii. 41. ‘*Mutinis filium per medios hostes enī centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse*’ Insu-per de lege est a tribunis fragm. Hav. a tribunis, pro ab tribunis, præferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Port. Lip-siens. Gaertn. et Hav. Sed τὸ est non agnoscit Port. Mox *exercitus abierant*, pro ex. aberant, Klockian. Vide ad xxxix. 21. § 7. ‘*Tum Pa-tres tenuerunt, pro P. tenuere*, Gaertn.

Plebes vicit, ut quintum eosdem tribu-nos crearent] Plebs vicit Voss. am-bo, Leid. ambo, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. sed alterum est in Harl. 1. omnibus-que editis. Hinc ut *quinto* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. et Hav. neque aliter est in mar-gine Voss. 1. quum in ipso contextu legeretur *quintum*. Ut *quinto* habet etiam fragm. Hav. a m. pr. sed pro eo subponitur a m. interpolatricē *quintius*. *Quinto* præferunt etiam ve-

tustæ edd. pro quo Moguntini *quintum* dederunt. Et ita reliqui codd. Passim in terminationibus his adverbiorum numeralium variant codd. scripti. Vide ad v. 16. § 1. Denique *crearet* idem fragm. Hav. Sed male. Vide quæ notantur ad ii. 5. § 2. et ad iv. 16. § 8.

§ 9 *Lupos visos in Capitolio ferunt a canibus fugatos]* Ex Pal. 2. lege ab canibus: ut et supra c. 28. ‘Qui confessim ab perfecto opere ad arma rediit:’ et c. 30. ‘Sed ab Corhione Ortonaque.’ Gebh. *Ab canibus etiam Hav.* cui ut et Gebhardi Palatino 2. nescio, an tanta fides habenda sit, ut eorum auctoritate recipi debeat. *Mox lustratum Capitolium est Leid.* 2. Melius tamen pendet ex præcedenti ferunt.

CAP. XXX. § 1 *Sequuntur consules Q. Minucius, M. Horatius Pulvillus]* Dionysius l. x. p. 652. legit C. Horatius. Meminit et hic noster anctor quinto post anno c. 32. C. Horatii Pulvilli mortui augnris, quem hunc fuisse conjicio. Glar. Emendo C. Horatius, partim quia Dionysins l. x. p. 652. et Capitolini scriptores eo prænomine hunc afficiunt, partim etiam, quia post Livius idem facit c. 32. ubi de C. Horatio augure mortuo loquitur. Sigon. Ita Pighius etiam emendandum monet in Annal. A. U. C. ccxcvi. p. 130. docens, Horatium Caii prænomine etiam vocari in Mariano Scoto, Μάρκον vero apud Diodor. Sicul. l. xi. p. 288. Omnes codd. mei in corruptam lectionem M. Horatius conspirant.

Quum foris otium esset, domi seditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat] Quum otium foris trajectis vocabulis Port. Tum idem tribuni Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Port. et fragm. Hav. Vide ad xl. 22. § 14. Deinde faciebant Hearnii Oxon. N. quæ constructio Livio placuit. iii. 5. ‘Ministeriaque in vicem ac contagio ipsa vulgabant morbos.’ c. 37. ‘Ut

tædio præsentium consules duo tandem et status pristinus rerum in desiderium venirent.’ iv. 10. ‘Ut eum et Patres severum consulem, et plebs satis comem crediderint:’ et paullo post eodem cap. ‘Quinque consulari tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta, verendum pene ipsam magis, quam honorem, faciebant:’ quo utroque loco male partim codd. nonnulli, partim editi vestuti dissentint. c. 14. ‘Mæliani atque ipse dux eorum in se intentam vim tanti imperii cernerent.’ vi. 16. ‘Nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs adtolere oculos aut hiscere andebant.’ xxx. 3. ‘Ex Sicilia quoque et Hispania vestimenta frumentumque, et arma etiam ex Sicilia et omne genus commeatus eo portabatur.’ xxxii. 9. ‘Properantem in provinciam prodigia nunciata atque eorum prochattio Romæ tennerrunt.’ xxxiii. 11. ‘Quinctius captivis prædaque venundatis, partim militi concessis, Larissam est profectus.’ xxxvii. 5. ‘Quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficerent:’ ita cod. Voss. vulgo deficeret. xxxviii. 10. ‘Dolopas, Amphilochosque et Athamaniam erectas sibi querens.’ xliv. 14. ‘Prnsiae preces magis, quam postulatio, fuere.’ Et alibi saepe. Unius tamen illius codicis anctoritas non satis gravis videtur, ut ei tuto credatur; præsertim quum et alterna genns constructionis probum sit, et passim in Livio obcurrat. Vide ad xxxvii. 5. § 3.

§ 2 *Adeo exarserant animis]* Pall. 1. ac 3. *adeo exarserant animi.* Gebh. Quum omnes ad unum excusi præferrent adeo exarserant animis, Gronovius, forte Palatinorum auctoritate permotus, animi in contextum recepit, enjus mutationis lectorem saltem admoneri oportuerat. An tamen ea scriptura probanda sit, multum dubito. Memini fragmenti

Sall. ex Histor. III. ‘Inmane quantum animi exarsere:’ adeoque ipsam locutionem non culpa; verum illud quæro, utrum ea hoc loco Livius usus fuerit? Ex Voss. codd. nihil in excerptis notari video; unde verosimile est, in utroque illo scriptum fuisse exarserant animi. Contra vero exarserant omnes animis præfert Gaertn. exarserant animis Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. Et ita locutus est Tacit. Annal. I. 51. ‘Exarsere animis, nnoque inpetu perruptum hostem redigunt in apertum cæduntque.’ Ita ‘exarsit indignatione’ Liv. IV. 6. Utroque modo igitur dici potest, ‘exardescunt animi,’ et ‘exardescimus animis,’ similiter ac ‘cædunt,’ ‘concidunt,’ ‘exasperantur animi,’ et ‘cædimus,’ ‘concidimus,’ ‘exasperamur animis,’ de quo dictum ad I. 11. § 3. et ad XXVIII. 25. § 4. Priscam lectionem ob hauc caussam revocavi.

Velut dedita opera nocturno inpetu Aequorum] Velut noct. imp. ded. op. Aeq. Voss. I. velut ded. noct. imp. op. Aeq. Leid. 2. qui mox etiam omittit τὸ esset.

§ 3 *Jubentur subitarium scribere exercitum] Supra c. 5. in fine: ‘Ad eum explendum Latini Hernicique et colonia Antium dare Quintio subitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) jussi.’ XXXI. 2. ‘Dnabns legionibus subitariis tunnulis ejus caussa scriptis.’ XL. 26. ‘Permissum, ut, qua irent, protinus subitarios milites scriberent, ducerentque secum.’ Mentionem eorumdem facit ibidem c. 29. Gebh. *Jubent* Harl. 2. et Hav. de quo errore vide ad x. 10. § 1. Deinde subitanum Port. r et i in n coalescentibus, quod in scriptura Longobardica facilissime fieri potuit, ac sæpius in MSS. factum esse observatur. Ita Quintium, pro Quiritium, in Ms. supra erat I. 32. § 13. et contra Quiritio, pro Quintio, II. 57. § 1. provocant, pro provocarit,*

I. 26. § 6. Egeno, pro Egerio, c. 34. § 3. Crustumena, pro Crustumeria, c. 38. § 4. respondent, pro responderit, VI. 17. § 3. Frumentana, pro Frumentaria, c. 20. § 11. Contra juverit, pro juvenit, I. 9. § 3. Cerionem, pro Cenonem, II. 63. § 6. antesignarius, pro antesignanus, IV. 47. § 2. Arteria, pro Artena, c. 61. § 5. varia, pro rana, XXII. 7. § 4. et passim similiter. Ex subitanum deinde alii formarunt subitanum, quæ lectio superest in Leid. 2. Sed minns placet, quia non modo alternum servant reliqui codd. verum etiam Livius potius subitarius dicere amaverit, ut docent loca a Gebhardo laudata.

Nova de delectu contentio exorta] In volumine Vormaciensi tantum est orta, non exorta. Rhen. Nova de delectu contentio orta Pall. tres, qua in re bene monenti Rhenano auscultandum fuerat: vulgo exorta Amplius hic et mox Pal. 3. dilectu deinde habito: est levis metathesis literula. Rescribendum dilectu, ut supra quoqua dixi. C. 41. ‘Silentio Patrum edicitur dilectus:’ nt habent duo Pall. MSS. Gebh. Vocula de non comparet in Hav. sed eam interceptit prima syllaba proximæ vocis delectu, quemadmodum sæpissime τὸ in in MSS. excidisse ob vocem sequentem, quæ ab eadem syllaba incipit, videbimus ad VIII. 33. § 6. ipsum autem illud de elismi esse a voce præcedente eadem syllaba exeunte ad XXXVII. 51. § 8. Præterea dilectu Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. Vide hoc cap. § 8. Ulterius dilecto Port. a m. pr. quod recte m. sec. emendatum est. Vide ad II. 27. § 10. Denique orta, pro exorta, quod viri docti in MSS. suis invenerunt, in omnibus, quibus usus sum, codd. exstat: quorum auctoritate ita etiam edi jussi. Vide ad IV. 45. § 7.

§ 4 *Quum aliis additur terror] Quum aliis Leid. 1. tunc aliis Harl. 2. tum aliis Lipsiens. Gaertn. et Hav. Vide*

ad Epit. Liv. lib. XLVIII. *additus terror* Harl. 1. *terror additur* prisæedd. usque ad Aldnum. Is autem in ordinem concessit, qui nunc obtinet, concinentibus omnibus meis.

Is metus perculit, ut scribi militem tribuni sinerent] Lego perpulit. Neque aliter infra c. 38. ‘*Is pavor perpulit decemviros, ut considerent senatum?*’ Sane ‘*percelli metu,’ ‘perculsum pavore,’ nota et pneris: verum ad faciendum aliiquid, metu non ‘percelli,’ sed ‘perpelli,’ dicimur. Nam ‘percelli’ est everti, subverti, affligi; ‘perpelli’ est adigi, permoveri ad aliiquid. ‘*Percellere ut facias*’ iuxta est ineptum, ac si diccas, ‘*affligere ut facias,’ ‘prosternere ut facias.*’ Livius II. 61. ‘*Illum non minæ plebis, non senatus preces perpellere umquam potuere, ut vestem mutaret.*’ XXXII. 14. ‘*Gomphos metu perpulit ad deditiōnēm.*’ Longe aliter altero verbo utitur. Lib. I. c. 56. ‘*Ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam magnis implevit curis.*’ II. 14. ‘*Primo Aricinos res inopinata perculebat.*’ III. 70. ‘*Nuncius deinde vincentibus Romanis animos auxit, et referentes gradum perculit Aequos.*’ Peccant in contrarium Gifanius Observat. in Ling. Lat. voce ‘*Perpelere*’ et alii docti viri, qui ‘*perpelere*’ volunt esse nonnumquam pulsando evertere, neque locis anchorum nituntur, nisi corruptis aut alienis. Veluti Plantii Epid. IV. 1. 45. ‘*Qui mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit:*’ neque enim negare possunt, libros optimos pepulit habere. Trinummo act. II. sc. 2. vs. 27. ‘*Si animus hominem perpulit, &c.*’ Si ipse animum perpulit: nam omnis ratio jubet, illie, etiam invitatis libriss, legi perculit, ut voluit Lambinus: hoc enim victoris est perculisse hostem. Lex I. π. 4. D. de servo corrupto, frustra opponitur ‘*perpulit ad delinquendum,*’ id est, induxit, commo-*

vit, vulgari vi verbī. Apud Ciceronem de Orat. I. 10. ‘*Cn. ipsum Carbonem, quem tu adolescentis perculisti,’ hand dubie scribendum est; non *perpulisti:*’ ut II. 70. ‘*Scipionis illius, qui Tib. Gracecum perculit.*’ Pro Cœlio c. 15. ‘*Vicinum adolescentulum aspexisti? candor te hujus et proceritas, vultus oculique perenlerunt?*’ pariter corruptum est: sed non scribendum *perpulerunt*, ut voluit Lambinus, sed *pepulerunt*. Est enim Ciceroni nonnumquam ‘*pellere*’ idem quod tangere, afficere, commovere. Ut de Officiis III. 10. de Romulo: ‘*Species enim utilitatis animalium pepulit ejus, cui enim visum esset utilius, solum se, quam cum altero regnare, fratrem interenit.*’ Vim hujus verbi cognoscas ex his eiusdem superioribus verbis c. 8. ‘*Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, nos commoveri necesse est.*’ Academ. IV. 10. ‘*Quæ vis esset in sensibus, quemadmodum prima visa nos pellerent, donec appetitio ab his pulsa sequeretur:*’ id est, admonita, sollicitata. In Oratore c. 53. ‘*Cum, ut sit, fortuito saepè aliquid concluse apteque dicerent, quod cum animos hominum auresque pepulisset:*’ pertentasset, titillasset. Superius: ‘*Anres civitatis ad hujus generis dicendi audiendi incredibilia studia convertimus.*’ De finibus II. 10. ‘*Neque enim movere potest appetitum animi, neque illum habet icum, quo pellat animum status non dolendi.*’ Itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At ille pellit, qui permulcit sensum voluptate.’ Livius XXX. 14. ‘*Eo fædiora hæc videbantur Scipioni, quod ipsum in Hispania juvenem nullius forma pepulerait captivæ.*’ Gellius XIX. 1. ‘*Quibus mens hominis prima statim specie accidentis animum rei pellit.*’ Ibidem: ‘*Qualia esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva et aspera.*’ Ex his omnibus colligere est, legen-*

dum esse apud Ciceronem in Bruto c. 87. ‘ Longi sermonis initium pepnisti, inquam, Attice, remque commovisti nova disputatione dignam,’ ut Victorius edidit: non *detulisti*, ut *Manutius et Lambinus*; non *depulisti*, ut *Gruterus*. Admones nos iei non paucis expediendæ, laccessis materiali quantumvis longi sermonis. Sumpsit a Platone, cuius est in Philebo: *τάλαν οὖν τὸν αὐτὸν λόγον ἀνακρουόμεθα*.

J. F. Gron. Plerique codd. editæ, licet corruptæ, lectioni firmiter adhaerent, etiam integerim. *Pertulit* tamen est in Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et a m. sec. in Voss. I. qui *perculit* a m. pr. habuerat. At solus Port. recte præfert *perpulit*, quomodo Gronov. ex conjectura, scribendum monuit. Ita sæpissime Noster. I. 59. ‘ His atrocioribusque aliis memoratis incensam multititudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret.’ II. 31. ‘ Milites perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigeret.’ IV. 12. ‘ Postremo perpulere plebeii, haud adversante senatu, ut L. Minucius præfectus annonæ crearetur.’ V. 51. ‘ Nec nunc me, ut redirem, mea voluntas mutata, sed vestra fortuna, perpulit:’ ubi etiam unus cod. *pertulit*. VI. 42. ‘ Fama repens belli Gallici adlata perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum diceretur:’ ubi pari errore quidam codd. *perculit*. IX. 31. ‘ Transfugæ agrestes perpulerunt, ut prædatum eo expeditæ legiones ducerentur.’ XXV. 18. ‘ Diu cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne impune insultare Campanum pateretur:’ et hic etiam similiter plures codd. peccant. c. 28. ‘ Oblata spe salutis perpulere eos, ut secum præfectos Epicydis adgrederentur.’ XXXII. 32. ‘ Neque, ut discederent inde, aut Opuntiorum milis, aut auctoritate imperantis consulis Romani, perPELLI potuerunt.’ XLV. 10. ‘ Diu negantes perpulerunt,

ut moram navigationis brevem pro salute sociæ urbis paterentur.’ Et hæc forte locutio restituenda est XLII. 67. ‘ Hic dies et Romanis referit animos, et Persea perpulit, ut, dies paucos ad Mopsium moratus, in Macedoniam reciperet copias:’ ubi nunc etiam *perculit* editur. Alibi etiam ‘ *perpellere*’ et ‘ *percellere*’ in MSS. comunitantur. Vide ad III. 11. § 9. et ad XL. 11. § 10. ubi codd. *procellere*, pro *propellere*, præferunt. Hie itaque licet unius tantum codicis auctoritate, at magis usu loquendi, firmatam lectionem in contextum recepi.

Quoniam ipsi quinquennium elusi essent] Per quinquennium Port. Reliquis tamen vocem illam non agnoscitibus, vulgatum servo. Vide ad X. 21. § 6.

*Parumque id plebi præsidium foret] Sie in ed. Asulanica legitur, quæ nunc sola est ad manum. Tu reponere parvumque id plebi præs. Rhen. Lectio hæc parvumque id plebi præs. confirmatur consensu Pall. trium, editionisque Campanianæ. At Andreas parvumque id plebi præs. ut Plantus Amphitr. II. 1. 4. ‘ Tuatim facis, ut tuis parvum sit apud te fides.’ Ovidius Met. III. 149. ‘ Fortunamque dies habuit satis.’ Gebh. Parumque id plebi præsidium, forte præter Campanianam unam, præferunt omnes codd. usque ad Frohenianam a. 1535. quæ Rhenani emendationem admisit. Priori illi lectioni inlustrandæ inservire possunt, quæ notavit Dukerus ad Liv. I. 16. § 18. Omnes tamen scripti mei quasi conjurati parvumque id plebi præsidium legendunt; quod propterea verius esse, nullus dubito. *Parum et paruum,* unius literæ duplicatione neglecta, sæpe alibi comunitantur. Vide ad V. 10. § 3. *Insuper τὸ foret culpa librarii exsulat a Leid. 2.**

§ 5 Decem deinde tribuni plebis] Deinde decem transpositis vocibus

Lipsiens. Td plebis autem exsulat a Gaertn.

§ 6 *Id modo exceperere, ne postea eosdem tribunos juberent]* Superius reposui ex auctoritate codicum MSS. *excipere*. Jam amplius habent libri omnes *riderent*. Pal. 2. *ne postea eosdem ipsos tribunos viderent*. Gebh. *Id modo excipere est in Voss. utroque, Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.* Gebhardus non modo eam scripturam probabat ad Liv. 1. 12. § 1. sed insuper editam lectio- nem fatuam vocabat. Contra, quamvis Livium infinitis orationibus gaudere agnoscam, (vide ad lib. 1. 50. § 5.) hic tamen editam lectionem præfero, quam etiam integriores eodd. servant. Vox *excipere* neglig- entia scribæ aberat a Port. Præ- terea *riderent* cum Hearnii Oxoniensibus B. et N. ac Latinii Neapol. omnes nostri manu exarati et excusi ante Mognntinos, qui primi *juberent* vulgari curarunt; quod placet, et in margine Lipsiens. a m. sec. emenda- tum exstat. Populus Romanus dici- tur ‘*jubere*,’ quidquid comitiis de- cernit. Ita ‘*jubere legem*’ Cic. pro Balbo c. 17. ‘Responderem, legem populum Romanum jussisse de civi- tate tribuenda.’ Liv. III. 55. ‘Le- gem centuriatis comitiis tulere, ut, quod tributum plebes jussisset, po- pulum teneret.’ ix. 34. ‘Nemo, id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit? Immo vero omnes sciuerunt; et ideo Æmiliae potius legi paruerunt, quam illi antiquæ, qua primum censure creati sunt, quia hanc postremam jusserat popu- lus.’ Plin. Hist. Nat. XVI. 10. ‘Q. Hortensius dictator, quum plebs se- cessisset in Janiculum, legem in Es- culeto tulit, ut, quod ea jussisset, omnes Quirites teneret.’ ‘*Jubere pro- vinciam*’ Sall. Jug. c. 84. ‘Postquam ei provinciam Numidiam populus jussisset.’ ‘*Jubere bellum*’ Liv. IX. 43. ‘Marcio novi hostes (jam enim

Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat) decernuntur.’ ‘*Jubere societatem*’ XXXII. 22. ‘Ob haec concilio, quod inclinaverat ad Roma- nam societatem iubendam, excesserunt: ubi videndum est Gronovius. Similiter ergo ‘*jubere magistratus*’ populus dicitur, quum eos comitiis constituit. Certe quemadmodum, qui comitiis præsunt, dicuntur ‘*rogare legem*,’ ita etiam ‘*rogare magistra- tus*.’ Infra hoc lib. c. 64. ‘Si tri- bunos plebei decem rogabo:’ et c. 65. ‘*Rogationem* tulit, ut qui plebem Romanam tribunos plebei rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tri- bunos plebei ficeret.’ XXXVIII. 42. ‘Comitia consilibus rogandis fue- runt ante diem dnodecimum Kalen- das Martias.’ Solent autem verba ‘*videre*’ et ‘*jubere*’ in MSS. commu- nari. Vide quæ notantur ad XXVII. 5. § 18. Denique *postea ipsos tribunos* Harl. 2. et Hav. utramque igitur lectionem junxisse censendus est li- brarius Pal. 2. ex quo Gebhardus laudavit *postea eosdem ipsos tribunos*. Neque longe hinc abit conjectura Jac. Perizonii, qui ad marginem Li- vii emendandum putabat *postea hos eosdem tribunos*, tum quia Dionys. X. p. 657. Patres excepisse refert, ne quis τῶν τότε δύτων ἐν ἀρχῇ, qui eo tempore in magistratu erant, tribuunt reficeretur; tum etiam quia hoc ma- gis cum historia convenit: qui enim hoc anno tribunatum gesserunt; re- fectos non fuisse; at illis, qui hoc anno creati sunt, anno sequenti ho- norem continuatum esse, ut Liv. cap. seq. narrat: Livium autem id verbo monere omissum non fuisse, si con- venisset, ne quis iterum tribunus fie- ret, et postea tribuni hoc paeto stare recusasset, quemadmodum id supra monuit c. 21. Paullo ante Expressit hee pro Expressit hoc, Gaertn.

Sicut cetera, vanum esset] Vacuum esset Port. quem errorem in scriptis frequentissimum esse observavit Bur.

mann. ad Calpurnii Ecl. I. 70.

§ 7 *Trigesimo sexto anno a primis tribunis plebis, decem creati sunt]* Dionysii suppuratione hæc Livii ratio bene habet. Nam anno 17. ab Urbe liberata creati sunt primi tribuni. At hic annus ab eadem Urbe liberata est quinquagesimus tertius. Si igitur ab 53. subtraxeris 17. relinquentur anni triginta sex. Atqui in Livio tres desunt anni, (quod indicavimus ad initium lib. II.) CCXLVIII. CCLXIV. et CCLXV. Glarean. Pall. I. ac 3. *Trigesimo sexto anno a primis decem creatis bini ex singulis classibus,* Gebh. De hoc loco agit Dodwellus de Cyclis dissert. x. sect. 96. Duk. *Plebis decem creatis bini, &c.* Voss. 2. *tricentesimo sexto anno male Port. tercessimo VI anno Lipsiens.* Td anno etiam culpa brarii exsulat ab Harl. 2. anno a primis, tribuni plebis decem creati sunt [eid. 1. Harl. 1. Gaertn. et Neapol. Latinis]. Et hæc et edita lectio ferri possunt. Vide hoc lib. ad c. 9. § 4. Mox e singulis classibus Port. Quod admodum autem calculus Luvianus procedat, vide ad IV. 20. § 8.

*I*taque cautum est, ut postea crearentur? Itaque duæ sunt dictiones. Sensus autem puto esse: Cautum est, ut postea crearentur, videlicet numero decem. Connexio verborum non admodum in usu: 'ex singulis' autem 'classibus' ait; priores quinque innuens. Neque enim ex sexta quisquam eligebatur. Glar. Illud 'ex singulis classibus' recte Glareanus accepit de quinque prioribus classibus. Similiter Asconius Ped. ad Fragm. Orat. Cie. pro Cornelio: 'Ceterum quidam non duos tribunos plebis, ut Cicero dicit, sed quinque tradivit creatos, singulos ex singulis classibus.' Sexta enim classis quasi non computabatur: unde exponendum est, ut viri doeti optime monnerent, quod Tubero populum Romanum a rege Ser. Tullio in quinque classes divisum dicat apud Gellium x. 28. 'C. Tubero in historiarnm

primo scripsit, Ser. Tullium regem populi Romani, quum illas quinque classes juniorum censns faciendi gratia institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septemdecim.' Recte etiam Glareanus itaque accepit pro 'et ita.' Eo modo usurpatnr I. 4. 'Ita geniti, itaque educati, quum primum adolevit ætas, nec in stabulis, nec ad pecora segnes, venando peragrare circa saltus: ita ex consensu virorum doctorum multisque codicibus adstipulantibus nunc demum edidi. c. 32. 'Puro pioque duello querendas censeo, itaque consentio, conciscoque.' XXIII. 35. 'Inter quæ maxima inerat tum enra duici, itaque legatis tribunisque præcepérat, ne qua exprobratio enīquam veteris fortunæ discordiam inter ordines sereret:' ubi vide Gronov. Cic. Divin. in Cæcil. c. 1. 'Quum quæstor in Sicilia fuisse, judices, itaque ex ea provincia decessisset, ut Siculis omnibus jucundam diuturnamque memoriam quæsturæ nominisque mei relinquerem:' de Invent. II. 24. 'Depactus est cum iis, ut arma et impedimenta relinqueret, milites ednceret; itaque fecit.' Terent. in Andr. III. 3. 18. 'Immo ita volo, itaque postulo:' ubi notat Donatus: 'Itaque modo duæ partes orationis sunt, ut in Hecyra: 'Itaque nos una inter nos ætatem agere liceat.' Plautus in Epid. II. 2. 10. 'palliolum in collum conjice, Itaque adsimulato, quasi per urbein totam hominem quæsiveris.' Pari modo utique, pro 'et uti,' supra obenrrit apnd Liv. I. 24. 'Ut illa palam prima postrema ex illis tabulis eerrave recitata sunt sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populns Romanus prior non deficiet.' Vide Cortinn ad Sall. Jng. c. 17. Eadem ratione ubique ponitur pro 'et ubi.' Vide enīdem ad Sall. Cat. c. 27. neque pio 'et ne.' Vide adhuc eūdem ad Sall. Jng. c. 14. § 7. utriusque, pro 'et utrius.' Varro de

Ling. Lat. I. viti. p. 101. ‘Primum de copuleis naturæ et sueis. Secundum de copuleis multitudinis, utrumque omnium verborum dicatur esse analogia, an usus, an majoris partis?’ Vide ad Liv. I. 21. § 1. ‘absque,’ pro ‘et ab’ vel ‘abs,’ in evocationis vetusta formula apud Macrob. Saturn. III. 9. ‘Ut vos populum civitatemque Karthaginem deseratis, loca, templa, sacra, urbemque eorum relinquatis, absque his abeatis.’

§ 8 *Delectu deinde habito*] Se *Delectu* in Pal. 3. invenisse, et pro eo levi metathesi literulae *Dilectu* scribendum esse, monnerat Gebhard. hoc cap. § 3. *Dilectu* etiam est in Leid. 1. f. agn. Hav. Klockian. et Port. a m. pr. *Dillectu* in Lipsiens. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Delectu inde habito* est in Hav. Vide ad lib. XXXVI. c. 24. § 10. At alio ordine *Deinde delectu habito* in Voss. 1. et Leid. 2.

Interfecto præsidio] *Intercepto præsidio* Lipsiens. *interento ac imperfecto* Gaertn. Prior vox, tamquam glossema alterius, olim margini adscripta est: postea vero non modo ejus loco in contextum recepta est, quemadmodum alibi factum esse videbimus ad Ep. Liv. lib. LXXXIII. sed etiam eidem per voculam ac juncta, quod codicis hujus librario frequens fuit. Vide ad IV. 55. § 5.

Hortanam etiam cepissent] Supra ad II. 43. ostendi, quid de hoc loco sentirem. *Ortonam enim credere legendum esse*. Sigon. *Hortonam* Flor. Voss. ambo, Leid. 2. et Klockian. *Ortonam* reliqui codd. Prins præferre videtur Cluverius Ital. Antiq. III. 4. p. 968. *Hortana* sive *Hortanum* Plinio III. 5. memoratur inter Etruriæ oppida, quo Hortam indicari existimat Fontanii. de Antiq. Hortæ I. 1. § 2. Oppidum vero, cuius hic Livius meminit, Corbioni vicinum fuit: quam urbem prope Algidum, adeoque in Latio, sitam fuisse, viri docti ex superioribus et sequentibus

hujus cap. colligunt. Vide Fontanin. ibid. § 6.

Non ex Algido modo, sed a Corbione] Ab Corbione ex Pal. 2. legebat Gebhardus c. 29. § 9. Verum in nullo meo, nisi in Hav. solo, hanc lectionem inveni. Paullo ante *multos occidit mortales transpositis vocibus* Gaertn. Deinde *sugat hostes, pro fug. hostem*, Harl. 2. et Hav. Male. Vide ad v. 50. § 2.

CAP. XXXI. § 1 *M. Valerius, Sp. Virginius consules facti*] *Virginius Flor.* Voss. 1. Leid. 1. et Gaertn. *Virginus Leid.* 2. Vide ad II. 17. § 1. Mox domi foris otium fuit, sine conjugione, Leid. 2. Tum anno . . . labor. pro annona . . . labor. Lipsiens. qui idem codex etiam mox post vocem *laboratum* omittit τὸ est. *Annonam* habet Flor.

De Aventino publicando lex lata est] Perizonius in Animadv. Hist. c. 4. in princ. reprehendit Livium, qui id hoc loco verbo tantum memoret, ac deinde cap. 32. per occasionem ‘legem Iciliam de Aventino’ nominet: nam ita conjectandum relinquare, eam, de qua hic agit, ab Icilio quodam latam esse. Mihi Livius hic non magnopere culpandus videtur: nam facile quilibet, qui c. 32. legat, intelligere possit, Iciliū hujus legis auctorem fuisse. Aliis fortassis magis ob id notandus videri queat, quod nec caussam legis ferenda, nec quid speciatim ea cantum fuerit, exponit: quae ne Oedipus quidem divinare potuisset, nisi diligentior fuisse Dionysius x. 31. et 32. Duk. Ab Icilio tribuno plebis lata fuit hac lex, teste Dion. x. p. 657. unde cap. seq. vocatur ‘lex Icilia de Aventino.’ Ceterum *lata est lex* Harl. 2. et Hav.

§ 2 *Tribuni plebis iidem relecti. His sequente anno T. Romulio et C. Veturio consulibus*] Si uspiam alibi, certe hoc loco Livius Romanam historiam nimirum decurtavit. Omittit enim L. Sicinii Dentati acerrimam illam adversus consules actionem, ut taceam tribunorum plebis adversus eosdem

consules ob nimis asperum delectum contentionem habitam. Unde causam, postquam magistratu abiere, sumpsere tribuni in ius utrumque ducendi. Est autem hic Sicinins, cuius Gellius II. 11. et Plinius VII. 28. et Valerius Maximus III. 2. multique alii eximii meminere scriptores. Livius vix videtur nosse eum, quippe qui adeo frigide postea a decemviris occisum referat c. 43. Et in nomine, mirum est, tantum dissidii esse apud auctores. Livius enim 'Siccium' vocat, quod nomen multis item locis in Dionysii irrepsit codicem. Plinius vero, Gellius, Valeriusque 'Sicinium' vocant. Et 'Sicinii' nomen inter primos tribunos plebis fuit: quamquam et 'Sicinii' (hanc dubie patricii) consulis nomen est A. U. C. CCLXVII. Sane cum primum legerem apud Livium, T. Romulium Veturiumque damnatos nullam aliam ob causam, quam praedam non concessam militibus, magna me cepit admiratio. At percurrenti Dionysii scripta, Dii boni, quam longe alia in his damnandis visa ratio est! Sed hoc est historiam scribere, sic Latini superant Græcos, ita æquamus Herodotum. Glar. Dionysius x. p. 659. et Diodorus Bibl. XII. p. 293. anctor est, Romilium esse scribendum, quæ eadem scriptura est in Capitolini tabulis. Veturius autem una cum T. Romilio collega ejus post fit decemvir, quo in magistratu Diodorus XII. p. 300. et Capitolini scriptores prænomine Spurii eum afficiunt. In vulgatis autem Livii libris c. 33. L. Veturius scribitur. Itaque ut uterque locus sibi constet, Sp. Veturium utrobique vocandum censeo. Si quidem, qui decemvir factus est, idem consularis erat. Sigan. Pall. omittunt et *Hi ac rde*: quorum Pal. 1. sequente anno T. Emilio, G. Veturio. At Pal. 3. sequente anno T. Romilio, G. Veturio. Pal. 2. T. Romilio. Nullus apponit Veturio prænomen *Spurii*,

quod faciunt Glareanus Sagoniusque ex Diodoro ac Dionysio. Gibb. Prænomen *hi* cum particula copulativa deficiunt in MSS. Prænomen autem Veturio non *Caio*, sed *Spurio*, fuisse docuit Sagonius. Mox iidem scripti celebrabant. Sic igitur omnia refinge: *Tribuni plebis iidem refecti sequente anno T. Romilio, Sp. Veturio consulibus, legem omnibus concionibus suis celebrabant: pudere se, &c.* J. F. Gronov. *Idem refecti Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav.* Vide hoc lib. ad cap. præc. § 1. Hinc prænomen *hi* omittitur etiam in Leid. utroque, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. Exstabat quidem in Voss. 1. et Port. sed additis notis simul monnerant librarii, delendum esse. In Voss. 2. vero inter versus tantum a m. interpolatrice exaratum fuit. Quare ex contextu etiam ejeci. *Refecti. Hi sequente Flor.* Neque particulam connectentem ullus meorum codd. agnoscit. Vide ad II. 17. § 1. Ceterum *Remelio* Gaertn. *Romelio* Leid. 1. fragm. Hav. et Lipsiens. (*Ρωμήλιος* Diodoro Sic. loco *land. vocatur*) *Domelio* Port. *Romuleo* Leid. 2. *Romulio* Hav. et Hearnii Oxon. C. Reliqui nostri, ut et plerique eorum bis infra hoc cap. *Romilio* recte præferunt, quomodo etiam scribendum esse monuit Pighius in Annal. ad A. U. C. CCXCVIII. p. 133. Harduinns insuper ad Plinius VII. 28. ubi pari errore *T. Romilio* edebatur, testatus est, se *T. Romilio* in omnibus Plini codd. scriptis reperisse. Veturio alteri consuli *Caii* prænomen constanter etiam in meis codd. tribuitur. Sententia autem Sagonii, *Sp. Veturio* emendandum censentis, huius argumento innititur, quod Dionysio x. p. 680. Veturius decemvir ὑπατικὸς dicitur, isque in Fastis Capitol. *Spurii* prænominis adpelletur. Jam vero circa hæc tempora duo tantum Veturiis consules memorantur, alter

supra hoc lib. c. 7. ‘T. Veturius Geminus,’ quem Panvin. ‘Sp. Veturius’ postea decemvirum fuisse existimat; quam tamen opinionem minus verosimilem esse, ibidem vidi-
mus; alter hie *C. Veturius*, qui prop-
terea *Spurius* dicendus erit, si stan-
dum testimonio Dionysii dicentis
Veturiuum decemvirum antea consul-
atu funetur fuisse. Et haec sen-
tentia verior videtur. Ob disseunum
tamen pertinacem omnium codd.
prænomen illud in contextu mutan-
dum non putavi.

*Legem omnibus concionibus suis cele-
brant]* Pall. tres celebrabant. Gebh.
Celebrabant etiam Voss. ambo, Leid.
ambo, Hart. 2. Port. Gaertn. Hav.
et fragm. Hav. Quum autem Gronovius
ad verba præcedentia testatus
sit, suos quoque MSS. non aliter ex-
hibuisse, iisdem dicto obsequens fui,
et celebrabant contextui reddidi. *Omnibus suis conc.* alio ordine habet Port.
et inferius *toto lustro superiore Hav.*
toto superiore lucro Kloekian.

§ 3 *Trepidi nuncii ab Tusculo veni-
unt, Aequos in agro Tusculano esse]* A
Tusculo Voss. ambo, Leid. 2. fragm.
Hav. Lipsiens. et Gaertn. Nupera
Amstelædam. editio ab *Tusculano* male
exhibuit, ut existimo, errore opera-
rum. Voces autem *Tuseulo* reniunt,
Aequos in agro deerant in Voss. 2.
negligentia librarii ob repetitas voces
Tusculo, Tusculano, unde priorem cum
omnibus inter utramque mediis trans-
misit.

*Hostem in sua sede in Algido inve-
niunt]* Tà in sua sede exsulant a Leid.
2. cui eriori forte etiam repetitio vo-
cule in occasionem dedit. *Hostem in
sede sua Algido* habet Hav. in sua ede
Lipsiens. Tum invenerunt, pro inve-
niunt, Leid. 2.

§ 4 *Supra septem millia hostium
casu]* Ita primus Aldus edidit, idem-
que superest in omnibus meis. An-
te vulgabatur *supra quatuor millia*.
Hearnius vero in Oxon. C. fuisse

monuit *supra sex millia*. Vocem *millia*
negligenter omisit librarius Lipsiens.
qui etiam mox *parata*, pro *parta*, hand
rectius præfert. Liv. xxxvii. 19.
‘Major regiis militibus parta est
præda.’ Sæpius ita peccarunt libra-
rii. Vide ad v. 6. § 1.

Invidiae tamen ad exercitum fuit] Hie omissum est vocabulum *res*.
Restitue locum *Invidiae tamen res ad
exercitum fuit*. Rhen. Idem voca-
bulum, a Rhenano additum, servant
omnes mei, ut et Neapol. Latinii.

*Ea denique tribunis materiam crim-
nandi ad plebem consules præbuit]* Ms.
Colon. eademque tribunis. Modius.
Malim, *Invidiae tamen res ad exer-
citum fuit, et denique tribunis, ut pec-
catum in contrarium xxiii. 14.* ubi
et *sex millia*, pro ea *sex millia* lege-
batur. Muretus e sno notavit eadem-
que: et sic Rott. J. F. Gron. Mirum,
ni ita distinxerit Livius, *Invidiae ta-
men res ad exercitum fuit ea: denique
tribunis*. Certe gemina his sunt vi.
14. ‘Quum major domi exorta moles
coëgit acciū Romani eum.’ viii. 19.
‘Ædes in Palatio fuere ejus.’ Jac.
Gron. Non alia τοῦ ea mutandi caussa
J. F. Gronovio fuisse videtur, quam
quod paullo ante vocula *eam* pra ces-
serit. Sed quid tun fiet loco Livii 1.
44.? ‘Idque conditum lustrum appella-
tum, quia is censendo finis factus
est. Millia octoginta eo lustro ci-
vium censa dicuntur: adjicit scrip-
torum antiquissimus Fabius Pictor,
eorum, qui ferre arma possent, eum
numerum fuisse. Ad eam multitudi-
nem.’ Mei hic nihil mutant, nisi
quod eademque tribunis sit in Leid. 2.
Port. Lipsiens. et Hav. quod Hearne
etiam in Oxon. B. et C. exstare mo-
nuit. Et ita hoc lib. c. 59. ‘Ea pri-
mum moderatio tribuni metum Pa-
tribus demsit, eademque auxit con-
sulum invidiam.’ Eadem denique præ-
fert Gaertn. Distinctio, qua Jac.
Gronovius loco mederi conabatur,
non placet; neque exempla, quæ

landavit, satisfaciunt. Nam in illis quidem pronomina *eum* et *eius* in finem orationis rejicinntur, at non simul tanto intervallo totque vocalibus mediis a substantivo suo removentur, ut hic fieret, si legendum foret *Invidiae tamen res ad exercitum fuit ea.* Insuper tribuni materia perperam habet Gaertn.

§ 5 *Itaque ergo ut magistratu abiere]* Non offendor particulis istis conjunctis, qui meminerim, Livium iisdem usum l. 25. ix. 31. xxviii. 12. et alibi. Sed contextui videtur congruentius: *Utrique ergo, ut magistratu abiere, Sp. Tarpeio, A. Aterio consilibus, dies dicta est; Romilio, ab C. Claudio Cicerone, tribuno plebis, Veturio ab L. Allieno, aedili plebis.* Uterque magna Patrum indignatione damnatus; *Romilius decem millibus aris, Veturius quindecim millibus.* Si mavis alterum, fruere. J. F. Gron. Si ita, quemadmodum Gronovius scribendum conjicit, editum exstitisset, eam lectionem mutari non permissem. At nunc vicissim, quum in vulgatum omnes omnium membranæ conspirent, id similiter servandum judico. Non capio enim, cur id, quod Gronovius reposnit, contextui congruentius sit, vel, quod vulgo circumfertur, ei minus congruere dici posset. De voculis *Itaque ergo junctis* vide ad l. 25. § 2. Eorum alterum ergo male omisit Gaertn. At *abire, pro abiere, obfert Lipsiensis, sed errore librarii.* Vide ad XLV. 2. § 7.

Sp. Tarpeio et A. Æternio consilibus] Æternium quidam hunc consullem vocant. Plinius vii. 28. et Gellius ii. 11. *Aulum Thermum* vocant; Dionysius x. p. 673. *Thermenium.* Tanta est in hujus consulis nomine varia-
tio. Ceterum Romilio diem dictam a Cicerone Livius ait, quum Dionysius a Sicinio Dentato scribat: adeo noluit hunc noscere Livius. Quamquam in hoc aliquem auctorem secutum Livium puto: alioqui enim es-

set manifesta impudentia. *Glor.* Variant omnes omnium auctorum libri in altero horum consulium nominando. Plinius vii. 28. *Æternium.* Cassiodorus *Aternium.* Diodorus Biblio-
th. l. xii. p. 293. *Ἀτέριον.* Gellius ii. 11. *Thermum.* Dionysius l. x. p. 673. *Τερπέιον.* Vetus Liviani libri *Tercinium.* Ego, si conjecturæ locus dandus est, *Aterium* maxime, ut est apud Diodorum, probo. Alia enim nomina gentium nunquam legi. *Sig-
on.* Apud Diodorum l. xii. p. 293. mendose leguntur consules *Σπόριος Ταρπέτιος καὶ Αὖλος Ἀστέριος Φοντίνιος.* De *Sp. Tarpeio* nihil dubii est apud auctores. At alterius consilis nomen corruptissime variatur apud auctores jam dictos. Livius A. *Æternum* vocat, quemadmodum etiam Plinius vii. 28. Dionysius vero x. p. 673. *A. Ternium, vel Termenium, et Solinus c. 4. [secundum alios c. 1.]* A. *Thermum* nominavere: quo Minuciorum cognomine reperitur etiam in nonnullis Plinii exemplaribus loco supra scripto. Mariano et Cassiodoro *Aternius* est, ut et Gellio l. xi. principio, ubi legem ab ipso sanctam 'Aterniam' appellat: aliquot tamen exemplaria *Aretinam* vel *Pat-
terinam* exprimunt mendose. Sigonio quidem magis placuit *Aterius*, nt nomen magis notum quam sunt reliqua. Mihi tamen magis securum videtur, Livii, Plinii, Cassiodori exemplaria sequi correctiora, in quibus *Æternius* appellatur, donec alienbi quid certius deprehendatur. *Pighius* in *Annal. ad A. U. C. ccxcix.* p. 134. Non mirum variare MSS. quandoquidem tanta varietate discrepant auctores. Plinius enim l. vii. c. 28. nominat *Æternium.* Diodorus xii. p. 293. *Ἀτέριον.* Gellius ii. 11. *Thermum.* Dionysius l. x. p. 673. *Τερπέιον.* Cas-
siodorus *Aternium.* Vetus liber Si-
gonii *Tercinium.* Pall. 1. ac 3. *Appium Actinum.* At Pal. 2. T. *Romelio C. Veturio Gebli.* Eodem modo infra c.

65. alii *A.* *Aterium*, alii *A. Aeternum*. Pighius ad *A. U. C. cccxcix.* hic retinet *Aeternio*. *Aterio* praeter *Sigoniūm* *Panvinus* ad *A. U. C. ccc.* *Brissonius* *Antiq.* ex *Jnre Civ. i. 3.* *Salmas.* ad *Solin. p. 35.* *Jac. Gronovius* ad *Gellium ii. 11. et xi. 1.* et *Harduin-*
nus ad *Plinium vii. 28.* haud dubie
recte. Nam ‘*Ateria*’ gens *Romana*
est. ‘*Aterius Rufus*’ eques *Roma-*
nus est apud *Valerium Max. i. 7. ex.*
8. ‘*Jus Aterianum*’ in *Cicer. Epist.*
i. ix. 18. et ‘*Aterii*’ alii in *inscriptio-*
nibus e *recentiore ætate.* ‘*Aeternii*’
nusquam memorantur. In *Diodoro*
i. xii. p. 75. est ‘*Aorēpos* facili lapsu
scribentis; unde tamen appareat,
potius Aterius *legendum* esse quam
Aeternius. Sed quod *Bissonis*, eum-
que sequuti *Sylburgius* ad *Dionys.*
Halic. x. 48. et *Harduin* i. d. ad
Fastos Capitolinos, tamquam certis-
simum monumentum, provocant, in
eo aliquid *humani passi* sunt *viri doc-*
tissimi: nam pars illa *lapidis*, in qua
nomen *hujus consulis scriptum* fuerat,
a reliquo marmore avulsa, *inju-*
ria *temporis* *perit*, unaque cum ea
hoc nomen, quod *Pighius Aeternius*,
Panvinus et *Sigoniūs Aterius*, quisque
pro suo arbitrio, suppleverunt. *Duk.*
Palatino 2. *Gebhardi* *consentiens*
Hav. *pro* *hujus anni consulibus*, *per-*
peram nominat *consules anni præce-*
dentis, et exhibit *T. Romelio*, *C. Ve-*
turio consulibus, *dies dicta est*: ita enim
unius anni *consules prætermittuntur.*
Sp. P. Tarpejo A. Etnio consulibus *Voss.* 1. Adparet *scriptum suis*
Et'no, id est, *Eternio*, notam autem
additam *librarium* *neglexisse.* *Spurio*
P. Tarpejo Aeternio consulibus *Leid.* 1.
Spurio P. Tarpejo A. Aeternio consulibus *Flor.* et *Harl.* 1. *Spurio Publio*
Tarpejo, *omissis tribus* *sequentibus*
vocabus A. Aterio consulibus, *Gaertn.*
Sp. P. Tarpejo Etino consulibus *Port.*
et fragm. *Hav.* a m. pr. ubi tamen
posterioris *consulis* *prænomen* *Aulus*
a tu. sec. *adscriptum* est. *Sp. Tarpejo*,

A. Aeternino consulibus *Voss.* 2. *Sp.*
Tarpejo, A. Eternio consulibus *Leid.*
2. Sp. Tarpejo, P. Veturio consulibus
Harl. 2. *Spurio P. Tarpejo, Aulo con-*
sules Lipsiens. *Hearnius* *auctor* *est*,
posterioris *consulis* *nomen* *in Oxon.*
C. Aeternio, *in B. Veturio* *fuisse.* Ex
his patet, *vel omnes* *codd.* *nisi qui*
aperte mendosi *sunt*, *preferre Aeternio*,
vel eorum vestigia *manifeste* *eo*
dncere. Neque aliter, *præter* *Sigoniūm*,
qui A. Aterio *recpit*, *præfer-*
rent *omnes* *edd.* *nsque ad postremam*
Gruteri, *in qua vulgatur A. Haterio*,
quam *scripturam* *admisent* *etiam* *editores*
Gellii ii. 11. et Solini c. 1. *Recentissimi* *tamen* *Jac. Gronovius*
apud *illum*, *Salmas.* *apud hunc*, *ad-*
spirationem *initialiem* *in nullo cod.*
esse monerunt: *et ita J. F. Grono-*
vius *in Livio a. 1665.* *Sigoniūs* *lectio-*
nen A. Aterio *restituit.* *Hardin* *nus*
etiam *ad Pliniū vii. 28.* *in codd.*
scriptis *Pliniī sex A. Aeternio* *se inven-*
nisce testatus, *tamen* *ex certissimis*,
nt ait, conjecturis A. Aterio *rescrip-*
sit. *Vide etiam Jac. Gronovium* *ad*
Gell. xi. 1.

Dies dicta est] Dies data est *Voss.* 1.
et Leid. 2. *errore exscriptorum.* *Td*
est *deficiebat* *in* *priscis excusis*, *quod*
primus addidit Aldus, *et exstat* *in*
omnibus meis.

Romilio ab C. Claudio Cicerone tri-
buno plebis] *Pro hoc tribuno C. Sic-*
cione Dentatum *edit Dionysius* i. x. p.
673. *Sigoniūs*. *Lege ab L. Siccio* *ex Pliniū* vii. 28. *F. Sanctius.* *Pall.* 1. ac
3. ab G. Calvio Cicerone. *Pal.* 2. *T.*
Romilio ab C. Calvio Cicerone. *Gebh.*
Remilio Lipsiens. *Romilio Gaertn.*
Romuleo Leid. 2. *T. Romilio* *Hav.* *T.*
Romilio *fragm.* *Hav.* a m. sec. *præ-*
nomen *enim a m. pr.* *exsulabat.* *Re-*
liqui *omnes Romilio.* *Vide supra* *ad §*
2. *Neque prænomen addi* *necessæ* *est*,
quum nec *Veturio* *college* *addatur*,
et mox *intrinque* *prænomina* *præ-*
cesserint. *Præterea a C. Calvio*
Cicerone tribunis plebis *Hav.* a *C.*

Calvio Cicerone tribuno plebis Gaertn. ab C. *Calvo Cicerone tribuno plebis* Klockian. ab C. *Calvio tribunis plebis* Harl. 2. ab C. *Calino Cicerone tribuno plebis* Voss. 2. ab C. *Calvio Cicerone tribuno plebis* Leid. 1. Lipsiens. et fragm. Hav. ab C. *Calvio Claudio Cicerone tribuno plebis* Harl. 1. utramque lectionem *Calvio et Claudio jungens*: ab C. *Calvio Claudio Cicereno Flor.* ab *Lucio Siccio tribuno plebis* ex Plinio legendum esse, ante F. Sanctium conjectit Pintianus ad Plinii VII. 28. Potuit tamen Livius alios auctores secutus esse, quam vel Dionysius, vel Plinius; quod Glareano etiam ad verba præcedentia visum est, ut et Pighio in Ann. ad A.U.C. ccxcix. p. 135. Non tamen locum mendo carere existimo. Persuadere enim mihi nequeo, plebosque librarios in nomine notissimo *Claudio* errasse, eique ignotis, et quidem plurimos eorum idem, substituisse.

Veturio ab L. Halieno ædili plebis Pall. *Vetinio ab L. Alienō ædile plebis*. Gebh. *Venturio* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. *Vetinio* Voss. 2. Deinde prænomen ædilis plebis omittunt Harl. 2. Lipsiens. et Gaertn. Sed C. vocatur in Hav. Insuper *Halieno* priscae edd. usque ad Sigon. qui sine adspiratione *Alieno* dedit. Gronovius demum a. 1665. *Allieno* substituit. Pighius vero in Annal. ad A. U. C. ccxcix. p. 136. ubi ejus ædilitatem plebeiam memorat, ut et ad A. U. C. ccxcvii. p. 132. ad A. U. C. cccv. p. 158. et ad A. U. C. cccvii. p. 159. ubi ejus tribunatum primum tertium et quartum memorat, *L. Allienum* vocat. Semel, sed, ut puto, operarum culpa, ad A. U. C. ccxcviii. p. 133. ubi refert ipsius tribunatum secundum, *L. Allienum*. Denique Sylburg. ad Dion. l. x. p. 673. legendum existimat ab L. *Icilio*, quia *Veturium*, secundum Dionys. accusavit Λεύκιος τότε ἀγορανοῦ, δῆμαρχος δὲ τῷ παρελθόντι ἔτει γε-

γονὸς, et Δεύκιον Ἰκίλλιον vel Ἰκίλιον anno præcedenti tribunum fuisse idem Dionys. refert. Codd. tamen Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Signior concinentes *Alieno* obferunt, quorum consensum spernere ausus non sum. Denique *ædile plebis*, excepto Gaertn. omnes codd. nostri modo dicti, et cum iis Port. In loco etiam Plinii VII. 48. ‘Quæ producta fuerat tyrocinio a M. Pomponio ædili plebis,’ quem adtulit Voss. Gramm. IV. 11. cod. Chis. *ædile plebis* præfert. Charisius Institut. Grammat. I. 1. p. 96. ‘Ædile, ab hoc ædile, non ædili. P. Rutilius de vita sua quinto, et Varro de originibus scencis secundo, A. Claudio Pulchro ædile.’ Et hic codicibus obsequendum pntavi.

§ 6 *Romilius decem millibus æris, Veturius quindecim millibus] XII. millibus* plerique habent codd. alii emendarunt XV. millibus: et recte. Nam Dion. x. p. 674. *Veturii sumnam ait sesquiplam* fuisse ad Romulii multam. Senatores autem, ut evitarent in posterum has pœnas, invennerunt modum, ut multæ summa constitueretur duorum boum ac triginta ovium; longe minor *Veturii* ac *Romulii*. *Glar.* Tolle a fine sermonis hujus τὸ millibus. Id enim intellectum Livius voluit. Neque conspicitur in membranis. J. F. Gron. *Romulus* Leid. 2. *Romilius* Port. *Romuli* Hav. *Remilius* Lipsiens. *Romilius* Gaertn. Reliqui *Romilius* recte retinent. Vide supra ad § 2. Mox vox æris abest a Leid. 2. XII. vero, pro quindecim, legunt priscae edd. Aldus postea XV. recte reposuit: ita enim superest in omnibus, quibus utor, codd. Error editorum unde profluxerit, vide ad xxxvii. 22. § 4. præterea millibus posteriori loco non adparet in Voss. 1. Leid. utroque, et Harl. 1. quorum ut et Gronovii codicum auctoritate delevi. Vide ad xxx.

34. § 7. Monendum insuper, quod Glareanus de multæ temperate modo docet, enim per omnia secutum esse Dionys. ita præemitem loco laud. At viri docti docerunt ex Varr. I. I. Epist. Qnaest. apud Fest. in voce ‘multa,’ ex Fest. in voce ‘Peculatus,’ et ex Gell. XI. I. verius esse, maximam multam statutam fuisse triginata boum et duarum ovium. Vide Pigh. in Ann. ad A. U. C. cxcix. p. 135. quæ caussa etiam Brisson. permovit, ut Select. Antiq. I. 3. locum Dionys. corruptum existimat, quem transpositione vocum ita sanare conabatur, δύο πρόβατα καὶ τριάκοντα βόες, quod jam Sylburg. observavit. Ceterum, quum Plinius loco jam aliquoties landato VII. 28. tradiderit, Siccium, sive Sicinum, accusasse Romilium, et ‘fisco,’ sive, ut Salmasius aliquique legnit, ‘ex fisco æris decem donatnm’ esse, hic vero Livius *decem millibus æris* enim damnatum dicat, verosimile esse Pintianus ibid. monuit, populum illa decem millia, quibus damnatus fuit Romilius, donasse tribuno suo L. Siccio accusatori. Quæ tamen conjectura ingeniosior, quam prior, videtur; præsertim si vera tradit Dionys. qui I. X. p. 676. narrat, Romilium, cui plebs multam remittere volebat, beneficium accipere noluisse, sed respondisse, ἀποδώσειν τὴν καταδίκην, οἱρᾶν γὰρ ηδη τὸν θεῶν εἶναι. Quin nec ipsa Plinii verba id pati possunt, ita concepta, ‘donatns, &c. fisco æris decem captivis, et viginti simul bubus.’ Decem enim millia æris, quæ multæ nomine a Romilio exacta sunt, ‘captiva’ dici nequeunt. Nisi quis probare mallet conjecturam Salmasii legentis e fisco æris decem, capti æris viginti millibus, et alios Plinii, alios Dionysium auctores secutos esse statueret.

Nec hæc priorum calamitas consuluntur
Nec hic ec priorum Harl. 1. manifestum iterum exemplum librarios sæpe

duplicem lectionem, quam in cod. suo inveniebant, junxisse; de quo plura vide e. 44. § 4. *Nec hæc prior calamitas Gaertn.* Male. Non enim aliam postea calamitatem consules subierunt, ut hæc ‘prima’ dici possit. Nec simpliciter ‘consules’ dici possunt, qui anno elapso magistratu abierant. Sed ‘prioris,’ id est anni prioris, ‘consules,’ qui tum obponuntur ‘novis,’ id est hujus anni, consilibus.

Et se damnari posse aiebant: et plebem et tribunos legem ferre non posse] Prima vocula exsulat ab Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Mox verbū *damnari* omittitur in Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. in ejus tamen posterioris margine adscriptum adapret: quasi dicerent ‘se posse legem ferre;’ id est, in manu ac potestate sua esse, ut lex ferretur, modo ei adversari desinerent; plebem vero et tribunos id facere non posse. Contra τὸ posse deficit in fragm. Hav. a m. sec. quod tum ex fine periodi huc retrahendum foret. Editam tamen lectionem utrvis prefero. Neque audio virnum doctum, qui in margine ed. Curionis scribendum conjicit et *se damnari non posse*. Tandem agebant, pro aiebant, Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. sollemni scribarum errore, de quo vide ad VIII. 33. § 23. Et ita mox peccator § 8. Ceterum alio modo etiam interpusxit librarius Lipsiens. Exhibit enim segniores novos fecerat. *Consules* se, &c. Sed nihil in vulgata distinctione video, quare displicere debeat.

§ 7 Quæ promulgata consenserat, tribuni levius agere] Proulgata Harl. 2. Vide ad III. 9. § 5. Tum levius agere Harl. 2. et Hav. ubique obvio errore. Vide ad XXXVI. 31. § 8.

At illi communiter legum latores, et ex plebe, et ex Patribus] Ac, pro at, Hav. Vide hoc lib. ad e. 61. § 4. Idem codex etiam comiter, pro communiter, præfert. Interdum ita in MSS. peccari,

videbimus ad xxv. 12. § 9. *Legumatores Flor. a m. pr. legum autores a m. sec.* Tum prins et abest a Voss. 2. quem errorem in membranis frequentem esse notavimus ad ii. 45. § 3. qui ex plebe habet Klockian. Paullo ante facere, profacerent, exhibet Harl. pr.

§ 8 *Rem non adspernabantur Patres, daturum leges neminem, nisi ex Patribus, aiebant.* Quum de legibus conveniret, &c.] Ridiculus et ineptus locus. Meus Ms. recte, *laturum leges neminem, nisi ex Patribus et plebe.* Cum de legibus, &c. Si quid vero mei iudicii est, glossema puto, repetitum ex verbis, ‘At illi communiter legum latores, et ex plebe, et ex Patribus, sinerent creari,’ &c. Lego igitur, *Rem non aspernabantur Patres.* Cum de legibus, &c. Klock. apud Burmannum in Syllog. Epist. tom. i. p. 392. Pall. 1. ac 3. *laturum.* Simile quid supra l. 1. Gelb. ‘Latrnum’ et ‘daturum’ sæpe in MSS. commutari, supra dictum est ad i. 4. § 7. Quum tamen omnes mei in editam lectionem conspirent, eam etiam mutare non sustineo. ‘Dare leges,’ ut ‘dare jura’ apud Virgil. Æn. i. 292. ‘Car. Fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus Jura dabant.’ Æn. v. 757. ‘Indicite forum, et Patribus dat jura vocatis.’ Præterea ni, pro nisi, Voss. 2. quod errantis est librarii. Sæpe enim haec vocalæ commutantur. Vide ad xxiii. 1. § 8. Deinde agebant Leid. 2. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide modo ad § præc. Ceterum audacter admodum Klockius totam hanc periodum daturum leges neminem, nisi ex Patribus, aiebant, glossematis accusat. Tribuni legum latores et ex plebe et ex Patribus creari volebant. Subiungit deinde Livius, quænam Patrum ea de ea re sententia fuerit. *Rem non aspernabantur Patres,* nempe leges populo Romano ferri, ita tamen ut negarent alios quam ex ordine patriciorum

Delph. et Var. Clas.

Livius.

lectos leges illas conscripturos. Si ejicienda sunt, etiam invitatis libris, quæ quis salvo sensu abesse posse existimat, brevi alium plane Livium habebimus, ac Livius in Livio quærendus erit. Id tamen si permissum sibi creditit Klockius, miror, cur non eadem opera deliri jusserrit verba præcedentia *Rem non aspernabantur Patres,* quæ, sequentibus inductis, commode servari nequeunt. Egerant tribuni cum Patribus, ‘legum latores, et ex plebe, et ex Patribus, sinerent creari.’ Nisi itaque retineantur verba, quæ pro glossemate Klockius habuit, illa *Rem non aspernabantur Patres,* indicabunt, probasse Patres, quidquid tribuni proposuerant, adeoque etiam ut legum latores et ex plebe et ex Patribus crearentur. Maneant itaque, quæ sine dispendio sensus abesse nequeunt.

Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparent] Scribendum de latore tantum discreparet. Quemadmodum enim convenit usurpatur, sic et discrepat. Ita quoque Suetonius usus est. Rhen. Discreparent quidem servant Harl. 2. Port. et Hav. verum iidem simul convenirent exhibent: discreparet, id est, discreparetur, habet Lipsiens. discreplaret erat in fragm. Hav. a m. pr. discreplarent a m. sec. at discreparet, ut Rhenanus voluit, habent Flor. Voss. eterque, Leid. eterque, Harl. 1. et Gaertn. Nullum itaque dubium est, quin vera haec sit lectio. Liv. viii. 40. ‘Nec discrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit; id ambiguit, belline gerendi causa creatus sit, an ut esset, qui ludis Romanis signum mitendis quadrigis daret.’ xxxviii. 56. ‘Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque, si modo ipsorum sunt, quæ feruntur, P. Scipionis et Ti. Gracchi, abhorrent inter se.’ Locus vero Suetonii, quem innuit Rhenanus, exstat in Claudio c. 44. ‘Et veneno quidem

19 Z

occisum convenit; ubi vero et per quem dato, discrepat.'

Missi legati Athenas Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus] Et in his variatum est nominibus. *Album* enim non addit Dionysius x. p. 676. et Sulpicius non *Publum*, sed *Servium*, prænominat, qui fuit consul A. U. C. ccxciii. In A. Manlio hoc loco uterque convenit. Quod si hi consulares erant, ut verosimile est, in prænominiis variatum et Manlii prænomen. *Glar.* Dionysius legatos hos viros consulares fuisse tradit. Itaque Sulpicius idem est, qui consul fuit A. U. C. ccxcii. post autem decemvir erit. Quod cum ita sit, profecto, cum in consulatu *Ser. Sulpicius* nominetur c. 10. etiam in legatione, et post in decemviratu, *Servius* appelletur, necesse est. *Sigon.* Glareanus ad Dion. Halic. l. x. p. 680. observat, dubium esse, utrum verba Dionysii ἀπαρτικοὶ referenda sint tantum ad tres decemviro ultimo loco numeratos, C. Julius, T. Veturius, P. Horatium, an vero ad omnes decemviro, adeoque ad hos tres legatos, qui legum describendarum causa Athenas missi sunt. Posterior tamen verius puto. Ceterum *Albinus*, pro *Albus*, est in Gaertn. et Neapol. Latinii. Male. Vide hoc lib. ad c. 4. § 1. Deinde A. *Manilius* Leid. 2. Harl. 2. et Gaertn. Vide ad 11. 54. § 1. ubi ex hoc loco aliisque A. *Manilius*, pro C. *Manilius*, legendum esse monitum est. Denique Sulpicio *Publii* prænomen in omnibus meis MSS. constanter tribuitur. Pro eo tamen *Servii* prænomen substituendum esse, Siginio consentit Pighius in Annal. ad A. U. C. cccxi. p. 145. Vide etiam Siginum ad Liv. iii. 50. § 15. Utrum vero dissensus inter Liv. et Dion. Hal. circa Sulpicii prænomen tolli possit, statuendo eum duplex prænomen *Publii* et *Servii* habuisse, vide ad Liv. ix. 36. § 2. *Sulpicius* literis

transpositis dicitur in Lipsiens. Vide hoc lib. ad c. 10. § 5. *Camerinus* Sulpicii cognomen omittit Port. quod alii mei servant. Denique trajectis vocibus P. *Sulpicius Camerinus*, A. *Manilius* habent vetustiores excusi. Eo ordine, quo nunc vocabula circumferuntur, primus edidit Aldus, cum quo faciunt omnes codd. nostri.

Et aliarum Græciae civitatum instituta] Civitatum Leid. 1. Harl. 1. et antiquiores excusi; pro quo Aldus demum civitatum edidit: sed sine caussa. Vide ad xxxiii. 20. § 11. Paullo ante *jussi*, pro *jussique*, Harl. 1. *jussitque* Lipsiens.

CAP. XXXII. § 1 *P. Curiatio et Sex. Quintilio consulibus]* Dionysius lib. x. P. Horatium cum hoc loco pag. 676. tnm postea inter decemviro pag. 680. ponit. Verum Livium Dionysiumque diversos secentos auctores crediderim, ut lib. 1. de Curatiis ac Horatiis accidit. Ceterum ante hos consules idem Dionysius pag. 676. ait, trecentos annos ab urbe condita expletos. Hie igitur annus est trecentesimus primus, quod nos in ratione temporum secenti sumus. *Glar.* Pighius in Annal. ad A. U. C. ccc. p. 136. Dionysium secentus, hujus anni consulem, Quintilii collegam, potius P. *Horatium* dictum fuisse existimat, eaque ratione sententiam firmat, quod ex Curiatorum gente raros, immo nullos, habeamus hujus temporis consules. Probare tamen nequeo audaciam Gruteri, qui in postrema ed. P. *Horatio*, pro P. *Curiatio*, vulgari curavit, quod recte Gronovius iterum a. 1665. ejecit. Ceterum in eisd. varie editum exstat, modo *Curiatio*, modo *Curiatio*. Ex scriptis nostris *Curiatio* tantum præferunt Harl. 2. et Hav. Verum iidem cap. seq. § 3. *Curiatus* servant, quemadmodum contra *Curiatius* ibi legunt Voss. ambo, Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. qui omnes hoc loco

exhibent *Curatio*. Vide ad i. 24. § 1. *Curiam gentem et patriciam et plebeiani agnoscit Siganus ad v. 11. § 4. Sed ubique apud Livium Curios restituui. Vide ad ultimum locum Livii quae notantur. Paullo ante annus quietus fuit est in Hav.*

§ 2 *Deinde duo simul mala ingentia exorta] Est in veteri dein duo simul mala, non deinde. Rhen. Dein duo simul mala etiam Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. quod recepi. Vide quae notantur ad iii. 3. § 6. Mox in verbis seqq. *fame pestilentiaque, pro famis pest.* Harl. 2. *fames pestilentiaque* Leid. 1. et Gaertn. quorum posterior deinde alio ordine vastati sunt agri præfert.*

§ 3 *Flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus] Ser. Sextus Cornelius Harl. 1. et Flor. ejus posterioris excerptis (a pagellis ad finem tom. ii. in ed. Drak. hactenus introductis) nunc demum uti incipio beneficio insigni Thomæ Cookii, qui, olim per Italiam peregrinatus, et hæc et alia auxilia, novam Livii editionem daturis ex usu futura, inde secum felicibus avibus in Angliam adtulit. Ceterum Flaminem Quirinales corrupte Leid. 1.*

Augur C. Horatius Pulvillus: in cuius locum C. Veturiuum, &c. augures legerunt] Ut dixi ad cap. 31. lege Sp. Veturiuum. Sigan. Augurem C. Veturiuum, &c. augures legerunt, reliquis omissis, Voss. 2. in cuius loco C. Veturiuum Port. Hav. et fragm. Hav. in cuius locum tum C. Venturiuum Voss. 1. et Leid. 2. in cuius locatum C. Veturiuum Leid. 1. Forte dare voluit in cuius loco tum, ut præferunt Lipsiens. et Gaertn. Sed vulgatum probum est, et passim in Livio obcurrit. xxv. 2. ‘In Lentuli locum M. Cornelius Cethagus, in Papirii Cn. Servilius Cæpio pontifices subfecti sunt.’ xxvi. 23. ‘Sacerdotes publici aliquot eo anno demortui sunt, novique subfeciti: in locum M. Æmili Numidæ de-

cemviri sacrorum M. Æmilius Lepidus: in locum M'. Pomponii Mathonis pontificis C. Livius: in locum Sp. Carvillii Maximi auguris M. Servilius.’

xl. 42. ‘Augur Sp. Postumius Albinus decessit. In locum ejus P. Scipionem, filium Africani, augures cooptarunt: et sœpe alibi. Vide Cort. ad Sall. Jug. cap. 14. § 1. Ceterum augur Cornelius Horatius Gaertn. a m. pr. Sed augur Titus Horatius emendatur a m. sec. Tum Pulvilius Flor. Pulvilius Voss. 1. Leid. 2. Harl. interne et fragm. Hav. Pulvilius Leid. 1.

§ 4 *Mortuus consul Quintilius, quatuor tribuni plebis] Tres tribuni plebis vetustiores excusi, pro quo Aldus quatuor dedit. Et ita legunt omnes codd. mei; nisi quod vir tribuni plebis Gaertn. Tum tribuni plebei Klockian. tribuni plebi Flor. et Leid. 1. Vide ad ii. 42. § 6. Insuper fædatus clade transpositis vocibus Leid. 2.*

§ 5 *Inde consules C. Menenius P. Sextilius Capitolinus. Neque eo anno quidquam belli externi fuit] In Ms. cod. legitur Publius Sextius Capitolinus: et mox cap. seq. Sextio alteri consulum prioris anni. Rhen. Hi consules in plerisque Livii codd. dearent. Qui nuper apposuerunt, ex Dionysio emendas videtur. In quo tamen l. x. p. 678. L. Menenius appellatur, non C. Alter autem sive Sextius, sive Sestius, non Sextilius, ut errant quidam libri. Glar. C. Menenium Diodorus XII. p. 300. et Festus voce ‘Peculatus’ T. Menenium vocant. Placet autem, ut sit T. Menenii ante consulis filius. P. Sextiim Dionysius x. pag. 678. et Diodorus Σεττιον, auctores Capitolini Sestium nominant. Sestii autem patricii, Sextii plebeii fuerunt, ex quibus is existit, qui primus e plebe consulatum cepit. Sigan. In Livii vetustioribus quibusdam exemplaribus (ut recte animadvertisit Cuspinianus) hi consules omnino desiderantur. Legitur enim ab hoste otium fuit, domi motus*

orti: quo loco hæc ita (ut correctiores docuere libri) sunt restituenda: ab hoste otium fuit: inde consules T. Menenius P. Sestius Capitolinus. Neque eo anno quidquam belli exteri fuit: domi motus orti. Nomina tamen consulū passim quisque ex ingenio suo corruptit. Apud Livium enim et Cassiodorum alter consulū P. Sextius, alicubi *Sextilius* appellatur, quem Dionysius et Diodorus recte Πόπλιον Σητιον dixerunt. His etiam accedunt Capitolini fasti. Cognomen *Vaticani* perperam ex tabulis suis adjunxit Cuspinianus. *Capitolinum* appellari testantur Fragmenta antiqua fastorum Capitolinorum et tabulæ Græcæ, quæ *Capitolinum* et *Lunatum* consules produnt. Item cum Diodoro et Livio Sex. Pompeius in vocabulo ‘peculatus.’ Menenii consulis prænomen variarunt admodum librarii. Livio *Caius* est, Dionysio *Lucius*; Diodoro autem et Sex. Pompeio *Titus*; quod placet, ut sit ejus filius, qui consul fuit A. U. C. cclxxvi. *Pighius* in Annal. ad A. U. C. ccc. p. 137. Ne quis suspicetur, hos consules non reperi in MSS. codd. magis quam in aliquot edd. ut meminit Glareanus, testor extare omnino in Pall. tribus. *Grut.* Quæ aberant ab antiquioribus edd. primus Aldus adjectit. Eadem etiam constanter supersunt in omnibus codd. meis, si unum Lipsiens. excipias, ut et in Hearnii Oxoniensibus in quibusdam tamen variant. *Š. Menenius* Klockian. *T. Menenius*, quo prænomine eum adpellandum ceusent viri docti, vocatur in Oxon. L. 2. et N. alter consulū P. *Sextilius*, ut Aldus ediderat, dicitur etiam in Voss. 2. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et C. P. *Sextilius* in Voss. 1. *P. Sextius* in Leid. utroque, et Harl. 1. pro quo recte viri docti ex fide marmororum Capitolinorum et scriptorum Græcorum P. *Sextius* ediderunt. Sæpe ‘Sestius’ et

‘Sextius,’ diversarum gentium nomina, in MSS. commutantur. Vide cap. seq. § 3. iv. 50. § 2. ad Epit. Liv. I. vi. lib. cxxiii. et alibi.

[*Quidquam belli externi fuit?*] *Eterni belli fuit* Hav. errore librarii. Solent autem interdum voces ‘æternus’ et ‘externus’ commutari. Vide hoc lib. cap. 16. § 2. et iv. 35. § 5.

§ 6 *Ut tandem scribendorum legum initium fieret?* *Ut eandem aberrante scribæ manu exaratum exstat* in Leid. 1. quod ab aliis emendatum hoc modo est, *ut carundem scrib. leg.* quemadmodum superest in Hav. et Lipsiens. Sed, utraque lectione juncta, *ut tandem earundem scrib. leg.* Gaertn. præfert.

Placet creari decemviros sine provocatione, et ne quis eo anno] Placeret creari Voss. 1. Leid. 1. terque, Gaertn. et Port. quasi penderet ex præcedentibus ‘instabant tribuni, ut.’ Sed potius refert his verbis Livius, quid tribuni instando a patriciis obtinuerint, unde requiritur *Placet*. Olim perperam scriptum fuisse videtur *Plac'et*, vel librarii se ita scriptum vidisse existimarunt. Vide ad xxxix. 52. § 6. *Præterea τὸ et abest a* Voss. 1. et Leid. 2. quasi librariis displiceret duplēcēm constructionem *creari* et *ne quis esset* ab eodem verbo *Plac'et* regi, quod tamen et apud Livium et apud alios frequenter observatur. *Infra* xxxi. 44. ‘Plebs scivit, ut Philippi imagines, &c. tollerentur, &c. loca quoque, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris ejus caussa fuisset, detestabilia esse, neque in iis quidquam postea poni de dicari placeat’ ubi plura vide.

§ 7 *Admiscerentur plebeii, controversia aliquandiu fuit?* Ita primus editit Aldus in erratis, quoniam in contextu dedisset, *ne quis eo anno alias magistratus esset admiscerentur* plebeii. *Controversia aliquandiu fuit: postremo, &c.* priores autem ne admiscerentur, pro *admiscerentur*, habuissent.

Aldinam lectionem partim probant scripti, partim eorum, licet corruptorum, vestigia nos eodem ducunt. Certe *Administrator plebi* corruptissime obfert Hav. *admiscerentur nec plebi* Leid. 1. *admiscerenturne plebi* Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 1. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et Port. a m. pr. in quo a m. sec. emendatum *plebei*. *Admiscereturne plebs* Harl. 2.

Modo ne lex Acilia de Arentino aliæque sacraæ leges abrogarentur] Icilia legendum puto: videlicet quam L. Icilius tribunus plebis pertulit quinto ante anno, ut ancor est Dionysius x. p. 657. Glar. Hæc lex a L. Icilio tribuno plebis lata est A. U. C. cccxcviii. ut ait Dionysius lib. x. p. 657. Itaque legendum procul dubio *Icilia*. Sigon. Quemadmodum Glareanus et Sigonius legendum monuerunt, se etiam in Oxon. L. 1. et 2. scriptum vidiisse, testatur Hearne. Et ita jam editum est Mediolani a. 1505. Nulli tamen codicum, quibus utor, consentiunt. Nam *Acilia*, ut editi, uno excepto, omnes ante Sigonium servant, est in Flor. Voss. utroque, Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *Acilia* in Port. *Attilia* in Leid. 2. *Atilia* in Harl. 2. Lipsiens. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Actilia* in ejusdem cod. N. *Atilicia* in Gaertn. Præterea aliæque *sacraæ leges abrogarentur* desunt in Voss. 1. Leid. utroque, et Lipsiens. ejus posterioris tamen margini a m. sec. adscripta sunt.

CAP. XXXIII. § 1 *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat]* Ab Urbe condita usque ad primos consules fuere anni ccxliv. A primis autem consulibus usque ad decemviro anni sunt quinquaginta octo. Ergo nunc trecentesimus alter expletus est, et priores decemviri anno trecentesimo tertio imperaverunt. Apud Livium autem de his quinquaginta octo annis omisi sunt tres anni injuria temporum, nt jam sæpe, sed suis locis, ad-

monimus. *Glar.* *Trecentesimo secundo* dicit Dionysius. Dodwellus de Cyclis Dissert. x. sect. 76. eos non dissentire putat. *Duk.* De spatio trium annorum in Livio omissa et variis virorum doctorum circa illud opinionibus vide supra ad princip. libri secundi. Ex eorum dissensu hoc profluit, quod Glareanus verba Livii anno trecentesimo altero accipiat de anno trecentesimo secundo inplete, quasi Livius dixisset, decemviro creatos esse anno trecentesimo secundo finito, quum trecentesimus tertius inciperet; Sigonius vero de anno trecentesimo primo incepto, adeo ut credat, primum decemvirorum annum incidere in eundem illum annum trecentesimum primum: ejus etiam verior videtur opinio. Vide ejus annotat. in librum Robortelli de convenientia subputationis. Ceterum *Trecentesimo anno altero* Leid. 1. Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Port. quomodo etiam Aldus edidit. Priorem tamen ordinem vocabulorum in erratis revocavit. *Anno trigesimo et altero* Voss. 2. *tricentesimo* etiam Leid. 2. et fragm. Hav. *Anno altero*, media voce omissa, Hav.

Ab consulibus ad decemviro, quemadmodum ab regibus] A consulibus Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Similiter a regibus Leid. 1. cum quatuor posterioribus codd. Paullo ante iterum *interim* mutatur, addita media voce, Gaertn. Verum ea olim pro varia lectione margini adjecta videtur. Solent enim 'interim' et 'iterum' commutari. Vide ad x. 18. § 1. Postea vero superstitione diligens librarius simul cum altera voce, cui pro varia lectione adscripta erat, junctam in contextum recepit.

§ 2 *Eo citius lapsa res est]* Res *lapsa* est Hav. *lapsa res*, verbo omisso, Harl. 2. Paullo ante nisi *diurna*, pro non *diurna*, præfert Voss. 2. Tum paullo ante *nimiris* deficit in Gaertn.

Duobus uti mandaretur consulum nomen imperiumque] Vellem ut vellent veteres libri, consulum nomine imperium. J. F. Gron. Ita Tacit. Annal. I. 1. ‘Cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit’ et c. 9. ‘Non regno tamen neque dictatura, sed Principis nomine constitutam rempublicam.’ Verum non addicunt codd. qui in vulgarium conspirant, nisi quod *ut*, pro *uti*, habeat Port. Deinde *mand. consulibus nomen imperiumque* Harl. 2. et Hav. Qui error inde natus est, quod indocti librarii ignoraverint, quemadmodum efferenda foret vox concise *cons̄ scripta*, quod saepe turbas dedit. Vide ad x. 10. § 2. *Insper consulum mand. nomen* habet Gaertn. *imperiique, pro imperiumque, Lipsiens.*

§ 3 *T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius]* *T. Genucius, P. Sestius, Sp. Veturius*, ex tabulis Capitoliniis, ut ante dixi. *Sig. Andreas edidit Sestius.* Pal. 2. *Sextilius*: mox habet et *Sextilio alteri consulum*: ut et *C. Sulpicius*. Gebh. *Genutius* plerique codd. retinent. Sed *Genucius* scribit optimus Florent. Et ita scribendum esse, supra etiam *Sigoniis* monuit ad II. 52. § 3. Prænomen *Caii* ei tribunt Voss. 1. et Leid. 2. sed *T. GENVCIVS, L. F. L. N. AVGVRIN.* vocatur in Fastis Capit. Tum *Sextilius* Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. *Sextius* Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. 1. Port. et fragm. Hav. Sed priscæ edd. recte servant *Sestius*, pro quo demum Frobenius a. 1531. *Sextius* reposuit. In Capitoliniis marmoribus nomen ejus intercidit. Quum tamen anno proximo consul fuerit, ut Livius tradit, ibi superest, et vocatur *P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITO.* Vide supra ad cap. præc. § 5. *Veturio Lucii* prænomen tribunit in omnibus meis. Eundem vero fuisse, qui *Caius* supra vocatur c. 31. § 2. et utrobique

Spurium vocandum esse, censem *Sigoniis* ad eum loc.

A. Manlius] Hic plane omittitur in Port. *A. Naulus* dicitur in Hav. *A. Maulius* in Lipsiens. *A. Manilius* in Leid. 1. Gaertn. et Harl. 2. Vide ad xxxiv. 53. § 2. In Fastis Capitoliniis *A. MANLIVS. CN. F. P. N.* vocatur.

P. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romilius] *Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius*, ut ante dixi. *Sig. Sulpicius*, non *Sulpitius*, scribendum esse, monuit *Sigoniis* ad Liv. II. 19. § 1. Ei autem hic *Publii* prænomen tribunt Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Port. fragm. Hav. Florent. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. Sed *Caii* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Nullum prænomen in Oxon. B. reperit Hearne. Sed *Servii* prænomen habuisse, *Sigoniis* supra docuit ad c. 31. § 8. Tum *Coratius* Port. *Curiatius* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad c. 32. § 1. Deinde *T. Romilius* Leid. 1. *T. Romulus* Leid. 2. *T. Romilius* Florent. Voss. ambo, Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Hav. Sed *T. Romilius* dictum fuisse, *Sigoniis* docuit ad Liv. III. 31. § 2.

Sp. Posthumius] *Vet. lib. Postumius Albus. Sig. Pall. duo Sergius Postumus, Pal. 2. vero Postumius Albus.* Gebh. Postumii prænomen non adparet in Leid. 1. Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. quorum duo posteriores eidem cognomen *Albus* tribunt, quod a reliquis omnibus exsulat. *Sergius Postumius* habent Voss. 2. et Gaertn.

§ 4 *Quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honor redditur]* *Qui designati consules* edd. primæ. Aldus deinde recte *quia* reposuit. Et ita habent omnes codd. Alibi saepe ita peccatpr. Vide ad xxxvi. 33. § 5. Deinde *designati consules eo anno* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Sed alternum verum est. Non

enim 'eo anno' designati consules erant, sed anno præcedenti, et quidem 'in eum annum,' quo decemviri fuerunt. Denique *honos*, pro *honor*, omnes mei, quibus proinde dicto obediens fui: qua terminatione mox § seq. eam vocem adhibet. Etiam iv. 6. 'Si cum his gerendus esset *honos*.'

Sestio alteri consuli prioris anni] Quum hoc modo in primis edd. ex-staret, Rhenanus ad cap. præc. § 5. *Sextio* scribendum ex Ms. monuit. Et ita præferunt ambo Voss. Leid. 2. Port. et fragm. Hav. *Sextilio* Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Sed recte *Sestio* servant hoc loco Flor. Leid. 1. et Harl. 1. quamvis et hoc cap. § 3. et cap. præc. § 5. *Sextio* scribentibus consenserint. Vide quæ ad cap. præc. notata sunt.

§ 5 *His proximi legati tres habiti]* *His proximi habiti legati tres* Flor. Gaertn. Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. *His proximis habiti legati tres* Leid. 2. et Port. *Hii proximis habiti legati tres* fragm. Hav. *His proximi legati habiti tres* Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Mox *Athenas erant errore scribæ* Harl. 1. Vide ad XXXIX. 21. § 6. *Athenas irant* Leid. 1.

Præmio esset honos; simul peritos legum peregrinarum] *Præmio honos esse* Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Præterea legum peritos peregr.* Hav. Paullo ante in verbis præcessit. *simul et, pro simul ut,* Gaertn. Sæpius hæ particulæ in MSS. confunduntur. Vide ad XXI. 28. § 8. Mox vero ad condendum nova jura Leid. 2.

§ 6 *Graves quoque ætate electos]* *Gruves quos ætate* Hav. ut indicet Livius, hos ceteros, qui numerum supplevere, ætate graves electos fuisse, idque ad illos in specie restrin-gat. Alii tamen omnes stant ab edita lectione.

§ 7 *Regimen totius magistratus penes Appium erat favore plebis]* Nescio

quid sibi velint Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. qui post voces *Appium erat* addunt has duas *P. Lucius*. *Præterea pavor plebis Lipsiens. pavore plebis* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. et Gaertn. quonodo sæpe indocta librariorum natio peccare solita est. Ita variant scripti libri II. 54. § 9. et apud Sil. Ital. III. 690. nbi plura exempla vide. Ratio esse potest, quod olim pro favore scripserint quidam phavore, quemadmodum se in cod. sno invenisse Klockins testatus est ad marginem Livii. Favore plebi habet Flor. a m. pr. unde *plebis factum a m. recentiore*. Vide ad II. 42. § 6.

Adeoque novum sibi ingenium induerat] *Adeo quodrum novum* Voss. 2. libra-rii culpa, qui dare voluisse videtur adeo quoque novum. Sed vide ad v. 27. § 1. Mox *omnisque ante perpetram pro om. auræ*, Gaertn. De *aura populari* vide ad vi. II. § 1. Insuper *captor non recte, pro captator*, Harl. 2. et Port. a m. pr. 'captare auram libertatis' infra habemus hoc lib. c. 37. 'captare tempus,' 'occasio-nem,' de quo vide Duker. ad Flor. III. 5. § 5. *Præterea loco τοῦ pro truci*, Hav. *habet quod truci*. Deni-que serioque, pro sævoque, Klockian.

§ 8 *Decimo die jus populo singuli reddebant]* *Decumo die* Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 59. § 11. Tum *jus populi* Voss. ambo. Hinc *singulis* Leid. 1. Tandem *tradebant, reddebant* Voss. 1. sed priori voci adduntur *notæ*, eam expungendam esse indicantes.

Penes præfectum juris fasces duode-cim erant: collegis novem singuli accensi adparebant] *Penes præfectum nūs fasces* Gaertn. errore ex compendio nato, quod *ju'is*, pro *juris*, scriptum fuerit. Hinc *fasces* erant duodecim Voss. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Hav. fragm. Hav. et Gaertn. *fasces XV.* erant Klockian. Facile II. sive nota numeri binarii, in V. sive notam numeri quinarii, corrumphi potuit. Vide ad XXXVII. 22. § 4. Tum *accessi, pro*

accensi, ex librariorum errore præferrunt Voss. 2. et Neapol. Latinii. Denique appellabant Gaertn. et Voss. 1. sed in margine posterioris apparebant recte adscribitur.

Et unica concordia inter ipsos (qui consensus in privatis interdum inutilis esset) summa adversus alios aequitas erat] Hunc locum sciolus quispiam pro libidine sua tractavit. Germana lectio sic habet: et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum inutilis esset, summa adversus alios aequitas erat. Rhen. Nobilis locus criticorum contentionibus. Rhenus rescribendum docet, ut habet quoque Andreæ ed. et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum inutilis esset. Sigonius ex libro Mureti, et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum consiliis utilis esset: hoc sensu: Erat, inquit, summa adversus hos aequitas posita in unica inter ipsos decemviro concordia; 'qui consensus in privatis interdum consiliis utilis esset;' id est, si privati in consiliis capiendis secum sœpe consentiant eo modo, quo decemviri, qui erant in magistratu, inter se concordarunt, utile futurum reipublicæ: neque enim civiles dissensiones, quas tun habebat in manibus Livius, fuisse consecuturas. Hæc et plura Sigonius. At Robortellus probat lectionem contrariam: et in unica concordia inter ipsos, qui consensus in privatis interdum inutilis esset: hac mente: si inter se consentiant privati homines, interdum id magno aliorum malo fieri. Præcipuas criticorum altercationes proposui. Videamus differentiam librorum Pall. quorum Pall. 1. ac 3. et inimica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum utilis esset. Pal. 2. et unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis consiliis interdum inutilis esset. Nihil sani; multo minus in Campani ed. et in unica concordia inter ipsos: qui consensus ne privatis interdum inutilis esset.

Gebh. *Et in unica conc. inter ipsos, qui census priv. int. utilis esset Leid. 1. et in unica conc. inter ipsos, quæ consiliis privatis int. inutilis esset Gaertn. et in unica conc. inter ipsos, quæ consiliis priv. int. utilis esset Lipsiens. et unica conc. inter ipsos, qui consensus priv. int. inutilis esset Leid. 2. et unica conc. inter ipsos, qui consensus priv. consiliis int. utilis esset Hav. et in unica conc. inter ipsos, qui cons. consiliis privatis int. inutilis esset Harl. 2. et Port. in margine, quum vox consiliis in contextu non exstet. Et in unica conc. inter ipsos, qui consensus ne priv. int. inutilis esset Latinii Neapol. Reliqui omnes libri mei, Flor. Voss. ambo, Harl. 1. Port. in ipso contextu, et fragm. Hav. firmant lectionem, quæ Rhenano placuit. Eadem etiam fusse videtur in Hearnii Oxoniensibus, qui ex illis nihil ad hunc locum adtnlit. Puto autem illam veriorem esse, et quidem hoc sensu: Quamvis decemviri maxima concordia inter se omnia administrarent, simul tamen summa aequitate erga alios agebant; quum ceteroquin evenire soleat, quemadmodum etiam annis sequentibus evenisse Liv. narrat c. 36. ut magistratum consensu privatis, id est reliquis civibus, inutilis sit, id est plurimum noceat. Inutilis hic est damnosus. Ita v. 5. 'Videte, qnot res, quam inutiles, sequantur illam viam consilii.' Mosis hæc est Livio familiarissima, quam Casauboni verbis inlustramus ad Liv. xxx. 45. § 5. ubi etiam inter alia docet, apud Ænean Tactic. similiter ἄχρηστον, inutile, ponit pro eo, quod inprimis periculosum est. Vocem consiliis a mala manu profectam esse, illud non obscure innuit, quod, ubi ponenda sit, tanta inter codd. discordia sit: alius enim ante, alius post vocem privatus, alius denique post vocem interdum insernit. Ceterum Gebhardus Sigonii et Robortelli contentiones, de vera lectione*

et sensu hujus loci, non observato ordine proposuit, et quod præcedere debuerat, perperam omisit; quod incautis inponere, eosque in errores præcipitare posset. Nimurum, olim Sigonius in prima Scholiorum ed. monuerat, veterem librum unum habere in privatis, alterum privatis consiliis interdum utilis; inde legendum sibi videri testatur, qui consensus in privatis interdum consiliis utilis esset. Hanc ejus conjecturam refellere conatur Robortell. de convenientia subputationis Liviana p. 8. Postea Sigonius Emend. 1. 2. non quidem priorem illam conjecturam defendit, sed novam ex Mureti libro proponit, quam Gebhardus hic adtulit, quæ a priori in eo tantum diversa est, quod privatis rois in privatis substituat. Num tamen postea Sigonius in repetitis Scholiorum edd. et priorem et alteram conjecturam omiserit, sententiam mutasse, et lectionem Rhenani probasse videtur, præsertim num eam etiam in contextum receperit, contra atque in priori ed. factum fuerat.

§ 9 *Moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notasse, satis erit*] Tò eorum in contextu Port. deficit, sed tamen in margine legitur: moderationis ejus est in Harl. 2. Lipsiens. et Gaertn. quorum primus et tertius etiam satis erat, pro erit, præferrunt.

Apud P. Sextium, patriciae gentis virum] In nostro exemplari non est *Publum Sextium*, sed loco prænomenis dimissa lacunula. *Rhen.* *P. Sextium* omnes mei, præter solum Flor. in quo deficit prænomen *Publius*, ut de suo etiam notavit Rhenanus. *Contra P. Sextium* habent priscæ edd. usque ad Froben. qui a. 1531. *P. Sextium vulgavit*. At, alterum verum esse, constare potest ex illis quæ ad cap. præc. § 5. notantur. Recte igitur Sigonius illud reduxit, cui tamen demum Gruteri posterior auscultavit.

Ceterum defenso cadavere, pro defosso cad. Gaertn.

Invento prolatoque in concionem] *Inventum* Leid. 1. et Lipsiens. *Tum ploratoque*, transpositis perperam litteris, iidem codd. Demum in *concionem* Voss. 1. et Leid. 2. in *contentionem* Flor. sollempni et obvio scribatur errore. Vide ad iv. 6. § 4.

§ 10 *In re juxta manifesta atque atrocij*] *In re justa man.* Voss. ambo, Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *in re justa manifestaque* Lipsiens. Vide ad vi. 6. § 18. *Juxta ut i. 54.* ‘Absentium bona juxta atque interemtorum divisui fuere:’ ubi alia vide. x. 6. ‘Juxta eam rem ægre passi Patres, quam quum consulatum vulgari viderint:’ et alibi sæpe.

Accusator ad populum exstitit, cuius rei judex legitimus erat] *Accusatio ad pop. exs., cui rei judex leg. erat* Hav. Sed, *accusatio ex errore librarii profluxisse, oppositum judex evincit: cui rei judex eo modo dictum videri posset, quo ‘adjutor consiliis,’ ‘amicens populo Romano,’ et multa similia, de quibus dicam ad xxxix. 47.* § 11. *Tum autem rei foret a recto ‘res,’ quæ vox notaret crimen, quo sensu ‘rei capitalis diem dicere’ habuimus ad iii. 13. § 4.* Verum præfero vulgatum *cuius rei*, et puto rei esse a recto ‘reus.’ Idem enim est, ac si dixisset, accensator exstitit ejus rei, cuius judex legitimus erat.

Decessitque jure suo] Ita legendum. Sic infra c. 46. ‘A M. Claudio petiturn, ut decederet jure sno.’ *H. Vales.* Pall. 1. ac 3. *decessitque ex jure suo*, ut et *Campanus*. *Pal. 2. recessitque de jure suo.* Gebh. Et purus sermo poscebat *decessitque*, et servaverunt tum calamo exarati, tum veteres impressi. Cicero de Offic. ii. 18. ‘Est enim non modo liberale, paullulum non numquam de jure sno decedere, sed interdum fructuosum.’ Brutus et Cassius ad Antonium Famil. Ciceronis Epist. xi. 3. ‘Per

edictum de jure suo decadere.' *J. F. Gron.* Recte *decessitque* legendum monuerunt viri docti: neque aliter est in omnibus, quas habui, membranis. Editorum primi Basileenses a. 1539. *discessitque* dederant, quod reliqui servarunt usque ad Gronovium, qui *decessitque* revocavit. Deinde *ex jure suo* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Klockian. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. et *jure suo* Port. *de jure suo* Harl. 2. *de suo jure* Hav. Quamvis autem Cicero plerumque 'decedere de jure' dicere consenserit, eaque locutione interdum etiam Livius usus sit, (vide Gronov. ad xxvii. 10. § 1.) idemque Livius verbis cum præpositione compositis eamdem præpositionem in regimine sæpe addere soleat, (vide ad Præfat. § 11.) hic tamen cum Flor. et priscis excensis malo sine præpositione *decessitque jure suo*. Ita xxvii. 10. 'Alias colonias in fide atque officio pristino fore, eas quoque ipsas, quæ officio *decessissent*.' xxxi. 10. 'Quod diu sollicitati ne obsidionis quidem metu fide *decessissent*.' xxxiv. 11. 'Potuisse se extra id periculum esse, si *decedere fide, si conjurare cum ceteris volnissent*.' xxxvii. 54. 'Ne aut regem amicum in honorum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro.' xlvi. 19. 'Speculator rerum, quæ a fratre agerentur, monitorque fidus, si *decedi fide vidisset*.' Et ita 'decedere præsidio' iv. 29. 'Quod, occasione bene pugnandi captus, in iussu *decesserit præsidio*:' ubi alia vide. Solent autem librarii passim 'discedere' et 'decedere' inter se commutare. Vide ad ii. 31. § 11.

Ut demtum de vi magistratus populi libertati adjiceret] Iterum conspirant Pall. 1. ac 3. ut demptum de vi mag. populus lib. adjiceret. Fors legendum ut demptum de vi mag. populi lib. addiceret, ut edidit Campanus. Pal. 2. habet adjiceretur. Vulgata certe lectio legitima non est. Eo magis,

quod iv. 8. repererim in cod. Ms. 'Ut mox opes eorum, qui præsenterunt, ipsi honoris jus majestatemque addicerent:' vulgo *adjicerent*. vi. 42. 'Dies unus ad triduum adjiceretur.' Pall. duo *adiceretur*. Quod etiam mihi conspectum in Campani ed. non admodum probatur. *Gebh.* Primo *demtum magistratus*, omissis duabus vocibus mediis, Gaertn. *demtum deinde magistratus* Lipsiens. ubi librarius pro *de vi* legisse videtur *dein*, et mutasse in *dein*, sive *deinde*. Ita contra *iñ*, id est *inde*, abiit in *vñ* sive *vim* infra v. 20. § 2. Verum auctius *demplum de summa vi magistratus* in margine fragm. Hav. adscriptum erat a m. pr. Sed sufficere puto *de vi magistratus*. Deinde *populus libertati adjiceret* Voss. 1. *populus libertati adiceret* Leid. ambo: *populi libertati adiceret* Voss. 2. et Port. *populus libertati addiceret* Lipsiens. *populi libertati addiceret*, ut Gebhardns malebat, Gaertn. et fragm. Hav. *populi libertati adduceret* Hav. Sed vulgatum verius puto. 'Adjicere' hic est addere. *Livius* x. 7. 'Eos viros, quos vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palamata, et toga pieta et corona triumphali laureaque honoraritis, pontificalia atque auguralia insignia adjicere:' ubi vide Gronovium. Supra i. 30. 'Ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur:' ubi etiam quidam codd. perperam *addiceretur*. ii. 17. 'Nomen auctores non adjicinnt:' ubi vetus editio *adducunt*, c. 41. 'Adjiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur.' Mox cap. seq. 'Duas deesse tabulas, quibus adjectis, absolvi posse velut corpus omnis Romani juris:' pro *adjicere* vulgo in MSS. legitur *adicere*, quemadmodum et hoc loco et alibi multi codd. et inter eos optimi Flor. et Leid. 1. præferunt. Id autem in 'addicere' et 'adducere' a librariis sæpe corruptum est. Vide ad ii. 10.

§ 9. et ad iv. 8. § 5.

CAP. XXXIV. § 1 Quum promtum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his summi infimique ferrent, tum legibus] Sensus est, eodem tempore, quo ius redderent, etiam legibus scribendis occupatos fuisse. Gronov. priori ed. notarum legendum conjecterat Quum pronatum hoc jus, &c. ferebant; quasi quum et tum eo modo hic ponerentur, quo infinitis locis apud Livinum obcurrunt. Vide ad vi. 23. § 3. Recte tamen conjecturam in addendis iterum deleri jussit. Ceterum ab his pariter summi infimique alio ordine Leid. 1. Harl. I. et fragm. Hav.

Populum ad concionem advocaverunt] Voss. 1. et Leid. 2. vocaverunt. Male. Liv. xxvi. 48. ‘Scipio, conlaudato Lælio, ad concionem advocavit, pronunciavitque:’ ubi plura notat Gronov. Tum ad contentionem Flor. frequenti scribarum lapsu. Vide ad iv. 6. § 4.

§ 2 Quod bonum, faustum, felixque reipublicæ, ipsis, liberisque eorum esset] Bonum, faustum, et felix Voss. 1. bonum, faustumque, et felix Leid. 2. Illud posterius Livio frequens esse, dictum est supra ad ii. 31. § 1. Verum a vulgata lectione hic stant codd. omnes reliqui, quibus invitis nihil muto, præsertim quum alibi sæpe Livius hanc sollemnem formulam ita efferre soleat. Ob quas cauñas aliasque displicet etiam, quod mox præferunt idem duo codd. reipublicæ ipsius, liberisque. Infra hoc lib. c. 54. ‘Legati pro concione: quod bonum, faustum, felixque sit vobis, reique publicæ.’ xxiv. 16. ‘Quod bonum, faustum, felixque reipublicæ ipsisque esset, omnes eos liberos esse jubere:’ quæ et plura alia exempla observavit etiam Brisson. de Formul. lib. 1. p. 67. liberis, pro liberisque, est in fragm. Hav. a m. pr.

§ 3 Se, quantum decem hominum ingenii provideri potuerit] Seque quan-

tum Gaertn. Tum vocem *ingenii* omiserat librarius Lipsiens. in contextu; in cuius demum margine existat a m. sec. Deinde potuit Leid. 2. et Gaertn. sed error provenit ex neglecta nota, qua addita olim scriptum fuerat *potu'it*. Vide ad xl. 14. § 10. Mox consiliaque Lipsiens. Vide ad i. 8. § 6.

§ 4 Versarent in animis secum unamquamque rem] Versarentur in animis secum unanquamcumque rem Lipsiens. scribæ peccato. Versarentur, pro versarent, (de quo errore vide ad xxxix. 22. § 8.) unanquamcumque, pro unanquamque, quemadmodum quandocumque, pro quandoque, et similia alia scribæ per errorem dare soliti sunt. Vide ad i. 31. § 4.

Quid in quaque re plus minusve esset] Quid in qua re Leid. 2. Et ita erat in Voss. 1. a m. sec. qnum a m. pr. datum antea fuisse quicquid in qua re. Similitudo compendii, quo voces qua et que scribuntur, efficit ut posterior interciderit. Qn in et, ubi similitudo illa non est, cuius populi, pro cuiusque pop. supra editum erat i. 24. § 3. ubi vide Gronovium.

§ 5 Quas consensus omnium non jussisse latus magis, quam tulisse videri posset] Delerunt hic quidam verbum, quod in primis ad sensum facit. Nam in Vormaciensi volumine legitur *invassisse non jussisse latus*. Proinde sic restitue sententiam: *quas cons. omn. invassisse, nec jussisse latus magis, quam tulisse, videri posset*. Rhen. Nusquam alias legi hoc genus dicendi; ‘*Invidere*,’ pro ‘*inferre*’ et ‘*invehere*.’ Itaque pro certo habeo legendum esse *invexisse*. Sigon. Alii habebant *quas consensus omnium invassisse*. De quo Siginus: ‘*Nusquam*,’ inquit, ‘alias legi,’ &c. Hæc ille, satis confidenter, nt indicant optimæ membranæ, in quibus disertum est *quas consensus omnium non jussisse latus magis, quam tulisse videri posset*. Egregie. Modius. *Quas cons. omn. non jussisse*

latas magis, quam tulisse, videri posset restitui, fidejubentibus Pall. tribus et edd. primis. Rhenanus et Sigonius alia addiderant præter consensum librorum; imo præter libros. Grut. Egregiam pronunciat hanc lectionem Modius, neque apicem ab hac demunt omnes nostri MSS. atque editi libri. Rhenanus sincerum profectovas nequiquam incruxare nititur, legens, *quas cons. omn. invasisse, nec jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset.* Quem corrigens Sigonius, ne nugando cessisse aliquid videretur, reposuit *invexisse*; quia numquam legerat ‘invadere,’ pro ‘inferre,’ et ‘invehere.’ Pal. 2. margini suo adlittum gerit *non recepisse lectus magis, quam tulisse.* Gebh. *Quas cons. omn. non invasisse latas magis, quam tulisse, videri posset* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et Gaertn. Neque aliter habent Lipsiens. in contextu a m. pr. et Klockian. nisi quod insuper *letas, pro latus,* præferant. Ex his colligo, illam, quam Rhenanus in Wormatiensi invenit libro, lectionem inde profluxisse, quod librarius duplice in exemplari suo notatam invenierat, quam utramque exhibere voluit: quod illis frequens admodum fuisse videbimus hoc lib. cap. 44. § 4. Ceterum Rhenani codici consentit Neapol. Latinii: neque inde multum in diversa abit Leid. 2. *quas cons. omn. invasisse, non jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset,* præferens. Rhenani emendationem in contextum primus recuperat Vasco. suam ipse Sigonius: verum recte Gruternus priorum edd. scripturam revocavit. Pro consensu Port. a m. sec. habet *consensu.* Quas consensu omnium non jussisse *latus magis, quam tulisse, videri posset*, scilicet, populus Romanus. Si plurimum codd. consensu hinc lectioni pondus adjiceret, non displiceret. *Tulisset, pro tulisse,* perperam præfert Flor.

· § 6 Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito vi-

deri potest supervacuum: quod si absit, eadem erit sententia; nam non de aliis, quam quæ edita ac proposita erant, rumor vulgari potuit. Forte *editos;* nempe rumores. Postrema litera perire potuit, quia eadem est prima vocis sequentis. *Duk.* Vir doctus ad marg. editionis Curionis scribendum putabat *ad rum. hom. de unoq. capite editos.* Et ita etiam Gronovius priori notarum ed. legendum conjectit. Posterioribus tamen curis sententiam mutavit, vel certe conjectaram neglexit. Omnes etiam codd. firmant receptam lectionem, eique constanter adhærent; nisi quod *capite edito* præferant Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. errore in libris scriptis frequentissime obvio. Vide ad XXI. 62. § 7. ‘Editum caput’ est, propositum, promulgatum, in publicum emissum: quo sensu ‘edere librum’ Ciceroni aliisque usitatum est. Ita ‘edere carmen’ infra XXV. 12. ‘Ex hujus Marci duobus carminibus, alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu, alteri quoque, cujus nondum tempus venerat, adferebat fidem.’ ‘Edere conditiones pacis’ XXXIV. 40. ‘Eo deducta res est, ut his conditionibus, quæ ex scripto paucis ante diebus editæ erant, indiciae fierent.’ Præterea *ad rumores omnium* Harl. 2. Sed ea vox modo præcesserat. Solent antem voces ‘omnes’ et ‘homines’ passim in membranis confundi. Vide hoc lib. ad c. 54. § 6.

Qui nunc quoque, &c. sons publici præratique est juris] q[uod] nunc quoque, id est, quam nunc quoque Gaertn. Præter eum autem et cod. Flor. qui vulgatum servat, quam nunc quoque sons publici præratique est juris præferunt omnes, quibus utor, codd. ut et prisca edd. usque ad Frobenium, qui anno 1535. qui, pro quæ, emendavit. Sane, si quæ placet, legendum etiam sunt: quæ leges sunt sons omnis juris, quomodo etiam vir doctus ad marg. ed.

Curionis scribendum existimavit. Verum quum omnes codd. qui habent *qua*, servent tamen *est*, minor videtur mutatio, minusque audax, ut cum optimo Flor. codice ac Frobenio illi *qui*, quam huic sunt subponamus, præsertim quum Livius solitus sit sæpius pronomina relativa potius ad sequentia, quam ad præcedentia, referre. Infra xxxii. 30. ‘Mittendo in vicos Cænomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat: ubi plura notaontur. Præterea frons, uoa litera per errorem librarii abundante, Flor. Tum publici privatique juris est Port. Præterea super alia, pro super alias, Harl. 1.

§ 7 *Vulgatur deinde rumor*] *Vulgatur adhuc deinde rumor* Voss. 1. et Leid. 2. *Vulgatur hic deinde rumor* Port. Deinde *Vulgatur deiū rumor n. decem tabulae. quibus adjectis* Gaertn.

§ 8 *Jam plebs, præterquam quod*] *Nam, pro Jam, Harl. 2. et Hav. solito librariorum errore, qui passim has voculas confudernnt. Vide ad ix. 17. § 5.* Illud autem *jam* hic non simpliciter inservit transitioni, vel connectendæ orationi, sed idem fere notat, quod ‘*insuper*’, ‘*præterea*’. Ea ergo prævia, proponitur secunda et tertia caussa, cur plebs decemviro iterum creare voluerit. Prima erat, quod plebs volebat, ut decem prioribus tabulis ab iisdem duæ, qua deesse dicebantur, adjicerentur; secunda odium nominis consularis; tertia quod, propter concessam a sententia decemvirorum adpellationem, non requireret plebs tribunicium auxilium. Eo sensu obcurrit apud Justin. xxxviii. 4. § 11. ‘*Jam ipsam Italiam audire se numquam, ut Roma condita sit, satis illi pacatam.*’ xli. 4. ‘*Jam fontium ac silvarum ea copia est, ut et aquarum abundantia irrigetur, et venationum voluptatibus exornetur.*’ Præterea *plebes* Port. quomodo Livium sæpissime id nomen efferre voluisse, supra non semel notatum est. Vide ad 1.

20. § 6. *Utrum tamen unius codicis si-de recipi debeat, vehementer dubito.*

Consulum nomen, haud secus quam regum, perosa erat] *Haud secus quam regum, per hos erat* Harl. 1. *haud secus, quam regum, perosum erat* Port. quod librarii esse puto. Id colligo ex optimo Flor. in quo scriptum ab initio erat *peros. erat*. Id autem manus recentior mutavit in *perosum erat*. Passim autem ‘*perosus*’ et ‘*exosus*’ optimi avi scriptoribus activa significatione frequentata sunt. Infra hoc lib. c. 39. ‘*Superbiā violentiamque tum perosos regis.*’ c. 58. ‘*Perosus decemvirorum scelerā.*’ Ovid. Trist. El. 1. 6. 21. ‘*Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus.*’ Trist. El. IV. 4. 81. ‘*Læta Deæ signum, crudelia facta perosæ, Transtulit ex illis in meliora loca.*’ Metam. VIII. 183. ‘*Dædalus interea, Creten longumque perosus Exsilium, tractnsque soli natalis amore, Clau-sus erat pelago:*’ et apud enī sæpe. Valer. Max. III. 3. ex. 1. ‘*Perosus, credo, dexteram suam, quod ejus ministerio in cæde regis uti nequisset:*’ ubi vide quæ notavit Vorst. Angustus in fragm. Epistolæ apud Sueton. in Tiher. c. 21. ‘*Deos obsecro, nt te nobis conservent, et valere nunc et semper patientur, si non populum Romanum perosi sunt.*’ Ipse Sueton. in vita Vesp. c. 4. ‘*Agrippinam timens, potentem adhuc apud filium, et defuncti quoque Narcissi amicos perosam.*’ Justin. xvii. 1. ‘*Agathoclem filium suum, non solum patrum, verum etiam humanum ultra morem perosus.*’ Festus voce ‘*Osi sunt.*’ ‘*Osi sunt ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea, quæ est de lege Minucia, cum ait, ‘*Mirum est, si quid iis injuriæ fit, semper eos osi sunt.*’ Quod nunc quoque cum præpositione elatum frequens est, cum dicimus perosi.’ Vide etiam Servium ad Maron. Æn. v. 687. et Voss. Gramm. v. 39.*

Cedentibus in vicem adpellatione decemviris] Voces in vicem deficiunt in Voss. 2. Tum cedentibus in vicem adpellationem Gaertn. et Hav. An legendum adpellationi? ut infra VIII. 33. 'Videro, cessnusne provocatio- ni sis, cui rex Romanus Tullus Hos- tilius cessit.' IV. 57. 'Quia maluerit, collegas sua sponte cedere anetori- tati senatus: ubi quidam codd. simili errore cedere auctoritate preferunt. III. 17. 'Tribuni cessere nocti, ti- mentes consulum arma.' c. 21. 'Ne temeritati multitudinis cedatis: ubi Gebhardus temeritate cedatis legendum conjicit. Sed male. c. 60. 'Quum per totum diem stetissent intenti ad cer- tamen, nocti cessere:' ita iterum ex optiunis codd. edidi. Vulgo legeba- tur nocte cessere. Ita concedere majes- tate multi codd. præferunt, ubi nunc recte majestati editur, VI. 6. § 7.

CAP. XXXV. § 1 Comitia decemri- ris creandis in trinundinum indicta sunt] Antiqua lectio in trinum nundinum in- dicta sunt. 'Trinum nundinum' eti- am adpellat Quintilianus, quum in- qnit, 'sive non trino forte nundino promulgata.' Rhen. Recte trinum nundinum, quamquam plerique libri habent trinundinum. Id enim signifi- cat 'in tertias nundinas.' Quod Græci dicunt εἰς τρίτην ἀγορὰν. Ut Dionys. IX. p. 598. Prothéntau δὲ πάλω τῶν δημαρχῶν εἰς τρίτην ἀγορὰν τὴν περὶ τοῦ νόμου διάγνωσιν. Plutarch. in Cor. p. 222. Σολ δὲ, Μάρκιε, προαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι. Et post, 'Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς τρίτης ἀγορᾶς, ἀγο- ρᾶς δὲ ποιῶσι 'Ρωμαῖοι δι' ἡμέρας ἐννάτης, νουνδίνας καλοῦντες. De nundinis copio- sius Macrobius Saturn. I. 16. Quod autem Cicero dixit pro Cornelio 'ex prorogatione trinundinum,' Priscianus interpretatur dictum esse pro trinundinarum I. VII. p. 733. Sigan. In ternum nundinum Port. in trinum nundinum Flor. et Leid. I. in divum nundinum Harl. 2. in trinundinum Lip- siens. in margine pro varia lectione,

et fragm. Hav. *trinundinum* sine præ- positione Hav. Ceteri in *trinum nundinum*. Et ita divisis vocibus dicen- dum esse, plerorumque modo memo- ratorum codicum, licet corruptorum, vestigia docent. Similiter Cic. pro Domo c. 16. 'Quod in ceteris legi- bus trinum nundinum esse oportet,' ad Fam. XVI. 12. 'Se præsentem tri- num nundinum petiturum.' Idem tamen Cicero voce 'trinundinum' etiam usus est Orat. Philipp. V. 3. 'Ubi lex Cæcilia et Didia? ubi pro- mulgatio trinundinum?' et alibi. Ve- rum hic facile ultima syllaba vocis *trinum* elidi atque intercipi potuit a prima vocis sequentis, præsertim quo tempore unica adhuc serie ser- beretur *trinum nundinum*. Ceterum Doujatius in *trinundinum* exponit post viginti septem dies, addens, nundinas uno quoque die habitas fuisse, ut rustici octo diebus in agris essent, nono feriantes in Urbem commeare possent. In quo quidem præuentem sequitur Macrob. Saturn. I. 16. Sed cum eo tamen erravit. Nam non nulli quidem scriptores, qui eo tem- pore vixerunt, quo nundinae adhuc a Romanis observabantur, simpliciter dicunt, nundinas nono die celebratas esse, incertum relinquentes, utrum ilterque dies nundinalis in hoc novem dierum numero computandus esse, an tantum alterter. Ovid. Fast. I. 54. 'Est quoque, qui nono semper ab orbe redit.' Et, quem Neapol. ibidem laudavit, Dio Cass. I. XL p. 142. et I. XLVIII. p. 377. Adde I. LX. p. 681. ubi, quemadmodum etiam duobus aliis locis, nundinas circum- scribit ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην. Et Plut. in Coriol. p. 222. 'Ἀγορὰς δὲ ποιῶσι 'Ρωμαῖοι δι' ἡμέρας ἐν- νάτης, νουνδίνας καλοῦντες. Alii tamen adcurate addiderunt, inter primum et nonum diem, qui ambo nundinales erant, septem tantum dies medios intercessisse. Varro de Re Rust. II. in Præfat. 'Annum ita diviscunt, ut

nonis modo diebus urbanas res usnuparent: reliquis septem ut rura colerent.' Dionys. l. vii. p. 463. οἱ δὲ ἄγροι· 'Παμάλαις' ἔγινοτο, ὃς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, δι' ἡμέρας ἐν τὰς ταῦταις συνιδύτες ἐκ τῶν ἀγρῶν οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν, τὰς τε ἀμείψεις ἐποιῶντο τῶν ἀνέλαβον, καὶ τὰς δίκας παρ' ἀλλήλων ἐλάμβανον, &c. Τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἀγρῶν ἐπτὰ ἡμέρας, αὐτονυγόστε ὅντες οἱ πολλοὶ καὶ πέντες, ἐν τοῖς ἄγροῖς διέτριψον. Ubi miror, Casanbonum etiam, ut se viri maximi exemplo in errorem prolapsum Doujatius jactare possit, scribere sustinuisse, Dionysium, si quidem ita scripsit, putasse, nundinas ita dictas a Romanis fuisse, nt apud Græcos Olympias appellatur πενταετῆς, et febris quædam tertiana; potio tamen fidem Latinis scriptoribus, qui octo dies medios memorant, habendam, ac necesse esse, vel ipsum Dionysium peccasse, vel potius ejus librarios, qui ξ' pro η', hoc est, ἐπτὰ pro ὀκτὼ, posuerint. Vera potius Dionys. tradidisse, docet memoratus Varronis locus. Verum ne quis hunc etiam a librariis corruptum, et VII. pro VIII. perperam scriptum esse, contendere possit, stant etiam ab hac sententia Kalendaria antiqua marmoribus insculpta, et edita a Grutero in corpore Inser. p. cxxxiiii. et seqq. ubi literæ octo priores alphabeti diebus ordine præfixi, et subinde in sequentibus repetitæ, nundinas notant, ita ut singuli orbes harum octo literarum singulas nundinas indicent, quemadmodum kalendaria hodierna septem prioribus literis alphabeti, quæ simili modo per ordinem omnibus diebus adduntur, hebdomadas dierum indicant. Si vero inter duos dies nundinales octo dies interfuisserint, et ita orbis nundinarum fuisse novem dierum, Kalendaris non octo, sed novem, literæ adscribi debuissent.

§ 2 Ut primores quoque civitatis] Ut pr. quoque quique cir. Hav. Videtur

librarius duplarem invenisse lectio- nem primores quoque, et primores qui- que, et, ne deteriorem eligendo erraret, utramque junxisse. Inde ergo ineptam illam lectionem natam existi- timo, cuius rei plura exempla vide hoc lib. ad c. 44. § 4. Facile autem quoque et quique ob similitudinem compendii, quo utraque vox scribi solet, inter se commutari in scriptis potuerunt. Quam autem alii omnes libri vulgatum servent, eam etiam lectionem præferendam esse puto.

Possessio imperii, vacuo ab se relicto loco, haud satis dignis pateret] A se relicto Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. vacua ab se relicta haud satis dignis Harl. 1. Nikil muto. Infra v. 10. 'Comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequivit. Pugnatum inde in vacua loca ut patricii cooptarentur.' iv. 16. 'Pervicerunt igitur, ut tribunorum mililitum potius, quam consulum, comitia ha- berentur: haud dubii, quin sex locis (tot enim jam creari licebat) et plebeii aliqui, profitendo se ultores fore Mælianæ cædis, crearentur:' ubi vi- de Gronov.

Prehensarent homines] Vet. lib. prensarent. Sigon. Prehensarent Hav. pensarent Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. Reliqui omnes prensarent. Vide ad iv. 48. § 11.

Summa ope ab se inpugnatum] A se inpugnatum omnes mei. Mox con- tenderent Voss. 2. Leid. uterque, Harl. uterque, Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. At sensus alterum præ- stare indicat.

§ 3 Demissa jam in discrimen digni- tas] Scribe Demissa jam in discrimen dignitas; ut 'descendere in certa- men' dicimus. Cicero ad Attic. vii. 12. 'Demittamne me penitus in causam?' J. F. Gron. Demissa, ut Gro- nov. volebat, præferunt Voss. 2. et Harl. 2. Alii omnes dimissa servant. Sed solent librarii passim has voces inter se confundere. Exempla vide-

bitus ad vii. 23. § 6. et ad xxxiv. 50. § 2. Interim videndus est Grævius ad locum Cic. a Gronovio laudatum ad Att. vii. 12. Et forte hæc vox restituenda Sueton. in Claris Rhetor. c. 6. ‘Suscepit eas partes atque ita inplevit, ut Plancus silentium impuneret, non audienti in comparationem se demittere: ubi vulgo circumfertur *dimittere*; nisi quod nunc videam, Jac. Gronovium etiam recte *demittere* edidisse. Insuper vox *jam* omittitur in Port. Deinde *in discriminē* habent fragm. Hav. Gaertn. et Neapol. Latinii.

Ea aetate, hisque honoribus actis] Vet. lib. *iisque*. Sigon. *Hisque* retinent Flor. Leid. 1. Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *hiisque* Voss. uterque, Leid. 2. et Lipsiens. Græterus edidit *eisque*. Infra x. 3. ‘Id magis credo, quam Q. Fabium ea aetate atqne eis honoribus Valerio subjectum:’ ubi Hav. iterum *his honoribus*. Similia sunt illa ix. 17. ‘Cessisset Papirius Cursor, illo corporis robore, illo animi?’ et xlvi. 19. ‘Privatumne ergo majorem fratrem, an exsulem illa aetate, illa corporis infirmitate ad ultimum mori jussurum?’ neque multum differunt illa xxxi. 21. ‘Idem ibi somnus, eadem negligencia erat.’ xxxix. 13. ‘Itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amaudarent.’

Inter decemviros, an inter candidatos numerares] Aut *inter candidatos* Voss. 1. in contextu, pro quo in margine emendatum recte *an inter candidatos*. Præterea Gebhardus supra ad iii. 5. § 13. testatur, Pal. 1. et 3. habere *inter candidatos* mirares: se tamen *numerares* præferre. Recte. Similiter lapsi sunt scribæ ii. 1. § 2. Nostri omnes vulgatae lectioni adhærent, uno Harl. 1. excepto, qui ostentat *numeros*. Verba *inter candidatos numerares*, *propior* culpa librarii desunt in Flor. cui ansam præbuit τὸν *inter* in principio vocis *interdum* repetitio.

§ 4 *Propior interdum petendo, quam gerendo magistratui erat]* Livius ii. 64. ‘Pancitas damno sentiendo propior erat.’ Sed in eo alia significatio est: quum *propior* idem est quod ‘similior,’ fere participio jungitur. xxvii. 17. ‘Propiorque excusanti transitionem, ut necessariam, quam glorianti ea.’ Tacit. Hist. iii. 65. ‘Sabinus non iostultans et miscrant propior.’ Val. Flacc. i. 58. ‘Talibus hortatur juvenem, propiorque jubenti Conticuit.’ Si libri veteres juvarent, hic quoque mallem *propior interdum petenti, quam gerenti magistratum erat*. Dnk. Libri scripti nihil mutant, nisi quod mendose in Leid. 2. et Gaertn. sit *proprior interdum petendo*. Vide de hoc errore ad iv. 17. § 5. et quod τὸν *quam* omittatur in Leid. 2. Mox *ler.* *quemque humilissimumque Hav. lenissimum et humiliissimumque Gaertn.* Sed passim ‘lenis’ et ‘levis’ in MSS. confundi videbimus ad xxxvi. 31. § 8. Duplicem autem liquidam in similibus superlativis requiri, docet Dausqueius in Orthogr. parte ii. in voce ‘Facillimus.’ Ceterum *humilissimumque* etiam Lipsiens.

§ 5 *Medius inter tribunicios Duellios Iciliosque] Duilius*, ut ante. Sigon. Pall. 1. ac 3. *Solliciosque*. Pal. 2. *Sollicitiosque*. Campanus edidit *Siciniosque*. Gebh. *Duellios* Flor. Voss. 1. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Duellos* Leid. ambo. *Delios* Voss. 2. Verum, Siginum aliosque gentem hanc ‘Duiliam’ semper vocandam esse contendisse, vidimus ad ii. 58. § 2. Deinde *Silviosque* Port. *Solliciosque* Harl. 2. *Sillicitiosque* Lipsiens. *Scilicetiosque* Leid. 2. *Silciosque* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Gaertn. et Hav. *Siciliosque* Harl. 1. et fragm. Hav. Quum tamen omnium, aut certe plerorumque, codicum, licet madosorum, lectio magis *Iciliosque*, quam *Siciniosque*, ut Campanus substituit, præferat; præsertim sublata litera *S* initiali, quæ ex-

fine præcedentis vocis, ut sæpe fieri solet, adhæsit, (vide ad xxviii. 25. § 2.) a vulgato non reçendendum existimo. Ceterum *Ipse medios inter tribunicios male Gaertn.*

Per illas se plebi vendicare] Pudendum erratum est. Scribe *per illas se plebi venditare.* Rhen. *Vendicare* tantum inveni in Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et a m. pr. fragm. Hav. alii mei recte *venditare* servabant. Infra xxxix. 42. ‘Eum puerum, per lasciviam cum cavillaretur, exprobrare consuli persæpe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori venditaret:’ ubi simili errore multi codd. et antiquæ edd. *vendicaret.* Vide quæ ibi notantur.

Conjecere in eum oculos] Conicere Voss. 2. quasi per infinitivum *conjecere* scribendum foret. *Conjectere* Leid. 2. quod foret *conjectare*, sive itidem *infioitive*, sive pro *conjectavere*. Ceteri tamen receptum firmant. Liv. xl. 12. ‘Conjecti eorum, qui aedrant, oculi in Demetrium sunt, velut confessim responsurus esset.’

§ 6 Se ipsum cogere, et vulgari cum privatis] Vox *ipsum*, quæ in meis omnibus aliis constanter superest, exsulat ab uno Hav. Tum *vulgari* Flor. quæ orthographia in eo cod. sæpe obenrrit. De ea vide ad xxxix. 53. § 2. Paullo ante voces *Profecto* haud deficiebant in Lipsiensi.

Quam riam ad continuandum magistratum] *Ad continendum mag.* Hav. *ad contionandum* Leid. 1. Voss. 2. et a m. pr. Voss. 1. *ad concionandum* Harl. 1. et Lipsiens. a m. pr. in contextu. Infra xxvii. 6. ‘Neque magistratum continuari satis civile aiebant.’ III. 21. ‘Magistratus continuari, judicare senatum contra rempublicam esse:’ et ibidem: ‘Plebs senatusconsultum in continuandis magistratibus solvit.’ ix. 41. ‘Fabio ob egregie perdomi-

Delph. et Vur. Clus.

tam Etruriam continuatur consulatus.’ xxiv. 9. ‘Quum T. Otacilius ferociter, eum continuare consulatum velle, vociferaretur.’ Et alibi sæpe. Ceterum omnia hæc verba deerant in Gaertn. Cujus erroris ratio erat vocum *magistratu* et *magistratum* repetitio.

§ 7 Obsecundando mollire inpetum adgrediuntur] In Ms. volmine legitur, tametsi mendose, *obsequendo, se cum dando.* Quorū prius libenter dicerem posterioris fuisse glossulam expositicem, nisi scirem ‘obsecundare’ plus esse quam ‘obsequi.’ Ut intelligamus, collegas non solum obsecutos in iis, quæ cupiebat Appius Clandius, verum etiam obsecundasse, et ulti ambitionem hominis adjuvisse. Rhen. Utramque vocem *obsequendo, obsecundando mollire* præferunt Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Ve-rius pnto, priorem margini olim adscriptam fuisse, ut alteram minus usu frequentatam explicaret; librarios vero pro varia lectione habuisse, et utramque in contextum recepisse. Vide ad c. 44. § 4. Verbo autem ‘obsecundare’ usus est etiam, præter Ciceronem, Terent. in Adelph. v. 9. 37. ‘Hæc reprehendere, et corrigere me, et obsecundare in loco:’ et Quintil. Instit. Orat. xi. 3. p. 1018. ‘Simil capite atque humeris sensum ad id, quo manus feratur, obsecundantibus.’

Quando minimus natu sit, munus consensu injungunt] *Minimus fit natu* Leid. 2. *minimus natu fuit* Voss. a m. pr. et Lipsiens. *minimus natu fuerit* Gaertn. Tum *munus* deest in eodem Gaertn. pro quo a m. pr. in contextu *nimir* præfert Lipsiens. quod ex *mūs* facile ob literarum similitudinem mutari potuit. Deinde *consensu jungunt* Harl. 2. Leid. 2. et Lipsiens. a m. pr. *consensu jungunt*, quasi legendum foret *consensum jungunt* Leid. 1. Sed patet, tñ in, quæ syllaba initialis *vocis injungunt* erat, in *m* conversum, cui

Livius.

20 A

ductibus simile est, perperam præcedenti voci adhæsisse. Rectum est *injungunt*. Vide ad xxxii. 3. § 4.

· § 8 *Ars ea hæc erat*] Pronomen *ea* nescio quis assuit aliunde: non est in archetypo Borbetomagensi, nec hic necessarium. Melius leges *Ars hæc erat*. Rhen. Illud pronomen *ea* exstat tamen constanter in Voss. 2. Leid. utroque, Harl. utroque, Port. Lipsiens. Gaertn. fragm. Hav. et a m. sec. in Hav. præterea inter versus adscriptum est in Voss. 1. Primi tamen editores in codd. quos secuti sunt, non reperisse videntur; certe in edd. suis omiserunt: neque etiam exstat in excerpt. optimi Flor. nt nec in Voss. 1. in contextu, neque in Klockian. vel Hav. a m. pr. Primus addidit Aldus. Mox *ut semet ipse* Port. a m. sec. erasa scriptura, quæ antea exstiterat, tanta cura, nt, quid olim datum fuerit, amplius intelligi nequeat.

Quod præter tribunos plebis] *Tribunos plebi* Flor. Leid. 1. Harl. 1. et a m. sec. Voss. 1. Vide ad 11. 42. § 6. Mox *rèct* non comparet in Hav.

Ille enimvero, quod bene vertat] *Ille enim nos quod Lipsiens.* a m. pr. in contextu. *Ille enim, quod Harl.* 2. et Hav. Pessime. Particulæ enim caussali hic locus nou est: at recte intensivo *enimvero*. Vide ad 11. 22. § 6.

Inpedimentum pro hac occasione arripuit] Et hic ablativum *hac* quispiam infulsit, quum non sit in libro veteri. Tu dispunge, et lege *imp. pro occ. arr.* Rhen. Adsentio Rhenano. Fateor tamen *rèct* *hac* superesse in Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. exstare etiam inter versus in Voss. 1. *pro ab occasione esse* in Leid. 1. A nullo itaque meo abest, nisi a Flor. Harl. 1. et fragm. Hav. abest insuper ab antiquioribus exensis usque ad Aldnum, qui illud *hac* etiam hoc loco primus contextui interposuit. Sensus est: illud, quod collegæ inpedimento fore censuerant,

Ap. Clandio commodam occasionem exstitisse continuandi magistratum.

§ 9 *Dejectisque honore per concionem duobus Quintiis*] Lego vel repugnantibus libb. omnibus *per coitionem*. Nam ix. 26. ait, ‘Coitiones honorum adipiscendorum causa factas adversus rem publicam esse:’ et xxxix. 41. ‘Coierantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum.’ Pædian. in Orat. de Toga: ‘Coierant ambo, ut Ciceronem consulatu dejicerent.’ Sigon. *Per coitionem* Voss. ambo, Leid. 1. Port. et Lipsiens. *per concionem* Leid. 2. Harl. uterque, et Gaertn. *pro concionem* Hav. *per contentionem* Flor. et fragm. Hav. Licet autem, ut hinc adparet, omnes nostri libri adversentur, puto tamen recte Sigonium restituisse *per coitionem*, præsertim quum nunc videam, Klockium etiam ad marginem Livii mone-re, se ita in cod. suo reperisse. Alibi saepè ‘coitio’ in ‘concionem’ abiit in libris scriptis. Vide quæ notantur ad iv. 13. § 8. Propria autem et sollemnia in hac re verba sunt ‘coire’ et ‘coitione.’ Cic. ad Q. Fratr. III. 1. § 5. ‘Quod scribis te andisse, in candidatorum consularium coitione me interfuisse, id falsum est: ejusmodi enim pactiones in ea coitione factæ sunt, quas postea Memmius patetfecit, ut nemo bonus interesse debuerit: et simul mihi committendum non fuit, nt his coitionibus interessem, quibus Messalla excluderetur.’ Vide Sigon. ad Liv. xxxix. 41. § 1.

Et patruo suo C. Claudio] *Et suo patruo* Leid. 2. Tum *Cesurio C. Claudio* fragm. Hav. Paullo ante Cincinnato Leid. 2. Vide ad III. 12. § 8. *Concinnato* Gaertn.

Constantissimo viro in optimatum caussa] *Optimum caussa* Leid. 2. Harl. 2. Port. et Hav. De qua formatione vide ad Epit. Liv. I. lxxix. Quum tamen optimi et integiores codd. vulgatum servent, id etiam retinendum puto.

§ 10 *Inprobabant boni, quam nemo facere ausurum crediderat*] *Inprobant boni* Voss. 2. Port. Hav. et primitus excusi. Neque aliter se etiam in suo cod. reperisse Rhenanus testatur ad c. 38. § 11. Videtur tamen negligenta librariorum omissa esse duplicatio literarum *ba*. Aldus postea *inprobabant* restituit, concinentibus reliquis meis. Praeterea *quam nemo aus. facere cred.* Harl. 2. et Lipsiens. *quam quod nemo facere aus. cred.* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *quam neminem aus. facere cred.* Hav. Panlo ante ritæ patres, pro rit. pares, Lipsiens. a m. pr. in contextu.

§ 11 *Creati cum eo M. Cornelius Maluginensis, &c.*] Alio longe ordine nomina decemvirorum digeruntur in Hav. *Creati cum eo M. Cornelius Maluginensis, Q. Paetilius, T. Antonius Merenda, Duilius, Sp. Oppius Cornicen, M. Rabuleius, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fubius Jubilianus*: quod librarii culpa factum esse censeo, qui trium nomina, in medio omissa, ultimis locis deinde adscripsit.

Q. Fabius Vibulanus] *Quinctius, vel Quintius Fabius* Voss. 1. et Leid. ambo. Vide hoc lib. ad c. 1. § 1. *Quintius Fabius* fragm. Hav. Plurimum vero in ejus cognomine variant coddi. *Jubulanus* habet Lipsiens. *Jubuanus* Voss. 1. *Vibuanus* Leid. 2. *Fibulanus* Harl. 1. *Jubulanus* Harl. 2. *Vibulatus* Voss. 2. *Vibularius* Port. *Jubilianus* Hav. Vide etiam ad iv. 17. § 11. c. 19. § 8. c. 25. § 2. c. 37. § 1. c. 43. § 1. c. 49. § 1. et 7. c. 51. § 1. Reliqui servant *Vibulanus*. Et recte. *Vibulanus* enim Fabiorum cognomen ex marmoribus Capitolinis, et aliunde notum est. Paullo ante *Minutius*, pro *Minucius*, Port. Vide ad c. 41. § 10. Praeterea *Sergii* praenomen *M.* deerat in Lipsiens.

Q. Petilius] Veteres quidam libri habent *Q. Paetilius*. Dionys. l. x. p. 682. Πουτέλιος. Capitoline tabulae

Paetilius. Ergo ita scribendum. *Sigon.* Hujus gentis nomen secunda syllaba per vocalem secundam *Paetilius* scribendum esse, *Sigoni* etiam monuit ad iv. 12. § 3. vii. 11. § 2. et ix. 24. § 1. Quum autem alibi plerumque recentiores editores scripturam, quam *Sigoni* probavit, exprimi curaverint, hic tamen et c. 41. § 9. *Paetilius* ediderunt. Quare etiam utroque loco ex mente ejus *Paetilius* restitui. Ceterum *Quintius Petilius* præfert Gaertn. Vide modo ad verba præcedentia. Quanta autem diligentia Livio operam impenderit Doujatius, hic etiam locus indicio est, ubi non modo ipse quoque *Q. Paetilius* edidit, id quod et alii fecerunt, sed etiam notare sustinuit, sic scribendum ex veteribus quibusdam libris *Sigonium* monuisse; quum non tantum, ut scholium ejus docet, *Q. Paetilius* ex fastis *Capitolini* scribi volunt, sed ita revera etiam in contextum repperit.

T. Antonius Merenda, K. Duilius, Sp. Oppius Cornicen] *T. Antonius Menda* Leid. 2. Deinde *Duilio* prænomen *Caii* tribuunt Voss. 1. Leid. 2. et Flor. *C. Edulius* habet Harl. 2. Omissio vero prænomen *Edulius* Leid. 1. et Gaertn. *Aedulius* Port. *Edulius* Lipsiens. et fragm. Hav. *K. Duilius* in Oxon. L. 1. 2. N. et C. exstare, auctor est *Hearnius*. Deinde *Oppinius*, pro *Oppius*, Port. *Oppinus* fragm. Hav. In cognomine vero nire dissentiant MSS. *Cornicius* est in Voss. 1. *Cornicem* in Voss. 2. et Harl. 2. *Corniceus* in Leid. 2. *Cornicensis* in Port.

M. Rabuleius] Hic a Dionysio l. x. p. 682. Μάνιος vocatur. Quare *M. Rabuleius* castigo. *Sigon.* *M. Rabuleius* Voss. 1. Leid. 1. fragm. Hav. et Gaertn. *M. Rabuelli* Lipsiens. *M. Rabuclius* Port. *Marcus Rabuleius* Voss. 2. Prænomen non agnoscit Leid. 2. *Rubullerus*, pro *Rabuleius*, Harl. 2. *M.* vel *Marcus Robuleius* pris-

cæ edd. usque ad Aldum, qui *M. Röbelius* edidit. Vide etiam Pighium in *Annal. ad a. CCCIV.* p. 154.

CAP. XXXVI. § 1 *Suo jam inde vivere ingenio capil]* *Sevo jam non vivere ingenio cepit Lipsiens.* Tòjam abest ab Hav. Supra 1. 2. ‘Jam inde ab initio minime latens novæ origine urbis.’ Paullo ante *Illefinis alienæ personæ ferenda Appio fuit* priscæ edd. In ordinem, qui nunc obtinet, vocabula digessit Aldus, cum quo stant omnes MSS.

Jam prius, quam iuarent magistratus, in suos mores formare] *Iniret* primitus excusi. Mendose: non enim Appio ineundus erat magistratus, sed, quem anni principio inierat, continuandus. Reete igitur Aldus ejus loco repousit *iurent*, quod firmant omnes mei, nisi quod exscriptoris errore *injurent* dederit Port. Deinde *inter suos mores* idem Port. *Justinus* III. 2. ‘Populum in obsequia principum, principes ad justitiam imperiorum formavit.’ Sæpe rà ‘in’ et ‘int’ sive ‘inter’ commutantur. Vide ad *XXXVIII.* 57. § 6.

§ 2 *Quotidie coibant remotis arbitris]* *Cottidie* hic et alibi semper Flor. *quottidie* Gaertn. Vide *Dansquei. in Orthogr. parte sec. in voce ‘Quotidie.’ Coibat* Voss. 2. *coicbat* Leid. 2. *coire* Hav. quod se etiam in Pal. 2. invenisse Gebhardus notavit ad 1. 12. § 1. *conveniebat* Port. quæ scriptura omnino ex glossemate nata est. *Venerant, pro coierunt,* quidam codd. simili errore habent *XXXIX.* 41. § 1. ‘*Coire*’ enim est *convenire*. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Epist. *Heroid.* vii. 123. ‘In unum coire’ Liv. dixit *XXV.* 35. ‘Qno minus in unum coirent et duces et exercitus hostium:’ et alibi sæpe. Tum *renovatis arbitris Lipsiens.* a m. pr. in contextu.

Iude inpotentibus instructi consiliis] *Instrui consiliis* Gaertn. qui mox etiam *dissimulabant, pro dissimulando,* præfert. Utrumque ferri posset, ali-

ter interpunkto loco. Sed præstat, ut aliorum codd. nihil mutantium consensi cedamus. Tum *consiliis* Lipsiens. Vide ad 1. 8. § 6. Deinde *coloquebantur, pro coquebant, idem Lipsiens.* a m. pr. in contextu; alterum pro varia lectione margini adscriptum est a m. sec. De verbo ‘*coquere*’ hoc sensu vide ad *XL.* 11. § 2.

Rari aditus, colloquentibus difficiles, ad Idus Maias rem perduxere] Doujatius, ut cohæreat cum eo, quod sequitur (*colloquentibus difficiles*) legendum putabat *rari aditu;* quod inlustrari potest loco Tacit. qui ‘rarus egressu’ dixit Ann. xv. 53. ‘Cæsar rarus egressu, domoque aut hortis clausus, ad Iudicra Circi ventitabat.’ Vel etiam absolute scribere malebat *raro aditu, aut raris aditibus.* Verum in vulgatum conspirant omnes libri et scripti et editi, nisi quod Lipsiens. manifesto scribæ errore habeat *additus.* Vide ad *IV.* 57. § 11. Hinc intempestiva emendandi prurigine locum tentandum nou puto, præsertim quoniam commodum æque sit vulgatum, atque illud, quod ei substituitur. Non enim *rari aditus* numero plurali casu primo accipio, quemadmodum Doujatum accepisse inde suspicio est, quod *raris aditibus*, ne numerus mutetur, legendum censuerit, sed numero singulari casu patrio. Jam vero ‘Decemviri sunt rari aditus’ æque dici potest, ac ‘sunt raro aditu’ vel ‘raris aditibus.’ Ita ‘exactæ ætatis Camillus erat’ est vi. 22. ‘Q. Fabius Maximus moritur exactæ ætatis’ xxx. 26. pro quo *exacta ætate* dixit ii. 40. Similiter ‘vir servidi animi,’ ‘vehementis ingenii.’ Vide ad ii. 52. § 7. et ad v. 47. § 2. Adde Vossium Gramm. vii. 24. Non exprimitur quidem hic verbum substantivum, sed ejus participium subintelligi debet; quod Livium per ellipsis omittere solitum fuisse, nou uno loco Gronovius notavit. Deinde *cum lo-*

quentibus difficultibus Lipsiens. De similibus erroribus vide ad iv. 24. § 7. colloquentibus difficile Harl. 1. Præterea ad *Itus Majas* Harl. 1. Novi, quid tradat Varr. de Ling. Lat. l. v. p. 49. ‘Idus abeo, quod Tusci Itus, vel potius ab eo, quod Sabini Eidus dicunt.’ Attamen scriptura cod. Harl. 1. ex librarii errore potius nata videtur, quam ut Livium voce peregrina usum fuisse existimem: *jam ad Idus Majas offerunt primæ edd. sed voculam jam, quam omnes ignorant eodd. scripti, recte omisit Aldus. Vocem rem omisit Lipsiens, cui jam substituit Gaertn.*

§ 3 *Idus tum Maiæ sollemnes ineundis*] *Idus tñ Majæ Hav.* Sæpe librarii *tñ tñ*, id est *tamen*, et *tñ*, id est *tum*, in MSS. commutare soliti fuerunt ob dñctum similitudinem. Vide quæ notantur ad xxii. 17. § 5. *inundis* habet Flor. a m. pr.

Initio igitur magistratus] Non moveo: sed si qui MSS. haberent *Inito igitur magistratu*, id præferrem. *Duk.*

Denunciatione ingentis terroris insignem fecere] *Denunciationem* Flor. Sed litera *m* adcrevit fini hujus vocis ex primis duabus sequentis. Vide hoc lib. c. 48. § 5. *Tum insignem facere* Voss. 1. et Leid. 2. qui hilem paullo ante legunt *cum honoris diem*, pro *primum honoris diem*. *Primus* est in Leid. 1. Paullo post vero *quum decem. ita pr. scr.* in Leid. 2.

Hoc insigne regium in orbem, suam cujusque ricem] Pronomen *hoc* deficit in Lipsiens. *hoc insignere regnum* habet Leid. 2. et Harl. 1. Sed supra est II. 1. ‘Libertatis antem originem inde magis, quia annum imperium consulaire factum est, quam quod deminutum quidquam sit ex regia protestate, numeres. Omnia jura, omnia insignia primi consules tennere.’ Vide etiam Dion. Hal. l. iv. p. 268. Alibi etiam hæc voces confunduntur culpa scribarum. Vide ad c. 38. § 1. Deinde *in urbem* Gaertn. et ed. Me-

diol. a. 1505. Vide ad v. 19. § 11. Idem codex omittit vocem *suam*. Insper *irent* est in Harl. 1. Tandem in verbis seqq. *prodire, pro prodiere*, Lipsiens.

§ 4 *Et fascibus secures intigatas præferebant*] *Et cum fascibus secures* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Hav. fragm. Hav. ac primæ edd. omnes usque ad Parisinam a. 1573. quæ prima *tb cum omisit*. Deinde *intigatas præferebant* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. *intigatas præferebant* Leid. 1. et Port. a m. pr. *alligatas* a m. sec. *alligatas præferebant* Voss. 2. *intigates perferebantur* Harl. 1. *intigatae præferebantur* prisca edd. Pro eo Aldus *intigatas proferebant* substituit, quod etiam est in fragm. Hav. Frobenius vero dedit a. 1535. *intigatas præferebant*. Vulgatum præferendum puto: nisi quis cum plerisque scriptis mallet, et *cum fascibus secures intigatas* (nemipe iis fascibus) *præferebant*. Vide Gronov. ad Liv. x. 7. § 9. Paullo ante *implerant* antiquitus excusi. Aldus vero mutavit in *implerant*, quod servant omnes scripti: licet alibi contractionibus similibus potius Livius usus sit.

Nec adtinuisse demi securim] Donatus edidit *nec attinuisse domi securim*, sive editionem, quæ ita operarum errore exhibuit, qualis tamen numquam mihi obvia fuit, præannitem imprudenter secutus sit, sive ipse ita legendum censuerit. Eam lectionem inter sphalmata typographorum referendam censuisse, nisi hanc ei interpretationem in notis additam vidisem. [Vide Nott. Delph.] Verum constanter omnes et editi et scripti servant *demi*, præter unum Voss. 1. qui simili errore *domi* habet; et Lipsiens. qui in contextu a m. pr. *dena* præfert, altera scriptura a m. sec. pro varia lectione in marginem conjecta. *Non ultinet demi*, id est, non opus est demi, locutio Liviana est, sæpissime obvia. Supra II. 41.

‘Quid adtinuisse, Hernicis, paullo ante hostibus, capti agri tertiam partem reddi, nisi ut hæc gentes pro Coriolano duce Cassium habeant?’ vi. 38. ‘Qnem quid creari adtinebat ad id certamen, quo M. Furius vetus esset?’ x. 13. ‘Quid ergo adtineret leges ferri, rogitans, quibus per eosdem, qui tulissent, frans fieret?’ xxiii. 4. ‘Quia nec eosdem nominari adtinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et multo humiliores obscurioresque ceteri erant.’ c. 13. ‘Nec victoribus mitti adtidere puto; et frustrantibus nos falsa atque inani spe multo minus censeo mittenda esse.’ xxxvi. 11. ‘Fuere, qui dicent, nihil adtinere omnes tumultuose concitari.’ xxxvii. 15. ‘Sin autem manendum ibi nihilominus sit, quid adtinere claudi portum?’ xlvi. 63. ‘Quod, qua parte palus urbem cingit, nec adtinebat obpugnari, nec poterat.’ Vide ad xlvi. 19. § 10. Ceterum *securem* Leid. 1. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *secures* Leid. 2. Mox mendose *intemptabantur*, pro *interpretabantur*, Voss. 2.

§ 5 *Dccm regum species erat, multiplicatusque terror*] Conjunctionem que, quam priores excusi non agnoscebant, primus addidit Aldus, mutata etiam distinctione, quæ maxima post r̄d erat ponebatur. Aldo consentiunt codd. nostri, nisi quod Harl. 2. et Hav. trajecta particula copulante, præferant, *interp. decem regum species: eratque multiplicatus terror*. Gaertn. vero *multiplicatus quoque terror erat*. Vide ad v. 27. § 1. Sed vulgatum præstare judico.

Sed primoribus Patrum] *Prioribus Patrum* Harl. 1. qui error in codd. scriptis frequenter commissus est. Vide ad xxxvii. 43. § 10. Supra ii. 44. ‘Darent modo consules et primores Patrum operam, ut si minus omnes, aliquos tamen ex tribunis recipublicæ ac senatu conciliarent:

mox cap. seq. ‘Primores Patrum odisse decemviros, odisse plebem.’ iv. 48. ‘Per qnam universo ordini cum primoribus se Patrum conciliant:’ et passim.

*Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu aut in populo misisset] Ms. aut in populum. Lego aut in senatum, aut in populum. Klock. Pall. 1. ac 3. ut si quis amore libertatis. Probo vulgatum. Infra c. 69. ‘T. Quinetium orationem memorem majestatis Patrum, concordiaque ordinum, et temporum inprimis habuisse.’ Gebh. Si quis amore libertatis habet etiam Voss. 2. Ita tamen, ut pro varia lectione in marginem conjectum sit, quod vulgo circumfertur, et recte Gebhardus prætulit. Hoc sensu apud Liv. scribendum putabat Gronov. xxxiii. 22. ‘Ad hæc Quinetius negare, Ætolos aut moris Romanorum memorem, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse.’ Ubi plura videnda. *Memorem libertati* habet Lipsiens. Præterea in senato ex optimo et vetustissimo fragmento Coloniensi legebatur Gulielmus apud Gruterum ad Cicer. de Amic. c. 3. Sallustiñm aliosque antiquiores, forte etiam Ciceronem *senati* et *senato*, pro *senatus* et *senatu*, dixisse, non diffiteor, (vide Cortinn ad Sall. Cat. c. 30. § 3.) an tamen Livio conveniat, qui toties *senatus* ac *senatusconsultorum* mentionem faciens, tamen nusquam alibi *senati* vel *senato* dixit, vehementer dubito. Vide ad i. 15. § 7. Accedit quod, quamvis tredecim usus sim codicibus, in nullo tamen eorum illam lectionem invenerim, quemadmodum nec alii, qui codd. Livianos versarunt, similem ex suis produxerint. In his itaque, in quibus librarii facillime labi potuerunt, uni codici, quamvis non pessimæ notæ, haud tantum tribuendum existimo, ut ejus solius fide recepta scriptura innovetur. Ceterum aut in *senatum* aut in *populum* est in optimo Flor. et Hav.*

quomodo etiam Gebhardus ad II. 14. § 4. se in Pal. 2. Hearne autem in Oxoniensi C. invenisse testati sunt. *Aut in senatu et in populo* habet Harl. 2. *aut in senatu aut in populum* uterque Leid. Harl. 1. et Lipsiens. Si quid mutandum, malim *aut in senatu aut ad populum*. Livium enim præpositionibus, si iteranda erant, aliis aliisque subinde nsum fuisse videbimus ad VI. 28. § 3. Ego tamen vulgatum præfero. Livium enim etiam eamdem ipsam præpositionem iterare solitum fuisse, ibidem dicendum erit ad § 6.

§ 6 *Intercessionem quoque consensus sustulerant*] Ingens erratum hic est: corrigere *consensu* *sustulerant*. Rhen. *Consensu* *sustulerant* restituit Rhena-nus: neque aliter Pal. 2. At Pal. 1. cum Pal. 3. et Andreæ Campanique edd. *intercess.* *quoque cons.* *sustulerat*. Gebh. *Cons.* *sustulerat*, quod Gebhardus in duobus codd. totidemque edd. invenit, quodque reliquæ edd. Aldina antiquiores præferunt, in nullo Ms. mihi obvium fuit. Non multum tamen ab ea lectione differt, quod in Harl. 1. inveni, *consensu* *sustulerat*. At *consensus* *sustulerant*, ut Aldus edere incepit, habent Lipsiens. Gaertn. Voss. 1. et Leid. 2. Sed ibi prima litera posterioris vocis perperam adcrevit fini præcedentis: quod in primis in litera sibilante frequens esse, viri docti observarunt. Vide ad XXVIII. 25. § 5. *Consensus* *tulerant* Leid. 1. Olim, quum omnia unica serie scriherentur, duarum literarum neglecta repetitione datum fuerat *consensustulerant*, pro *consensus* *sustulerant*. Hinc postea, divisis vocibus, nata est lectio in Leid. 1. obvia. Idem dicendum de ea, quam in Harl. 1. superesse dixi *consensu* *stulerat*; nisi quod ibi etiam insuper pro verbo plurali datum sit singulare. Quum vero *consensus* *tulerant* merito postea secentis librariis aliis ejus temporis librorum emendatoriis displiceret, id corrigere conati perperam substituerunt *consensus* *subs-*

tulerat, quod superest in Voss. 2. Hinc patet, quibus gradibus mendæ, quæ hoc loco in MSS. obcurrunt, paullatim inventæ sint, et non male Rhenanum restituisse *intercessionem quoque consensus* *sustulerant*: quod apud me obferunt Flor. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav.

Corrigi redditu ab se jura tulissent] A se Lipsiens. Hav. fragm. Hav. et Port. a m. sec. ad se Leid. ambo, Voss. ambo, Gaertn. et, ut Gebhardus infra ad cap. seq. § 2. docet, Pall. 1. ac 3. quod ipsum convinceret, etsi nulli codd. monerent, ab se scribendum esse. Mox quedam, quæ sui judicij quæ vid. ultimo quæ male inserto, Flor.

§ 7 *Aequatus inter omnes terror fuit*] Error Voss. 1. Solent sæpe hæc voces a librariis inter se commutari. Vide ad XXIV. 30. § 6. Quum tamen error hic locum habere non posset, quidam, qui sensum loci perviderat, ejus loco in margine ejusdem codicis correxerat *metus*: quum, una tantum litera addita, *terror* legendum esse, aliorum codicium consensus probet.

Paullatim totus vertere in plebem cœpit] Palatini tocius vertere Lipsiens. a m. pr. in contextu, pro quo m. sec. in margine *totus* substituit. *Verti in plebem* fragm. Hav. a m. sec. quod ex alterius lectionis interpretatione natum est. *Vertere* enim (pro quo stant alii omnes, et ipse is codex a m. pr.) pro *verti* ponitur, ut sæpe apud Livium fieri solet. Vide ad II. 62. § 2.

In humiliores libidinose crudeliterque] Lubidinose Florent. et Harl. 1. diversa tantum ejusdem vocis orthographia. Quum vero alibi Livius semper ‘libido’ scripserit, hic etiam *libidinose* servandum putavi: quemadmodum contra Corte Sall. ‘libido’ maluisse, eamque ob caussam se ubique id in eo prætulisse, testatus est ad Cat. c. 7. § 4.

Hominum, non caussarum... gratia vim æqui huberet] Vocula *non*, quæ tamen necessario requiritur, exsulat a Voss. 2. Insuper *gratia iñ æqui ha-*

beret Lipsiens. in, sive inde, et vi,
sive vim, etiam alibi ob literarum ad-
finitatem commutari solent. Vide ad v. 20. § 2. *haberent mendose præ-*
fert Hav.

§ 8 *Judicia domi confabant, pronun-*
ciahuntur in foro] Placet antiqua lec-
*tio *judicia domi confabant, pronunci-**

abant in foro. Rhen. Pronunciabantur,
quod Rhenanus damnavit, et, ut vi-
detur, recte, tamen superest in Leid.
1. Harl. 1. et Hav. Sed sæpe nota,
qua terminatio tertiae personæ verbi
passivi exprimitur, perperam a libra-
riis addi solet. Vide ad xxxix. 22.
§ 8. in qua tamen ed. illud pronunci-
abantur Rhenanus invenerit, ut deinde
id emendari necesse diceret, me
ignorare profiteor. Certe omnes,
quas vidi, pronunciabant præferunt.

Ita decebat, ut pæniteret, non pri-
oris] Ita edidit Jac. Gronovius contra
fidem omnium codd. et edd. priorum,
qui discedebat præferunt, nisi quod
discribatur sit in Lipsiens. Illud de-
cidebat autem videtur inrepsisse ex
aberratione hypothetarum, quamvis
inter errata, quorum syllabus ad fi-
nem ejusque tomi adjicitur, non
enumeretur. Inprudenter itaque
eamdem lectionem expresserunt nu-
peri Amstelædamenses, qui tamen
se ante omnia operam datus pro-
miserunt, ut Livius ad J. F. Gronovii
mentem quam accratissime edetur,
idque se non infeliciter præsti-
tisse jactarunt. Ab eo discedebat unice
vernum est. Vide J. F. Gronov. ad
xxvii. 10. § 1. Præterea ut pæni-
teret eum, non prioris, inserta voce,
quam alii omnes ignorant, fragm.
Hav.

§ 9 *Opinio etiam sine auctore exi-*
rat] Opinio etiam quam sine auctore
Gaertn. Mox eo, pro eos, Voss. 1.
et Leid. 2. Deinde si fædus, pro sed
fæd. Gaertn. sed fædus et cland. in-
serta voce et Lipsiens. Denique nec
comitia, pro ne com. Leid. 1. Sed pri-
*ma litera vocis *comitia* per errorem*
scribæ repetita est in fine vocule

præcedentis. Vide ad iv. 57. § 11.

Perpetuoque decemviratu possessum
semel retinerent imperium] Pal. 2.
Andreae Campanique recessio obti-
nerent. Sed Pall. 1. ac 3. perpetuo-
que decemviratum possessum semel ob-
tineret imperium. Gebh. Ocins re-
finge ex omnibus scriptis editisque
priscis ante Curionem et Gryphium,
obtinuerent. Est enim hic ‘obtinere,’
non consequi, sed perseverare in te-
nendo, obstinate tenere: ut in illo
‘antiquum obtines.’ Livius iv. 16.
‘Nec deinde id plebem concessum
semel obtinuisse.’ vii. 18. ‘Si, quod
duorum hominum virtute partum sit,
id obtinere universi non possint.’
xxvi. 20. ‘Landavitque milites,
quod, duabus tantis cladibus dein-
ceps icti, provinciam obtinissent.’
xxvii. 14. ‘Poenis ad obtainendum
hesternum deens admittentibus:’ id
est, conservandum ne eriperetur.
Plautus Milite ii. 2. 30. ‘Paret ar-
tem et disciplinam: obtineat colo-
rem.’ Hanc vim verbi nec adsecu-
tus Pighius Noct. Attic. xiii. 15. in
verbis Messallæ anguris, ‘At censo-
res inter se, rursus prætores consu-
lesque inter se, et vitiant et obti-
*nen:’ scribere mavult *retinent;* An-*
nalium l. iv. p. 262. Valerius Maxi-
mus i. 1. ‘Constantia obtaindæ
religionis.’ J. F. Gron. Adde quæ
de significatione verbi ‘obtinere’ ad
Tac. Agric. c. 23. adnotat Gronovius.
Duk. Obtinerent habent etiam omnes
mei codd. idemque de Oxon. suis
Hearne testatur: pro eo autem non
Curio vel Gryphius, sed ante eos
*Frobenius a. 1535. *retinere substituit,**

quod recte Gronovius rejecit, docens,

Livio aliisque ‘obtinere’ sæpe pro

retinere usurpari. Exemplis ab eo

laudatis adde illud ex ix. 38. ‘Ta-

citus ab incertis, quidnam esset ac-

turus, legatis recessit. Nocte deinde

silentio, ut mos est, L. Papirium dic-

tatorem dixit: eni quum ob animum

egregie victum legati gratias agerent,

obstinatum silentium obtinuit, ac sine

responso ac mentione facti sui legatos dimisit.' Eo sensu 'obtinere' et 'conservare' junxit Cic. ad Q. Fratr. 1. 1. § 12. 'Hoc petas, ut facilitate sua nos eam necessitudinem, quae est nobis cum publicanis, obtinere et conservare patientur.' Ceterum pro decemviratu habent decemviratum Flor. Gaertn. Voss. 2. Leid. 1. et Port. a m. pr. decemviratus Harl. 2. decemviritum Voss. 1. et Leid. 2. decemviri cum fragm. Hav. Etiam copula que aberrat ab eodem illo posterius memorato codice a m. pr.

CAP. XXXVII. § 1 *Circumspectare tum patriciorum vultus plebeii, et inde libertatis captare auram]* *Circumspectare tū, pro tum,* Gaertn. Vide ad Liv. XXII. 17. § 5. *patr. vultus, plebi inde lib.* Lipsiens. Deinde *spectare auram* Leid. 2. Male. Eleganti enim hic usus est metaphora, quam non intellexit, qui eam in Leid. 2. mutavit. *Captare auram* proprie de eo dicitur, qui vento obversus, ejus aspirationem ore patulo colligere conatur. Ovid. Metam. VII. 557. 'Ora patent, auræque graves captantur hiatu.' Hic transfertur ad plebeios, qui, ad patricios obversi, ex habitu oris eorum conjicere conantur, quæ libertatis recuperandæ spes supersit. 'Captare auram libertatis,' ut 'captare anram popularem' supra hoc lib. c. 33. 'Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente omnisque aura popularis captator evaderet.' 'Aura libertatis,' ut 'aura spei' infra XLII. 39. 'Et tum quidem ab Dio Persens in interiora regni recepit se, levi aura spei objecta, quod Marcius ipsius causa suscepisse se legationem dixisset.' Ex his patet, male etiam librarium Flor. libertatis captare auream dedisse. Mox, unde pro virtute tim. pro unde servitatem tim. Port. inde servitatem Gaertn. Vide ad XXXIX. 33. § 5.

§ 2 *Primores Patrum odisse decemviros* Priores Patrum Lipsiens, et

fragm. Hav. a m. pr. Vide ad cap. præc. § 5. *Primorum Patres male præfert Leid. 1.*

Et credere haud indignis accidere] Primam voculam nescit Port. quum tamen præcedens vox per compendium fieret scribatur, ah ejus ultima syllaba facile intercipi potuit. Vide ad XXXVII. 59. § 1. Eadem modo, quo *rd* ut intercipitur ab ultima syllaba proximæ vocis jusserūt. Vide ad XXXVII. 21. § 13.

Avide ruendo ad libertatem in servitatem elapsos juvare nolle] Malim *relapsos*: in qua scilicet ante quoque fuerant sub regum dominatio. *Gulielmus, Quæst. Plant.* in Bacchid. c. 2. Probo nibolominus Pal. 2. *avide ruendo a libertate*: ut c. 36. Pall. 1. ac 3. contrarie corrigi redditæ ad se jura tulissent. *Gulielmins Plaut. Quæst. legit relapsos.* Gebh. Non male *Gulielmins relapsos.* *Ascensus delapsos.* Ipsum quoque *lapsos* alioqui sufficibat. Infra c. 50. 'Misericordia se in speciem crudelitatis lapsum.' XXVII. 33. de Marcello et Crispino, 'In necopinatam frandem lapsos esse.' J. F. Gron. *Elapsos* servant omnes, quibus utor, MSS.; nisi quod in Port. a m. sec. emendatum sit *lapsos*: similiter *lapsos* est in excusis omnibus, nisi quod Ascensus a. 1513. et 1516. *delapsos*, et nuperi Amsteladenses *lapsos* dederint. *Delapsos* vel *lapsos* legendum esse, Douyatins existimabat: *relapsos* contra magis probasse videtur J. F. Gronovius ad XLIII. 6. § 9. quum hoc loco *lapsos* sufficere judicet. 'Labi in servitatem,' quemadmodum 'in errorem labi' legendum conjicit Gronov. XLIV. 10. 'In errorem emendabilem visus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme extractum est:' ubi editur in rem emendabilem. Præterea *avide in eundo* Harl. 2. et Lipsiens. *avide irruendo* Hav. Tum a libertate Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Denique vo-

luit, pro nolle, est in contextu Lipsiens. a m. pr.

§ 3 *Cumulare quoque injurias] Pall. 1. ac 3. cumulare quoque ruinas. Gebh. Ruinas etiam Voss. 2. Deinde accumulare Port. a m. sec. penitus erasa scriptura priori, ut, quid antea scriptum fuerit, conjectura adsequi nequeam. Sed sufficit vulgatum cumulare. Supra c. 12. ‘Non iterando landes, ne cumularet invidiam, sed veniam errori atque adolescentiae petendo, sibi ut condonarent filium, orabat.’ xlii. 20. ‘Accesserunt, quæ cumularent religiones animis.’ Ceterum dissimulare Harl. 2. in margine præfert, quod a mala m. profectum puto, ut et simulare in Lipsiens. obvium.*

Consules duo tandem et status pristinus rerum in desiderium veniant] Veniat Harl. 1. Et ita Port. a m. sec. erasa priori lectione, ut amplius legi nequeat. Utrumque gennis loquendi Livio in usu est. Vide hoc lib. c. 30. § 1. Quare unius codicis, et alterius interpolati, auctoritas tanta mihi non est, ut ejus fide lectionem, quam aliorum omnium turba constanter firmitat, mutandam censem. Præterea tamquam, pro tandem, Lipsiens.

§ 4 *Jam et processerat pars major anni] Vocula et exsulat a Voss. 2. Leid. amboibus, Gaertn. et Port. Sed errorem hunc frequenter a librariis commissum esse vidimus ad ii. 44. § 3. Deinde major anni pars trajectis vocabulis Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Hav. et Lipsiens.*

Decem tabulas erant adiectæ] Abiectæ Voss. 1. sollemni librariorum lapsu. Vide ad v. 48. § 9. Passim verba cum præpositionibus ab et ad composita inter se commutantur. Vide ad xl. 15. § 5. Mox ne quicquam, pro nec quidquam, Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 1. et Lipsiens.

Si hec quoque leges centuriatis comitiis perlatæ essent] Debet esse si eæ quoque leges. Rhen. Set hæc quoque

leges Voss. 1. sed hæc quoque leges Leid. 2. sed hec quoque leges Lipsiens. sed hec quoque leges Gaertn. si ea quoque leges Leid. 1. Perinde puto, utrum hæc, an eæ, legatur. Deinde centuriatis comitiisque Hav. Tandem perlatæ erant Port.

§ 5 *Consolidibus cercandis comitia edicerentur] Comitia dicerentur Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Et, ita se quoque in duobus Pall. invenisse, Gebhardus infra testatnr cap. proximo § 13. Error ortus ex eo videtur, quod voces, quæ olim continua serie scribebantur, ab imperito scriba male ita divisæ fuerint comitiæ dicentur, quemadmodum superest in Flor. et Leid. 1. Imperitor deinde ultimam literam vocis comitiæ, quæ sequenti jungenda erat, delevit. Sed ‘edicare’ in hac re proprium verbum est. Vide viros doctos ad Gellium Noet. Att. xiii. 15. comitie dicentur in Lipsiens. esse, ejus excerpta testantur.*

Id modo plebs agitabat] Tres Pall. plebem agitabat. Forte fuit Id modo plebes agitabat. Vide i. 20. ii. 55. Gebh. Plebem agrabat Voss. 1. pro quo plebem aggravabat in margine emendatur: plebem aggravabat Lipsiens. plebem agitabat, aggravabat, servata utraque lectione, Leid. 2. plebem agitabat Voss. 2. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. plebe agitabat Leid. 1. plebes agitabat, quod rependum Gebhardus conjecit, et Gronovius contextui reddidit, est in Harl. 1. et Port. Vide ad i. 20. § 6. Et hoc verum puto. ‘Agitare’ hic est cogitare. Vide ad xxv. 36. § 5.

Tribuniciam potestatem, munimentum libertatis, rem intermissam, repararent] Scribe munimentum libertati; id est, tribuniciam potestatem, quæ est munimentum ipsi libertati, seu futurum munimentum libertati. Rhen. Pall. omnes munimentum libertati, ut ante Rhenanum dadum ediderat Campanus. Infra cap. 45. ‘Tribunicum

auxilium et provocationem plebi Romanæ, duas arcæ libertatis tuendæ, ademistis.' Gebh. *Munimentum libertati etiam omnes mei codd. nisi quod munimentum libertatis ab initio scriptum fuerat in Gaertn. in quo tamen mox litera finalis sibilans expuncta est. De similibus aliis plenius videntur ad cap. 46. § 2.*

§ 6 *Comitiorum nulla fieri, et decemviri] Nulla fieret, decemviri Leid. 2. et Harl. 2. nulla fieret, et decemviri Gaertn. et Port. a m. sec. nulla fieri: decemviri Flor. et Hav. nullum fieri, et decemviri Lipsiens.*

Qui primo tribunicios homines, quia id populare habebatur] Pall. 1. ac 3. quia populares id populare hab. Et tale quid puto inventum Campano, quoniam edidit, quia primo trib. hom. populares, quia id populare hab. Gebh. Quemadmodum Campanus edidit, inventi in Port. Contra Pall. primo et tertio adsentiant Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Postea enim adjectis notis τὸ populares delendum quidam indicavit. Quia populares: quia id populare hab. Flor. quia et id populare est in Hav. et Harl. 2. quia id populare habebat Lipsiens. Vide ad x. 10. § 1. Vocem primam qui male neglexit scriba Leid. 2. Deinde qui m̄ primo præfert Gaertn. Tum circum sape, pro circum se, Gaertn. circum se ostentabant primæ edd. Aldus demum ostentaverant vulgavit. Et ita omnes scripti mei. Denique ostentaverant plebei Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. et Klock. quod eorum auctoritate motus in contextum recepi. Vide ad ii. 42. § 2.

Patriciis juvenibus scesperant latera] Pall. duo senserant. Forte densarant. Lib. vi. c. 15. 'Offendit te, A. Corneli, vosque, Patres conscripti, circumfusa turbalateri meo?' Gebh. Nostri omnes stant pro vulgata lectione, nisi quod sc'pserant latera fuerit in Gaertn. senserant lutas in fragm. Hav. a m. pr. Non opus itaque conjectu-

ra Gebhardi, quin lectio duorum Pall. manifesto errori scribarum tribuenda sit, qui recte in fragm. Hav. emendatus est. Supra i. 49. 'Conscius deinde, male quærendi regni ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit.' Tacit. Annal. xv. 57. 'Non enim omittebant Lucanus quoque et Sencio et Qinetianus passim conscientes edere, magis magisque pavido Neroni, quamquam multiplicatis excubii semet sepsisset.' Eodem verbo usus est Sueton. de militibus, qui aliquem custodiunt, ne effugiat, in Aug. cap. 65. 'Agrippam nihil tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in insulam transportavit, sepsitque insuper custodia militum.' Ceterum per diphthongum s̄æpserat optimæ notæ Flor. quam orthographiam plures viri docti probarunt. Vide Pierium ad Virg. Ecl. i. 54. et Dausquei. in Orthogr. part. ii. in voce 'Sæpes.' Dissentit Vossius in Etymol. Ling. Lat. voce 'Sæptum.' Præterea patriciis riventibus scribæ aberratione Lipsiens.

Eorum caterva tribunalia obsidebant] Pall. tres obsederant. Gebh. Obsederant non modo superest in omnibus fere manu exaratis, sed etiam in excusis vett. Frobenius postea obsidebat a. 1535. vulgavit. Quod secuti editores probarunt usque ad Gronovium, qui a. 1665. obsidebant in pristinum locum reduxit. Unus Flor. obsidebat exhibet. Vide ad ix. 2. § 3. Præterea eorum caterva tribunulum obsidebant nullo sensu Gaertn. et eorum catervæ trib. obsidebant Hav. eorum catervæ et trib. obsidebant Harl. 2. eorum caterva trib. obsidebant fragm. Hav. a m. pr. Ceterum in processu orationis, toto hoc paragrapho, vitii nonnihil ac seabri latere videtur. Forte ex consensu partim Gaertn. et Port. partim Hav. legendum, Quam interim mentio comitiorum nulla fieret, et decemviri, &c. patriciis juvenibus

*latera seperant, et eorum caterra tri-
bunalia obsederant. Posse et aliter
interpungeudo locum juvare, si ma-
jor distinctio post fieri interponatur;
eam autem, quæ est post repararent,
in minorem mutet.*

§ 7 *Hi fere agere plebem plebisque
res]* Insigne erratum hujus loci quum
sit tam manifestum, mirum est, quo-
modo doctos tam diu potuerit fallere.
Vide quam egregie se ulciscantur
vett. libri non inspecti. Corrige, *Hi
agere, ferre plebem plebisque res;* id
est, expilabant plebem, diripiebant-
que. Quo loquendi genere sæpe Li-
vius utitur. Sic alibi XXXVIII. 15.
'Tum denum fracta pertinacia est,
ut ferri agique res suas viderunt.'
Item: 'Quini ante oculos prope suos
sociorum res ferri agique videret.'
Hoc Graeci dicunt φέρεσθαι καὶ έγεο-
θαι, et φέρειν καὶ έγειν. A quibus
nostris usurparunt. Rhen. Non aliter
Pall. tres et Campani ed. nisi quod illi
amplius *Hi ferre, agere etiam plebem.*
Gebh. Soli Voss. 1. Leid. 2. et Lip-
siens. retinent scripturam, quæ ante
Rhenannum vulgo circumferebatur.
Reliqui mei ejus emendationem fir-
mant, nisi quod Harl. 2. et Hav. con-
sentientes Gebhardi Palatinis, præ-
ferant *Hi ferre, agere etiam plebem plebisque res.* Gaertn. *Hi fere agere in plebem.* De locutione 'ferre age-
re' vide ad XXXIII. 13. § 10.

*Plebisque res, cum fortuna, qua, quid-
quid cupitum foret, potentioris esset]* Insignis ambiguitas in *eum* et *fortuna.*
Præterea quidam codd. *esse*, quidam
esset habent. Sed legendum est: *Hi
ferre, agere plebem, plebisqueres, cum for-
tuna, qua quicquid cupitum foret poten-
tioris esset; et jam ne.* Glar. Vet. lib.
quicquam. Sigon. Ms. eius supra
mentio facta est, paullo impressis
antiquior, sed qui cum iis fere in omni-
a via quasi de compacto conspi-
ravit, *Hi ferre agere plebem plebisque
res fortune quam quicquid cupitum foret
potentioris esse.* Lego, *Hi ferre agere*

plebem, plebisque res potentioris esse.
Et jam ne tergo quidem, &c. Cæte-
ra a glossa huc irrepisse arbitror.
Klock. in Syllog. Epist. quas edidit
Burmanni. tom. I. pag. 392. Ms. pro

*quicquid, supra lineam habet ^{uu} qq, quod
est quamquam, vel quemquem.* Lego,
Hi ferre, agere plebem plebisque res;
quam fortuna, quoemque cupido ferret,
*potentioris esset: vel quo quemquem cu-
pido ferret: vel plebisque res, quum in
formam quauptæ (id est, captæ) urbis,*
*quicquid cupitum foret, potentioris es-
set: vel, quam fortunas, in quas quem-
quem cupido inferret, potentioris esset.*
Sic Virg. Aen. I. 573. 'Urbem quam
statuo, vestra est, subducite naves.'
Imo, *cum fortuna, qua quemquem cu-
pido inferret, potentioris esset.* 'For-
tuna,' id est, eventus fortunæ. Vel
*eum Fortuna, quod quisquam cupitum
iret (vel cupituiret) potentioris esset.*
Sall. in Jug. cap. 41. 'Interea paren-
tes aut parvi liberi militum, ut quis-
que potentiori confinis erat, sedibus
pellebantur. Ita cum potentia ava-
ritia sine modo modestaque inva-
dere, polluere, et vastare omnia.'

Klock. Locus depravatus. Sigonius
ex suo propinat quicquam. Nec sub-
scribunt nostri, neque id prodest
quicquam. Fortasse, *plebem plebis-
que res et fortunas, quum, quicquid eu-
pitum foret, potentioris esset.* J. F.
Gron. An potius, *cum fortuna, quie-
quid enpitum foret, potentioris fecisset?*
XXII. 22. 'Circumspectis igitur om-
nibus, quæ fortuna potestatis ejus
facere poterat.' Jac. Gron. Omnes
nostris vulgato consentiunt, nisi quod
Hav. cum vet. lib. Sigonii faciens,
legat quicquam pro quicquid, et poten-
tiori *esset pro potentioris esset.* Cu-
bitum autem obferat Harl. 1. et cu-
pide Gaertn. Neque a recepta lec-
tione in diversa abeunt excusi vetus-
ti. Solus tantum Ascensius a. 1513.
et 1516. edidit *potentioris esse*, quod
in nullo codice superest. Et ad has

edd. respexisse puto Glareanum, quum notat quosdam codd. habere esse. Passim enim codicum nomine priores edd. indicat. Minus caute igitur Donjatus, Glareano fidem habens in quibusdam codd. scriptum haberi esse, sic forte emendari posse conjicit: *ferre, agere plebem, plebisque res, fortunasque; quicquid cupitum fore, potentioris esse.* J. F. Gronovius in priori ed. notarum, pro coniunctione *quoniam* reposita præpositione *cum*, et emendata interpunctione scribi jussit, quemadmodum etiam Glareanus voluisse videtur: *Hi ferre, agere plebem plebisque res, cum fortuna, qua, quidquid cupitum foret, potentioris esset:* hoc sensu, ea fortuna, eoque eventu, ut non jus valeret, sed vis, et, quidquid ab utro peteretur, obtineret potentior, nempe patricius. Quod merito secundis curis displacuit. Is enim si Livii sensus esset, non dixisset *cum fortuna, qua, sed cum fortuna, ut*: quo sensu *cum eo, ut ipsi freqnens est.* Infra viii. 14. ‘*Lanuvini civitas data cum eo, ut aedes Iucusque Sospitæ Junonis communis Lanuvini municipibus cum populo Romano esset.*’ Eodem cap. ‘*Et Antium nova colonia missa cum eo, ut Antiatibus permitteretur, si et ipsi adscribi coloni vellent.*’ xxxvi. 5. ‘*Apud regem gratiam initam volebant cum eo, ut caverent, ne quid offenderent Romanos.*’ Et ita apud Colum. de Re Rust. v. 1. ‘*Obsequar voluntati tuae cum eo, ne dubites, id opus geometrarum magis esse, quam rusticorum.*’ Quam conjecturam deinde Gronovius in altera ed. priori subposuit; quæque hic præmissa legitur, illustravit Jac. Perizonius adscriptis ad oram codicis locis Livii ex lib. iii. cap. 68. ‘*Ex illis concionibus numquam vestrum quisquam re, fortuna, domum auctior rediit;*’ et ex eodem cap. ‘*Pleni fortunarum gloriæque, simul publicæ, simul privatæ, triumphantes do-*

mum ad penates redibatis.’ Præterea tres novas conjecturas eodem adjecerat; vel primo legendum esse, *Hi ferre, agere plebem plebisque res;* cum fortuna, quidquid cupitum foret, potentioris esset; vel deinde, *Hi ferre, agere plebem plebisque res cum fortuna,* de qua quidquid cupitum foret, potentioris esset; vel denique, *Hi ferre, agere plebem plebisque res cum fortuna, quia, quidquid cupitum foret, potentioris esset.* Videmus, satis conjecturarum viros doctos ad hunc locum concessisse: ex quibus si eligendum foret, reliquis omnibus præferrem, vel quæ J. F. Gronovio in iterata ed. vel quæ Jac. Gronovio in mentem venit: omnium autem minime probarem inlandabilem atque audacissimam temeritatem Klockii, qua, præsertim in epistola ad Lipsium, quidquid minus intelligebat, secare, et invititis MSS. ejicere conatus est. Si tamen et mihi, quod verius videtur, in medium conferre permittatur, minima mutatione foret in *sicer* mutato, legerem hoc modo: *Hi ferre, agere plebem plebisque res; quum fortuna, qua, quidquid cupitum fieret, potentioris esset.* Ideo juvenes patricii ferebant, agebant plebem plebisque res, quum fortuna potentioris esset, et per hanc fortunam fieret, quidquid cupitum esset. *Fortuna potentioris esset* eadem ratione dictum, quia ‘*snarm rerum erant*’ cap. seq. § 11. nbi plura vide: ‘*foret*’ autem et ‘*fieret*’ in MSS. commutari, videbimus ad x. 41. § 7.

§ 8 *Potentioris esset etiam, ne tergo quidem abstinebatur, virgis cædi alii, alii securi subjici]* Malim sic distinguere: *Et jam ne tergo quidem abstinebatur: virgis cædi, alii securi subjici.* Nam in scripto codice tantum semel est *alii*. Rhen. Tantum semel conspicitur in Pall. tribus τὸ *alii*, ut et in Rhenani libro. Campanus editit *alii virgis cædi, alii securi subjici.* Sed Andreæ recensio adest vulgatae lectioni. *Gebh.* Jam monuerat Rhe-

nanus, prius *alii* non reperiri in Borbetomagensi. Nec in nostris est. Restitue igitur: *Et jam ne tergo quidem abstinebatur: virgis cædi, aliis securi subjici.* Quasi diceret; cædebantur virgis, nonnulli etiam securi feriebantur. Ita solent nonnumquam brevius veteres. Livius v. 8. ‘Pauci reipublicæ; huic atque illi, ut quosque studium privatum aut gratia occupaverunt, adsunt.’ Ubi C. Puteanus notaverat, esse in Cujaciano, *multi huic atque illi.* Quod a male sollicitis, ne quid deesseset, insertum non dubitamus. Eodem lib. c. 20. ‘Duæ senatum distinebant sententiæ: senis P. Licinii, quem primum dixisse a filio interrogatum fernet, &c. altera Ap. Clandii.’ Quis est, exclamat Siganus, qui non sentiat, huic sententiæ explicandæ vocem una maxime necessariam deesse? Ego, ut, si adfuisse constet e bonis librīs, eam non moverim, ita cum meliores eam non agnoscant, Siganianis tantum deferre nequeo, ut necessariam existimem. Rursus v. 21. de Veientibus: ‘Jam in parte in prædæ suæ vocatos Deos, alios votis ex urbe sua evocatos hostium templo novasque sedes spectare.’ Denique eodem lib. c. 52. ‘Hæc omnia in profano deserit placet sacra, æqualia urbi, quædam antiquiora origine urbis?’ x. 2. ‘Ita in medio circumventi hostes cæsique, pars capti.’ xxii. 33. ‘Legati et ad Philippum regem missi, et alii in Ligures.’ xxxvi. 17. ‘Et quum Hypatam tuendam Heraclæmique depoposcerint, neutram tutati refugerint in juga montium, pars Heracleæ incluserint sese.’ Sic MSS. Cæsar Gall. i. 8. ‘Helvetii ea spe dejecti, navibus junctis ratibusque compluribus factis, aliis vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnumquam interdin, sæpius noctu, si perrumpere possent, conati:’ sic MSS. et veteres edd. Fr. Hotmaunus judicavit primum deesse

τὸν αλι, scipis que ratibusque compluribus factis αλι, αλι vadis. Quod scienti sunt magni viri, qui postremum Cæsari manum admovere. Perperam. v. 11. ‘Itaque ex legionibus fabros deligit, et ex continentis alios arcessit.’ Sallust. de Republ. Ordin. c. 4. ‘Et ea causa exercitus stipendiis confectis, optimos et veterinos omnium, adversum fratres parentesque, alii liberos contendere.’ Idem Jug. c. 31. ‘Incedunt per ora vestra magnifice, sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes.’ Ibidem c. 83. ‘Rursus imperator contra postulata Bocchi nuncios mittit. Ille probare, partim abnoscere:’ ita prima editio, teste Grutero, et fideliores scripti. Vulgo additum *alia.* Suetonius Octavio c. 75. ‘Festos et solemnes dies profusissime, nonnumquam joculariter tantum celebabant:’ ubi sententiam imperfectam, utetur, explet Casanobus scribendo profusissime nonnumquam, nonnumquam joculariter. Tale Silii lib. 1. vs. 241. ‘armis consulta senatus Vertere, nunc donis.’ Frustra Dausqueius, nunc scita senatus. Curtius vii. 4. ‘Obstat metus, aliis cupiditas.’ Sic MSS. et recte ex illis Freinsheimius. J. F. Gron. Recte primo Rhenanus Et jam, pro etiam; quomodo et nostri, nisi quod etiam supersit in Lipsiens. et τὸν jam non conspiciatur in Voss. 2. Port. et fragm. Hav. Alibi saepe vocula ‘et jam’ atque ‘etiam’ committantur. Vide ad 1. 47. § 9. Deinde optime idem Rhenanus *αλι* priori loco sustulit, suffragantibus, ut Hearne testatur, codd. Oxoniensibus; neque adversantur ulli meorum. Attamen in Voss. 1. est a *viris cædi*, quasi librarius dare volnisset *αλι virgis cædi*, nt Gebhardus in Campani ed. esse monet. Verum sive illo, sive alio loco, vox ea repornatur, a mala manu esse tot codd. dissentientium turba satis probat. Locutionem saepe alibi inlustravit J.

F. Gronovius, quem vide ad Liv. x. 29. xxviii. 16. xxxvi. 17. xliii. 18. et xliv. 6. Jac. Gronov. ad Liv. xxii. 29. xxv. 24. et xxxviii. 56. et Cortium ad Sall. Cat. c. 50. in princ. c. 61. § 8. et ad Jng. c. 83. § 3. Exemplis, quæ observarunt, pauca hæc ex Livio addi possunt. iv. 21. ‘Dictatorem dici Q. Servilium placet: eni Prisco, alii Strneto fuisse cognomen tradunt: ita forte ex vestigiis codicium legendum conjecti: vulgo editur cui *Prisco* alii, *Structo*. c. 33. ‘Infert pavidos fuga in medium aciem: obtruncantur in ripis; alios in aquam compulso gurgites ferunt.’ xxxiv. 2. ‘Quid enim nunc aliud per vias et compita faciunt, quam rogationes tribunorum plebis suadent, aliae legem abrogandam consent?’ ita ex pluribus codd. meis legendum monui: vulgo edebatur, *quam quod aliae rogationes*. xxxvi. 12. ‘Aliis sua voluntate adfluentibus, metu coacti etiam, qui dissentiebant, ad regem convenerunt.’ xxxix. 34. ‘Seditione inter ipsos dimicatum, quum ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent:’ ita in uno est cod. quum in alio sit *ad se alii, alii ad Eumenem*; vulgo autem edatur *alii ad se, alii ad Eumenem*. xlii. 30. ‘Pars altera regiae adulatiois erat, quos æs alienum et desperatio rerum suarum, eodem manente statu, præcipites ad novanda omnia agebat; quosdam ventosum ingenium: ubi *quos æs alienum* accipi debet, quasi foret ‘*quorum quosdam æs alienum*.’ Et ita capiendus videtur locus Livii codem lib. xlii. c. 53. ‘Tum vero ea vociferatio simul indignantium minitantiumque, partim jubentium bonum animum habere regem, exorta est, ut finem dicendi faceret.’ Idem enim est ac si dixisset, ‘partim simul indignantium, simul minitantium, partim jubentium.’ Praeterea *aliis securi subici*, vel *subjici*, Voss. 1. Leid. 1. Port. a m. pr. Lipsiens. et fragm.

Hav. a.m.pr. *aliis securis subjici* Harl. 1. *aliis securis subici* Leid. 2. Sed partim voci *aliis*, partim voci *securi*, partim utriusque prima proximæ vocis litera adhæsit. Id autem frequenter in litera sibilante, ut hic factum, usn venire, videbimus ad xxviii. 25. § 2.

Ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium] Voca ne omittitur in Leid. 1. *ut gratuita habeat Leid. 2. Praeterea damnatio, pro donatio, vir doctus ad marginem edit. Curionis scribendum conjiciebat. Sed ‘damnare bona’ mihi inauditum est. Deinde domini non est in contextu Port. sed in ejus margine tantum.*

*Hac mercede juventus nobilis corrup-*ta, *non modo non ire] Ac mercede, per-*peram omissa adspiratione, Voss. 1. et Leid. ambo. Vide ad xxxv. 26. § 7. Tum correpta Leid. 1. Vide ad v. 20. § 6. Insuper *non modo ire*, altero *non excluso*, Harl. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. *non modo*, pro ‘*non modo non*,’ sæpiissime ponit, patet ex illis quæ dicentur ad Liv. xxv. 26. § 11. Verum in illis plenius sequitur *ne quidem*, vel similis negatio: quum contra altera pars periodi hic per adffirmationem concipiatur. Vulgatum, pro quo stant alii, et inter eos optimæ fidei libri, servandum est. Denique *ire obtiam in jure Hav.*

CAP. XXXVIII. § 1 *Idus Maiæ venere]* Hic novus est annus, et tertius decemvirorum; quod ostenditur ex oratione P. Sempronii tribuni plebis ix. 34. adversus Appium censorem concionantis, ubi obiter de hoc decemviro mentionem facit. ‘Est hic,’ inquit, ‘Quirites, illius Appii progenies, qui, decemvir in annum creatus, altero anno se ipse creavit; tertio, nec ab se, nec ab illo creatus, privatus fasces et imperium obtinuit, nec antea continuando abstinnit magistratu, quam obruerent eum male parta, male gesta, male retenta imperia.’



Atque hic primus est locns ad probandum, alium esse annum tertium, quo decemviri fuere in imperio, et alium, quo Valerius ac Horatius consules fuere. *Glar.* Ad id probandum quinque locis usus est Glareanus. Primus nempe hic est: secundus obcurrit c. 51. § 12. tertius c. 56. § 4. quartus c. 61. § 13. quintus denique ix. 34. § 1. quibus omnibus ipse videndus est. Et hanc chronologiam Livium ac Dionysium secutos esse docet etiam Dodwell. de Veter. Cyclis Dissert. x. § 86. Videnda etiam quæ notavit in Chronol. Graeco-Romana, subjuncta Dionysii Halic. editioni Oxoniensi tom. II. p. 91. et seqq. Ceterum *Idus Maii* est in Leid. 2. Sed alterum firmant alii omnes codd. Vide ad iv. 37. § 3. Tum *reuire* Flor. Mox *prorogatis magistratis* Gaertn. contra sensum Livii. Nam ‘prorogare magistratum’ est continuare; ‘subrogare’ est alium in locum ejus, qui vel mortuus erat, vel anno exacto honore abibat, substituere. *Supra* II. 7. ‘Nec collegam subrogaverat in locum Bruti.’ c. 8. ‘Comitia collegæ subrogando habuit.’ III. 19. ‘Antequam collegam sibi subrogasset, negare passum agi de legibus. Haec tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi.’ IX. 34. ‘An collegam subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est?’ Valer. Max. VI. 3. ex. 2. ‘Omnes collegas suos, qui duce Sp. Cassio id egerant, ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit.’ Mox *privatum*, pro *privati*, Leid. I. Sed, in hoc cod. literam finalē *m* pro libitu librarii vel additam, vel ejectam fuisse, non semel supra notavi.

Neque animis ad imperium inhibendum inminutis, neque ad speciem honoris insignibus, producent] Alii inhibendum, neque ad speciem honoris inmini-

tis. *Insignibus prodeunt. Lego inhibendum, neque ad speciem honoris insignibus imminutis, prodeunt.* Klock. Neutram transpositionum Klockii probant codd. qui tamen in aliis quibusdam variant. Nam *neque animis neque ad imperium habet* Hav. Tum *ad imperium adhibendum* Voss. 2. et fragm. Hav. quomodo librarii dedisse videntur, quod non intelligenter locutionem Livianam ‘inhibere imperium,’ quam exponit Gronov. hoc lib. c. 59. § 1. Similiter ‘adhibere’ in hac locutione τῷ ‘inhibere’ infra substituerunt XXXVI. 28. § 5. Præterea *ad spem honoris* Harl. 2. Gaertn. et Hav. sollemni errore. Vide hoc lib. c. 9. § 13. Denique *redeunt* Lipsiens. errore librarii. Livius I. 41. ‘Servius cum trabea et lictoribus prodit.’

Id vero regnum haud dubie videri] Regium Leid. 2. Et hic error frequens in MSS. observatur, qui profluxit inde præsertim, quod tres ultimæ literæ vocum *regnum* et *regium* duetibus parum differant. Exempla hujus erroris vide hoc lib. c. 9. § 3. et c. 36. § 3. *regnom* habet Flor.

§ 2 Nec viñdex quisquam existit] Pal. 2. *exstat.* Gebh. *Exstat* etiam Harl. 2. et Hav. quod glossatoris esse videtur. Alibi ita variant codd. Vide ad II. 32. § 6. *exstitit* Voss. I. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Præterea in præcedd. verbis *Imploratur in perpetuum, pro Deploratur in per. perperam præfert* Lipsiens. Infra v. 40. ‘Sua consilia, communibus deploratis, exsequentes.’ IX. 7. ‘Deploratum pene Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset.’ XXVI. 12. ‘Spem Capuae retinendæ deploratam esse?’ et ita sæpe alibi.

Nec ipsi solum desponderant animos] *Desponderant* fragm. Hav. a m. sec. deposituerant Harl. 2. Hav. et Port. a m. sec. Eamdem scripturam etiam in Pal. 2. superesse, Gebhardus mo-

nuit antea ad 1. 15. § 1. unde ibidem conjectit desponderant legendum esse. Equidem, pleraque composita verbi ‘curro’ geminationem simplicis in præterito retinere apud Livium, monui ad 1. 12. § 8. quum tamen id alibi apud Livium in compositis verbi ‘spondeo’ observari non meminerim, nullique codd. eam emendationem firmiter, a vulgato non discedo.

Contemni capti erant a finitimis populis: imperiumque ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur.] Vicinis potius populis adscriberem hanc indignationem, quam plebi Romanæ, jam humili et animos despondenti, legeremque, a finitimis populis, imperium ibi esse, ubi non esset libertas, indignantibus. J. F. Gron. Emendatio viri eruditissimi hand dubie sensum auctoris meliorem efficit; sed a vestigiis scripturæ veteris paullo remotior est. Deletur enim vocula *que*, et, pro *indignabantur*, ponitur *indignantibus*. Quare ego minore mutatione, ut idem maneat sensus, legirim, a finitimis populis, imperium qui ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur. Vides hic tantummodo *que* mutari in *qui*. Exemplo etiam non caret relativum secundo positum loco. Terent. Adelph. 1. 1. ‘Et errat longe, mea quidem sententia, Qui imperium credit gravius esse aut stabilius, Vi quod sit, quam illud, quod amicitia adjungitur.’ Frequen- tissime ita apud comicos aliquosque poëtas. Sed neque prosæ scriptoribus insolens. Ipse Livius l. 1. in Præf. ‘Et, si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me consoler.’ Lamb. Bos. Perizonius ad Liv. xxviii. 12. legit imperium qui ibi esse; et ibidem etiam alitis locis Livii que pro relativo perperam scribi contendit. Eamdem medicinam J. F. Gronovius adhibet Livio xxxvi. 22. Nondum adfirmare velim, que hoc loco coi-

ruptum esse, quia ipse Livius alibi, et alii quoque eadem ratione eo utuntur. Liv. II. 56. ‘Voleronem amplexa favore plebs proximis comitiis tribunum plebi creat . . . contraque omnium opinionem, &c. post publicam caussam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis consilibus rogationem tulit.’ Cornelius Nepos Epamin. c. 10. ‘In quo quum reprehenderetur a Pelopida, qui filium hahebat infamem, maleque eum in eo patriæ consulere diceret.’ Virgil. Æn. vi. 283. ‘Quam sedem somnia vulgo Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus hærent.’ In Suetonii tamen Tiber. c. 63. si quis pro eo, quod vulgatur, ‘quum interim manente offici titulo etiam delegaret plurima, assidueque illi per legatos et adjutores suos exequenda curaret;’ mallet legere, *delegaret plurima assidue, quæ illi, non repugnare*. Idem est usus τοῦ ἀτ in Liv. xxxiii. 28. ‘Tollere Brachyllum principem fautorum regis statuerunt, et tempore ad eam rem capto, &c. ab sex armatis, &c. circumventus occiditur.’ Et copulam etiam diversissimæ constructionis orationes conjungere, multis ostendit ipse Perizonius ad Sancti Minerv. III. 4. 1. Duk. Eadem, quæ Lamb. Bossio, conjectura etiam Jac. Perizonio in mentem venit, qui, ita hoc loco legendam esse, etiam vidit ad xxviii. 12. § 13. ubi non huic modo, sed et aliis Livii locis, eadem medicina mederi conatus est, et compositionem hanc verborum ipsi familiarem esse multis exemplis probavit. Respicienda sunt quæ ibi notantur. Ita forte scribendum conjecti II. 2. *per totam civitatem est datus; sollicitam qua suspicione plebem Brutus ad concionem rocat: ubi nunc vulgo circumfertur sollicitamque suspicione.* c. 23. ‘Tum vero eludi atque extrahi se multitudo putare, et Patrum qui absent, non casu, non metu, sed

inpediendæ rei canssa abesse: ubi a multis librariis, quibus ordo verborum displicebat, perperam datum est *Patres, qui abessent.* Ceterum *imperiumque inesse, pro imp. ibi esse,* male Gaertn.

§ 3 *Sabini magna manu incursionem]* Tā magna manu non comparent in Voss. 1. et Leid. 2. quæ in aliis constanter supersunt.

Quum hominum atque pecudum inulti prædas egissent] Hominum utque peditum joculari errore Voss. 2. Deinde pecudum multas prædas egissent Harl. 2. Hav. et Hearni Oxon. B. pecudum multi prædas egissent Lipsiens. Gaertn. et priscae, quas consuli, edd. Aldo antiquiores; is enim *inulti* emendavit. *Pecudum multa prædas egissent* Port. a m. pr. in quo a m. sec. pecudum multas prædas *inulti* egissent; ita tamen, ut *inulti* tantum inter versus exstet. Hinc verisimile fit, scribam duplarem lectionem *multas* et *inulti* in codice reperisse, et utramque, ut sæpe factum, junxisse. Vide hoc lib. ad c. 44. § 4. Solent autem vocabula ‘*multus*’ et ‘*inultus*’, duabus literis *in* in unam *m* concrecentibus, vel *m* in duas *in* dissoluta, passim in MSS. confundi. Vide quæ notavi olim ad Silii iv. 16. Quibns adde viros doctos ad Ovid. Met. iv. 226. Nic. Heinsium ad ejusdem fragm. Halient. vs. 25. et ad Curtii iii. 11. § 15. Broekhus. ad Tibull. Eleg. 1. 8. 42. Corte ad Sall. Jug. e. 31. et ad Plinii Ep. i. 23. etiam supra ad Liv. i. 41. § 2. et quæ notantur ad iii. 43. § 4. e. 66. § 6. iv. 28. § 4. e. 39. § 4. c. 58. § 5. v. 16. § 3. et alibi. Ita vulgo editur apud Pseudo-Egesipp. de Excid. Urb. Hieros. i. 1. ‘Plerique eorum, dum sabbato bellum suscipere detrectant, multi occubuere: ubi legendum *inulti* *occubuere*: quomodo se etiam in cod. Ms. invenisse C. Gualterus eo loco docuit.

Recepto ad Eretum] Dionysius xi. p. 687. pro *Ereto* habet mendose, ut

puto, ἐν ‘*Πήγῳ. Sigon.* Ad Arretum Harl. 2. ad *Feretum* fragm. Hav. et Voss. 2. a m. pr. ad *fretum* a m. sec. ut et Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 1. Flor. Lipsiens. Gaertn. et Port. ad *Eretum* priscae edd. Sed pro eo jam ad *Eretum* a Venetis a. 1495. datum video; quod in solo apud me superstes Hav. Sæpiissime in nomine hujus urbis librarios peccasse, supra dictum est hoc lib. ad c. 26. § 2.

Spem in discordia Romana ponentes, eam inpedimentum delectui fore] In disc. ponentes Rom. Port. in Rom. disc. ponentes vett. edd. Ab Aldo postea voces in eum ordinem redactæ sunt, qui nunc tenet. Et cumdem servant reliqui MSS. Tum *dilectui* Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. et a m. pr. Port. Vide ad xxxvii. 51. § 7. et mox hoc cap. ad § 10.

§ 4 *Non nuncii solum, sed per urbem agrestium]* Vocem *solum*, quæ in aliis constanter superstes, omittit solus Harl. 2. Tum *super urbem, pro sed per urbem, praferunt* Voss. 1. et Leid. 2. qui iidem etiam legunt *agrestum* pro *agrestium*: at vide ad ii. 63. § 2.

Decemviri consultant, quid facto opus sit] In scripto codice est *quid opus facto sit*. Rhen. *Decemviri consultant* Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hav. *Decemviri consulstant* Flor. a m. pr. sed literæ en postea expunctæ sunt. Tum *quid opus sit facto* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Alii omnes stant a lectione quam Rhenannus reduxit.

Destitutis inter Patrum et plebis odia addit terrorem insuper alium fortuna] Ita ex meis solus Flor. *destituti* reliqui omnes. Sed tum mutanda foret interpunctio hoc modo: *quid opus facto sit, destituti inter Patrum et plebis odia: addit, &c.* Præfero tamen vulgatum. *Insuper addidit* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Præcessit quidem ‘*consultant*,’ et sequitur ‘*locant*,’ et mox ‘*nunciant*:’

verum ea causa fuisse videtur, cur librarii, vel certe primi editores, addit maluerint. Mili scriptorum auctoritate standum videtur. Vide hoc lib. c. 46. § 9. Vel qui primi Livinum typis descripserunt, in codicem inciderunt, cuius librarius syllabam di dupicare neglexerat. Vide ad II. 24. § 6.

§ 5 *Æqui alia ex parte castra in Algidō locant*] Entropius I. 18. ‘montem Algidum’ vocat. Dionysius XI. p. 687. modo ait ἐν Ἀλγίδῳ πόλει, modo p. 705. ἐν Ἀλγίδῳ. Sigan. *Æqui ex alia parte Lipsiens.* Male. Ita ‘aliqua ex parte,’ ‘magna ex parte.’ Vide ad II. 48. § 1. Et amasse Livinum, præpositionem medium conlocare inter substantivum et adjективum, vidimus ad II. 19. § 8. Tum *castra locant in Algido fragm. Hav.*

Depopulatumque inde excursionibus Tusculanum agrum legati ab Tusculo] *Depopulabanturque inde Gaertn. depopulunturque inde Voss. ambo, Leid. 2. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav.* Neque aliter vetustiores editionum, quas vidi, nisi quod etiam præferunt *legatique ab Tusculo.* Primus copulam abjecit Aldus. Frobenius deinde a. 1531. *depopulatumque, pro depopulanturque,* restituit. Et ita ex meis soli optimi Flor. et Leid. I. *legati a Tusculo lahent Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav.* In verbis seqq. *præsidium morantes* Harl. I. Sed prima litera m perperam adhæsit ex fine vocis præcedentis. Vide ad XXXVIII. 29. § 8. Contrario errore *oratorum, pro moratorem, prima litera intercepta, codd. exhibebant II. 44. § 6.*

§ 6 *Is pavor perculit decenariros]* Pal. 2. *fertur perculisse. Gebh.* Hic non minns conveniret *perpulit, quam aliis locis, ubi hoc restituit J. F. Gronovius supra ad c. 30.* Et ita hic Doujatius et margo libri scripti apud Hearnium. *Duk. Fertur perculisse præfert etiam Harl. 2.* Nec multum inde discedens Hav. *fertur per-*

tulisse obfert. Is pavor perculisse Lipsiens. perculit est in Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Optime *perpulit se in margine Oxon. N. reperisse, Hearne testatur; quod et in margine edd. Ascensi a. 1513. et a. 1516. exstat.* Et ita se ad c. 30. hujus lib. § 5. legendum monuisse, Doujatius ad hunc locum notat: sed conjecturam illam sublegit viro summo J. F. Gronovio, qui eamdem diu antea ad enim locum proposuerat. Ceterum tractatis vocibus *Is perculit pavor primæ edd. usque ad Aldum, qui ordinem immutavit. Aldo vero consentint, quosquos habui, scripti codd. Mox ut et senatum, inserta media voce, Leid. 2. Harl. 2. et Lipsiens.*

Haud ignari, quanta invidia inminet tempestas] Quanta invidia imm. tempestate Voss. I. a m. pr. (a m. sec. enim repositum *tempestas*) et Leid. 2. *quanta inv. imm. tempestate ea Lipsiens. et Gaertn. quanta invidia imm. tempestate ea Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Male.* Infra IV. 44. ‘Nec tum agrum plebi, sed sibi invidiam queri: se quoque subiturnam eam tempestatem forti animo.’ Vox *ignari deficiebat in contextu Lipsiens. sed manu altera margini postea addita est.*

§ 7 *Omnes vastati agri periculorumque imminentium caussas in se congesturos]* Pal. 2. *omnes vasti agri per. imm. caussas in se conjecturos.* Ita supra hoc libro Livius dixerat ‘in unum omnia crimina conjicere.’ Et Cicero pro S. Roscio ‘in purissimam vitam crimen conjectum.’ Probo tamen magis vulgatam lectionem; quia liber hic recentissimæ notæ obnoxius fuit correctorum rasorumque libidini. Sic infra scriptum in eo reperi jam *caput fieri libertatis repetendæ;* quod mili revera ad vulgatam lecti onem nauseam excivit; sed Siganio miram orexim. Tantum Transalpini palato distamus Italos. Id mibi placet, si suffragatores alios codd. haberet, quod legit, verbo *accidit ex-*

cusso, *Latius id decemviris, quam si præsentes detrectare imperium referrent.* Gebh. *Vasti, pro rustati, etiam Harl. 2. et Hav.* Sed saepe alibi has voces librarii commutarunt. Vide ad *xxiiit.* 30. § 7. Præterea deleta conjunctione periculorum imminentium Leid. 2. Denique *conjecturos* Voss. I. *conjecturus* Port. a m. pr. Lipsiens. et Gaertn. ut v. 47. 'Consentiente clamore militum, in unum vigilem conjicientium enpam, deterritus a ceteris abstinuit.' Sed recte Gebhardus vulgatum prætulit, quod alii omnes apud me codd. firmant. Cic. pro Milon. c. 24. 'Quid, quæ postea sunt in eum congesta? quæ quenvis etiam medio-erium delictorum conscientia perculsissent, nt sustinuit?' Sæpe autem voces 'congerere' et 'conjeere' permutari solent in membranis vett. Vide Burmann. ad Nason. Amor. El. I. 9. 12. Similes turbas dederunt librarii in vocibus 'ingessit' et 'in-jecit.' Vide ad v. 28. § 11.

Tentationemque eam fore abolendi sibi magistratus] *Tentationem cum fore,* sine copula, Voss. 2. Leid. interque, et Port. *tempestatem eam fore* Gaertn. *tempestatem eam forte* Lipsiens. Insuper oīdine mutato *tentationem fore eam* Harl. 2. et Hav. Quod vero Doujatius querat, num *abolendi* *sui mag.* potius, quam *abolendi* *sibi mag.*? nescio qua causa in pñls id fecerit: ut enim 'abrogare,' 'prorogare' magistratum alieni' et 'alicujus' recte dicuntur, (vide ad *xxvii.* 20. § 11.) ita etiam 'abolere' magistratum alieni' et 'alicujus.' Quam autem in vulgatum omnes codd. conspirent, ali- am ei lectionem substituere, mutandi prurigine laborantis esse pnto.

In paucos præferocis autem] Ferocis Leid. 2. Sed eadem voce utitur Livius v. 36. 'Mitis legatio, ni præfroces legatos, Gallisque magis, quam Romanis, similes habnisset.'

§ 8 *Postquam audita in foro vox est præconis]* In scripto codice est, *Postq.* *audita vox in foro est præc.* Rhen.

Postq. audita in foro vox præc. sine verbo, Port. *Postq. audita vox est in foro præc.* Lipsiens. Harl. 2. et Hav. Ceteri omnes codd. Rhenani lectio-nem confirmant. Mox *Patribus in curiam ad decemviro vocatis iterum* Harl. 2. Hav. Lipsiens. et Gaertn. *Patres in curiam ad decemviro convoca-tantis* Flor. Sed verbo simplici in haec re sæpius Livius usus est. Supra I. 48. 'Qua tu andacia me vivo vocare ansus es Patres?' II. 1. 'Traditumque inde fertur, ut in senatum vocarentur, qui Patres, quique con-scripsi essent.' Mox hoc ipso cap. 'Quia privatis ius non esset vocandi senatum.' Et, 'Quemadmodum Pa-tres vocati non coēant in senatum.' *xxiii. 32.* 'Consules edixerunt, quo-ties in senatum vocassent, uti sena-tores ad portam Capenam conveni-ent.' *xxxvi. 21.* 'Is prima luce senatum vocavit:' et ita alibi sæpe.

Intermisserant jam diu morem consulendi senatus] *Consulendi senatum* Harl. 2. et Hav. *consulendis senatus* ab ini-tio in Flor. scriptum exstiterat, ubi litera finalis vocis *consulendis* adsumta est ex prima vocis seq. Vide ad *xxviii.* 25. § 2. Pro eo postea in cod. illo similiter emendatum est *consulendi senatum.* Vide ad *xl.* 49. § 1. Mox pleb. *connectit*, pro *pl.* *convertit*, et *quid nō, pro quidnā,* Gaertn. Vide ad v. 29. § 9. Denique *ex intervallo*, omissa media voce tanto, Port.

§ 9 *Solitum quidquam liberæ civitatis]* *Sollicitum quidquam* Lipsiens. Non raro aliis locis ita librarii lapsi sunt. Vide ad v. 22. § 5. Ceterum suspicio incidere posset, legendum esse *solitum quidquam liberæ civitati fi-eret*, ultimamque literam vocis *civitatis* perperam adhæsisse ex similitu-dine primæ in voce seq. Nam, ita librarios peccare solitos fuisse, vide-bimus ad iv. 33. § 10. Sed nihil muto. Nam 'solitum quidquam li-beræ civitatis' eadem forma dictum est, qua 'propinquis itineris locis'

VI. 25. § 7. ubi vide.

Circumspectare omnibus fori partibus senatorem] Vocem partibus non agnoscit Harl. 1. Pro ea literis transpositis patribus est in Leid. 2. Vide ad IV. 60. § 3. Mox sciscitare, pro noscitur, Voss. 2. De verbo 'noscitare' vide ad II. 23. § 10.

Curiam inde ac soliditudinem circa decemviro intueri] Citra decemviro Leid. 2. qui etiam vocem intueri non agnoscit. Citra et circa saepe in MSS. commununtur. Exempla vide ad XXI. 48. § 6. cur. inde ac sol. esse, decemviro intueri præfert Port.

§ 10 Quum et ipsi consensu invisum imperium] Vide, ut mutata relatio nam ipsi decemviro refert; dixerat enim antea 'ni consensu resisterent'; et 'ipsi interpretarentur' coniungendum. Glur. Vet. lib. invisum consensu imp. Sigan. Invisum consensu imp. Voss. 2. Leid. 1. Harl. ambo, Port. Lipsiens. Gaerlin. Hav. et fragm. Hav. visum in consensu imp. Voss. 1. et Leid. 2. Prins in contextum recepi, ut et Siganus fecerat, quem nemo posteriorum editorum audire dignatus est.

Quia privatis jus non esset vocandi senatum, non convenire Patres interpretarentur] Vocandi senatu Lipsiens. vocandi senatus Hav. qui contra § 8. consulendi senatum habuerat, nbi plerique reliqui consulendi senatus. Deinde interpretarentur idem Hav. Verum interpretarentur recte ceteri omnes, sive quod 'ipsi' et 'plebs' præcesserint, et verbum utraque illa respiciat; sive quod τῷ 'plebs' tamquam collectivo, verbum plurale jungatur; quod Livio est admodum familiare. Vide mox ad § seq.

Jam caput fieri libertatem repetentiū] Vet. lib. libertatis repetenda. Sigan. Ita etiam Harl. 2. Hav. Pal. 2. (nt Gebhard, supra ad § 7. testatur) et Hearnii Oxon. B. jam caput fieri lib. repetendam Lipsiens. jam caput fieri libertatis, proxima voce omissa,

Voss. 1. et Leid. 2. Suorum codicium lectionem Siganus in contextum recepit, eamque Doujatius probasse videtur, modo *caput* pro initio sive principio accipiamus. Contra Gebhardus loco landato vulgatum præfert. Cujus sententiam ob præstantissimum codicum idem volentium anctoritatem veriorem puto. *Cupit*, pro *caput*, erat in Klockian.

*Sic plebs abnuat delectum] Annuat Leid. 1. et fragm. Hav. a manu pr. sollemni errore. Vide ad XXXVI. 34. § 6. adjuvat Voss. 2. Tum dilectum Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. Vide ad XXXVII. 51. § 7. et supra hoc cap. ad § 3. Paullo ante *Patres notati*, pro *P. vocati*, Lipsiens. *Tum in senatu*, pro *in senatum*, Gaerlin.*

*§ 11 Hæc fremebat plebes] Antiqua lectio *Hæc fremunt plebes*. Sic ante habuimus e. 35. 'Quod haud secus factum improbant boni, quam nemo facere ansurum crediderat' ubi vulgo legitur *improbabant*. Rhen. Lectio, quæ præscripta Rhenani adnotatio exstat, profluxit ex Frobenii ed. a. 1531. Antiquissimæ, quas vidi, edd. præferunt *Hæc fremit plebs*. Postea quidem Aldus vulgavit *Hæc fremunt plebs*; sed paucos nactus est, qui sequerentur. *Hoc fremebat plebs* est in Harl. 2. et Hav. *Hoc fremebat plebes* in Gaerlin. *Hæc fremebat plebs* in Leid. 2. et Lipsiens. *Hæc fremebat plebes* Port. et Voss. 1. in marg. qui *Hæc frementi plebes* in contextu exhibet. *Hæc fremunt plebes* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. quod recepi tot codicum fide; motus insuper perpetua Livii consuetudine, qui passim τὸ *plebes* similesque dictiones pro collectivis habet, et cum verbo plurali construit. Supra II. 35. 'Hand facile credebat, plebem suam impelli posse, ut arma caperent.' Vide ad II. 5. § 2.*

Indignitate rerum cesserani in agros; suarumque rerum] Prius illud rerum si

abesset, non desiderares. Hoc lib. c. 62. ‘Ad id, quod sua sponte satis collectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebarunt.’ VII. 7. ‘Plenis iræ atque indignitatis militum animis.’ J. F. Gron. Non offendor repetitione *τὸν rerum*. Vide ad I. 53. ‘Indignitas rei’ non uno loco dixit Cicero. Adde Gronovium ad IV. 61. Duk. Sane sæpius ‘indignitas’ simpliciter, nullo alio addito, obcurrit. Supra II. 7. ‘Haec dicta vulgo creditaque quum indignitate angerent consulis animum.’ c. 34. ‘Egone has indignitates diutius patiar, quam necesse est?’ III. 12. ‘Tum demum coactus cum multa indignitate prensabat singulos.’ IX. 4. ‘Subeat ergo ista, quantacumque est, indignitas.’ XLII. 52. ‘Illum, omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum, inter adparatum helli fato obpresso:’ et alibi. Quare, si *τὸν rerum* a scriptis abesset, Gronovio (quem etiam vide ad II. 18. § 2.) id delenti favorem. Jam vero id constanter superest in omnibus meis, nisi quod octo vocabula *indignitate rerum cesserant in agros*, *suarumque rerum* erant exsultent a Leid. 2. cuius negligentia librario causa fuit, quod modo præcesserat vox *erant*, quæ ultima omissarum repetebatnr. Vide ad IX. 11. § 11. Quin adeo verum est, olim vocem *rerum* hac periodo his obcurrisse, ut etiam ejus repetitio causa extiterit, cur scriba Port. simili negligentia omittaret voces *cesserant in agros*; *suarumque rerum*. Eamdem itaque servandam censeo, præsertim quum ‘*rerum*’ vel ‘*rei indignitas*’ non apud Ciceronem modo aliosque, sed apud Livium quoque frequenter obcurrat. Infra hoc lib. c. 44. ‘Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virginis conciliat:’ et c. 50. ‘Præterquam quod agmine prope quadrinquentorum hominum veniens, qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant, conspectus est.’ Li-

vium vero ab ejusdem vocis eadē periodo repetitione non abstinuisse, multis exemplis probavi ad I. 3. § 9. Voces *in agros* omiserunt Mediolanenses a. 1505. quæ tamen in omnibus scriptis supersunt.

Suarumque solliciti erant rerum, amissa publica] Sic in plerisque vidi codd. scriptum, et est clarus sensus. At alii *soliciti* sustulerunt, quod ego non tollerem: quamquam absque eo etiam sit sensus non contempnendus. *Glar.* Veteris lectio *suarumque rerum erant, amissa publica*: id est, suis rebus operam dabant. Quam formam dicendi, qui non agnoverunt, mutarunt, addendo de suo, *soliciti*. Sic VI. 14. ‘Plebs cum jam unius hominis esset.’ Sic hoc libro paulo ante c. 36. ‘Hominum, non causarum, toti erant.’ *Sigon.* *Suarumque rerum erant, amissa publica* omnes ad unum MSS. tam nostri, quam aliorum, qui modo melioris nota sint: atque ita optimus quisque Latinæ linguae auctor loquitur. Ne mihi temere aliquis adsuat vocem, interpolando *suarumque rerum erant solliciti, amissa publica*. Quod esset vere Glanci et Diomedis mutatio. *Modius.* In plerisque vidisse se testatur codd. Glareanus *suarumque solliciti erant rerum*, claro, ut putat, sensu. Sed pessimos esse oportuit codd. aut Glareanum non apprime interioris elegantiæ gnarum. Nam *τὸν solliciti*, intrusi ab inepto et rudi pædagogo, neque volam neque vestigium deprendere licet in omn. MSS. et antiquis cisis. Sic Cic. in Epist. ad Famil. ad Attic. IX. 15. ‘Vide, quam sim antiquorum hominum:’ quod asservi in notis. Et ipse Livius c. 36. de decemviris: ‘Hominum, non causarum, toti erant.’ VI. 16. ‘Invidiæque magis triumphus, quam gloriæ, fuit.’ XXI. 11. ‘Adeo prope omnis senatus Annibalensis erat.’ XXII. 50. ‘Alterius morientis prope totus exercitus fuit.’ XXIII. 14. ‘Plebs novarum, ut solet, rerum atque Annibalensis tota esse.’

xxxv. 31. ‘Pars principum alienati a Romanis, totique Antiochi et Ætolorum erant.’ Ibid. c. 33. ‘Multi-tudo avida novandi res Antiochi tota erat.’ Gebh. Lectionem, quam Glareanus se in plerisque codd. scriptam vidisse testatur, in nullo eorum codicium, quos adhibui, obviam habui; sed in iis omnibus, nisi quod in duabus quædam vocabula librariorum culpa deficiant, constanter inveni *suarumque rerum erant, amissa publica*: quod idem de suis testantur Sigonius, Modius, Gebhardus, ut et Lipsius ad xxiii. 14. Miror itaque, ubi latenter, vel quo migraverint plerique illi codd. quos Glareanus vidi. Vel unus eorum, quos laudavi, illis consensisset. Neque per plerosque Glareani codd. intelligi possunt, ut plerumque debent, priores edd. Nam et hæ, quoniam vidi, servant MSS. lectionem *suarumque rerum erant; nisi quod in Mediol. annorum 1495. et 1505. atque in Veneta a. 1498. sit suarum rerum amissa publica*, quod in margine quarundam editionum ita exponitur, ‘indignitate, inquam, suarum rerum, amissa publica.’ In Ascensionis annorum 1513. et 1516. et, quæ eas ubique sequitur, Parisina a. 1529. est *suarumque solliciti erant rerum, amissa publica*, ut Glareanus adnotationi præscripsit. In Vascosani denique, Curionis, Lugdun. a. 1553. Basileensi a. 1555. Parisiua a. 1573. et Francofurtana a. 1578. *suarumque rerum erant solliciti, amissa publica*. Sed hæ demum post Glareani in lucem publicam emissas adnotationes prodiere. Non itaque una vel altera editio plerumque codicum nomine adpellari possunt. Locutio autem illa ‘erant suarum rerum’ vere Liviana est, ut probant exempla a Signonio et Gebhardo huc conlata, quibus plura addi possunt. Infra hoc lib. c. 59. ‘Quod adeo toti plebis fuisse, ut Patrum salutis libertatisque prior plebeio magistratu, quam patricio, cura fuisse,’

vi. 14. ‘His vocibus instincta plebes quum jam uinius hominis esset.’ vii. 30. ‘Eo ventum est, Patres conscripti, ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus.’ xxiii. 39. ‘Nolæ, sicut priore anno, senatus Romano-rum, plebs Hannibalis erat.’ xxxi. 45. ‘Postquam præsidio regio arcem teneri, nec se potestatis suæ esse respondebant.’ xxxv. 37. ‘Thoas per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum, qui Romanæ societatis erant, post T. Quinctii legatorumque adventum, et Herodorum Cianum mercatorum, præparatis ad proditio-nem iis, qui Euthymidæ factionis erant, nequaquam eamdem fortunam habuit.’ c. 51. ‘Qui Romanæ partis erant, sub adventum regis urbe ex-cesserunt.’ xxxvii. 49. ‘Conclama-tum deinde prope ab universo senatu est, totos adhuc Antiochi Ætolos esse.’ xl. 29. ‘Ptolemaeus propter ætatem alienietiam tum arbitrii erat.’ Eodem cap. ‘Cotys Thrax, Odrys-a-rum rex, evidenter Macedonum partiis erat.’ c. 30. ‘Pars altera regiæ adulatio-nis erat, quos æs alienum et desperatio rerum suarum, eodem ma-nente statu, præcipites ad novanda omnia agebat: quosdam ventosum ingenium, quia Peiseus magis auræ popularis erat.’ Plin. Epist. v. 16. ‘Sæpe, quæ dixit, aspernatur, expul-sisque virtutibus aliis pietatis est to-tus.’ Et ita Græci quoque loquuntur. Alciphron i. 13. ‘Ο ποτὲ γελῶν τὸν ἐκ τρυφῆς πάθει δουλευόντας, οὐλού εἰμι τοῦ πάθους: ubi vide Berglerum, qui plu-ri ex scriptoribus Græcis exempla adtnlit. Insuper *omissa publica* fuerat in fragm. Hav. Sed recte manus altera id emendavit in *amissa*. Non enim tam Patres ‘omiserant,’ sed ty-rannide decemvirorum ‘amiserant rempublicam,’ eademque illorum in-potentia iis erepta erat. Solent hæ verba alibi in MSS. confundi. Vide ad ii. 48. § 6. ad vi. 14. § 11. et mul-tis aliis locis: *amissa republica* Gaertn.

Sed τὸ re, quod in nullo præterea codice vidi, ex præcedenti repetendum est, licet numero plurali *rerum* præcesserit. Vide ad II. 30. § 4.

Quantum e cœtu congressuque inpotentium dominorum se amovissent] Ita primus Gronovius edidit. Nou quidem displicet locutio ‘amovere e cœtu,’ quum etiam ‘abstrahere e portu’ codd. præferant ad XXXVII. 27. § 6. ubi vide: et ‘e medio amovere’ dixerit Sueton. in Tiber. c. 10. ‘Statuit repente secedere, seque e medio quam longissime amovere.’ An tamen ita legendum sit, ut vehementer dubitem, Mstorum dissensus efficit. Nam *quantum cœtu*, omissa præpositione, Leid. I. *quantum a cœtu*, ut ante Gronov. editum erat, Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. *quantum actu* errore librarii Hav. Quin etiam, si diligenter adtendimus, ‘amovet se e cœtu’ qui a cœtu digreditur, cuius quondam pars exsiterat; ita ‘amovet se e medio’ qui quondam in medio versatus fuerat. Navis ‘abstrahitur e portu’ quæ in portu substiterat. At ‘amovet se a cœtu’ qui a cœtu longe discedit, licet nūs istius cœtus non fuerit. Quum itaque Patres, qui secesserant, non fuerint e numero decemvirorum, potius ‘a cœtu,’ quam ‘e cœtu, inpotentium dominorum se amovisse’ dicuntur. Reduxi itaque priscam lectionem. Ceterum concessu, pro *congressu*, male Hav. nec melius *aggressu* Lipsiens. Deinde *admoris-* *sent*, pro *amovissent*, Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ammovissent* Leid. 2. Solent autem verba hæc alibi non raro commutari. Vide ad XL. 55. § 5. Paullo ante, serie dictionum mutata, *tantum se abesse ab injuria rati* priscæ edd. In eum ordinem, quo vulgo existant, voces primus digessit Aldus. Et cum eo faciunt omnes codd. *Abi-* *se* autem, pro *abesse*, legit Lipsiens. Vide ad XXVII. 44. § 3. et mox hoc cap. ad § 13.

§ 12 *Simil ad pignora capienda, scis-* *citandumque, num consulto detractarent]* Gellins XIV. 7. ‘De pignore quoque capiendo disserit, deque multa dicen-
da senatori, qui, quum in senatum venire deberet, non adesset.’ Vide Cic. de Orat. III. 1. Hotomann. Com-
ment. Verb. Jur. in ‘Pignora,’ et de Senatu Rom. c. 7. Klock. *Ad pignera capienda* Flor. Voss. 2. et Leid. 1. Utrumque *pignera* et *pignora* olim dictum fuisse testis est Priscian. Gramm. I. vi. p. 721. ‘Excipitur Fœnns, Fœnoris, quod tamen antiqui Fœneris dixerunt, unde et Fœneror verbum, et Fœnerator. Et Pignus, Pignoris, et Pigneris, unde Pignero Pigneras.’ Inter ea ambo distinguunt tamen grammatici. Agroet. de Orthogr. p. 2269. ‘Pignera rerum sunt: pignora filiorum et affectionum:’ et Beda de Orthogr. p. 2341. ‘Pignera rerum: pignora filiorum et affectionum.’ Hanc tamen distinctionem doctis per-
nunt. Certe *pignera* eo sensu, quo *pignora* dicendum grammatici contendunt, ex MSS. recepit Corte apud Plin. Ep. I. 12. ‘Filiam, uxorem, ne-
potem, sorores, interque tot pignera veros amicos:’ ubi nos remisit ad Lucani I. 370. *Præterea sicutandumque* fragm. Hav. a m. pr. *scitandumque* Leid. 1. et Port. a m. pr. Sed vide ad I. 54. § 5. *Præterea non consulto detractarent* Harl. 2. et Lipsiens. Vide ad II. 40. § 7. et ad V. 51. § 7. Denique *detractarent* Voss. 2. Leid. ambo, Gaertn. Port. et Hav. Et ita mox *detractare* iidem codd. nisi quod loco Leid. 1. ita habeat fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Paullo ante *adparatores* erat in Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Verum error hic postea in primo illorum codd. emendatus, et *adparatores* recte substitutum erat.

Lætius id decemviris accedit, quam si] *Accedit exsulat a Pal.* 2. ut Gebhar-
dus supra monuit ad hujus cap. § 7.
addens, id sibi placitum, si suffra-
gatores alios codd. haberet. Omnes

tamen mei id verbum constanter retinēt. Præterea *Lectius*, pro *Lætius*, Lipsiens. qui error in scriptis frequens est. Vide qnæ olim notavi ad Sil. VIII. 548.

§ 13 *Senatumque in diem posterum edicunt*] In volumine Archetypo legitur tantum in diem post. dicunt: scribo indicunt. Rhen. In diem post. edicunt antiqua lectio est omnium MSS. codicum atque impressorum. Interim Rhenanns, quia in quodam suo invenerat in post. diem dicunt, e conjectura facto, indicunt permovit auctoritate, ut hoc in omnibus recentioribus exemplaribus sequentur typographi. Supra cap. 37. ‘Exspectabant, quam mox consulibus creandis comitia edicerentur:’ ibi tamen Pall. duo referunt comitia dicerentur: neque inde faciendum indicerentur. Gebh. Tres Pall. Rott. et Voss. ut et Sig. edicunt. Snetonius Julio c. 80. ‘Postquam senatus Idibus Martiis in Pompeii curiam edictus est.’ Alterum est a conjectura Rhenani. J. F. Gron. Si omnes codd. ad exemplum Wormatiensis Rhenani in diem post. dicunt præferrent, cum eodem Rhenano etiam indicunt legendum censerem, quoniam verosimilius existimarem, primam syllabam τοῦ indicunt, quam edicunt, ab ultima litera prioris vocis posterum elisam esse. Ita enim sæpe alibi peccatur. Vide ad v. 27. § 6. Nunc vero cum Gebhardo et Gronovio vulgatum edicunt præferendum arbitror. Nam præter Leid. 2. qui indicunt obfert, alii omnes mei edicunt retinēt. Et ita se in vet. lib. reperisse, Sigonius in prima Scholiorum ed. professus est, eamdemque scripturam contextui restituit, et in iteratis edd. servavit; licet in illis ipsum ejus scholium omittatur. Nemini tamen sequentium editorum, eam lectionem veriorem esse, persuadere potuit: sed omnes ex Rhenani conjectura indicunt ediderunt usque

ad Gronovium, qui a. 1665. priorem scripturam revocavit. Certe senatus edictis consulū aliorumque magistratū, quibus senatum habendi jure erat, convocari solebat. Cic. Orat. Philipp. III. 8. ‘Quum tot edicta proposisset, edixit, ut adesset senatus frequens a. d. VIII. Kal. Dec. eo die ipse non adfuerit. At quomodo edixit? hæc sunt, ut opinor, verba in extremo: ‘Siquis non adfuerit, hunc omnes existimare poterunt, et interitus mei et perditissimorum consiliorum auctorem fuisse.’’ Et adhuc eodem cap. ‘Quum tam atroci edicto nos concitativeret, ‘enī ipse non adfuerit?’’ Cic. ad Famil. XI. 6. ‘Quum tribuni plebis edixissent, senatus adesset a. d. XIII. Kal. Jan. haberentque in animo de præsidio consulū designatorum referre.’ Tacit. Annal. I. 7. ‘Ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, nisi tribuniciæ potestatis præscriptione posuit, sub Augusto acceptæ. Verba edicti fuere panca et sensu permodesto: de honoribus parentis consulturum.’ Hinc ‘edicere senatum’ est proposito edicto jubere, ut senatus conveniat in curiam: quemadmodum ‘edicere delectum’ est proposito edicto jubere, ut populus militum scribendorum caussa in forum conveniat. Supra hoc lib. c. 10. ‘Ut hæc dicta in senatu sunt, delectus edicitur:’ ita enim eo loco ex MSS. et priscis excusis legendum monui, non indicitur. ‘Edicere comitia’ est proposito edicto jubere, ut populus habendorum comitorum caussa conveniat. Livius XXII. 33. ‘Ab eodem prætore literæ ex senatusconsulto ad consules missæ, ut, si iis videretur, alter corm ad consules creandos Romam veniret: se in eam diem, quam jussissent, comitia edicturum.’ Sueton. in Cæs. c. 18. ‘Quum edictis comitiis ratio ejus haberi non posset.’ ‘Edicere concionem’ Liv. XXIV. 37. ‘Consensu in posterum diem concio edicitur.’

Proditam a Patribus plebs libertatem rata] Præpositio exsulat a Port. quam tamen necessariam puto, ut ambiguum, quod ea omissa in oratione foret, tollatur. Mox, trajectis vocabulis, abissent jam magistratu Gaertn.

*Privatisque jus abesset] Memini, quod præcessit: 'quia privatis jus non esset vocandi senatum.' Nihilominus non quisquilia, ut ille ait, esse judico illud *jus abesse*. Hic utique, Cl. Puteanus notat in Fulv. Ursini codice lectum *suis* (sic et Chifl.) ἀντὶ τοῦ *jus*. Unde felici conjectura eruit *privatisque, si vis abesset, tamquam jure cogentibus*. Ita tuto per me licet emendes. Nam sic prorsus Buslid. Rott. Gud. et Mureti. In Helm. Vossianoque 1. *si jus abesset*. J. F. Gron. Verba notæ Gronovii præscripta in omnibus, quotquot vidi, edd. Aldina antiquioribus deficiunt. Aldus primus interpolavit *privatisque jus abesset*, quod Hearne in Oxoniensibns B. et C. exstitisse monuit, mihi vero in nullis meis obviam fuit. *Privatisque is abisset* habet Lipsiens. Sed *abisset* ex verbis præcedd. repetitum est. Solent autem 'abisse' et 'abesse' commutari. Vide hoc cap. ad § 11. *Privatisque vis abesset* Voss. 2. *privatisque vis abessent* Port. *privatisque jus abessent* Hav. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. in quo *abesset* emendatur a m. sec. *privatisque suis abesset* Flor. Leid. 1. et apud Hearniū Oxonienses L. 2. et N. Neque aliter Gaertn. a m. pr. qui a m. sec. *privatisque suis abisset* dedit: *privatisque si jus abesset* Leid. 2. *privatisque si vis abesset* Harl. 1. et Klockian. quod recte Gronovius probavit, et in contextum recepit. Solent autem vocabula *vis* et *ius* in MSS. ob dueatum similitudinem in scriptura Longobardica, quæ non raro tauta est, ut distingui inter se voces nequeant, confundi. Vide viros doctos ad Terent. Adelph. III. 4. 44. ad Justin.*

xxxix. 1. § 9. Gronov. ad Sen. Octav. vs. 581. et Cortium ad Sall. Jug. c. 3. § 1. Adde quæ supra notantur ad Liv. I. 3. § 11. ad II. 27. § 1. ad IV. 7. § 3. c. 9. § 7. c. 26. § 2. VI. 8. § 5. c. 18. § 7. aliisque pluribus locis.

Tamquam jure cogentibus] Tamquam in re cogentibus Voss. 1. qui in margine obserf emendatum *tamquam ire cogentibus*. Deinde apparuisset, pro paruisse, Lipsiens.

CAP. XXXIX. § 1 *Sed mogis obedienter ventum in curiam] Ita primus edidit Gronovius. Omnes autem non modo excusi priores, quos vidi, sed etiam scripti obed. ventum in curiam est; nisi quod Harl. 2. alio ordine exhibeat obed. in cur. ventum est.* Gaertn. autem *ventum in cur. esse*. Neque caussam video, cur τὸ est abjectum voluerit, nisi quod etiam hanc partem orationis melius ex verbo in fine addito 'accepimus' pendere existimaverit, quod obtineri posset, si Gaertn. cod. scriptura recipetur. Quum tamen et alterum ferri possit, tantum mihi vindicare non audeo, ut invitis codd. omnibus vocem expellam, vel unius auctoritate eam innitem.

Quam obnoxie dictas sententias] Obnoxias dictas sententias Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Sed præferenda est lectio vulgata, quam alii codd. stabilunt. *Obnoxie, quam obnoxias, Livium maluisse puto, ne tres similiter desinentes voces obnoxias dictas sententias cumulareret.*

§ 2 *L. Valerium Potitum proditum memoriae est] L. Valerium Petitum* Voss. 1. sed inter versus emendatum *Peritum*. At 'Potitus' notum Valeriorum est cognomen. Præterea *L. Val. tum prod. mem. est* Gaertn. *L. Val. Peritum tum prod. mem. est* Lipsiens. *L. Val. Potitum tum prod. mem. est* Leid. 2. Harl. 2. et Hav. Illud tum etiam in margine Port. a m. sec. adscriptum cernitur. Sed, præterquam quod a reliquis notæ melioris

codd. absit, etiam hic ter repetitum in tribus vocibus τὸν τοῦ finale merito enīcūnque displicebit, in primis quum in vocula τοῦ nulla sit emphasis. Mox post religionem Ap. Claudii, pro post relationem Ap. Cl. Gaertn. Sed vocem Claudii omittit Leid. 2. Tum ne de republica, pro ut de republi-*ca*, Voss. 1. et Leid. 2.

Ut de republica liceret dicere] Vide Brisson. de Formul. II. p. 184. et p. 185. (p. m. 167.) Klock.

*Tumultum excivisse] Extitisse Voss. 1. desciruisse Voss. 2. exisse fragm. Hav. a m. pr. An forte voluit ex-*civisse?* quales contractiones Livium amasse, videbimus ad VI. 18. § 10.*

§ 3 *Ferociter M. Horatium Barbatum esse in certame] Cognomen Barbatum deficit in Lipsiens. et Gaertn. quod in aliis omnibus constanter su-*perest.* Deinde iisse in cert. Gaertn. Sed vide ad XXVIII. 38. § 3.*

*Decem Tarquinios adpellantem, ad-*monentemque] Decemviro Tarquinios* Harl. 1. Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonienses B. C. et L. 1. Verum et hic aliis codd. vulgatum m̄tari vetantibus, adh̄ereo. Tum admorentem Valeriis ducibus, reliquis omissis, Hav. Horatium tamen non solorum Valeriorum, sed et gentili-*um* suorum, in hac oratione memi-*nisse*, indicat etiam Dionys. I. XI. p. 689. Πότερον ὑμῶν ἔξελθανθεν ἐκ τῆς διανοίας, ὅτι σάζονται μὲν οἱ Οὐαλερίων ἀπόγονοι τῶν ἔξελασάντων τὴν τυραννίδα, λείπεται δὲ διαδοχὴ τῆς Ὀρατίων οἰκίας, οἵ πάτριον ἔστη δύσσει χωρέων τοῖς κατα-*δουλούμενοις* τὴν πατρίδα, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ μόνοις. ‘Monere’ autem et ‘movere’ sāpe in MSS. confun-*duntur.* Vide ad IX. 38. § 12.*

§ 4 *Nec nominis homines τοῦ perta-*sum esse] Livius indubie scriptis,* quemadmodum attestatur liber Ms. nec nomen hominis τοῦ pert. Sic an-*tem* et Suetonius in Cæsare c. 7. ‘Et quasi pertæsus ignaviam suam.’ Item in August. c. 62. ‘Pertæsus,*

ut scribit, morum perversitatem ejus.’ Quid igitur opus fuit hic scribere no-*minis?* licet non negem, et id Latine dici. Non solum enim accusativum id verbum post se recipit, sed et genitivum. Rhen. Pall. 1. et 3. ut etiam docuit Rhenanus, ostentant Nec nomen homines τοῦ pert. Gebh. Ut Rhenanus ex Borbet, sic duo Pall. nomen. Voss. 1. ambiguus nomen in homines. Lege nec nomen homines τοῦ pertæsos esse. J. F. Gronov. Hearne invenit in Oxon. L. 1. nec nomen hominibus τοῦ pert. in C. nec nomen hominibus τοῦ pert. et odio-*sum esse.* Sed ex meis Flor. Voss. 2. Leid. 1. fragm. Hav. et Port. a m. pr. consentientes Rhenani codici, præferunt nec nomen homines τοῦ pert. Nec nomen hiis homines τοῦ pert. Lipsiens. nec nōm his homines τοῦ pert. Klockian. nec nominis hujus homines τοῦ pert. Gaertn. Doujatinus neutra emendatione vel Rhenani vel Gronovii opus esse putat; verbum enim ‘pertædet’ et genitivum recipere, et aliquando accusativum; dicique etiam impersonaliter, præsertim quum præteritum per participinm quasi passivum effertur. Verum non quæritur, quæ ordinaria hujus verbi constructio sit? (ea enim et Rhenano et Gronovio, si non notior, certe æque nota fuit ac Doujatio) sed potius, utrum verosimile sit, si Livius ordi-*naria illa constructione usus fuerit,* ejus librarios inde abire, et locum corrumpere voluisse? Probabilius esse puto, Livium librarii incognitam constructionem adhibuisse, eosque, quod illam in magis notam mutare conarentur, tam varie errasse. Jam vero, si quid mutandum, ipsa loca Suetonii, quæ Rhenanus lauda-*vit, Gronovii emendationem verio-rem esse probant.* Similiter loquutus etiam est Justin. XXXVIII. 9. ‘Demetrius privatam, etsi opulen-*tam, vitam pertæsus tacitus in regnum fugam meditatur:* et ita olim

edebatur apud Valer. Max. iiii. 3. ex 1. ‘Pertæsus enim, credo, dexteram suam, quod ejus ministerio in cæde regis uti nequisset, injectam foculo exuri passus est:’ ubi tamen hodie ex consensu MSS. *Perosus enim vulgatur*. Ordinaria constructione id verbum obenrrit hoc lib. e. 67. ‘Decemvirorum vos pertæsum est: coëgimus abire magistratu:’ ubi tamen Voss. 2. sed solus, *decemviros vos pertæsum est*. Mox quippe Jovem, exsultante media voce quo, Harl. 1. Male. Vide ad ii. 37. § 5.

Deincepsque reges appellatos] Legodeincipesque. Klock. Nimirum, teste Fest. voce ‘*Deincipem.*’ ‘*Deincipem* antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum.’ Obsoletas has delicias non modo Klockius in *Livio* quæsivit, et, invitis licet omnibus libris, invenisse se existimavit, sed et alii ipsi Ciceroni quoque obtrudere conati sunt, ex quo Laurenbergius in *Antiquario* laudat hunc locum, qui extat ad Famil. ii. 18. ‘Sed tamen tres fratres, summo loco natos, promitos, non indisertos, te nolo habere iratos, jure præsertim, quos video deinceps tribunos plebis per triennium futuros.’ Quem enim etiam hue advocet locum ex lib. 1. de Divin. e. 30. ex eo nihil patet. Verum neque *Livium* neque Ciceronem hæc et similia decere, facile vident, qui norunt, aliter Romanos Nævii Enniique, aliter Ciceronis Liviique ætate locutos esse.

Quod sacris etiam, ut sollempne, retentum sit] Quo sacris Gaertn. quomodo librarius dedisse videtur, quod præcesserit ‘quo Jovem, quo Romulum,’ non animadvertis, additum verbum hic aliam constructionem requirere. Quod in sacris Harl. 2. Hav. et a. m. sec. Port. Verum id non necesse. Nam ita ‘retinere memoria’ est apud Cic. pro Sext. Rose. e. 12. ‘De eujus lände neque hic locus est, ut multa dicantur, neque plura tamen

dici possunt, quam populus Romanus memoria retinet.’ Nepos in Vita Attie. e. 11. ‘Inmortali memoria percepta retinebat beneficia.’ Valer. Max. i. 8. ext. 2. ‘Cetera omnia tenacissima memoria retinens, literarum tantummodo, qnibus præcipue inservierat, oblitus est.’ ‘Retinere dextra’ iiii. 2. ex. 20. ‘Centurio convulsum signum dextra retinens.’ ‘Retinere senatu’ cod. Voss. infra præfert xxxix. 42. ‘Retinere Quinetium senatu ne frater quidem T. Quinetius, si tunc censor esset, potuissest:’ editur nunc in senatu, quod forte etiam præferendum. ‘Tenera castris’ supra illustravi ad iiii. 2. § 1. Deinde quod etiam *sacris*, træjectis vocabulis, Voss. 2. Insuper τὸ ut non comparet in Harl. 1. pro eo illud est in Port. Denique redemptum pro *retentum*, Voss. 1. Lipsiens. et Gaertn.

§ 5 *Superbiā violentiāque tum perosos regis] Tum per ipsos regis sine sensu* Voss. 1. et Leid. 2. *tum peroperosos regis* Klockian. *tum perosos reges* Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. *superbia violentiāque tum perosos reges* Gaertn. quod passiva forma dictum foret; quum passim optimi scriptores ‘perosus’ et ‘exosus’ active utantur. Vide hoc lib. ad e. 31. § 8.

Que si in rege tum eodem, aut in filio regis] Quasi in rege Voss. 2. Leid. 1. et Lipsiens. Deinde cum eodem Lipsiens. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa fin. *Tum et in filio regis* iterum Lipsiens. Denique fuerunt Gaertn. et Hav.

Quem latrūm in tot privatis? Vide-rent, me vetando] Bona lectio, quam et agnoscunt antiquitus eusi. At Pal. 1. quam litini in tot priratis funderent vetando. Pal. 2. quomodo latrū sint in tot privatis? cum maxime vetent. Pal. 3. quam Latini in tot privatis funderent ne vetando. Latet aliquid. Campanus proxime accedit vulgatae.

Tantum tamen viderent immutavit in fidei-
rent. Gebh. Et nostri etiam quidam
hic turbant. Quem Latinis in tota pri-
vatis Voss. 1. Sed laturis, pro Latinis,
habet in margine: quem Latinis in tota
privatis Voss. 2. quam laturiam in tota
privatis Leid. 1. quem laturi sint in tota
privatis Leid. 2. qno laturi in tota priva-
tis essent Port. quomodo laturi sint in
toti privatis Harl. 2. Hav. et Hearnii
Oxon. B. quom laturi sint in tota privatis
Lipsiens. et Gaertn. quando laturi in
toti privatis fragm. Hav. a m. pr. quod
a m. sec. una cum Harl. 1. vulgatum
servat. Deinde Funderent ne retando
Voss. 2. et Lipsiens. Fuderent ne re-
tando Leid. 1. Fidarent ne retando
fragm. Hav. Cum maxime retent Harl.
2. Hav. et in margine Port. in quo
verba Viderent, ne retando in contex-
tu erant omissa. Quum locus, ut
vulgo concipitur, sanus videatur, sa-
tis mirari nequeo, unde tota monstra
errorum in plerisque codi. conspi-
ciantur. Tamen loqui etiam in proximis
verbis exsulat a Port. At loqui, qui
prefert Flor. Sed pronomen male
repetitum est ex ultima syllaba vocis
praeceps.

§ 6 Extra curiam etiam moverent
vocab] Etiam extra curiam Voss. 2.
Port. et fragm. Hav. extra curiam non
moverent Gaertn. Deinde movere vocab
Harl. 2. et Hav.

Neque se videre, qui sibi minus . . .
populum vocare, quam illis senatum]
Nec se videre Lipsiens. Tum cur sibi
minus Gaertn. quin sibi minus Flor.
Lipsiens. Voss. ambo, Leid. ambo,
Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav.
Sed et hic vulgatum sanum est. De
locutione 'qui minus' vide ad
xxviii. 43. § 17. ubi etiam multi
codi. pari modo peccant. Præterea
populum revocare Gaertn. Deinde
quam nullius senatum Voss. 1. et Leid.
2. quam senatum Voss. 2.

§ 7 Experientur, quanto ferocior
dolor in libertate sua vindicanda, quam
cupiditas in injusta dominatione esset]

In exemplari veteri proferocior scrip-
tum est fortior. Nec est in libertate
sua, aut in injusta dominatione, sed
tantum libertate sua, et injusta domi-
natione. Nam elegantius in subau-
ditur utrobique. Quare crediderim,
sic scripsisse Livium: exp. quanto
fortior dolor libertate sua vind. quam
cup. injusta dom. esset. Rhen. Rhenanus,
qui putat, partielas duas in
tollendas esse, idem non sensit, vo-
cem huic sententiae deesse, quæ est
in vet. libris, in injusta dominatione re-
tinenda esset. Sigon. Quanto ferocior
dolor in lib. sua vind. quam cup. in in-
justa dom. esset est lectio Pal. primi,
neque abit multum Pal. 3. douatione
perperam scriptum ferens. Ego cum
Sigoni præpono lectionem Pal. se-
cundi, quanto ferocior dolor in lib. sua
vind. quam cup. in injusta domin. re-
tinenda esset, ut rotundior currat an-
tithesis. Eo autem libentius amplecti-
tor hanc lectionem, quod et illam de-
derit publico ante secula fere bina
Campanns, in eo diversus tantum,
quod ex compendiosa scriptura lege-
rit fortior, quod et Andreæ contigit.
Quare jam merito ejicitur Rhenani
commentum. Sic c. 47. 'Nec alium
virum esse, cuius strenue ac feroci-
ter facta in bello plura memorari
possent: ubi tamen perperam Pal.
2. legit fortiter. Gebh. Rhenanus ex
Borb. fortior. Neque aliter Voss. 1.
Helm. Pall. Chisl. Rott. Sed et Andreas
omnesque antt. præter Jun-
tam, quem primum video secundum
Frobenium. Et satis id placet, nec
pro eo alterum desiderem. Hoc
transmittit Sigonius. At quod idem
Rhenanus præpositiones negat in eo-
dem codice fuisse, id notat; addit-
que, Rhenanum non sensisse, vocem
sententiae deesse, nempe retinenda,
quam ipse de suo libro interposuit.
Hoc vero apud me nusquam, nisi in
uno Pall. qui fere omnia Sigoniani
codicis stigmata exhibet. Voss. 1.
Quanto fortior dolor lib. sua vind.

quam cup. in injusta dom. esset. Helm. quoque *quam cup. injusta dom. es-* set: quos vides τὸ in, quod utrobi- que Borbet. fastidierat, alterum priore, alterum posteriore loco præterire. Et potest sine eo *libertate sua vindicanda* accipi pro ‘libertatem suam vindicando’: potest in seqq. commode subaudiri τὸ ‘vindicanda.’ Si malis tamen *dolor libertatis suae vindicande, quam injustæ dominationis esset*, per me licet. *J. F. Gronov.* *Fortior* ex meis codd. tres tantum exhibent Flor. Voss. 1. et Leid. 2. Unus Gaertn. utramque lectionem servat hoc modo, *quanto fortior, ferociorque dolor.* At codicis hujus librario frequentissimum fuisse, ut veram lectionem ejusque expositionem marginalem simul recipiat in contextum, videbimus ad iv. 55. § 5. Reliqui, quos consului, *ferocior* servant: at *fortior* est etiam in Neapol. Latinii et priscis excusis, quod mutavit non Juntas, sed trien- nio antiquior Aldus. Præterea ex præmissa Gebhardi nota patet, Suffr. Sixtinum, qui excerptas ex Gebhardo trium Pall. codd. lectiones Gronovio subministravit, hic aliquid hu- mani passum esse, quum Gebhardus aperte testetur, illos *ferocior* præferre, eorumque consensu Rhenanum *fortior* substituentem refellat. Et sane *ferocior* verius videtur, licet aliud placuerit Giphan. Observ. in Ling. Lat. in voce ‘*Fortis.*’ Dictio illa ‘*fe- rox*’ ambiguae est significationis, et non modo iumanem, savium, barba- rum, superbum, sed quoque fortem, bellicosum notat, etiam apud Liv. ut i. 12. ‘In eum hæc gloriantem cum globo ferocissimorum juvenum Romulus inpetum facit.’ xxviii. 42. ‘Circa Iberum exercitus patris pa- truique tui, post anios imperatores ferociores et calamitate ipsa.’ xxxvi. 17. ‘Illic Macedones Thracesque et Illyri erant, ferocissimæ omnes gen- tes; hic Syri et Asiatici Græci sunt, levissima genera hominum et servi-

tuti nata:’ quo sensu *virtutem ac fe- rociam* junxit ix. 6. ‘Cepisse enim eos non Roman, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque.’ Vide Cortium ad Sall. Catil. c. 11. et ad Jug. c. 106. Eo ergo sensu vo- cem hoc loco sumi, margini exposi- tionis caussa adscripto vocabulo ‘*for- tior,*’ primo monitum fuerat. Indoc- tus postea scriba, eam pro varia lec- tione habens, et ‘*ferox*’ bono sensu ponи nesciens, ac propterea ‘*fortior*’ melius sensui convenire existimans, illud in contextum recepit: qui error et alibi sæpe commissus est. Vide ad xxviii. 42. § 4. Id ergo primum; censeo vocem *ferocior* servandam. Præterea qm̄, id est, *quam ferocior*, habet Port. quod dormitantis est li- brarii. Tum in priori loco non ag- noscunt ex meis, præter Voss. 1. etiam Leid. 1. Sed neutro loco Leid. 2. et Port. nisi quod in posteriori a m. sec. priori loco adscribatur, et ab eodem etiam exsulet vox *cupiditas*; adeoque, fere ut Gronovius in fine adnotationis volebat, præferat *fero- cior dolor lib. sua vind. quam injusta dom. esset.* Præpositionem in utro- que loco etiam omittit Flor. verum is insuper legit *cupiditas injusta domina- tem esse*, pro quo postea emendatur *dominationis*; ut velit *quanto fortior dolor lib. sua vind. quam cup. injusta domina- tionis esset.* Denique recte Gronovius τὸ retinenda, a Signo ad- ditum, iterum expungendum, et ad ultima verba *cupiditas injusta domina- tione esset* ex præcedentibus ‘*vin- dicanda*’ subintelligendum monuit. Miror Gebhardum, cui Pal. secundi cum Signiano codice adversus alio- rum lectionem consensu ubique sus- spectus fuit, hic ab instituto descri- visse, et tam incertæ fidei MSS. ad- hærere potuisse. Tanto magis mihi persuadetur, τὸ retinenda scribarum mangonium esse, quod ex meis etiam non alii eam vocem servent, quam

Harl. 2. et Hav. per omnia Siganiano et Pal. secundo similes. Puto igitur legendum *exp.*, quanto ferocior dolor lib. sua rind, quam cup. injusta dom. esset. Eamdem, quam hoc loco, sententiam ita extulit Liv. vi. 18. ‘Acrius crederem vos pro libertate, quam illos pro dominatione certaturos.’ Et Justin. xxx. 4. ‘Tanto fortius hoc bellum, quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio ca-
rior.’

§ 8 *De bello Sabino eo referre]* Lege, ut habent omnes, eos. Gebh. *Eo operarum errore editum erat in Gruteriana a. 1608.* quod Parisienses a. 1625. servarunt. Sed ab omnibus recentioribus, etiam ab ipso Grutero triennio postea, recte emendatum est.

Tanquam majus ullum populo Romano bellum sit] *Populi Romani bellum sit* Leid. 2. et Gaertn. Forte ambiguae scriptum fuerat *po. Ro.* idque librariis errandi causa exstitit, nescientibus quemadmodum plene efferrari deberet, ut saepe alibi factum est. Vide ad xxxix. 47. § 10.

Quam cum iis, qui legum ferendarum caussa creati] Aberat primo a Pal. 2. *rō caussa*. Gebh. *Quam in iis* priscae edd. usque ad Aldum. Deditissent saltem *quam in eos*: de qua locutione vide ad Epit. Liv. lib. xxi. Aldus vero primus *quam cum iis* vulgavit. Et ita omnes præferunt codd. nisi quod plerique *quam cum his*, vel *quam cum hiis* obferant, Flor. autem *quam cum is* eodem modo quo saepe *Di*, pro *Dii*, in MSS. obcurrit. Vide ad v. 14. § 4. *idem*, pro *iudem*. Vide ad xl. 22. § 14. Similia alia videri possunt ad xxxviii. 27. § 8. Deinde *legum reverendarum caussa creati* Leid. 2. *legum ferendarum creati* fragm. Hav. a m. pr. quod non spernendum putarem, si plures codd. addicerent. Aliibi enim Livius ita loqui amavit. Vide ad xxxi. 12. § 4. Nunc vero, quum non modo alii codd. *rō caussa* seruent, sed et in ipso fragm. Hav. a m.

sec. adscriptum sit, nihil innovandum puto. Mox *relinquerint*, pro *reliquirint*, Leid. 2. Hav. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *reliquerant* Harl. 2. *relinquerent* Gaertn.

Quod unum *exequendæ sit libertatis*] Lege *exæquandæ ex vet. lib. Sigan.* *Exsequendæ a Siganio rejectum* inveni in Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Reliqui cum omnibus, quas vidi, edd. recte habent *exæquandæ*; quo verbo alibi saepe Livius usus est. Lib. xxxvii. c. 29. ‘Vidit, non posse exæquare ordinem Romanos.’ XLV. 38. ‘Erubescamus, gloria si par illis viris L. Paullus injuria vestra exæqueatur.’ Ita et ‘*exæquatio*’ obcurrit xxxiv. 4. ‘Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuples.’ Sæpe vero ‘*exæquare*’ et ‘*exsequi*’ in MSS. commutantur. Exemplum habnimus III. 5. § 12. Vide etiam viros doctos ad Sall. Cat. cap. 3. Deinde *exæquandæ libertatis sit*, in aliud ordinem redactis vocabulis, Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. Tum sustulerunt, pro *sustulerint*, Harl. 2. *substulerunt* Lipsiens. Mox etiam *regum imperium*, pro *regium imp.* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad xxxii. 6. § 6.

§ 9 *Fuisse, regibus exactis, patricios magistratus*] *Regibus exhaustis* Klockian. Sæpius hæc verba in MSS. funerunt commutata. Ita apud Luca-num Nic. Heinsius in octo codd. scriptis invenit v. 44. ‘nostrum ex-acto jus claudit anno:’ ubi vulgo nunc editur *exhausto anno*. *Exacto* etiam in quibusdam suorum codicium invenerunt Cortius et Oudendorp. Id autem ille pro alterius interpretatione habebat; huius autem codicum lectio non displicebat, quod dubitaret an ita simpliciter ‘*exhaustus annus*’ pro finito, peracto, ad finem perducto, ponи posset. Similiter VII. 490. ‘Sed quota pars cladi jaculis ferroque volanti *Exacta est*:’ ubi iterum Heinsius in uno codice reperiit *Exhausta est*. Vide etiam Bur-

mann. ad Nason. Art. Am. i. 771. Met. XII. 161. et Fast. v. 387. Hie vero vulgatum servandum esse, nullus non videt, tum quod exhaustis regibus, pro ejectis, Latine dici nequeat; tum quod sollemnis sit locutio 'regibus exactis,' 'post reges exactos.' Vide ad II. 2. § 11.

Post secessionem plebis] Post execusionem plebis Gaertn. Sed scribæ errore. 'Scedere' enim et 'secessio' in hac re propria sunt vocabula. Supra II. 32. 'Injussu consulū in Sacrum montem secessisse:' et mox, 'In Aventium montem secessionem factam esse.' c. 33. 'Per secessionem plebis Sp. Cassius et Postumus Cominius consulatum inierunt.' cap. 34. 'Scedat nunc, avocet plebem:' et mox, 'Potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem coli prohibeant.' Hoc lib. c. 51. 'Secessio ab decemviris facta est.' XXXIV. 2. 'Si, ut plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendæ sunt.' Et ita millies apud Livium aliosque.

Cujus illi partis essent, rogitate? Populares? quid enim eos per populum egisse? Optimatum? Cujus illi partes essent Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. Cujus ille vel illæ partis essent Harl. 2. et Gaertn. Deinde Popularis et Optimatum Harl. 2. et Hav. ut sit 'partis popularis,' 'partis optimatum.' Optimatum habet etiam Port. a m. sec. Tum quid est eos per pop. egisse Voss. 2. quid enim per pop. eos egisse Port.

Qui anno prope jam senatum non habuerint? Est in veteri qui anno jam prope. Rhen. Qui animo jam prope sen. habuerint Voss. 1. at in margine quo animo. Voces *aūs* et *aūs*, sive *animus* et *annus*, passim a librariis confunduntur. Vide ad XXXII. 5. § 2. Td non deficit etiam in Gaertn. Ordo vero verborum, quem Rhenanus in suo invenit, etiam in omnibus nostris servatur. Deinde habuerunt Hav.

Mox autem tum ita hab. pro tunc ita hab. Lipsiens. Vide ad II. 12. § 15.

Ut de republica loqui prohibeant] De re publice loqui Leid. 1. aberrante librario.

§ 10 *Graviora, quæ patientur, ride ri jam hominibus, quam quæ metuant]* Grav. quæ pat., jam hom. voce deficiente, Leid. 2. ut intelligatur verbum 'esse,' quod sæpe omittitur. Sed alterum præfero. Præterea quam quæ metuebunt male Voss. 1. neque recens quæq; metuunt Klockian.

CAP. XL. § 1 *Nec, quo evasura res esset, cernereunt]* Ne quo evasura res esset Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. ubi ne capi potest pro 'ne quidem.' Vide Sigonium ad XXXIII. 49. § 3. Potius tamen vulgatum servo. Præterea quo res ev. esset Harl. 2.

§ 2 *C. Claudii, qui patruus Appii decemviri erat, oratio fuit]* C. Claudii, &c. oratio fuit Voss. 1. Leid. 1. Flor. Harl. 1. et Lipsiens. Vide ad XXXVIII. 27. § 8. C. Cornelio Claudio, &c. oratio fuit Voss. 2. C. Claudio oratio fuit fragm. Hav. a m. pr. Deinde qui Appius patruus dee. erat Voss. 2. qui in hac periodo culpa librarii admodum mendosus est.

Oratio fuit precibus, quam jurgio, similior] Antiqua lectio or. fuit prec., quam jurgio, similis. Subauditur adverbium 'magis,' vel 'potius.' Rhen. Pall. tres et ehd. duæ antiquissimæ quam jurgio similis. Gebh. Precibus, quam jurgio, similis etiam omnes mei, ut et editi ante Ascensionem, qui a. 1513. similior, invitatis MSS. substituit. Est autem locutio et Livio et aliis scriptoribus admodum frequens. Vide ad XXXIV. 49. § 10. Ceterum quanta festinatione ac negligentia Doujatinus priores commentatores consuluerit, hic locus testis est, ad quem notare sustinuit, in veteri codice Rhenani esse precibus, quam jurgio, similior. Contrarium ipse Rhenanus docet.

Orantis per sui fratris parentisque ejus manes] Perorantis Pall. tres et

edd. duæ antiquissimæ. *Gebh. Perorantes Lipsiens.* *perorantis* autem etiam Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. omnesque edd. usqne ad Frobenium; pro quo Gronovius priori ed. notarum ad Liv. xxix. 18. scribendum censebat, *quam jurgio similis, per, orantis, sui fratris parentisque ejus manes, multis exemplis docens, veteres in deprecationibus obtestationibusque inter præpositionem ejusque casum alia vocabula interponere amasse*; harum autem elegantiarum inperitos librarios, quibus ordo verborum nimis turbatus videbatur, passim similia loca corrupisse. Et ita etiam Klockius in margine scribendum conjectit. Verum recte Gronovius postea conjecturam hanc omisit. Nam, ut ipse bene observat, soliti fuerunt optimi scriptores inter præpositionem ejusque casus tantum vel unum vel dno pronomina interponere. Certe in magna plurimorum exemplorum, quæ ibi laudantur, sylloge nullum obcurrit, ubi verbum, ut hic fieret, interponitur. Verior itaque est vulgata scriptura *orantis* exhibens, quam Frobenius primus a. 1535. recepit, et tenuit Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. Ceterum ῥδ ejus non adparet in Leid. 2. Sed transponit Harl. 2. hoc modo, *parentisque manes ejus*.

§ 3 *Fæderis nefarie icti cum collegis meminisset*] *Nefarie uti male Lipsiens. Præterea præpositio cum exsulat a Voss. 2. quæ (præsertim si conlegis scriptum fuerit) ab ejusdem istius vocis syllaba initiali elidi potuit.* Vide hoc lib. ad c. 69. § 5.

§ 4 *Si a volentibus nequeat, ab invitatis ius expediturum*] *A nolentibus male Voss. 2. Vide ad xxxix. 15. § 11. Deinde ῥδ nequeat deest in Leid. 2. pro quo nequeant habet Hav. Præterea Ant. Periz. malehat in margine cod. sui repetiturum. Sed ita jami olim edidit Ascensius a. 1510. Trienio tamen ac sexcen-*

Delph. et Var. Clas.

nio postea, quasi facti pœniteret, aut certe de lectione, quam receperat, dubitaret, eamdem quidem lectionem in contextum servavit, priscam tamen in margine conspici voluit. Reliqui et editi et scripti vulgatum servant, nisi quod Voss. 2. male habeat *experituram*. Paullo ante voces *Quippe rempublicam negligientia scribæ exsulant a Gaertn. Præterea in verbis seqq. earum adventum, pro ear. eventum, Gaertn.*

§ 5 *Quum aliud, præterquam de quo retulissent*] *Propter quam Harl. 1. Vide ad iv. 61. § 10. Deinde de eo retulissent Lipsiens. et Port. decor et tulissent Leid. 1. inperite in voces distributis literis, quæ olim unica serie scriptæ fuerant.*

§ 6 *Claudii interpellandi verecundia fuit*] *Quidam genitivum *Claudii* in accusativum mutarunt *Claudium*, quod cum præcedentibus verbis nescio ut quadret: si quidem decemviri, præterquam de quo retulissent, dicere prohibebant: nisi quis dicat, alias quidem prohibebant, *Claudium* autem propter auctoritatem verecundia fuit interpellandi: idque verisimile, nam et Dionysius longissimam ejus orationem refert. Glar. In priscis excusis modo *Claudii*, modo *Claudium* prostat. Posterius vero constanter in scriptis obtinet. In quo quid Glareano displicere potuerit, non video; neque etiam quomodo *Claudii* convenire posset, si *Claudium* cum verbis præcessit. non quadraret.*

§ 7 *Alia sententia asperior in speciem*] *In spē Hav. in spēm Voss. 1. qui in margine, ut et Flor. in contextu a m. sec. præfert in specie: quod etiam habet Harl. 2. sed iterum in margine Leid. 2. qui ceteroquin in contextu in speciem. Supra iii. 9. ‘Dilataque in speciem actione, re ipsa sublata, consules extemplo arcessiti.’ vi. 14. ‘Non enim jam orationes modo Manlii, sed facta*

Livius.

20 C

popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, erant intuenda.' iv. 42. 'Nec precibus tribunorum, quæ in speciem modo jacentur, sed auxilio confidere reum.' 'Spes' autem et 'species' infinitis locis in MSS. commutantur. Vide ad III. 9. § 13.

*Quæ patricios coire ad prodendum interregem jubebat] Pall. 1. ac 3. quæ patricios connivere. Pal. 2. convenire. Gebh. Certe, pro coire, est in Voss. 1. comovere in Leid. 1. coñivere in fragm. Hav. conivere in Flor. et Harl. 1. convenire in Voss. 2. Harl. 2. Port. Hav. Lipsiens. et Gaertn. quod natum est ex glossa, similiter ac *conventus* ex interpretatione τοῦ κατός XXXIX. 15. § 12. Proprium autem in hac re verbum 'coire.' Infra IV. 7. 'Patricii, quum sine curuli magistratu respublica esset, coiere, et interregem creavere.' c. 43. 'Modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus.' Praeterea *interregnū* habet Leid. 1. in marg. jubeat autem Lipsiens.*

*Censendo enim, quoscumque magistratus esse, qui senatum huberent, judecabant] Et hic perquam obscurus est sermo: sed probat, C. Claudii sententiam re asperiorē fuisse, quam aliorum, quod decemviros prorsus privatos censebat. Aliam autem, aliquo adhuc in magistratu esse, utrumque admittere: *quoscumque* igitur ita accepit, ut nunc vulgo *qualescumque* dicimus. Glar. Habet exemplar Buslidianum *concedendo*, sed male. Ceterum, quia istius loci magna obscuritas, non gravabor explicare. Prima sententia fuit, ne aliquod senatusconsultum fieret; quod indicabat oblique, eos, qui senatum coëgissent, privatos esse, nec habuisse jus convocandi senatum; jam, senatu illegitime coacto, non potuit rite fieri senatusconsultum. Secunda sententia fuit, ut patricii coirent*

ad prodendum interregem; quod ide aspernum in speciem, quia declarabat decemviros, qui summan potestatem usurpaverant, non esse consularis imperii. Interregnū enim celebratur, ubi novi consules creandi sunt, quod veteres vel magistratu abierint, vel præmortui sint. Sed quia auctor istius sententiæ senatusconsultum vult fieri de prodendo interrege, indicat, eos aliquo modo esse magistratus, qui senatum rite coëgissent, licet eos consularis esse potestatis pernegaret. Alios enim magistratus, praeter consules, senatum in curiam citare posse, passim liquet. Prima ergo sententia verbis lenior, re asperior, quæ decemviros nullos magistratus censebat; secunda verbis atiōcior, re mitior, quæ et in aliquo numero magistratum reponebat. *Nannius*. In antiquo exemplari scriptum vidi concedendo; sed non placet. Quia tamen loci hujus, vel me taceente, magna obscuritas est, ita explicandum censeo. Duae hic sententiæ. Prima fuit, ne aliquod senatusconsultum fieret: quod indicabat oblique, eos, qui senatum coëgissent, privatos esse, nec habuisse jus convocandi senatum. Jam senatu illegitime coacto non potuit rite fieri senatusconsultum. Secunda sententia fuit, ut patricii coirent ad prodendum interregem. Quod ideo asperum in speciem, quia declarabat, decemviros, qui summan potestatem usurpaverant, nou esse consularis imperii. Interregnū enim celebratur, ubi novi consules creandi sunt, quod veteres vel magistratu abierint, vel præmortui sint. Sed quia auctor istius sententiæ senatusconsultum vult fieri de prodendo rege, indicat eos aliquo modo esse magistratus, qui senatum rite coëgissent, licet eos consularis esse potestatis pernegaret. Alios enim magistratus, praeter consules, senatum in curiam citare posse, passim liquet. Prima igitur sententia

verbis lenior, re asperior; quæ decemviro nullus magistratus censebat: secunda verbis atrocior, remittior; quæ eos in aliquo numero magistratum reponebat. A. Schottus, Observ. Human. III. 38. Lego censendos enim quoscumque mag. esse, qui sen. hab. judicabant. Et certe, quem postea inspexi, Francofurten-sis liber a. 1568. censendos clare præfert. Vel lego, cendum enim, quoscumque mag. esse, qui sen. hab., judicabant. ‘Censere’ autem ‘aliquem magistratum’ hic est pro magistratu habere. Klock. quem etiam vide in Sylloge Epist. quas Burmann. edidit tom. I. p. 392. Vitium, puto, est in Pal. 3. consendo. A. Schottus in antiquo exemplari vidit concedendo: quod tamen ipsi non placet. Quonodo hunc locum interpretetur, vide Observ. III. 38. Gebh. In Schotti interpretatione, qua meliorem non invenio, una difficultas est, quod, si haec eo sensu accipiuntur, oratio non bene procedit, quæ videtur postulare ita enim censendo; vel hoc enim censendo. Credo locum non satis simum esse. Duk. Concedendo etiam inveni in Leid. 2. quod et Voss. 1. in margine præfert: concensendo habet Lipsiens. censebat enim non eos mag. esse, qui hab. sen. ultima voce judicabat omissa, Harl. 2. et Hav. contra mentem Livii. Et tamen Sigonius, qui hanc lectionem etiam in vett. exemplaribus invenerat, eamdem in priori ed. Scholiorum probavit, et in contextum recepit. Sed recte iteratis curis conjecturam induxit, ac veterem scripturam pristino loco restituit. Sensus autem Livii recte quidem Schottus adsecutus est, sed non modo hujus loci expositionem, verum etiam pene ipsa quibus proponitur verba pudendo plagio Nannio sublegit, quod crimen postea hoc libro non semel animadvertisse potest. Ceterum non eos, pro quoscumque, etiam Port. a m. sec.

enm ipsis vestigiis erasa, quæ prins exstiterat, scriptura. Tum *magistratus est* Harl. 1. *judicabat* etiam manus interpolatrix in Port. induxerat, quum olim *judicabant* scriptum fuisset: *judicabant* etiam superest in Voss. utroque, Leid. 2. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. Id autem si quis vulgato præferat, per me licebit. Ego tamen cum Leid. 1. et Flor. judicabat malo, idque ob verba seqq. ‘quos privatos fecerat auctor nullius senatusconsulti faciendi:’ inde enim vocem ‘auctor’ retraho etiam ad verbum ‘jndicabat:’ ut ita auctores ntriusque sententiæ, quodque ex ea sententia profuebat, inter se obponantur; non vero omnes, qui alteram sententi sunt, nisi alterius sententiæ auctori. Denique *haberent senatum* inverso ordine Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et Lipsiens. In verbis seqq. vocem *privatos* male omittit Lipsiens.

§ 8 *Ita labante jam caussa decemvirorum*] Tres MSS. *labente*. Gebh. *Ita labente* jam caussa Voss. ambo, Leid. 2. Harl. uterque, Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et N. et priscæ edd. Similiter se quoque in vet. lib. invenisse, Sigonius priore ed. Scholiorum testatus est. *Ita se habente* jam caussa Gaertn. *Ita habente* jam caussa Leid. 1. Lipsiens. et Port. qui tamen in margine præfert *labante*, ut habet Flor. Ea autem vera est scriptura, quam Frobenius primus a. 1535. recepit, et post eum omnes recentiores, præter Sigonium. Solent autem inter se confundi ‘*labans*’ et ‘*labens*.’ Vide ad Præfat. § 9. ubi Gronov. recte discrimen inter utraque vocabula docnit; unde patet *labente*, quod Sigonius recepit, (et, licet codicis lectionem priori ed. memoratam postea expunxisset, tamen in iteratis edd. servavit,) hic admitti non posse. Nam eo tantum adducti erant decemviri, ut eorum potestas nutaret, nondum tamen laberetur.

*Ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset] Non quidem improbo consulto. Sæpe enim in primis ita Cæsar locutus est: et ita *inconsulto* præferunt antiquæ edd. II. 37. ‘Horret animus, ne quid inconsulto ac temere fiat:’ ubi tamen nunc *inconsulte* circumfertur. Id tamen dubitacionem injicit, quod Port. in enjus contextu illa vox omissa est, ejus loco in margine præferat *consultu*: quod, si plures codd. accederent, non frustra librario in mentem venisse existimarem. Id enim alibi Livio vindicavit vir summus J. F. Gronovius. Vide hoc lib. ad c. 62. § 2. Deinde *senatus esset* Gaertn. errore librarii. Voces etiam *servatus esset*, *simulando* omituntur in Flor. Insuper *simulando curam viri*, pro *simulando curam belli*, male est in Klockian.*

§ 9 *Quonam fato incidisset, mirari se dictitans]* *Quonam facto* Voss. 2. Leid. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. Simile fere, quod supra habuimus hoc lib. cap. 19. ‘Nescio quo fato, magis bellantes, quam pacati, propitios habemus Deos.’ xxvi. 41. ‘Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi viceirmus.’ Solent autem ‘fata’ et ‘facta’ passim in MSS. confundi. Vide quæ notavi ad Silii Ital. I. 277. Adde ad II. 8. § 8. c. 44. § 12. hoc lib. ad c. 19. § 12. ad v. 15. § 4. c. 19. § 1. c. 22. § 8. cap. 32. § 7. et alibi: etiam Muret. ad Cic. Philipp. II. 1. Ceterum *vidisset*, pro *incidisset*, est a m. pr. in contextu Lipsiens.

Mirari se dictitans, ut decemviros, qui decemviratum petissent, aut socii, aut hi maxime, oppugnarent] Nisi ita ordinemus, *mirari se dict.*, *ut aut socii, aut hi, qui dec. petissent, maxime opp. decemviros*, non video, quis sensus hic elici queat. Est autem dura composition. Glar. Lego, *cur decemviros, qui dec. petissent socii, et hi maxime opp.* Vel, *cur decemviros, qui dec. et socii petissent, et hi maxime opp.* Klock.

quem etiam vide in Syllog. Epist. Burmanni tom. I. p. 392. Nulla hic difficultas Glareanum morari potuit, nisi quam ipse sibi fecit. Nempe id ei negotium facessit, quod non observarit, Livium hic more suo omisisse pronomen demonstrativum: id si addas, *ut decemviros illi, qui decemviratum petissent*, jam locus erit facilissimus; enjus sensum tamen neque Donjatins adsecutus est. Existimat enim L. Cornelium Maluginensem dicere mirari se, qua ratione acciderit, ut ii qui aut primo anno socii decemvitorum fuissent, quique secundo anno magna contentione petiissent decemviratum, ii nunc, vel soli, vel præ ceteris, obpugnat decemviros. Per ‘socios’ itaque intelligit decemvitorum primo anno collegas, quod mihi secus videtur. Potius enim, ut puto, se mirari simulat, unde evenerit ut decemviros obpugnant illi, vel qui ipsi honorem decemviratus ambiassent, vel eorum qui ambiassent socii et amici, vel ex sociorum et amicorum numero hi maxime, nempe L. Valerius Potitus et M. Horatius Barbatus. Klockius *cur decemviros legens*, credit id pendere ex proximo *mirari*. Sed male. Nam ordo est *dictitans se mirari, quonam fato incidisset, ut decemviros: ubi τῷ cur locus esse nequit*. Ceterum *petiissent* habet Port. a m. sec. Et id voluit librarius Gaertn. qui tamen corrupte dedit *percisset*. Idem etiam solii, pro socii, præfert. Denique *op. pugnarunt, pro oppugnarent*, Flor.

§ 10 *Aut quid ita, quum per tot mensas vacua civitate nemo, &c. controversiam fecerit, nunc demum]* Voces quum et nunc, quam constanter servant omnes codd. male omittebantur in vetustioribus edd. Sine quibus quum sensus non cohæreat, recte eas Aldus contextui addidit. Præterea fecerint etiam principes excusi, quod in uno tantum Klockian. ohviam fuit, quum reliqui recte præferant fecerit.

Et ita jam ediderunt Mediolanenses an. 1505. eosque secuti Ascensius, Moguntini, Cervicornus, et recentiores alii omnes.

Nisi quod in turbido minus perspicuum fore potest, quid agatur? Legerim nisi in turbis, vel nisi quo in turbis, vel in turbido minus perspicuum, &c. Quo valet ‘cui.’ Cominus est statim, sine intermissione, illico, ex templo. Virgil. Georg. I. 104. ‘jacto qui semine cominus arva Insequitur.’ Eodem sensu cominus positum invenies in l. 137. in princ. D. de Verb. Oblig. I. 3. de Pignor. I. 3. de Pignor. Act. Vide Cujac. Observ. XI. 39. Quid agatur expono, quid agi debeat. Livius XLIV. 33. ‘Ubi omnibus simul pronunciaretur, quod fieret?’ id est, quod fieri deberet. Eodem lib. cap. 41. ‘Quum agi, non quemadmodum agantur, edisseri oportet.’ Cic. pro Mur. cap. 38. ‘Est tuum, M. Cato, videre quid agatur.’ Vell. Pat. II. 113. ‘Optimus eorum, quae agebantur, judex.’ Tum in turbido esse dixit Seneca Ep. III. a fine. Klock. quem etiam vide in sylloge Epist. quas edidit Burmann. tom. I. pag. 392. Klockius nodum in scirpo querit. Sensus enim vulgatae lectionis planus et apertus est. Malugineus Valerio et Horatio exprobavit, eos hoc tempore potius, quam antea, decemviris controversiam fecisse justine magistratus summae rerum praesent, quod putarent, circumstrepente bellorum tumultu homines ad consilium suum animum non adversuros. Si conjecturæ ejus recipientur, vix commodus sensus ex verbis Livii elici poterit: *u'quid, pro nisi quod, habet Gaertn. ubi quod Lip-siens. nisi quid Leid. I. nisi quidem Hav.* Deinde in turbido; ut apud Tac. Hist. I. 21. ‘Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul existimulabant.’ Ei, quod hic ‘in turbido’ dicit, infra hoc cap. § 11. ‘in tran-

quillum redigere’ obponitur: ‘Sibi placere, de eo, quod Valerius Horatiusque ante Idus Maias decemviro abisse magistratu insimulent, hellis, quæ innineant, perfectis, republica in tranquillum redacta, senatu disceptante, agi.’ Id agatur, pro quid agatur, Harl. 2. et Port. a m. sec. erasa, quæ prius exstiterat, scriptura. Ad quid agatur Hav. id quod agatur Hearnii Oxon. B. Eamdem lectionem Siganus quoque prima Scholiorum ed. non modo se in vet. lib. invenisse testatus est, sed etiam ei locum in contextu dedit. Postea vero iteratis curis id Scholion quidem induxit, lectionem tamen codicis servavit.

§ 11 *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum ex se præjudicium rei tantæ auferre*] Ausim jurare, hunc Livii locum vitiatum esse, tametsi nenumque stat sensus, ut error nemo sentiat. Habet exemplar Vormaciense, verum esse præj. tantæ rei auferri. Lego, ceterum nemini non majore cura occ. an., verum esse, præj. tantæ rei auferri. Sensus est: Verum esse, nec posse negari, nemini non auferri præjudicium rei tantæ, ideo quod animi majore cura sint occupati. Porro præj. rei tantæ eleganter vocat opinionem et sententiam, qnam senator prius in animo suo conceptam habet, plane dignam tanta re. Rhen. Pro esse invenio quibusdam in libris posse, quod magis placet. Cod. Moguntinus habebat ex sc, pro esse: quod deinde plures secuti sunt. Glar. Verba Livii ita se habent in vett. libris: *maj. cur. occ. an., verum esse, præj. tantæ rei afferre:* quorum haec est sententia. ‘Non esse verum,’ id est, non esse æquum, afferre præjudicium tantæ rei. Ita proferunt loquendi hanc formulam omnes veteres, Horatius, Cæsar, Cicero, et alii, nti notum est. Id non intelligens Siganus meras affert nugas, ut quilibet videre potest. Nam ita emen-

dat, *maj. c. occ. an., verum esse; præj. tantæ rei differri posse*: id est, neminem, quid vere sentiat, dicere. Quid afferit in medium Sigonius contra hæc? aut quomodo jam inficiari poterit se indoctum esse? *Robortell.* de Convñ. Supput. Liviana pag. 7. Bona verba, Robortelle, et audi demum, quid Sigonius, si non 'in medium,' at ad extremum proferat. Cum in libro, quem omnium optimum ac pulcherrimum Lutetiae Vasconus excudit, (enim enim milii corrigendum justis multis de caassis sumseram,) hunc locum ita legi videbam, *verum esse præjudicium rei tantæ auferri*; Rhenanum autem ita repudnere, *Ceterum nemini non, majore cura occ. an., verum præj. rei tantæ auferri*; Glareanum vero, pro *verum esse, verum posse restituere*; enique neuter eorum satis milii, quod vellet, probaret; ex anctoritate MSS. librorum ita legendum statui: *occ. an., verum esse; præj. tantæ rei differri posse*; hoc sensu: Retulerant decemviri de bello Sabino. Senatores, interrogati sententiam, nihil de bello dixerant; de decemvirorum injusto imperio dixerant: ad ultimum L. Cornelius, M. Cornelii decemviri frater, dixit, *occ. an., verum esse; præj. rei tantæ differri posse*; id est, neminem senatorum vere statuere de magistratu decemvirorum, majore belli instantis cura implicatum, posse, judicium rei tantæ in aliud tempus differri posse: nunc de bello consultandum esse: ita ut posse bis acciperetur: quæ sententia satis, ut etiam nunc video, bona est. Sed cum, postquam illud scripseram, aliam æque fortasse homini excoitassem, curavi secundam imprimendam: *occ. an., verum esse, præj. rei tantæ auferri*, id est, æquum esse, cum belli majore cura implicati animi sint, neminem afferre præjudicium tantæ rei, decemviralis imperii abrogandi. Cum autem tu, dum verba Livii et mea scholia studiose com-

paras, hauc lectionem alienam esse ab ea, quam in scholis tradidi, compereris; adhibito judicio unam approbasti, alteram rejecisti, et, quod meum fuit, callide fecisti tuum. Nam quod ais, me ignorare *verum* pro 'æquo' sæpe poni, parum vere aut æque facis. Ego enim hoc ipsum in Scholis XL. 16. scripsi, ubi *verius esse*, pro 'æquins esse,' dnobus Livianis exemplis confirmavi. *Sigon.* Emend. I. 2, p. 145. Lego *occ. an., verum esse præjudicium rei tantæ auferre*. Vox illa *Cæterum hic capitur pro 'alioquin,' 'alias.'* Vide Ant. Govean. Var. Leet. I. 1. et Brisson. in Lexie. illa voce. *Verum esse* hic æquum, honestum, decorum, rectum, probum esse, significat. Cæsar Bell. Gall. IV. 8. 'Neque *verum esse*, qui suos fines tueri non poterint, alienos occupare.' Et ita millies Sallust. Hor. Epist. I. 7. 98. 'Metiri se quemque suo modulo ac pede, *verum est.*' Priscian. XVIII. p. 1180. 'Nostri quoque *verum* pro 'justo,' et 'justum' pro 'vero,' frequenter ponunt. Virgil. Æn. XII. 694. 'me verius unum Pro vobis fœdus luere, et decernere ferro.' 'Verius' dixit pro 'justius' Cic. pro Muren. c. 35. 'Negat *verum esse*, alici benevolentiam cibo.' Vide ad II. 48. Ne quis vero de emendatione mea dubitet, magno me gaudio postea ita hunc locum emendatum et explicatum apud Robortellum legi. *Klock.* Quia in Pall. I. ac 3. *occ. an., verum esse, præj. rei tantæ auferri*, ut et edidit Andreas; dein in Pal. 2. *neminem*, (ad marginem *nemini*,) *majore cura occ. an., verum esse, præj. rei tantæ differri posse*; putavi legi commode posse, *Ceterum non nemini, majore cura occ. an., verum esse, præj. rei tantæ auferri*. Quod occupatum ab Rhenano eidem rescribo. Vulgata lectio mustea est, ignorata vetustioribus libris. *Gebh.* Vide hic Rhenanum et Sigonium. Ut misere inoluntur doctissimi viri! ille quidem refingit, *Ceterum nemini non,*

majore cura occ. an., verum esse, præj. tantæ rei auferri: alter antem, verum esse: præj. tantæ rei differri posse. Glareanus quoque magis placere sibi *verum posse præjudicium* testatur. Quæ tamen omnia præter ipsos nemo facile intelligit, cum expeditissimi sit sensus vulgata: *justum et æquum non esse, dum præsentior alia sit magna cura, (nempe de bello Sabinorum) AE-* quorūcumque propulsando,) quemquam controversiam status movere decemviris: vel æquum esse a nemine, iure sint magistratus, an non, præjudicari. Neque enim aliter concepta sunt verba, quam *iv. 57.* ‘Non esse æquum, mandatum sibi a populo eripi honorem.’ *viii. 38.* ‘An æquum esse, deditios suos illa fertilitate atque amoenitate perfri?’ Id ipsum est, *verum esse.* Vide ad *ii. 48. J. F. Gron.* Lectio, quam Gronovius post Robortellum et Sigonium in Emendat. *i. 2.* (quam enim Gronovius ejus nomine refellit, exstitit in prima ed. Scholio- rum, et in recentioribus deinde omis- sa est,) quam igitur post eos probavit, et veriorem esse etiam creditit Giphan. Observ. in Ling. Lat. in voce ‘*Vernm est,*’ in antiquioribus edd. quas vidi, usque ad Moguntinos, qui *ex se, pro esse, dederunt,* (idemque ut reciperen, multis editoribus persuaserunt,) superest: iis tamen nullus meorum codicium consentit. Primo enim *neminem* non comparet in Voss. *2. in quo præterea Ceterum, majore cura occ. an., verum esse, præj. rei tantæ afferri exhibetur.* Verum esse *præj. rei tantæ afferri* etiam habet Voss. *1. verum esse, præj. rei tantæ auferri* Leid. ambo, Harl. *1. Gaertn.* et Hearnii Oxon. *C. quorum Leid. 2.* insuper in margine *virum esse, pro verum esse, legit.* Verum ita *præj. rei tantæ auferri* Flor. *verum esse, præj. rei tantæ auferri* Lipsiens. et fragm. Hav. in quorum posteriore id a m. sec. in *adferi*, et hoc iterum in *auferi mutatum.* Verum esse, *præj. rei tantæ*

differri Harl. *2. Port.* et Hearnii Oxon. *B. verum esse, præj. tantæ rei differri* Neapol. Latinii: *verum etiam judicem tantæ rei differri posse* Hav. Sed Gronovium, et quos dixi, recte vulgatam primarum edd. lectionem vindicasse, nullus dubito. Locutionem ‘*verum est,*’ pro æquum est, præter Gronovium, etiam alij supra inlustrarunt *ii. 48. § 2.*

*De eo, quod Valerius Horatiusque ... abisse magistratu] Est in veteri codice de eo, quo Val. Hor. non de eo, quod. Rhen. De eo, quo etiam Voss. *1. Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens.* Vide ad *xxxvi. 33. § 3.* Tum abiisse Leid. *1. Gaertn. Port. et Hav.* Denique *magistratum* Flor. Leid. ambo, Harl. *1. et Voss. 1. in enjus tamen posterioris margine repositum magistratu.* Litera *m* voici *magistratum* in fine adcrevit ex sequentis syllaba initiali. Vide hoc lib. c. *48. § 5.**

*Republica in tranquillum reducta, senatu discrepante agi] O fœdum erratum, quod prorsus sensum perdit! Scribendum *senatu* *disceptante agi.* Sensus est, bellis perfectis, et republica in tranquillum redacta, tum vacabit ut senatus disceptet, id est ambigat, contendatque ut in judicio fieri solet. Nam hæc significat ‘*discep-* *tare.*’ Rhen. *Disceptante* etiam in omnibus meis codd. inveni. Verbum autem ‘*disceptare*’ vel usurpatur de litigantibus, cum caussam apud judicem agunt; vel de ipso judice, quum partes caussam agentes audit, et de veritate ejus cognoscit, dijudicat. Vide ad *xxxviii. 35. § 1.* Rhe- nannus id verbum hoc loco priori sen- su accepisse videtur. Ego vero potius posteriori intelligerem. Ut sensus sit, senatum post bella perfecta dijudicaturum, utrum vera sint, quo- rum Valerius Horatiusque decemviros insimilent. Insuper male duo priora vocabula *bellis, que* non com- parent in Hav. *Præterea et republica in tranq. Port.* Sed copula, quam nul-*

lus præterea agnoscit, recte abesse potest. Denique mendose *reipublicæ in trang.* Leid. 1. et Hav. *republicam in trang.* Harl. 1.

§ 12 *Et jam nunc ita se parare Ap. Claudium] Etiam nunc ita se parare Lipsiens. et vett. edd. sollemni errore scribarum.* Vide ad XXXIX. 10. § 6. *et jam nunciata se parare Harl. 1. et nunc ita se pararet Ap. Claudius Harl. 2. et ita se pararet Ap. Claudius Port. a m. sec. priore lectione ita penitus expuneta, ut, quid olim scriptum fuerit non amplius adiparet. Tā jam nunc, quarum vocum male vel una, vel utræque omittebantur, in aliis omnibus constanter supersunt, et sæpe a Livio junguntur. Infra XXXI. 32. ‘Deliberationis autem ejus, cuius ipse maturitatem exspectandam pntaret, tempus ita jam nunc statui posse?’ ubi vide quæ notantur. Neque placet pararet Ap. Claudius. Nam parare Ap. Claudium pendent ex præcedenti placere. Parare ea Sp. Claudium Leid. 2. parare a S. p̄ Claudium Voss. 1. parare a. p. Claudium Harl. 1. quæ peccata librariorum habenda sunt.*

Quæ decemviris creandis decemvir ipse habuerit, sciat rationem sibi reddendum esse] Decemvirum ipse Leid. ambo, et Voss. ambo, sed Voss. 2. a m. sec. Deinde habuit Harl. eterque, Hav. et excusi antiquiores usque ad Aldum. Habu'it, id est, habuerit, scriptum fuerat; sed additam notam prætermiserunt scribæ. Vide ad XL. 14. § 10. decemvirum hnic, pro decemvir ipse Lipsiens. Præterea sciant Leid. 1. fragm. Hav. et Lipsiens.

In unum annum creati sint, an donec leges, quæ decessent, perferantur] In scripto volumine est perferrentur. Rhen. In un. an. creatis jurando nec leges, inperite in voces divisis literis, et quibusdam male mutatis, Flor. in un. ann. creati sunt Leid. 1. in un. creati sunt an. Harl. 2. in un. creati sint ann. Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et

Hav. Deinde quæ essent Lipsiens. Tum præferrentur Voss. 1. præferrentur Voss. 2. profrentur Leid. 1. et fragm. Hav. Vide mox ad § 14. præferrentur Gaertn. perferrentur Harl. 1. perferrentur Leid. 2. Harl. 2. Port. et Hav.

§ 13 *In præsentia omnia præter bellum omitti placere] In præsenti Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Male. Vide ad II. 44. § 2. Etiam male tā omitti deficit in Voss. 2. Sed mitti legunt vestuti excusi, cuius loco omitti primus Aldus dedit. Et id reliqui servant codd. Mox volgatam, pro vulgatam, Flor. Vide ad XXXIX. 53. § 2.*

Vanaque non nuncios solum, sed Tusc. culunorum etiam legatos adtulisse] Vanamque Leid. 2. fragm. Hav. Neapol. Latinii, et primæ edd. ut respiciat præcedens ‘famam vulgatam.’ Corrupti unamque Lipsiens. unaque Klockian. errore librariorum, qui ‘unus’ et ‘vanus’ sæpe permixtrunt. Vide ad VIII. 27. § 2. Sed reliquorum in receptam lectionem conspiratio persuadet, eam veriorem habendam, quam etiam Aldus in contextum admisit. Deinde non nuncium solum, sed Tusc. Port. non nuncio solum, sed Tusc. etiam legatis Voss. 1. non nuncio solum, sed Tusc. legatis Leid. 2. omissa voce etiam, qua carere possim, si plures codd. consentirent. Non nuncio solum, sed Tusc. etiam leg. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. non nuncio solum exhibet etiam Flor. Sed litera s adscripta erat inter versus, ut esset nuncios; adjectum etiam pro varia lectione erat nuncium. Ex horum codd. lectione patet, primo ultimam literam vocis nuncios interceptam fuisse a prima sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Id autem quum non conveniret sequenti voci legatos, postea ejus loco substitutum ab inperitis librariis esse legatis. Mox explor. referent, pro explor. referant, Leid. 1. a m. pr. et Port. Loco suo motis literis cretius,

pro certius, in Flor. ab initio scriptum fuerat. Sed eas transponendas esse postea ab alia manu addito signo indicatum est.

§ 14 *Delectum quoque primo tempore haberi]* Repone del. pr. quoque temp. hab. Rhen. *Dilectum Flor.* Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 1. *Tum primo quoque tempore etiam omnes mei.* Vide ad XLII. 8. § 8. Paullo ante hūt, id est, *habentur, pro habeatur, Port. habeantur* Harl. 1.

Et decemviros, quo cuique eorum videatur, exercitum ducere] Repone dec., quo cuique eorum absque particula connectrice et. Rhen. Attamen particulam connectricem habent omnes mei, præter Flor. Lipsiens. et Voss. 1. a quibus exsulat. Insuper videantur, pro videatur, perperam Harl. 1. Tò ducere librarii culpa deficit in Leid. 1.

Nec rem alias præverti] Perverti Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. Cujus erroris origo est, quod librarius non adsecutus sit notam, qua prima syllaba ejus vocis perscripta erat. Eamdem ob caussam etiam supra hoc cap. § 12. in MSS. erat preferrentur et præferrentur, pro perforantur. Vide ad IX. 10. § 7. De verbo 'prævertere' vide ad IX. 17. § 9.

CAP. XLI. § 1 *In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincentibant]* Discederent fragm. Hav. qui error jam aliquoties supra notatus est. Vide ad II. 26. § 4. *Tum juvenes Patrum* edd. principes, pro quo Aldus *juniores Patrum* substituit: neque aliter codd. nostri, nisi quod *juniores Patres* sit in Leid. 2. Male. Vide hoc lib. ad c. 15. § 2. Denique manu viri docti ad marginem ed. Curionis notatum erat, forte legendum esse erincebat; nempe L. Cornelius Maluginensis, enjus sententia in proximi capitilis fine proposita erat. Sed nihil a vulgato discedunt ulli codd. Neque etiam id mutari ne-

cesse est. Supra II. 4. 'Evincuntque instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur.' Infra v. 26. 'Patres summa ope evicerunt, ut M. Furius Camillus crearetur:' et alibi sæpe.

Ferociores iterum coorti Valerius Horatiusque vociferari] Pall. duo et edd. priscæ Ferocioresque. Pal. 2. Ferociusque. Gebh. [Vide Lect. Varr.] Ante Curionem conjunctionem que jam omiserant Basileenses a. 1539. eademque etiam, si excerptis fiden- dum, abest a Flor. Voss. utroque, Harl. 1. et Port. Contra Ferocioresque, quod post Curionem Sigonius, nullo recentiorum sequente, revo- carat, Leid. 1. uterque, Gaertn. fragm. Hav. et, quos Hearne Oxonii ex- cussit, L. 2. et N. Ferociusque Harl. 2. et Hav. quod posterius certe dis- plicet. Nam 'Ferociores coorti,' pro quo stant et plures et integriores libri, dictum est ut supra II. 35. 'Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum esset Pa- tribus:' ubi plura vide. IV. 9. 'Ad- versus quos infestior coorta optimati- um acies sequitur accensum injuria juvenem.' Si vel unus codex Mureti lectionem probaret, eam recipiendam non dubitarem, quod omnibus invitis facere non audeo. Insuper Feroci- resque iterum interim coorti Gaertn. Sed verius puto, interim tamquam variam lectionem vocis proxime præ- cedentis olim margini adjectum fu- isse, (solent enim hæc voces inter se commutari. Vide ad X. 18. § 1.) in- doctum vero librarium eam vocem deinde simul cum altera in contex- tam recepisse: quod hujus præsertim codicis descriptori familiarissimum fuisse, sæpius dictum est. Præterea vocabula tria priora cum præceden- tibus jungunt, et distinctionem, quæ post vocem evincentibant vulgo legitur, post vocem coorti transferentes Voss. 1. Leid. 2. Klockian. et Lipsiens. insuper legunt evincentibant, fer. iterum coorti. Val. enim Hor. voc. Sed Val.

Horatius voc. hoc loco etiam copula expuncta, Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Mox etiam *ut republica liceret*, omissa prepositione *de*, Lipsiens. Tum *dictaturos ad pop.* pro *dicturos ad pop.* Gaertn. et denique *si senatu*, *pro si in senatu*, fragm. Hav. a m. pr.

Neque enim sibi privatos, aut in curia, aut in concione, posse obstar] Tò sibi abest a Lipsieus. Abest etiam in Port. a m. pr. quod postea in margine adscriptum exstat. At in Hav. luxatur ordo verborum hoc modo: *Neque enim pr. aut in cur. aut in conc. obstar posse sibi.*

Neque se imaginariis fascibus eorum cessuros] *Imaginarii his fascibus eorum censuros* Klockian. *imaginariis his fascibus eorum cessuros* Gaertn. *imaginariis hiis fascibus eorum cessuros* Voss. 1. *imaginariis suis fascibus cessuros* Hav. *imaginatum hiis fascibus eos cessuros* Lipsiens.

§ 3 *Non erit melius, inquit, nisi de quo consulimus, vocem misisse]* Lectorem etiam atque etiam admonitum volumus, ut hunc locum diligenter perpendat; nam per aliquot versus corruptum puto: si quidem aliquod exemplar vetustum nactus fuerit, fortassis medelam inveniet. Expositione leve placet utecumque potuisse; sed nolumus fimos offendere. Est autem modus loquendi magistratus irati atque indignantibus, ut diceret, ‘*Non erit melius;*’ aut ‘*Proinde quies erit melius;*’ aut (ut alii legunt) ‘*quiesce erit melius;*’ quemadmodum postea dicturus est Appius c. 48. cum Virginiam adjudicaret suo tam bello clienti M. Claudio Glar. Sie hoc lib. c. 48. ‘*Proinde quiesce erit melius.*’ iv. 49. ‘*Malum quidem militibus meis, nisi quievirent.*’ Klock. Pall. 1. ac 3. *ni de quo consulimus.* Gebh. Dictum monentis (sed hic per iram, eoque turbato sermone) pro hoc, ‘*Melius erit, non misisse vocem, nisi de quo consulimus.*’ Frustra igitur Sagonius con-

tra scriptos *næ erit melius:* et hinc insultat Glareano. Infra hoc lib. Appius in tyrannico judicio c. 48. ‘*Proinde quiesce erit melius.*’ Tarentius Adelph. II. 1. 26. ‘*Ante aedeis non fecisse erit melius hic convicium.*’ Plautus Menæch. v. 2. 51. ‘*Melius sanam est, mulier, mentem sumere.*’ Piso ad Senecam ap. Tac. Ann. xv. 60. ‘*Cur Pisonem aditu arceret? melius fore, si amicitiam familiari congressu exercerissent.*’ Elian. Anim. vi. 40. ‘*Ινα μὴ προσάθωνται, ὅν θήγειν οὐκ ἔμεινον.*’ Sic *οὐ χειρόν ἐστι* eod. lib. c. 42. J. F. Gron. Ipse jam Sagonius conjecturam, quam priori scholiorum ed. proposnerat, sprevisse, et eam ob caussam in recentioribus omisso videtur. Optime vulgatum, quod et in omnibus meis manu exaratis superest, Gronovius tuetur. Solus tantum Voss. 2. *ni de quo consulimus.* Non audio igitur virum doctissimum, qui literis suis monuit, *trajecta particula non scribendum esse.* *Erit melius, nisi de quo consulimus, vocem non misisse.*

Et ad Valerium, negantem se privato reticere, licetorem accedere jussit] Monstri simile omnes mecum judicabunt, quod ad hæc verba notavit Donjatius: *Sed ad Appium, &c.* [Vid. Nott. Delph.] Sed nemo non videt, se referendum omnino ad Valerium, qui negabat, se Valerium reticere privato sc. Appio, jubenti ne senatores vocem mitterent, nisi de quo decemviri consularent. *Se privato* igitur non, ut Donjatius putavit, duo easus sexti sunt, sed prior quarto, posterior vox tertio easi accipiendæ. In dativo autem emphasis illa est, quam in eo notavit Perizon. ad Sanctii Minerv. II. 4. et ita infra xxiii. 12. ‘*Interroganti senatori, p̄eniteatne me adhuc suscepti adversus Romanos bellī, si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar:*’ ubi vide J. F. Gronov. Ceterum *privato rem dicere, pro privato reticere,* perperam Voss. 2. et fragm. Hav. a

m. pr. et ita se alibi reperisse Latinus notavit. *Privato rem reticere Gaertn.*

§ 4 *A curiae limine]* *A curia e limine* Voss. 1. et Leid. 2. τῷ ε περπεραμ a proximae vocis fine divulso.

Non (quod simulabat) consulendo diremit certamen] *Legendum non cui simulabat consulendo.* Rhen. Vet. lib. simulabat. Sigon. Pal. 2. *non quod simulabat*: at Pall. 1. ac 3. *non quid simulabat*: non discedo a vulgata. Gebh. Ego etiam Rhenanum veram lectionem restituisse puto, licet ea in nullo codicum mihi ohvia fuerit. Nam *non inquit simulabat* habet Voss. 1. *non quid simulabat* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. ambo, Klockian. et fragm. Hav. *non quod simulabat* Leid. 2. Port. Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 1. C. et N. *non qui simulabat* proxime verum Lipsiens. qui autem et *cui sæpissime confunduntur* in vett. membranis. Vide ad ix. 34. § 14. *Ceterum simulabant*, quod Siganus scholio præscripserat, enjusque loco *simulabat* in vet. lib. esse monuerat, in nullo impresso mihi obcurrit, ut mirer, in qua tandem ed. id a Sigonio inventum fuerit. Præterea dimittit certamen Flor.

Libertas non ultra vocem excessisset] *Libertas in ultro vocem a principio scriptum fuerat in Flor. in quo ultra deinde, pro ultro, emendatur ab altera manu.* Tum *accessisset* Voss. 2. errore librarii. Similiter loquitur Valer. Max. iii. 2. ex. 24. ‘Cujus opera honoresque operum ultra fidem veri excedere judicari possent?’ ad quem locum Vorstius existimat, in locutione ‘excedere ultra fidem veri’ aliquid supervacuum, et vel *ultra expungendum*, vel *se extendere*, pro *excedere*, legendum esse; quem erroris argnere hic Livii locus potest: et quidem tanto minus ibi aliquid mutandum, quia Valerius pari locutione ‘excedere supra rationem’ dixit i. 8. ex. 19. ‘Quæ quia supra

usitatam rationem excedentia attigimus, serpentis quoque a T. Livio curiose pariter ac facunde relata fiat mentio.’ Potius *se extendere*, quod in uno vel altero codice est, veræ lectionis glossema puto. Recte etiam doctissimus Torren, nihil apud Valer. mutandum vidit.

§ 5 *Consulares quoque ac seniores ab residuo tribuniciae potestatis odio]* *Vocem quoque nesciunt* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *a residuo fragm.* Hav. *ac res. tribunicio pot. odio* Harl. 1.

Postmodum ipsos decemviro] *Postmodo* Voss. 1. Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. quod, toties a Gronovio infra Livio restitutum, hic etiam tot codicum consensu recepi. Vide ad xxv. 38. § 12.

Quam invidia eorum exsurgere rursus plebem] Vox eorum deficit in Leid. 2. Tum *exsurgere rursum* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. et Hav. *exsureret rursus plebem* Gaertn.

§ 6 *Si leniter ducta res sine populari strepitu ad consules redisset]* Leviter Hav. errante librario; a quo hominum genere alibi ita sæpe peccatum est. Vide ad xxxvi. 31. § 8. Mox *ducta exsulat* a Port. quod in omnibus aliis superest, et hic ponitur pro ‘protracta,’ ut sæpe alibi. Ita iv. 53. ‘Quin res diu ducta per altercationem esset.’ Tacit. Annal. ii. 34. ‘Sermonibus variis tempus atque iter dicens, donec, propinquis Pis sonem frustra coërcentibus, deferri Augusta pecuniam, quæ petebatur, jubaret.’ Eodem sensu ‘ducere bellum’ Silius v. 97. ‘Si certare dolis, et bellum ducere cordi est:’ pariter etiam alii plures. Præterea *si len. ducta re sine pop. str. ad cons. red.* Voss. 1. et ambo Leid. *si len. ducta res sine pop. str. cons. red.* Harl. 1. et Gaertn. unde in mentem venire posset, legendum *si, len. ducta re, sine pop. str. consules redissent.* Mihi tamen nihil innovandum videtur. Passim

· enim obcurrit ‘res rediit ad Patres, ad interregnū.’ Vide ad iv. 43. § 7. Ultima litera τοῦ res intercepta est a prima seq. vocalē sine. Vide ad xxxvii. 29. § 5. Denique rediisset Port. a m. sec. reliquis invitīs. Vide ad viii. 2. § 4. rediissent Flor. Sed ita legendū etiam foret leniter duc-tāres. Hic illud non necesse esse, patet ex iis quæ modo dicta sunt.

Moderatione consulū in imperiis exercendis] Præpositio in abest a Gaertn. Neapol. Latinii, et Port. a m. pr. in quo manus altera de-mum addidit. Exeiderat autem vel ob ultimam literam vocis præcedentis. Vide ad x. 13. § 3. Vel ob primam syllabam vocis seq. quæ in-periis scripta fuerat. Vide ad viii. 33. § 6. Vel denique ob primam ejus literam, si τὸ in breviter τ̄ exaratnum fuit. Vide ad Epit. Liv. lib. lxxxv. Similiter supra peccabatur in quibus-dam eodd. ita ii. 2. § 6. iv. 7. § 11. c. 42. § 8. et alibi.

Posse in oblivionem tribunorum ad-duci] Vet. lib. addunt vocem ita: posse in oblī. trib. plebē adduci. Sigon. Posse in oblī. trib. plehei adduci Gaertn. Reliqui omnes Sigonii vet. lib. adstipulantur.

§ 7 Silentio Patrum edicitur del-ec-tus] Silentio plebis et Patrum Harl. 2. et fragm. Hav. a m. sec. Male. Nam in edicendo delectu nullaplebis par-tes erant, sed unius senatus: cuius rei infinitia ex Livio exempla dari possent. Tum editur, pro edicitur, fragm. Hav. a m. pr. quod aberrantis librarii peccatum censendum. Vide ad iii. 10. § 9. educitur Gaertn. De quo errore vide ad xxxix. 15. § 11. Totam vocem edicitur omisit scriba Port. Denique dilectus Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. Vide ad xxxviii. 51. § 7.

Ad nomina respondent] Responderent Leid. 1. Forte voluit responderunt. Potius tamen librarium errasse, et credidisse puto, scriptum fuisse re-

sponul'ent, ac propterea responderent dedisse. Plura ejusdem erroris ex-empla vide ad xxxix. 52. § 6.

*§ 8 Bellum domi majus, quam foris, adparebat] Ita primus edidit Aldus. Neque aliter eodd. mei. Piores ex-eensi alio ordine præferebant *Bellum majus domi*. Mox etiam trajectis vo-cabulis *viol.* *rati* *apt.* habet Hav. Deinde ad comprimentum urb. pro ad comprimentos urb. Lipsiens. Vide ad xl. 49. § 1.*

In Fabio minus in bono constans, quam gnarum in malitia, ingenium esse] Mel-ius in vet. cod. legitur quam narum in malitia ing. esse. ‘Nava’ enim op-ponitur ‘ignavus.’ Strenuum id sig-nificat. Vell. ii. 120. ‘Nava virili-que opera’ Rhen. Bona hujus loci sententia; scilicet Fabium non ita industrium in sceleribus exercendis, quam constantem in tuendo justo fuisse. Habet tamen Buslidianus codex aliam sententiam, nescio an tolerabilem, in Fab. . . . quam ignarum in militia, ingenium esse; ut intelli-gas, eo magis partes bellicas illi fui-sse commissas, quod militia minus ignavus esset, quam pertinax in tu-endis rectis moribus, et justo defendendo. Nannius. Rectus hujus loci sensus est, Fabium non ita industri-um in sceleribus exercendis, quam non constantem in tuendo justo fuisse. Habet tamen codex peranti-quus gymnasii trium linguarum Lo-vanii longe aliam sententiam, et haud scio an ferri queat: in Fabio . . . quam ignarum in militia, ingenium esse: ut intelligas, eo magis partes bellicas illi fuisse commissas, quod militia minns ignavus esset, quam pertinax in tuendis rectis moribus, et justo defendendo. A. Schottus Observ. Human. iii. 38. Pal. 1. quam manum in malitia ingenium. Pal. 2. vero na-vum superscriptum habet, quod in ipso textu Pal. 3. A. Schottus rec-tum putat hujus loci sensum stare; Fabium non ita industrium in scele-

ribus exercendis, quam non constanter in tuendo justo fuisse. Sed, quoniam codex perantiquus Lovaniensis aliam sententiam ingerit, *in Fabio... quam ignavum in militia, ingenium esse*, dubitat, an ferri queat. Mihi, a sciole aliquo invectam esse, liquido apparet, non capiente legitimae lectionis sensum. Ideo enim non tam, quam Appium, aptum ad comprimendos motus urbanos rebantur, quod erat ei *ingenium minus navum in militia*, hoc est, minus malitiosus et ingeniosus ingerendis sceleribus erat. Andreas pejus olim ediderat, *in Fabio... quam vanum ingenium in militia esse*. Gebh. Donjatius etiam a Schottto, sive potius a Nannio (ei enim omnia illa Schottum turpiter sublegisse patet), productam codicis Lovaniensis lectionem arguit, ita tamen ut *ignavum tantum refellat, militia vero, pro militia, probet*; sic enim evidenter adparituram existimat rationem, cur huic Fabio commissae sint belli gerendi partes. In contextum itaque recepit *In Fabio... quam gnnavum in militia, ingenium esse*, sed contra omnium reliquorum codd. fidem. Certe mei constanter *in militia* præferunt; neque aliter typis descripti, licet eorum quidam *vanum ingenium in militia*, alii *ignavum ingenium in militia* obferant. *Gnnavum ingenium in militia* primus Ascensius dedit an. 1513. Aldus deinde, ordine alio, ut nunc editur, *gnnavum in militia ingenium*. Posteriorem hunc ordinem servant omnes codd. quibus utor; eorum quidam etiam habent *gnnavum*, ut Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *navum* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. quod firmat proxime accedens lectio Voss. 2. et Leid. 2. *novum*; quæ etiam superest in margine Port. De voce 'navus' vide Nic. Heinsium ad Sili 1. 549. Quum itaque infra passim *naviter* potius, quam *gnaviter*, editum sit, licet utroque modo ab

antiquis scriptum censem, (vide ad x. 39. § 6.) hic etiam *navum* edi curavi.

§ 9 *M. Rabulejo, Q. Pætilio] M'. Rabulejo, Q. Pætilio*, ut dixi ad c. 35. § 11. *Sigon.* Tantum non omnes mei in pronomine prioris errarunt, vel *M. vel Marcus*, præferentes. Deinde *Rabullejo* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *Tabuletio* Port. Præterea *Q. Pætilio*, ut *Sigonins* voluit, recepi. Vide supra loco laud.

§ 10 *Cum L. Minucio et T. Antonio] L. Munitio* Leid. 1. et Port. transpositis literis, sollemni errore. Vide ad II. 34. § 1. et hoc lib. ad c. 35. § 11. Præterea *Tullio Antonio* Voss. 2. *A. Antonio* Port. Lipsiens. et Hav. *Aulo Antonio* Harl. 2. Prænomen ejus aberat a fragm. Hav. sed a m. sec. inter versus adscribitur *C. Antonio*. At *T. Antonius* in omnibus libris vocatur c. 35. et ita hoc loco reliqui codd.

Casone Duellio] K. Duilio, ut supra II. 58. § 2. *Sigon.* *Caii* prænomen male tribunt Leid. 2. et Hav. Præterea *Duellio* Voss. 2. Leid. 1. Port. Gaertn. et Hav. *Duelio* fragm. Hav. *Duillio* Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. Vide *Sigoni* loco laud. Ceterum hunc ordinem restituit Aldus consentientibus codd. scriptis. Priores, quas vidi, edd. *Duiliu* ante *Antonium* reconsenserunt.

Et M. Sergio] Habet scriptum exemplar et L. Sergio, Rhen. Scripto Rhenani exemplari consentiunt, præter Flor. omnes mei; et ita Aldus primo ediderat; pro quo tamen priorem scripturam inter errata reduxit. Et certe *M. Sergius* constanter dicitur c. 35. nisi quod aperto errore *Martius Sergius* sit in Voss. 2. *Mápkos* etiam dicitur Dion. Halic. l. x. p. 682. (licet tamen ibi corrupte Σερούλιος ante Sylburg. legeretur) et l. xi. p. 704. Γάιος Σέργιον vocat Diodor. Sic. l. xii. p. 300.

Sp. Oppium Ap. Claudio adjutorem]

A. P. Claudio Harl. 1. et Lipsiens.
P. Claudio Port. Ap. Claudio adjutore
Voss. 1.

CAP. XLII. § 1 *Quam domi melius respublica]* Td melius non adparet in Gaertn. et Hav.

§ 2 *Quod, ut odio essent civibus, fecerant]* Ut odio esset Gaertn. Tum fecerat Voss. 2. fuceren Leid. 2. Paullo ante Illa domi in duc. pro Illa modo in duc. Lipsiens.

Alia omnis penes milites noxia erat] Habet scriptum exemplar, penes milites noxia erat. Porro non minus Latine dicitur noxia substantive, quam noxa. Rhen. Col. Ms. cod. penes milites noxa erat. Modius. Pall. duo et ed. antiquissima agnoscunt noxa; Pal. 2. vero solus noxia. Gebh. *Penes milites noxia erat* soli apud me habent Flor. et Hav. Alii omnes noxa. Utro modo legatur, sensus idem erit. Vide ad II. 54. § 10. Quare ex plurimum codicum auctoritate vulgatum servo.

Ne quid ductu atque auspicio decemvirorum prospere usquam] Neq; seu neque ductu Gaertn. Tum ductu auspicio Lipsiens. ductu aut auspicio Leid. 2. ductu aut hospicio Voss. 1. ductu atque hospicio Leid. 1. Sed nihil minandum. Aut enim locum habere non potest, qnum decemviri summi fuerint duces, et propterea suo ducitu, alterius auspicio nihil gerere potuerint. Praeterea ‘auspicium’ et ‘hospitium’ alibi etiam perperam librarii commutarunt. Vide ad XXI. 2. § 5. Deinde vocem usquam neglexit librarius Hav.

Vinci se per suum atque illorum decus patiebantur] Voces *vinci* se exsulan male a Leid. 2. Deinde suum atque oliorum habet Harl. 2. Alibi saepe ‘illi’ et ‘alii’ confunduntur. Vide ad XXIII. 7. § 3. Perperam etiam decus, dnaruni priorum literarum repetitione neglecta, Leid. 2.

§ 3 *Et ab Sabinis ad Eretum, et in Algido ab Aequis]* A Sabinis Voss.

ambo, Leid. 2. Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Deinde ad Fretum, et mox ab Fretu Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Lipsiens. Hav. et a m. pr. fragm. Hav. qnod hic ad Feretum, mox a Fereto m. sec. præfert. Hoc loco in Flor. est Fretum, in Gaertn. Feretrum, qui tamen mox ambo præferunt ab Eretu. Vide ad III. 26. § 2. Tum posterius et non adparet in Voss. 2.

Inter Fidenas Crustuminiisque] Crustuminiisque, ut dixi in primum lib. c. 10. § 2. Sigan. *Inter Fidenates* Voss. 2. *Insuper Crustuminiisque* Harl. 2. Crustuminiisque Port. Sed Hearne se Oxonii Crustuminiisque in B. L. I. aliisque invenisse testatus est.

Loco edito castra communierant] Castra se comm. Lipsiens. castra posverant Harl. 2. et apud Hearnium Oxon. B. castra non convenierant Voss. 1. et Leid. 2. castra communierant Voss. 2. castra erant Port. in contextu; communierant tamen in margine adscriptum ostentans; quod vernum est, et in reliquis omnibus meis MSS. exstat. Infra VI. 29. ‘Ibi ex fuga dissipati locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt.’ XLII. 58. ‘Castra propins hostem movit rex, et a quinque millibus passuum communiiit.’ et c. 60. ‘Transductis copiis, castra in ulteriore ripa communiet.’ Frontin. I. 8. ex. 3. ‘Trans Apenninum in Sentinate castra communiebat.’ Et ita sæpissime Noster et alii.

§ 4 *Nusquam se æquo certamine committentes]* Nunquam Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. Sed vocem illam et sequentem Port. omittit; prior autem vox deinceps a m. altera inter versus adscribitur alio loco æquo cert. nunquam comm. Vulgatum probum est. Infra III. 39. ‘Consul quoque nusquam remisso certamine, dum quidnam superfluit lucis, hostem tenuit.’ x. 16. ‘Samnitium exercitum, nus-

quam se prælio committentem, postremo expulit finibus.' XXXVI. 17. 'Confessus, nusquam æquo campo non modo congregri ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere:' ubi voces *nunquam* et *nusquam* sæpius inter se confundi dicam. *Nunquam* dixit Liv. I. XXIII. c. 11. 'Dictatorem, quia se in aciem numquam cominiserit, unicum baberi imperatorem:' sed ibi alia ratio est. Deinde *æquo certamini* Hav. quod Gronov. priori ed. notarum se quoque in excuso Mediol. invenisse notat, ac probat. In addendis vero adjicit, ita *tam* *persecutis hostibus* anfrendi casu accipienda; elegantius tamen esse, ut dandi casu accipiantur sine distinctione, et maneat vetus lectio: quod verius esse reliquorum codicium consensus probat. Infra v. 18. 'Nec se tamen a quo loco hosti commisit.' Mox *natura loci aut rallo* Voss. 2. Port. et fragm. Hav. Vide ad XXI. 53. § 3. Id autem forte a librariis ideo substitutum videri potest, quia mox sequitur 'virtute aut armis.' Sed reliqui codd. mei alterum tuentur.

§ 5 *Castra quoque amissa erant, exutusque omnibus utensilibus miles]* Ex utroque Gaertn. *exutus quoque* Harl. 2. et Hav. frequenti errore. Vide ad v. 27. § 1. Vocem 'utensilia' pluribus erudit inlustrat Gronov. de Pecun. Vet. II. 7. et ad Tac. Annal. I. 70. docens, ea indicari omnia, quæ sunt victui necessaria.

Miles Tusculum se, fide misericordia que victurus hospitum, (que tamen non sefellerunt) contulerat] Vet. lib. hospitum, qui *tum non gef. contulerat*. Sigan. Solo in Pal. 2. convisitur hæc lectio, qui *tum non gefellerunt*. Ed. antiquissima et Pall. reliqui *quaetamen non gef.* Gebh. *Fidenaque victurus Lipsiens. fide namque victurus Gaertn. fide misericordia* *victurus sine particula connectente* Leid. 2. *fide et misericordia* *victurus* Port. *Tum hospitum* Voss.

2. et Leid. 2. Sed vide ad II. 14. § 9. pro eo *sociorum* est in Harl. 2. et Hav. quod ex glossemate natum puto. Deinde *quaetamen*, a Siganio mutatum, retinent Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. 1. et Gaertn. *qui tamen* Port. *quaetamen*, nempe fides et misericordia: quod non video cur cedere debuerit vet. lib. Siganii, cui, ut plerunque adsolet, Pal. 2. consentit, et ex nostris Harl. 2. Hav. et insuper fragm. Hav. sed pro eo *qui cum* est in Lipsiens. quorum scribae *quaet* mutasse videntur in *qui*, quod proxime *hospitum* præcederet. Solent autem vocabula *tum* et *tamen* passim in membranis commutari. Vide ad XXII. 17. § 5. pro *tum* autem *cum* datum est in uno. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Quæ tamen* igitur restitui. Denique *contulerant* Leid. ambo, Harl. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et nonnullæ veterum edd. Quod nec ipsum ob tot codicium consensum spernendum puto. 'Miles' enim hic accipendum collective pro omnibus militibus ejus exercitus, eodem modo atque 'eques,' 'hostis,' et similia multa, de quibus vide ad XXXV. 26. § 9. Silius XVII. 339. 'non patiens remorantia verba Ansonius miles, quoties dux cœperat ora Solveare adfatus, signum pugnamque petebant.' Ita ex scriptis edidi, quam vulgo esset *petebat*.

§ 6 *Roman tanti erant terrores adlati]* Pal. 2. *terrores ablati*. Gebh. *Ablati*, pro *allati*, librario adscribendum est. Ita autem etiam alibi erratur. Exempla habes ad Liv. III. 13. § 3. ad IV. 46. § 4. v. 48. § 9. et apud Nic. Heinsium ad Sili. VI. 257. *Præterea Roma* Leid. 1. *Roma* fragm. Hav. Denique vocem *erant*, (quam Gruterns in postrema ed. ejusque exemplo reliqui omnes recentiores, omiserunt, sed quam tamen non tantum, quotquot vidi, antiquiores excusi, verum etiam MSS. quibus usus

sum, ut et Hearnii Oxon. L. 2. et C. servarunt,) loco, unde per vim dejecta erat, restitui. Mox τὸ ἀγέρα deest in Lipsiens.

§ 7 *Arma Tusculum ad supplementum decernerent]* Quid est ‘arma’ decernere ‘ad supplementum?’ Immo *arma ac supplementum.* ‘Arma’ illis, qui inter fugam illa jactassent, aut dereliquerint; ‘supplementum’ in occisorum locum. *J. F. Gron.* Alibi saepe librarii voculas *ad* et *ac* inter se commutare consueverunt. Vide ad xxii. 32. § 2. Et sane, non tantum θπλά τε καὶ χρήματα, καὶ σῖτον, καὶ τάλα, ὃν ἔδειντο, sed ἐξ ἀπάσης φυῆς τοὺς θπλα φέρειν δυναμένους, adeoque ‘arma ac supplementum,’ a Claudio et Oppio decemviris missa esse Tusculum ad collegas, auctor est Dion. Halic. Antiq. I. xi. p. 705. Nihilominus, quum codd. calamo et typis exarati ἀπρίξ editam lectionem tueantur, eam etiam non interpolandam arbitror, præsertim quum commodo sensu accipi possit hoc modo: ‘ad supplementa,’ id est, præter supplementa militum in prælio interfectorum; ‘decernerent arma Tusculum,’ illis nempe qui arma in fuga projeceant. Eo sensu *ad* præposito et apud Nostrum et apud alios obcurrente solet. Infra xxvi. 5. ‘Ad alium virorum, equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum inbellis multitudo tantum cum aeris crepitu edidit clamorem:’ ubi plura notantur.

Ab aree Tusculi degressos] Ita Gronovius primus a. 1665. edidit, et postea reliqui recentiores eam lectionem servarunt. Omnes non modo antiquiores excensi habuerunt *degressos*, sed etiam in codd. eadem scriptura superest, nisi quod solus Voss. 1. legat *disgressos*. Ut vulgatum mutaret, verosimiliter id Gronovium permovit, quod arx Tusculana fnerit in monte sita, ut constat ex Liv. vi. 83. et Dionys. Halic. x. p.

617. quodque, qui ex loco edito descendunt, inde non dicantur ‘digradi,’ sed ‘degreedi.’ Vide ad iv. 17. § 11. ubi, librarios utrumque verbum passim alibi confudisse, dictum est. *Tusculum, pro Tusculi, male est in Gaertn.*

Belloque ultro inferendo deterreri hostes a consilio urbis obpugnandæ] Colon: membranæ *detineri hostes.* Quid si *distineri?* Modius. Modius invenit in membranis Colon. *detineri hostes:* conjicit inde *distineri.* Nihil variant Pall. MSS. ant editi. Si quid excidit, verbum potius insolentius credam desiderari *distendit.* Supra lib. eodem c. 23. ‘Reliqno exercitu hand procul mœnibus Tusculi considunt, ut distenderent hostium copias:’ ant simile. *Gebh.* *Distenderent a consilio probari posset, si codicum consensus accederet.* Ita enim Liv. etiam loquitur xxxiv. 29. ‘Ut distenderet ab apertiore loco hostes.’ Vide Gebh. ad c. 23. § 1. Hic tamen nulli addicunt; sed omnes, certe mei, constanter in vulgatum conspirant. Unius itaque Coloniensis, quo Modius usus est, anctoritas mihi tanta non est, ut ejus fide receptam lectionem mutem. Ceterum *belloque ullo ultro inf.* Hav. sed illud *ullo natum est ex voce seq. ultro scribæ culpa.*

CAP. XLIII. § 1 *Ad clades, &c. facinora decemviri belli domique adjicunt]* *At clades* Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 17. § 3. Adde Noris. ad Cenot. Pis. Diss. v. 2. § 2. p. 453. *Ob clades* Voss. 2. Vide ad xxxvii. 27. § 5. Deinde *bello domique* Harl. 1. quomodo est t. 34. ‘Publicis pariter privatisque consiliis bello domique interesset:’ sed vide quæ ad eum locum notantur. Deinde *adjicunt* Flor. Leid. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad ii. 10. § 9. Pro eo dedere *addicunt* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *addicant* Lipsiens. Vide ad i. 30. § 3.

§ 2 *L. Siccium in Sabinis]* *L. Suc-*

ciuum Leid. 2. *L. Sicium* Voss. 2. Reliqui scripti et editi vulgatum tueruntur hic et toto hoc cap. Glareanus supra ad c. 31. § 2. putat, hunc eundem esse, cuius etiam meminerunt sub *L. Siccii* nomine Plin. Hist. Nat. VII. 28. Gell. II. 11. et Valer. Max. III. 2. ex. 24. Nomina *Siccius* et *Sicinius* saepius commutari, dictum est ad II. 40. § 14. et c. 58. § 2. ut, utro modo dictus fuerit, difficile dijudicari possit. At *Λεύκος Σίκκιος* vocatur apud Dion. Halic. I. x. p. 662. et seqq. ubi ejus et ante tribunatum plebis et in eo honore gesta refert; et I. xi. p. 706. ubi ejus mortem narrat. Apud Plinium quoque in omnibus MSS. se *L. Siccius* reperisse, Harduinus auctor est: quomodo etiam in recentioribus exstat Gellici codd. At in Valer. Max. libris exaratis nomen id multiplici modo scriptum obcurrit, ubi tamen Torrenius *L. Sicinius* unice veram lectionem putat. Id certe falsum, quod tradit Glareanus ad Val. Max. III. 2. ex. 23. omnia, quotquot vidit, exemplaria Gellici, Plinii, Livii, Valerii, et aliorum, qui hanc percensent historiam, *L. Sicinius* vocare. De Livio enim ad c. 31. ipse contrarium fatetur.

Secessionisque mentiones ad vulgus] Videndum est, an alii probati scriptores *mentiones* numero plurali dicant. *Duk.* Mentionem Port. sed solus. Reliqui in numerum plurimum *mentiones* conspirant. Alibi quidem hanc vocem numero plurali non notavi; unius tamen illius codicis fide vulgatum mutare non audeo.

Prospeculum ad locum castris capendum] Ita recte primus Aldus edit. Concinunt etiam omnes mei. Piores habuerant *speculum*. Sed ‘prospeculari,’ licet paullo diverso sensu, utitur etiam Liv. XXXIII. 1. ‘Cetera multitudo e muris adventum imperatoris Romani regisque prospiculabatur.’

§ 3 Datur negotium militibus] *Da-*
Delph. et Var. Clus.

tum negotium militibus Voss. 2. et Harl. 2.

§ 4 *Haud inultum interfecere]* *Haud multum Lipsiens.* Vide hoc lib. ad c. 37. § 3. Tum *interficere* Voss. 1. Leid. 1. et Hav. quomodo etiam in duobus Pall. melioribus legi, auctor est Gebhard. ad I. 12. § 1. Alibi saepe non modo Livius, sed et passim historici, orationem per infinitivum concipere soliti fuerunt. Vide ad I. 50. § 5. Hie tamen vulgatum non displicet.

Quum ipse se prævalidus pari viribus animo circumventus tutaretur] Vocabula se omittunt Leid. 1. Harl. 2. Port. Lipsiens. Hav. et fragm. Hav. seu negligentiæ librariornum adscriendum, quos in errorem induxit ultima præced. vocissyllaba. Vide ad XXXIV. 11. § 7. Quum tamen pronomen sensui necessarium sit, idem ante vocem *tutaretur* inseruerunt Harl. 2. et Hav. cui potius proprium in initio periodi locum fuisse, aliorum ibidem præfrentium consensus ostendit. Et ita simul intelligitur causa, cur illud in quibusdam MSS. interciderit, quæ ceteroquin nulla dari potest. *Præterea præ. viribus pari animo* Harl. 2. Hav. Alter tamen verborum ordo magis placet. *Prælidii pari viribus animo* Lipsiens. *præsidūs impar viribus et animo circ.* putaretur Gaertn. in quo tamen eadem manus *tutaretur* mox emendavit.

§ 5 *Præcipitatum in insidas esse Siccius egregie pugnantem, militesque quosdam cum eo amissos]* Duplicem inventi lectionem distinctionemque in nostris codd. MSS. Prior est ex Pall. 1. ac 3. *præc. insidas esse Siccius: egr. pugn. milites quosd. cum eo am.* Altera est Pal. secundi et editionis Andreanæ, *præc. in ins. esse Sic. egr. pugn. militesque quosd. cum eo am.* Quæ distinctione non sordere potest attenti genium Latinæ linguæ. Gebh. Si retinetur esse, distinctione ponenda est post *Siccius.* Dnk. *Præcipitatum insidas,* duobus Gebhardi Palatinis

concententes, Voss. 1. et Hav. sed medium præpositionem intervertit partim prima syllaba vocis seq. (vide ad VIII. 33. § 6.) partim ultima litera vocis prioris. Vide ad x. 13. § 3. Præterea *Siccum*: egr. *pugnatum*: *militesque quosd. cum eo am.* Voss. 1. et Leid. 2. nisi quod posterior *sic cum*, pro *Siccum*, præferat. *Siccum*: egr. *pugn. milites quosd. cum eo am.* Voss. 2. *Nunciant in castra ceteri ins. esse*; *Siccum* (sive, aberrante librario, *sic cum*) egr. *pugn. militesque quosd. cum eo am.* Lipsiens. Sed mihi quoque vulgatum præstare videtur. *Nunciant ceteri in castra* alio vocabulorum ordine præfert Leid. 2.

§ 6 *Ad sepeliendos, qui ceciderant*] *Ad sepeliendum, qui ceciderant* Voss. 2. et Gaertn. Vide ad XL. 49. § 1. Insuper paullo ante *Perfecta cohors, pro Profecta coh.* Lipsiens. Vide ad XXXVII. 6. § 7. In verbis seqq. *decemvir. promissu. pro dec. permisso*, idem Lipsiens. Vide hoc lib. ad c. 8. § 4.

Postquam nullum spoliatum ibi corpus] *Postquam ibi null. corpus spol.* Port. et Lipsiens. *postquam null. ibi spol. corpus* Hav. *postquam null. spol. corpus ibi fragm.* Hav.

Hostium neque corpus ullum, nec vestigia abeuntium] *Neque vestigia* Voss. ambo, et Hav. quasi nefas foret post neque inferri vocem nec, quum frequens id Livio sit, quamvis sæpe invitatis, qui mutare conati sunt, quibusdam librariis. Vide ad IX. 9. § 14. Mox *a suis interf.* Leid. 2. Gaertn. et primæ edd. Aldus primus *ab suis* dedit. Et sic reliqui scripti.

§ 7 *Invidiaque plena castra erant*] *Invidia plena castra erant* Voss. 1. et Leid. 2. *Invidia plena castra erant* Harl. 2. *Invidiaque plena castra erant* Hav. Copula que omissa erat, quod et hic τῷ que subjungi voculam et librariis displiceret. Id tamen sæpissime fieri, dicam ad x. 30. § 2. Nec probo *Invidiaque plena*, quod Livius

τὸ ‘plenus’ plerumque cum casu secundo constrnere solitus fuerit. Vide hoc lib. c. 25. § 6. Minime vero omnium placet *Inridia plena castra*, ne tres voces eadem litera terminatae jungantur. Accedit ad hæc, (quod primarim puto,) plerosque optimæ nota codd. vulgatum tueri. Mox *Rom. prot. ferri*, in aliud ordinem vocibus conjectis, fragm. Hav. *Rom. ferri Sicc. prot.* adhuc alio modo digestis vocibus, priscæ edd. Aldus reposuit, ut nunc editur; cum quo stant reliqui codd.

Funus militare ei publica impensa facere maturassent] *Funus mil. et publ. imp.* Hav. Sed alibi ita etiam peccarunt scribae. Vide ad XL. 15. § 6. Ceterum nisi *decemviri excusi*, quibus usus sum, ante Aldum. Is vero *ni decemviri substituit*. Neque aliter libri scripti, nisi quod Leid. 1. *ne decemviri habeat*. Alibi sæpe voculae *ni* et *nisi* commutatae sunt. Vide ad XXIII. 1. § 8.

Pessima decemvirorum in vulgus fama est] Ex codice Ms. legendum apparet *mæstitia, in pessima dec. in vulgus fama est*. Rhen. Abest a Pal. 2. verbum est. Sed male: nam ejus absentia rotunditas sententiæ destruitur, magis tamen correctione Rhenani, angurantis legendum *in pessima dec. in vulgus fama est*. Quomodo Livium loqui non nullus mihi monstraverit, vel aliud melioris notæ auctorem. Gebh. Emendatio Rhenani forte non nihil illustrari posset alia Gronovii, qui l. v. c. 4. § 13. legendum censebat *in pace numquam fida fuerunt*: ubi videnda quæ notantur. Sed quum alii codd. nulli, quam Rhenani Wormatiensis, τὸ in ab eo interpolatum agnoscant, vulgatum verius esse puto. Verbum est exsulat etiam ab Harl. 2. et Hav. Verum, quantum eorum et Pal. secundi consensui tribuendum sit, alibi non semel dictum est.

CAP. XLIV. § 1 *Sequitur aliud in Urbe nefas ab libidine ortum*] Aliud

urbe nefus Lipsiens. Tum a lib. ortum Voss. uteisque, Leid. uteisque, Port. Hav. fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn.

Ut non finis solum idem decemviris, qui regibus] Unde non finis solum Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. ut non solum finis idem Port. Deinde decemvirum, qui regibus Lipsiens.

§ 2 *L. Virginius honestum ordinem in Algido ducebat]* Cogitandum num legi possit pedes tum ordinem in Alg. duc. nam plebeius fuit. Certe peditem Romam venisse, et mox in castra rediisse, sequentia testantur. *Rhen.* Beatus, nescio qua pruriginis urtica tactus, rescribillaverat pedes tum ordinem in Alg. duc. Vocat honestum ordinem centurionis neque maximum, neque minimum, sed medium, et tamen non contemtibilem. *Gebh.* Ut conjecturæ Rhenani locus esse posset, ante probandum erat locutionem 'ordines ducere' etiam usurpari de decurionibus aliisve ducibus, qui equitibus praeerant: nam ita demum dubium foret, utrum inter equites, an inter pedites, ordinem duxisset, cique tollendo recte addetur 'pedes ordinem ducebat.' At contra, de solis peditum centurionibus locutionem adhiberi, non obscure inde colligi potest, quod semper simpliciter 'ordinem duxit,' numquam autem vel 'pedes,' vel 'eques ordinem duxit,' reperiatur. Supra II. 23. 'Noscitabatur tamen in tanta deformitate, et ordines duxisse aiebant, aliaque militiae decora vulgo, miserantes eum, jaetabant.' c. 55. 'Ad Voleronem Publilium de plebe hominem, quia, quod ordines duxisset, negaret, se militem fieri debere, lictor missus est a consulibus.' VII. 41. 'Ad ditumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum duxitor esset.' Ut autem hic *honestum ordinem*, ita 'inferiorem ordinem' Liv. XLII. 33. 'Id tantum deprecari, ne inferiores iis ordines, quam quos, quum militassent, habuissent, adtri-

bnerentur: 'honesta loca' vocat ibid. c. 34. 'Vos quoque æquum est, commilitones, omnia honesta loca ducent, quibus rem publicam defensuris sitis.' Accedit ad hæc, nullam varietatem in scriptis obcurrere, nisi quod *Virginius* sit in Flor. Voss. I. Leid. I. et Gaertn. Vide ad II. 17. § 1. et edubebat habeat Leid. 2.

Vir exempli recti domi militiæque] Ita primus vulgari enarravit Aldus, neque aliter est in omnibus meis MSS. Priores excusi exhibent *militiæ domique*.

Perinde uxor instituta fuerat, liberique instituebantur] Tempora declinationum ideo confusa sunt, quod interierat jampridem Nunitoria mater, auctore Dionysio I. xi. p. 710. et ipso paullo post Livio c. 50. et liberi de unica filia dixisse videtur. *Glar.* Vet. lib. *liberi quoque inst.* Sigon. Licet ita repositum derivaverit in omnes edd. Sigonius, assentiaturque illi suo more Pal. 2. præfero tamen, quod reliqui omnes codd. *liberique inst.* Gebh. Magis ad gustom meum, quod sustulit Sigonius, servatum in scriptis editisque antiquis *liberique inst.* Nescio quomodo alter sermo hiat. *J. F. Gron.* Ex omnibus codd. meis non alii *liberi quoque inst.* preferunt, quam Harl. 2. et Hav. qui similiter ac Gebhardi Pal. 2. ubique vet. lib. Sigonii adsentire solent: unde ea lectio tanto mihi suspectior visa est. Passim autem librarii voculas *que* et *quoque* inter se confundere in membranis soliti fuerunt. Plura exempla vide ad v. 27. § 1. Ceterum *Proinde*, pro *Perinde*, male est in Harl. 2. quomodo et in Plinii MSS. peccari, testatus est Cortins ad I. II. epist. 1. § 1. Vide etiam ad Liv. II. 58. § 1. Id autem ex non intellecto compendio scribendi natum est. Vide ad IX. 10. § 7.

§ 3 *Desponderant filiam L. Icilio tribunicio, viro acri]* Gener *Virginii*, et cui filiam desponderat *Virginius*, L.

Icilius 'C. Sicinii,' qui primus tribunus plebis fuit, filius a Dionysio perhibetur l. xi. p. 709. In eiusnam tamen codd. quos nobis videre contigit, *Siccius*, pro *Sicinius*, sæpe legitur. Glar. Lege ex vet. lectione Desponderat, ut ad patrem L. Virginium referatur, non ad matrem, quam multis ante annis mortuam esse tradit Dionysius. Sigon. Desponderat, ut Siginus restituit, præferunt non modo omnes apud me libri exarati, sed etiam excensi vetustiores. Primus Frobenius a. 1531. Desponderant edidit, incertum utrum operarum lapsu, an quia ita legendum censebat. Prins tamen verius puto, quia, ut inquit Dionys. Antiq. l. xi. p. 710. ήν γὰρ ὄρφανὴ μητρὸς ἡ παῖς: id autem Frobenio, vel qui huic editioni præfuit, hand incognitum fuisse, verisimile est. Quod vero Siginus, Dionysio auctore, matrem Virginiae multis ante annis mortuam esse dicat, fallitur. Nam plane contrarium ex Dionysio probatur, apud quem Numitorius Virginiae avunculus sororem suam, quæ Virginio nupta fuerat, dicit l. xi. p. 711. οὐ πολλοῖς πρότερον ἐνιαυτοῖς ἀποθανεῖν. Ceterum versio Latina Dionysii hic iterum fucum fecit Glareano, qui codicem Græcum frustra se quæsivisse alibi monuit. In ea autem *Sicinus* vocatur, qui in contextu Græco dicitur Λεόκιος εἰς ἐκ τῶν δεδημαρχηκότων, νῦν Ἰκιλίου, τοῦ πρώτου καταστησαμένου τὴν δημαρχικὴν ἔξουσίαν, καὶ πρώτου λαβόντος. Mox alio ordine acri viro habent Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Hav. *Incilio*, pro *Icilio*, est in Lipsiens. *Itilio* in Gaertn. hic et alibi semper. *Icino* in Leid. 2.

§ 4 Virginem adultam, forma excellentem] Formam excellentem Leid. 1. quod more Græcorum dictum esse accipi posset. Malim tamen eam lectionem in errorem librarii conferre, præsertim quum in eodem illo codice litera finalis *m* perperam vel

adjecta vel detracta passim ocurrat, et 'excellens formam' ac similes Græcismos Livius nunquam, aut quam parecissime captaverit. Locutionem 'excellentem forma' supra illustratam vide ad l. i. c. 9. § 11.

Appius, amore ardens, pretio ac spe] Vetus lectio, sed corrupta, *App. am. ardens mens pretio*. Fortasse scribendum *App. am. ardente amens pretio ac spe perlucere adortus*. Nam sequitur infra cap. 47. Tanta vis amentiae verius, quam amoris, mentem turbaverat: aut, *Appius amore ardens immenso pretio ac spe: ant App. amore ardens sensim pretio ac spe*. Rhen. Beatus ait esse in veteri libro *amore ardens mens pretio*: unde faciebat *am. ardente amens, pretio, &c. vel, App. am. ardens immenso pretio ac spe*. Sunt etiam, quibus placet *App. am. ardens, sensim pretio ac spe*. Præ quibus omnibus amplector lectionem nostram scriptam, elegantissimam meo iudicio, *App. am. amens, pretio ac spe*. In quo lusit etiam Terentius, dum dixit in Andr. 1. 13. 'Nam incepio est amentium, hand amantium.' Ipse quoque mox Livius c. 47. 'Adversus quæ omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiae verius, quam amoris, mentem turbaverat) in tribunal ascendit.' *Modius*. Nugator Rhenanus in cod. sno inveniens *App. am. ardens mens pretio*, (ex præcedente vocabulo ab imperito scriba repetita syllaba,) illico a suo censorio helleborique indigo capite correctiones inculcandi tres vanissimas occasionem cepit: vel *App. am. ardente amens pretio*: vel *App. am. ardens immenso pretio*: vel *App. am. ardens sensim pretio*. Nullatenus bene. Lectio producta Modio reperitur in ed. Andreæ *Appius amore amens*: ut Terentius: 'Nam incepio est amantium, hand amantium': et Livius c. 47. 'Tanta vis amentiae verius, quam amoris, mentem turbaverat.' Pall. tres et Camp. nihil recedunt a vul-

gata. *Gebh.* *Appius amore ardens* primo video expressisse Juntam; ex Aldo, credo: non hic mihi nunc ad manum. Andreas, Becharius, Moguntini, Ascensius, *Appius amore amens.* Utique melius, præsertim cum et hoc habuerit Borbetomagensis. Nam quod ibi est, *ardens mens*, ex eo est, quod librarius vel diversorum librorum lectionem utramque reddere, vel erratum in præcedenti voce corrigere voluit, ita ut deleretur *rdens*, a vero conjunctum cum *rdens* remaneret. Itaque frustra est Rhenanus cum suis conjecturis. Helm. quoque, Rott. Gud. *amens.* J. F. Gron. *Amore ardens*, ut 1. 58. ‘Amore ardens, postquam satis omnia tuta circa, sotipique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit:’ et ita saepe alii. In hanc etiam lectionem conspirant omnes mei, nisi quod *ardens* deficiat in Leid. 2. et *amore Appius ardens*, alio ordine, sit in fragm. Hav. Quum tamen *amore amens* Gronov. in tribus, Modius in uno cod. invenerint, neque aliter præferant vetustissimæ edd. usque ad Aldum, (qui, ut recte Gronov. suspicatus est, primus *ardens* substituit,) eodemque non obscure codicis Borbetom. Rhenani vestigia ducant; denique locutio hæc *amore amens* minus, quam altera *amore ardens*, obvia; ideoque minus verosimile sit eam a librariis profectam esse; illa mihi quoque præ altera magis placuit. In contextum tamen recipere nondum sustinui. *Amore amens*, ut ‘metu amens’ apud Liv. xxiii. 9. ‘Velut si jam agendis, quæ audiebat, interesset, amens metu.’ Miror admodum, Rhenanum adsecundum non fuisse, quid lectione codicis sui indicaretur; quum, qui libros scriptos versare soliti sint, neverint, librarios hac vel simili ratione duplices lectiones, quas invenerant in membranis vetustis, quibus utebantur, passim notare consuevisse. Ex

solis Livii MSS. millena exempla dari possent. Ita quum scribitur 1. 37. § 1. ‘pontem subincendunt,’ indicatur, quosdam libros *succendunt* vel *subcendunt*, quosdam *incendunt* præferre. II. 23. § 10. vulgo editur ‘At in eos multitudo versa:’ ubi viri docti τὸν at, quod incommodum est, ejiciendum censem: quum tamen plerique codd. retineant, nisi quod in uno invenerim *ad in eos*, verosimile est, primitus ita scriptum fuisse ex duplice lectione juncta *ad eos* et *in eos*: librarium vero nasutiorem τὸν ad postea in *at* mutasse, ut qualemcumque sensum inde eliceret. Ibid. c. 52. § 5. quidam scribæ dederunt *multam* edixerunt: invenerant nempe vel *multam* dixerunt, vel *multæ* dixerunt. Ne multus sim, videantur, quæ notavi ad 1. 15. § 4. c. 46. § 7. c. 48. § 6. c. 59. § 1. II. 7. § 6. c. 13. § 6. c. 50. § 6. c. 52. § 8. c. 61. § 1. c. 65. § 4. III. 4. § 8. c. 10. § 6. c. 16. § 6. c. 19. § 4. et 7. c. 24. § 1. c. 31. § 6. c. 34. § 5. c. 35. § 2. c. 48. § 1. et 5. c. 64. § 8. c. 65. § 2. IV. 2. § 4. c. 10. § 1. c. 22. § 4. c. 25. § 12. c. 35. § 7. et 8. c. 44. § 10. V. 12. § 7. c. 20. § 5. VI. 4. § 2. c. 22. § 1. VIII. 8. § 10. c. 13. § 16. IX. 11. § 4. c. 13. § 6. c. 19. § 15. c. 27. § 14. X. 25. § 6. c. 30. § 1. XXII. 4. § 2. et 5. c. 17. § 2. XXIII. 27. § 4. XXIV. 39. § 2. XXVI. 7. § 5. XXVII. 30. § 12. XXXI. 24. § 13. XXXIV. 49. § 2. XXXVI. 18. § 8. c. 32. § 5. XXXVII. 28. § 8. c. 29. § 5. XXXVIII. 47. § 11. c. 60. § 7. XXXIX. 29. § 2. c. 37. § 4. XL. 15. § 16. c. 18. § 5. c. 27. § 13. c. 35. § 1. et Epit. Liv. lib. cv. Vide etiam Gronov. ad Liv. VIII. 25. § 12. Ab indulgentे lectore veniam peto, ne ægre ferat, me rem illis qui Msta versare soliti sunt, haud incognitam tot tamen exemplis illustrasse. Id eo consilio feci, quod qui his studiis capiuntur, haud injunctum fore confidam, si ex multis illis investigare potuerint, quanto-

pere in hac re scribæ variare consuerint. In aliorum scriptorum membranis idem etiam sæpe obcurrere viri docti observarunt. Vide Muret. Var. Leet. xv. 16. Salmas. et Dukerum ad Flori i. 13. § 3. hunc etiam ad Flor. iv. 11. § 90. Cortium ad Sall. Jng. c. 13. § 7. et c. 23. § 2. et quæ notavi ad Sili xi. 7.

Precio ac spe pellicere adortus] Non tantum librarii lectionem quam vel inter versus, vel in margine, adscriptam invenerant, cum ea quæ in contextu erat, conjungere soliti fuerunt, ut exempla ad verba proxime præcedentia adposita evincunt; sed glossemata etiam, quibus voces vel lociones minus notæ a scholiastis exponebantur; ut iterum codd. scripti hoc loco probant. Nam *precio ac spe in fraudem inducere pell. ad.* est in fragm. Hav. Ubi *in fraudem inducere* interpretatio est verbi *pellicere*. Non longe hinc abit lectio, quam Hearne Oxoniæ in end. L. 2. reperit *recio ac spe in fraudem inducere pellicem adortus*. Alia hujus erroris exempla vide i. 8. § 4. c. 16. § 3. ii. 33. § 4. iii. 46. § 7. c. 62. § 2. c. 69. § 2. iv. 6. § 3. v. 8. § 2. ix. 2. § 1. xxiii. 21. § 2. c. 30. § 3. xxv. 6. § 17. et passim. Ceterum *pollicere* est in Gaertn.

Omnia pudore septa animadverterat] *Pudore secta* fragm. Hav. a m. pr. solito librariorum errore. Vide Broekhus. ad Propert. El. iv. 4. 26. *pudore spreta* Voss. 1. et Leid. 2. quasi vellet pretium ac spem sperni, contemni pudore. Sed nihil mutandum. Tacit. de Morib. German. c. 19. ‘Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ:’ ubi Gronov. Tacitum hunc Livii locum imitatum esse, contra Acidalimum docuit, et *septa pudicitia* exponit tuta et inexpugnabilis. *Animadverterit* est in Harl. 2. *Mox superbiamque, pro superbiamque*, Lipsiens. et Gaertn.

§ 5 *Neque cedret secundum liberta-*

tem postulantibus vindicias] Vide in hunc locum Ascanium, Festum, Rævardum ad leges xii. Tabul. c. 5. Cælinum xvii. 29. Alex. ab Alex. vi. 10. Turneb. Advers. xiii. 23. Pompon. l. 2. § 24. vers. ‘initium.’ D. de Orig. Jur. De vindiciis vide Cujac. Parat. in Cod. lib. iii. tit. 32. Hotoman. in § 15. ‘Appellamus’ Inst. de Action. pagg. 814. 815. 816. 817. et § 13. ‘Præjudiciales’ ibid. pag. 806. et Rom. Antiq. iii. pagg. 481. 482. 483. Klock. *Neque crederet* Lipsiens. et Hav. lapsu scribæ. Alibi ita sæpe peccatur. Vide hoc lib. ad c. 21. § 3. *neque cedre* Harl. 1. de qua constructione vide hoc lib. ad c. 4. § 9. Neque obstat regiminis diversitas ‘negotium dedit,’ ‘ut adsereret,’ ‘neque cedere.’ Eam enim illustrabimus ad xxxi. 44. § 5. Qnum tamen omnes alii codd. vulgatum tueantur, id etiam præferendum arbitror. Denique *vindicias* non comparet in Voss. 2. *indicias* habet Leid. 2. Vide ad § 12. *vindictis* Flor. et Leid. 1. *postulantibus al' vindiciis vindictis* fragm. Hav. duplice iterum lectione juneta, de quo errore modo dictum est ad § præc. At manus sec. τὰ αλ' et *vindictis* postea induxit, *servae* vel *sereē libertatem postulantibus vindictis* Lipsiens. et ita Gaertn. nisi quod *vindictis*, pro *vindiciis*, habeat. *Vindiciis* etiam dederunt Mediolan. an. 1505. Sed male. Quid sit ‘vindicias postulare secundum libertatem’ vide apud Sigonum de Judic. i. 21. et Bndænum Annot. ad l. 2. § 24. D. de Orig. Jur. *Mox τὸ esse deest* in Harl. 2. At voce addita *locum aptiorem injuriæ esse ratus* habet Gaertn. *locum injuriæ est ratus* Flor. Quæ lectio ut ferri posset, aliter interpungenda forent verba, ac major distinctio post τὸ *vindicias* ponenda esset. Mihi tamen vulgatum *verius* videtur.

§ 6 *Virginī renienti in forum]* Gebhardus hoc lib. c. 6. § 6. ex 1^o Pal. 3. legebat *renienti forum*, sine praeposi-

tione. At librarius *tau in*, quod forte scriptum erat *i*, omisit ob ultimam literam vocis præced. Vide ad **xxxvii.** 41. § 8. Certe omnes nostri codd. constanter voculam illam tuentur.

Ibi namque in tabernis literarum ludi erant] Volumen Ms. habet ibi namque in tabernaculis. Opinor Livium scripsisse *ibi namque vernaculi*. Neque enim crediderim, pueros et puellas in humilibus tabernis, quæ muris affigi solent, quales fuerunt lauiorum quarum mox meninuit, et sutorum ac aliorum opificum, sessitasse in propatulo. Needum vero temporibus illis opera grammaticæ dabatur, quæ nulla adhuc erat. Nam sub secundum et tertium Punicum bellum, ut auctor est Snetonius in libello de claris grammaticis et rhetoribus, hujus demum studium Romæ vigere coepit. Ante id tempus erant ludi literarum Romæ, sed vernaculi tantum, nondum videlicet loquendi scribendi que regulis natis. Qualem et illum apud Falerios in Faliscis ludum fuisse dubium non est, cuius magister discipulos Canillo prodidit; de quo Livius v. 27. faciet mentionem. Mores ille docebat, ut verosimile est, magis quam literas, et exercitiis corpora firmabat. Vernaculi ludi duo seorsum Selestadii fuerunt multis annis, Ludovico, Cratone, Hieronymo, et Sapido hic Latine profitentibus. In altero pueri instituebantur, in altero pueræ. Neque enim majoribus nostris promiscui ludi placuerunt, quales vidimus Basileæ et aliis in locis. Institutionis summa erat, peritia legendi scribendique et numerandi. At postquam fatalibus istis tumultibus corrigendæ religionis causa Germania turbari coepit, huc res devenit, ut vix ludi Latini quarta pars hodie sustineri possit; (priores illos namque professores fere quadringentis scholasticis frequente schola docuisse constat) etiam vernaculo ludo puerorum duntaxat in

illum contracto. Adeo contemni passim cœperunt literæ magno Germaniae incommodo, quod posteri nostri sunt sensuri. Præcipue vero dolendum, hoc eo tempore accidisse, quo meliores literæ paulo familiaris nostris innotuerant. Porro pro vernaculi scriba supposuit bernaculi recepto illo more. Id bernaculi quum nihil significaret, vertit alias in *tabernaculis*. At quia *tabernacula* militum sunt tentoria, doctus aliquis pro *tabernaculis* substituit *tabernis*. Rhen. Selestadii fuerunt duo vernaculi ludi: ergo et Romæ tempore decemviratus, quorum Livium hic meminisse oportuerat. Dignum acumen homine paedagogicæ ineptiæ: non tantum didicerat, grammaticos in pergulis docuisse. Quare ejus emendatio pereat ex memoria. *Gebh.* In *tabernaculis* Port. a m. pr. in *tabernaculis* Flor. Lipsiens. et apud Hearn. Oxon. L. 2. et C. ex quo *vernaculi* formantem Rhenanum probare nequeo, licet eam veram eredat Schottus ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 23. Quum eo tempore in ludi nullas, nisi vernaculas, literas discerent, necesse non erat, ut distinguendi causa *vernaculus* 'literarum ludi' cognominaretur. Neque statuendum, si ludi fuerint in tabernis, pueros ac puellas in propatulo sessitasse, quo argumento vulgatam lectionem refellere conabatur. 'Tabernæ' enim erant quælibet vilia ac plebeia ædificia, in quibus discentes non magis in propatulo sunt, quam qui in illis habitant. Ceterum summa iterum negligentia Doujatinus Rhenanum consuluit, docens, ipsum scribi voluisse in *tabernaculis*, et ut vulgatum defendat addens, tabernas non minus apertas esse in foro, quam tabernacula, ut, qui in iis sunt, a prætergredientibus cerni ac notari possint, nisi utraque clausa sint. Ceterum *lictorum*, pro *literarum*, perpetram Lipsiens.

Minister decemviri libidinis manum

injecit] Vide Brisson. de Formul. l. v. p. 419. (p. m. 374.) *Klock.* Vox minister perperam deerat in Gaertn. Nam ordo verborum est: ‘minister libidinis decemviri injecit manum.’ De locutione ‘injicere manum’ vide Torrent. ad Hor. Od. 1. 17. 26. et Heinsium ad Nason. Ann. El. 1. 2. 20.

Serva sua natum (servumque appellans) esse, sequique se jubebat] Multo rotundius illæ, quas dixi, vetustiores: *serva sua natam, servumque appellans sequi se jubebat:* intelligitur enim ‘dicens;’ ant includitur sensu verbij *appellans.* J. F. Gron. Per vetustiores, quas dixit, Gronovius intelligit priores edd. proxime memoratas § 4. At illæ usque ad Aldnum, receptæ lectio- nis auctorem, apud me etiam ignorant vocem *se;* ac præferunt *serva sua natam, servumque appellans sequi jubebat.* An tamen audiendæ sint, vehementer dubito, quia codd. scripti voces ab Aldo additas pertinaciter servant. Præterea *servam suam natam* habet Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Lipsiens. Vulgatum tamen malo, ne tot quarti casus concurrant. *Serva sua, natamque suam appellans esse: sequi se jubebat* præfert Gaertn. est autem, pro *esse,* Lipsiens. ‘*Serva natam*’ Liviana locutio est, de qua vide ad Epitomen Liv. lib. 1. *Tum se sequique jubebat* Hav. In verbis proximis Gaertn. tres voces interponit hoc modo, *cunctantem quoque minabatur se vi abstracturum.* Sed voces illæ constanter in nullo alio meorum conspi- ciuntur.

§ 7 *Fidem Quiritium implorantis, fit concursus]* Vocabulam *fit* male omittunt Voss. 1. et Leid. 2. Liv. XLIV. 44. ‘Amphipolim quum jam fama pugnæ pervenisset, conurusque matronarum in templum Dianaæ, quam Tauropolim vocant, ad opem exposcen- dam fieret.’ Quæ vero Modins ex Brisson. de Formul. VIII. p. 718. hue contulit de verbis sollemnibus, qui- bus populi auxilium implorabatur,

non magis ad hunc locum pertinent, quam ubiemque ejusdem rei mentio fit. Quare deleri jussi, existimans sufficere, quod apud Brissonium vi- deri possint.

Sponsaque Icili popolare nomen celebre erat] Ita Pall. 1. ac 3. Pal. 2. et Campani *celebrabatur.* Vulgo *celebratur* approve, nt et Andreas. Gebh. *Celebrabant Lipsiens. celebrunt Voss.* 1. et Leid. 2. simili varietate, ac no- tavimus II. 26. § 4. Contra *celebre erat* Voss. 2. Verum et Voss. 2. et Leid. 2. pro varia lectione in margine præferunt *celebrabatur*, quæ iterum scriptura exstat in contextu Flor. Gaertn. et Neapol. Latinii.

Turbum indignitas rei virginis conciliat] Indig. virginis rei Voss. 1. *indig. rei Virginis conciliat* Leid. 2. *in- dignitas rei Virginea conciliat* Gaertn. An forte voluit *Virginea conciliat?* Vide mox ad c. 45. § 1. Sed optimi in vulgatum *virginis* conspirant.

§ 8 *Jam a vi tutu erat, quum adser- tor]* *Jamjam tuta erat* Leid. 2. *Jam ri- tutu erat* Flor. Sed quum per com- pendium prima vox scripta fuisset Jā, ultima ejus litera præpositionem intercepit. Vide ad v. 52. § 10. ‘*Tu- tus a vi,’ ut ‘tutus a perfidia’* XXVIII. 44. ‘Quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim:’ ita enim ibi legendum esse, recte Gronov. monnit. XXXVII. 16. ‘*Portum Phœ- nicuntu petiere, navibus a maritina vi tutum.*’ Deinde *tum assertor* Harl. 2. et Gaertn. Sed sæpe *tum et cum* negligentia librariorum in MSS. com- mutantur. Vide ad Epitom. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Mox *crassari,* pro *grassari,* Voss. 2. Vide ad II. 12. § 15. ubi eadem obvia est diversitas scripturarum.

Vocat puerum in jus; auctoribus, qui aderant, ut sequeretur. Ad tribunal Appii percurrent est] Vide quid sit, quod quidam libri veteres habent *aduthoribus, qui aderant, assequenteribus.* Sigan. Pall. 1. ac 3. Andreas quoque

enm Camp. *ut sequerentur*. Pal. 2. *auctoribus, qui aderant, assequentibus*. At Siganus *adjutoribus, qui aderant, assequentibus*. Gebh. [Vide Lect. Varr.] Qui aderant, id est, *advocati, periphrasi eleganti, ut veteres maliunt interdum*; ‘Qui consuluntur,’ quam jurisperiti; ‘Qui res judicant,’ quam judices; ‘Quod natum est,’ quam infans. Tacit. Annal. II. 27. ‘Adhibitis, qui obsignarent,’ pro obsignatoribus. Cic. in Verrem II. 29. ‘Minucius, qui Sopatrum defensabat;’ pro Sopatri *advocato. Auctoribus, qui aderant, ut sequeretur*; est, snadentibus *advocatis, ne judicium defugeret: de sententia advocatorum vel proximorum puella secta*. Lib. II. c. 36. ‘Consensu inde hand dubio omnium, qui aderant, in forum ad consules lectica defertur.’ Dixerat ante, ‘Consilio propinquorum adhibito.’ Sic I. 48. ‘Restitit pavidiis atque inhibuit frenos is, qui iumenta agebat.’ Hoe si ‘adjutorum assequentium’ conditores intellexissent, brachium intra togam continuissent. J. F. Gron. *Vocat puellam intitiis auctoribus* Flor. a m. pr. in quo postea a m. sec. erasum est alterum i, ut esset *invitis*. Sed, vulgatum probum esse, nullus non satis videt. *Auctoribus, qui aderant, assequentibus* Harl. 2. et apud Hearnium Oxon. B. *adjutoribus, qui aderant, assequentibus* Hav. quod recte Gronovio displicuit, qui vulgatam scripturam vindicavit, docens, τοῖς qui aderant circumscribi *advocatos, quemadmodum ‘qui res judicant’ periphrasis est iudicium*. Vide Mannt. ad Cic. ad Famil. VIII. 14. *auctoribus, qui aderant, adsequerentur* Lipsiens. Qui scripturam mutarunt, sensum loci non adsecuti sunt, quod eum imperitis illis paullo difficiiliorem redderet pronominis demonstrativi ellipsis. Eo addito foret illis, qui aderant, *auctoribus, ut sequeretur*. At sæpius id apud Livium aliosque supprimi solet. Vide ad

XXIII. 15. § 4. Dubito, utrum, Gronovii expositione accepta, vel partculam *ut addi*, vel distinctionem mutari, necesse sit. Livium enim saepe conciso hoc orationis genere delectatum fuisse, videbimus ad XXI. 36. § 4. Si tamen alterutrum eligendum, mitius longe erit, ut interpunctionem ex mente Gronovii constituamus. Et ita vir doctus etiam interpunctum ad marginem edit. Curionis. Præterea *ut sequerentur* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. I. Port. a m. pr. fragm. Hav. et Neapol. Latinii, quæ et ipsa lectio ex non intellecto Livii sensu nata videtur. Ejus conditores junxisse verosimile est *ut sequerentur, qui aderant*: verum ita non erit, quo referendum sit *auctoribus*. Tò ut deest in Gaertn. interceptum ob ductuum similitndinem a duabus ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXVII. 24. § 13. idem etiam cod. *sequerentur* exhibet.

§ 9 *Furtoque inde in domum Virginii translatam, subpositum esse*] Rott. Gud. Voss. interque, Flor. Helm. *suppositam ei esse*. J. F. Gron. *Suppositam ei esse non modo omnes scripti mei, (præter unum Hav.) et Hearnii Oxon. N. et L. 2. verum et, quascumque vidi, edd. usque ad Grunternum; qui demum in postrema omisit, ejusque exemplo recentiores. Vocem itaque *injuria ejectam pristino loco restitui*.*

Præterea *inde exsulat ab Hav.* quod quum saepe per compendium in scribatur, interceptum fuisse existimari debet a seq. vocula *in*: qui error alibi non semel negligentia scribarum commissus est. Vide ad Liv. XXXVII. 52. § 2. *Insuper male inde in domo Virg. transl.* Leid. 2.

§ 10 *Id se indicio compertum adferre*] Pal. 3. *compertum asserere*. Gebh. *Adscrere errantis est librarii. Solent antem verba ‘serere’ et ‘ferre’ alibi ab illis confundi*. Vide hoc lib. ad c. 17. § 10. Male etiam pronomen *se* abest a Voss. 1. ju-

dicio vero, pro *indicio*, haud melius legunt Lipsiens. Gaertn. et Hav. Ductuum autem similitudo efficit, ut illa vocabula passim inter se commutentur. Vide ad vii. 39. § 5.

*Probaturumque vel ipso Virginio judice] Probatum que Lipsiens. Tum voculam que omittit fragm. Hav. Mox major pars deest in Leid. 2. quemadmodum vox *injuriae* in Hav. at *eius injuriae* transpositis vocabulis præferunt Harl. 2. et Lipsiens. pronomen antem *eius* omittit Gaertn. Iterum inferius *a quum* exsulat ab Hav. *dominium*, pro *dominum*, habet Lipsiens.*

§ 11 *Reipublicæ caussa dixissent abesse]* Ita primus Aldus, neque aliter codd. quos in consilium adhibui. Primæ tamen edd. abesse dixissent. Præterea si nunciatum sit ei trajectis duabus ultimis voculis Port. Tum *absente patre de lib.* Gaertn. cuius librarius dare voluisse videtur *absentem patrem de lib.* Sed potius vox *patre*, quæ in nullo alio comparet meorum codicum, ex sequentibus hic quoque repetita est.

§ 12 *Lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem]* Lex apud Dionysium est l. xi. p. 712. cum ducitur corpus aliquod ex libertate in servitutem, non, qui auferre nititur libertatem, sed qui libertatis est custos, dominus corporis esse debet, ad finem usque iudicii. Vide apud eundem auctorem legis expositionem ab Appio pronunciatam, quæ ad Livii verba intelligenda multum lucis adferet. Eam nos consulto omittimus, ne commentarium seribere videiemur. *Glar. Indicias det Flor.* ex interpolatione manus recentioris, Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Vide hoc cap. § 5. Quid sit ‘dare vindicias secundum libertatem’ vide apud Budænum adnotat. ad l. 2. § 24. D. de Orig. Jur.

Neu patiatur virginem adultam famæ prius, quam libertatis, periculum adire] Leggo *famæ*. Klock. Sæpe voces ‘fa-

ma’ et ‘formæ’ commutantur. Vide ad xxxix. 10. § 4. Hic vero nihil est mutandum. ‘Adit disserimen rei,’ qui versatur in discriminé rem amittendi. Jam autem virgo adulta et forma excellens non *formæ*, sed *famæ* pudicitiaeque periculum adiret, si deemvir permetteret, ut ab eo qui in servitutem adserebat vindicaretur, et in alterius, quam suorum, potestate foret. Ceterum *ne patiatur* est in Voss. 1. Vide ad Liv. ii. 15. § 2. Vocem *neu* omisit Leid. 2. quemadmodum etiam Hearne vocem *adultam* in codd. L. 1. et C. quos Oxonii excusuit, deesse testatur.

CAP. XLV. § 1 *Quam Virginii amici postulationi sue prætentantur]* Virginis amici Harl. 2. Hav. et, ut Hearne auctor est, Oxon. B. et L. 2. similiter vet. lib. præferre Sigonius prima Scholiorum ed. monuit. Eadem varietas scripturæ est c. 44. § 7. et cap. seq. § 2. ubi priscæ codd. et quidam apud Gebhard. codd. *virginem*, pro *Virginiam*, præferunt. Vide etiam ad c. 51. § 7. ad c. 58. § 10. et ad Epit. hujus lib. Deinde amici postulationesce præt. Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. amici postulationesque præt. Gaertn. amici sui postulationi sue præt. Lipsiens. Paullo ante *libertati furit*, pro *lib. farerit*, Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. Vide ad Epit. Liv. lib. XLV.

§ 2 *Ita in ea firmum libertati fore præsidium]* Vocabulam *ita* omittit Voss. 2. quam recte reliqui omnes servant. Idem autem hic notat, ‘quod, hac conditione.’ Vide ad iv. 5. § 5. Deinde *in ea libertatis fore præs.* prisci excusi usque ad Aldum, qui prius recepit, quod hodie adhuc in edd. vulgo exstat. Et lectionem Aldi firmiter omnes scripti, nisi quod in uno Hav. sit, unica additalitera, *in ea firmum libertatis fore præs.* At ‘præsidium libertati’ elegantius est, eadem ratione dictum, qua ‘remedium timori, ‘monumentum libertati,’ ‘ve-

nia errori,' et similia plura, de quibus mox videndum ad c. seq. § 2. Ita c. 53. 'Libertati enim ea præsidia petitis, non licentiae ad impugnandos alios.' Vide etiam ad iii. 55. § 4.

Si nec caassis nec personis variet] Si ne caassis Klockian. Voss. 1. Leid. ambo, et Harl. 1. Sed patet, ultimam literam τοῦ nec elisam esse a prima vocis proxima caassis. Vide ad xxiii. 8. § 9. Alii vero pro illo ne substituerunt non, quod inveni in Harl. 2. Lipsiens. et Hav. Tò variet non agnoscit posterius memoratus codex. Pro eo varietur est in Gaertn. Vide ad xxxix. 22. § 8.

In his enim, quæ adserantur in libertatem] Vet. lib. In iis enim, qui asserantur. Sigan. Locus est valde obscurus : quam tamen obscuritatem nemo adhuc, quod sciām, vel intento digitulo indicavit. Sic igitur sentio : Non negasse Appium, quin, ubi de libertate agebatur, vindiciae secundum eam decernendæ essent. Quid ergo est? Contendebat scilicet Appius, aliud esse statuendum in eo, qui sui juris, aliud in eo, qui in patris manu ac potestate esset. Nam in priore non negabat, quin possessio secundum libertatem danda esset : in posteriore, si ei, de cuius statu quærebatur, libertatis possessio daretur, juri patriæ potestatis præjudicium fieri : patriam, inquam, potestatem immunitam videri : quia pugnare hæc inter se videntur, 'Esse in possessione libertatis,' et 'Esse in patria potestate :' quasi prior sui juris sit, posterior alieni : quæ inter se contraria sunt, ut ait l. i. D. de his, qui sunt sui vel alieni. Appii ergo disputatio hæc fuit: Si puellæ, quæ in patris potestate esse dicitur, libertatis possessio daretur, jus patriæ potestatis imminucetur; quare lex, quæ in caussa liberali dari vindicias secundum libertatem jubet, locum in ea non habet. Verum si puellæ pater

adisset, tum alind juris statui oportaret. Quid ita? quia scilicet moris erat, ut, cum quis suam rem (velut in hac specie suam ancillam) vindicasset, adversarius illico contra vindicaret, qnemadmodum Boëtius in Top. Ciceron. exposuit; ejusque rei vestigium exstat in § 2. Inst. de Action. et in illo Murenianæ Orat. loco c. 12. 'Fundus ille meus est. Immō mens.' Cum igitur Claudius, is qui puellam in servitutem asserebat, dixisset 'Hanc puellam meam esse aio,' patre quidem absente nemo exstabat, qui sic defenderet : 'Immō mea.' At si pater adfuisse, tum continuo id pronunciasset : sponsoresque, sive prædes, earum vindiciarum dedisset, jndicio sisti, neque in ea quidquam dolo malo factum iri. Quod Livius his verbis non quidem aperte ostendit, sed certe obscure significat: 'in ea, quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat.' Dionysius autem sic explicat l. xi. p. 713. (sic enim locum illum convertimus) 'Sed cum inter eum, qui se dominum, et eum, qui se patrem asserit, controversia est, æquum esse arbitror, siquidem ambo assint præsentes, secundum patrem vindicias dari, (τὸν πατέρα κρατεῖν τὸν σῶματος) usque ad finem judicii : cum vero ille absit, enī, qui se dominum esse contendit, puellam abducere, prædesque idoneos dari sistendi eam apud magistratum, quando pater ipsius aderit.' Observandum autem illud est, Livium aliquoties antiquorum more 'vindicandi' verbum usurpassæ pro possessionem petere. Sicut apertissime 'vindicias' et 'possessionem' promiscue usurpat. Velut in illo loco c. 46. 'Cum instaret assertor puellæ, ut Icilius vindicaret, sponsoresque daret.' Et mox eodem cap. 'Ita vindicatur Virginia, spondentibus propinquis.' Neque enim Icilius dicebat 'Hanc puellam meam esse aio;' sed 'vindicatur' dixit, pro

‘possessio secundum libertatem datur.’ Recteque Asconius in Verrinam tertiam (sive in Verr. t. 15.) ‘litem vindiciarum’ interpretatur litem de possessione. *F. Holomann.* Observ. 11. 9. In iis enim, qui asserantur, ut Siganus in vet. lib. invenit, similiter præfert fragm. Hav. qui asserantur est etiam in Flor. Leid. 2. Harl. utroque, Gaertn. Hav. et prioribus edd. usque ad Frobenium, qui a. 1535. quæ asserantur subposuit. Forte mutandi causa fuit, quod mox etiam genere sequiori addatur ‘in ea, quæ in patris manu sit.’ At tota vocula quæ vel qui omittitur in Leid. 1. Lipsiens. et Port. a m. pr. Etiam præpositionem in non agnoscit Lipsiens.

Quia quiris lege agere possit] Quia quiris codex Neapol. Latinii. quia quis Leid. 2. qui error ex scribendi compendio natus est. Num enim ita notatum foret quis, virgulam, quæ per caudam literæ q erat traducta, librarius non animadvertis. Quia qui eir Harl. 1.

Neminem esse alium, cui dominus possessione cedat] Possessionem cedat Leid. 2. a m. pr. altera lectio inter versus adjecta, quæ et verior, ob aliorum codicum in eam conspirantium auctoritatem, et elegantior est. Infra xxiv. 6. ‘Æquum censem, Sicilia sibi omni cedi:’ ubi plura notantur.

§ 3 Placere itaque patrem arcessi] Accersi fragm. Hav. accersiri Voss. 2. Harl. uterque, Lipsiens. Port. Hav. et prisæ edd. arcersiri Flor. arcesseri Gaertn. cuius librarius se scriptum reperisse credit arcess'i. Arcessiri Voss. 1. Leid. ambo, et Klockian. Quomodo etiam Latinus et Gebhardus ad 111. 9. § 13. legendum existimarent, et Hearne ac numerus editor Londiniensis cum secutus vulgarunt. At vellem docuissent, a quo præsenti infinitivus hic arcessi-ri deducendus sit: certe non ab ‘ar-

cesso:’ inde enim ‘arcessere’ et ‘arcessi’ declinantur. Videtur perfectum ‘arcessivi,’ more verborum quartæ conjugationis formatum, viris doctis per incogitantiam imposuisse, non in memoriam revocantibus, pleraque verba in ‘sso,’ quamvis tertiae conjugationis, tamen in perfecto efferri simili modo: ut ‘capesso,’ ‘capessivi;’ ‘lacesto,’ ‘lacessivi;’ et similia. Vide Voss. Gramm. v. 31.

Quin ducat puellam] Frustratio merita. Nec dubium, quin tunc quoque obtimerit, quod sancit Paulus I. III. π. 10. D. de Acq. Poss. ‘Si servus, quem possidebam, pro libero se gerat, ut fecit Spartacus, et iudicium liberale pati paratus sit, non videbitur a domino possideri, cui se adversarium præparat. Sed hoc ita verum est, si din in libertate moratur. Alioquin si ex possessione servitutis in libertatem reclamaverit, et liberale iudicium imploraverit, nihilominus in possessione mea est, et animo eum possedeo, donec liber fuerit pronunciatus.’ J. F. Gron.

§ 4 Quam quisquam unus recusare auderet] Propemodum tale negotium hoc est, quale superius de patriciis in plebem peccantibus post Cæsonis damnationem retulit c. 14. sensus tamen obscurus est. Glar. Pall. tres et Camp. unus reclamare. Gebh. Non est Latinum ‘recusare adversus injuriā.’ Tres Pall. et ed. Campani reclamare. Supra c. 21. ‘Tribuni reclamantibus consulibus refecti.’ Lib. x. c. 41. ‘Reclamantibus universis ipse primus,’ &c. Sed potest intelligi ‘quam id recusare.’ J. F. Gron. Reclamare etiam Voss. 2. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Putem tamen potius cum Gronovio, intelligendum esse, ‘Id reconsare,’ quia integerimi codd. vulgatum non mutant. Tum audirent Lipsiens. Vide ad vi. 18. § 7. Deinde quam quisque unus Leid. 2. errore descriptoris, qui notam, qua vox quisquam indicata

erat, non intellexit. De locutione
'quisquam unus' vide hoc lib. ad c.
12. § 4.

P. Numitorius pueræ avus] *Avunculus* legendum, ut frater matris Virginiae esset. Nam si pater fuisset, non video, quo pacto tam grandis natu tribunus postea fieri potuisset. *Sabell.* In veteri volumine legitur *avus*; subintellige 'maternus.' *Rhen.* Qui-dam codd. *avus* habebant. At Dionysius Numitoriam Virginii uxorem, Numitorique sororem ac Virginiae matrem plane asserit l. xi. p. 711. Et ipse Livius postea in catalogo novorum tribunorum hoc lib. c. 54. P. Numitorum 'Virginiae avunculum' scribit, quamquam temere meo quidem iudicio Virginii eo in loco quidam reposuerunt. Rursus in accusatione Appii a Virginio facta c. 57. iidem 'avum' restituerant, non minore, ut puto, errore. *Glarean.* Libri vett. habent *avus*: sed placet magis *avunculus*, quia Dionysius inquit l. xi. p. 710. ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. *Sigon.* Omnes libri, qua calamo picti, qua eusi, *avus*. Sic c. 57. eodem consensu pertinaces 'sponsum avumque in carcерem duci jusserit.' Sed Dionysius, ut ante monuit Sigonius, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. *Gebh.* Vitiosa lectio *avus* superest in omnibus, quos consului, codd. nt et in codice Neap. Latinii. Hearne eam similiter invenit in Oxon. B. L. 2. N. et C. quomodo etiam tantum non omnes iidem peccant infra c. 57. § 4. In uno tantum Leid. 2. hoc loco *avunculus* in margine adnotatum vidi. Præterea P. Munitorius, literis transpositis, Lipsiens. quomodo fere *Nomicius*, pro *Minucius*, dederunt sæpe libraii, et contra *Minucius*, pro *Nomicius*. Vide ad 11. 63. § 1. Mox interrenerunt, pro *intervenient*, Voss. 2. et Leid. 2.

§ 5 *Icili maxime interventu resisti posse*] *Itilii maximo interv.* Gaertn. Caussam erroris vide ad 11. 44. § 5.

Vide etiam ad v. 40. § 5.

§ 6 *Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset*] Vet. lib. Cum placidum quoque, &c. Sigon. Cum plac. quoque ing. solus Pal. 2. reliqui vero cum antiquis impressis ablegant τὸ Cum. Gebh. Auctoritate meliorum scriptorum et impressorum τὸ Quum amovimus. Quid enim? Itane placidum et mite ingenium Icili, si nibil aliud, tribunicii hominis, prædictet Livius? Hoc vero ego si credam, quæ libro secundo et hoc tertio ab ortu tribunorum ad hoc loci perscriptis, non legerim. Nimirum offendit et librarinn et Sigionum oratio, sententia qnam verbis plenior. Ait enim, tranquillum quoque et sedatum ingenium hominis, si quod sic offensum fuisset, potuisse primum iniuritate et celeritate decreti, dein fastu lictoris submoventis irritari ac permoveri: intelligi præterea vult: nedum Icili, adsueti tempestate tribunicia Patres, plebem, sese agitare. Quod omisit per artem, ne ipse longiorem moram rei narrandæ faceret, quam Icilius gerenda, statimque verba illius subjicit. Scribe igitur et distingue: *Vocif. Ic. submoveat. Plac. quoque ing. tam atrox injuria accendisset. Ferro hinc tibi subm.* Tale est xxviii. 5. de Philippo: 'Vel segnem ducem tot irritare tumultus circumfusi poterant. Legationes dimitit.' Quasi additum esset, nedum Philippum, unum sine ætatis acerrimum regem. Tamen illud cum se insinuavit etiam in Romanam Andreæ. Habet enim, *Plac. quoque ing. cum tam atrox*. Sed Tarvisina, Veneta, Becharius, alii mature spreverunt. *J. F. Gron.* *Plac. quoque ing. cum tam atrox* etiam Harl. 1. sed Quum pluc. quoque ing. tam atrox Harl. 2. et Hav. quod sibi in Oxon. B. L. 2. N. et C. obvium fuisse Hearne professus est. At meliores nostri τὸ Quum non agnoscunt: quibus fidem habens id recte a Gronovio ejectum existim. Eo tamen addito,

nego Livium prædicaturum placidum et mite ingenium Icili: nam ibi quoque 'nendum Icili,' intelligentum hoc modo, 'Quum placidum quoque, nendum Icili, ingenium tam atrox injuria accendisset, Ferro hinc tibi submovendus sum, Appi, inquit.' Una igitur codicum integrorum auctoritas permovet, ut voculam *Quum* recte a Gronovio deletam esse ceuseam. *Nec plac. quoque ing.* exhibet Gaertn. Sed illud *Nec ibi datum fuisse videtur pro ultima syllaba vocis præced. submovet,* quæ in cod. illo omissa erat. Obfert enim *vociferantemque Itilium summo nec placidum quoque.* Mox *Ferro tibi hinc submovendus sum* alio ordine Gaertn. a. m. pr. et vetustiores, quos vidi, editi. Id postea Aldus mutavit, consentientibus scriptis.

Ut tacitum feras, quod celari vis] Quod scelerari vis Voss. 1. et Leid. 2. Credidit librarius per notam scriptum fuisse *celari*, id est, *celerari*: nam interdum hæc verba ita commutantur. Vide quæ notavi ad Silii Ital. xvii. 91. inde vero facile fieri potuit *scelerari*: certe *scelerari*, pro *celari*, est in Lipsiensi: *celare* habet fragm. Hav. a. m. sec. *quod celarius eis* Flor. Ceterum ita interpungetur Lipsiens. *quod scelerari vis virginem.* Ego hanc sum ducturus. Male. Appius enim ex sententia Numitorii non tantum 'virginem,' sed omnes, qui aderant, consilium celare volebat.

Sum ducturus, nuptamque pudicam habiturus] Vetus lectio *nuptam*, *pudicamque hab.* Sigon. *Nuptam pudicam hab.* primæ edd. quod in nullo cod. nisi in solo Lipsiens. inveni. Pro eo deinde Aldus dedit *nuptamque pudicam hab.* quod servant Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Klockian. et Gaertn. Reliqui vero Sigonio consentientes præferunt *nuptam pudicamque hab.*

§ 7 *Collegarum quoque lictores convoca]* Vocem quoque expellit Port. et simul provocans exhibet pro *convoca.*

Infra cap. seq. 'Nec se utique collegarum lictores convocaturum ad coercendos seditionis auctores.' *Convocans* est in Leid. 1. Sed vulgata lectio mihi longe præstare, et accenso Icili ingenio melius convenire videtur.

Non manebit extra domum patris sponsa Icili] Non movebis Oxoniensis L. 1. apud Hearnium. Male. 'Manere' hic est pernoctare, ut sæpe alibi. Infra hoc lib. c. 69. 'Exercitusque novus, panceis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus, manserit ad decimum lapidem.' XLIV. 38. 'Parvum hoc tandem esse credimus, quod ex his castris, in quibus hac nocte mansimus, exituri in aciem hodierno aut summum crastino die, si ita videbitur, Diis bene juvantibus, sumus?' Ita sæpe Cic. ut ad Att. v. 16. 'Scito, non modo nos fœnum, aut quod lege Julia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem: nec, præter quatuor lectos et tectum, quemquam accipere quidquam: multis locis ne tectum quidem, et in tabernaculo manere plerumque.' VII. 21. 'Eo enim die ego Capna discessi, et mansi Calibus: inde has literas postridie ante lucem dedi.' Orat. Phil. i. 3. 'Quumque intempera nox esset, mansissemque in villa P. Valerii comitis et familiaris mei.' Plura vide apud Salmas. ad Capit. Antonin. Philos. c. 7. et J. F. Gronovium ad Senec. de Benef. III. 16. Hinc 'mansiones Saliorum' sunt ædificia, variis partibus Urbis constructa, quibus Salii, quotannis ancilia per Urbem circumferentes, pernoctare solebant; de quibus vide Gisbert. Cupernum Observ. iv. 2.

§ 8 *Non, si tribunicium auxilium, &c. duas arcas libertatis tuendæ ademittis]* Vocem si ignorant Voss. 2. et Lipsiens. contra pro ea sit scriptum habent Voss. 1. et uterque Leid. Sed errore passim obvio prima litera vocis *tribunicium* repetita est in fine

præcedentis *si*. Vide ad **XL**. 7. § 8. *Non sicut si tribun.* est in Gaertn. Deinde duas artes libert. tuendæ Lipsiens. et Gaertn. qui error in scriptis frequens est. Vide ad **IV**. 56. § 3. ‘Arx’ hic vocatur metaphorice id, quod libertatem munxit, eam tutam præstat, cui libertas innititur. Infra **VII**. 34. ‘Arx illa est spei salutisque nostræ.’ Cic. Divin. in Cæcil. c. 5. ‘Hæc lex socialis est; hoc jus nationum exterarum est: hanc habent arcem, minus aliquanto nunc quidem munitam, quam antea,’ &c. Præterea ademisti Leid. 1. et Lipsiens. Sed ‘vestræ libidini,’ et mox ‘sævite,’ hic ademistis rectum esse, docent. Mox ideoque in liberos Voss. 1. et Leid. 2.

§ 9 *Sævite in tergum et in cervices nostras] Suite in tergum Gaertn. Sinite integrum et in cervices nostras Hav. Sævitii tergum Lipsiens. Sævi tergum Leid. 2. sed quum unica serie olim scriptum fuissest Sævite in tergum, tres literas ite librarius repeteret neglexit. Conjunctionem et omiserat etiam Port. a m. pr. sed altera postea adpinxit. Præterea inter cervices Harl. 1. Ita saepe peccatur in MSS. Vide ad **XXXVIII**. 57. § 6. Hic vero ultima syllaba τοῦ inter ob similitudinem literarum repetita esse potuit ex prima vocis seq.*

Huic si vis adferetur] Si vis afferetur Leid. 2. pro quo m. sec. in marg. afferetur emendatur.

Neque tu istud umquam decretum sine cæde nostra referes] Neque istud tu umquam decretum Port. neque tu umq. istud decr. Gaertn. et fragm. Hav. neque tu istud decr. umq. primi excusi quos consului. Id tamen, quod nunc editur, jam vidi in edit. Veneta an. 1498. numquam, pro umquam, Lipsiens. Præterea sine cæde ref. nostra Voss. 2. sine fide nostra ref. Klockian.

§ 10 *Postulo, Appi, etiam atque etiam consideres] Postulo, Appi, etiam*

*cons. fragm. Hav. a m. pr. Postulo, Appi, etiam atque cons. Leid. 2. Non intellexerunt librarii illud etiam atque etiam, quod Cic. quoque aliquoties cum verbo ‘considerare’ coniuxit: ut Divin. in Cæcil. c. 14. ‘Vide modo, etiam atque etiam considera:’ in Verr. v. 68. ‘Videas etiam atque etiam, et consideres, quid agas, quo progrediare:’ pro lege Manil. c. 19. ‘De qua, ut arbitror, isti ipsi, qui minantur, etiam atque etiam, qui id liceat, considerabunt.’ Insuper, vocula ut interposita, Postulo, Appi, ut etiam atque etiam cons. Gaertn. Sed reliqui eam ignorant, quam etiam saepe Livins cum verbo ‘postulo’ omisit. Ita **XLIII**. 15. ‘Postulavit, ex senatusconsulto destinarent sibi duas legiones:’ et alibi: etiam cum verbo ‘exposcere’ **II**. 35. ‘Precibus plebem poscentes, nnum sibi civem, &c. donarent:’ cum verbo ‘petere.’ Vide ad **XXXII**. 35. § 5.*

§ 11 *Sciut, sibi, si hujus vindiciis cesserit, conditionem filia querendam esse] Non innuit Icilius, fore, ut sponsalia cum Virginia dirimantur, si pater supersederit a vindiciis secundum libertatem, quoniam sponsam, quæ ad servitutem recidat, non sit ducturus: sed, quum verbis seqq. mori præoptat Icilius, quam sponsam suam deserere, hoc potius dicit: ‘et si pater possessione filiae suæ cedat, ego tamen eam in libertatem vindicare numquam vel cum periculo vitæ cessavero, qua posita, pater ei conditionem quærat quam volet; ego præsentem tueri pergam.’ Plura de hac phrasí ‘quærere conditionem’ vide apud Cælium **xvii**. 29. Utitur eadem Lampridius in Heliogabalo, sed in obscurâ significatione c. 5. ‘Romæ, inquit, ‘nihil aliud egit, nisi ut emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent, ut conditionibus eorum frui posset:’ ubi, quid ‘conditionem quærere’ sit, Egnatius explicat. Vide Brisson. de Verb. Sign. I.*

III. in 'Conditio quoque.' Festum in 'Conventa conditio.' Donat. in Terent. Andr. I. 1. 52. 'Acceptit conditionem:' 'Conditio' est pactio, certain legem in se continens: et in Heaut. II. 3. 85. ad illud 'Harum duarum conditionum.' 'Conditio est cum uno' (quid si viro legas?) 'certain legem in se continens. Alibi Terent. 'Acceptit conditionem, dehinc quæstum occipit.' Klock. *Sciat, sibi, si ipse hujus Harl. I. sciat, si ipse hujus prima, quibus usus sum, edd.* usque ad Aldum qui primus vulgavit *sciat, sibi, si hujus.* Et ita reliqui codd. mei. Deinde vox *vindiciis* omittitur in Gaertn. Ceterum *conditio* quæ est, sponsum filiae circumspiciendum, quærendum esse. 'Conditio' enim eleganter notat conjunctionem vel sponsaliorum vel nuptiarum. Quemadmodum autem 'matrimonium' pro uxore, sic 'conditio' vel pro sposo aut sponsa, vel pro marito aut uxore poni solet. Terent. in Phorm. IV. I. 13. 'Nam hanc conditionem si eni tulero extra-rio, Quo paeto aut unde mihi sit, di- cendum ordine est:' id est, si hanc filiam alicui extraneo uxorem obtule-ro. Senec. de Benef. I. 9. 'Rusticus, inurbanus, ac mali moris, et inter matronas ahominanda conditio est, si quis conjugem in sella pro-stare vetuit.' Justin. XI. 7. 'Polliceturque se et matrimonii et spei so-ciam. Tam pulchra conditio prima regni felicitas videtur.' Sueton. in Cæs. c. 27. 'Octaviam sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditionem ei detulit, sibique filiam ejus in matrimonium petiit:' ita Grævius legendum monuit, et locutionem illustravit. Plinius Epist. I. 10. 'Ipse provinciæ princeps hunc, inter altissimas conditiones, gene- rum non honoribus principem, sed sapientia elegit:' ubi videndus est Corte, ut et viri docti ad Planti Au-lul. III. 5. 2. Etiam in scriptis juris-

consultorum hoc sensu sæpe ea vox usurpat. Vide Briss. de Verb. Signif. in voce 'Conditio.' Insuper verba *si hujus vindiciis cesserit cum Doujatio exponenda non sunt, si pro- secentus non fuerit has filiæ vindie- ies, ideoque illa servilis conditionis pro-nunciata sit, vel si victus fuerit ac- tione vindicarium a M. Claudio mo-ta; sed potius, si permiserit filiam a M. Claudio possideri, donec lis, utrum serva au ingenna nata fue- rit, dijndicata sit.* Non recte etiam Klockius verba Livii intellexisse vi-detur. Si enim filiæ possessione ce- deret pater, eni soli in eam jus com-petebat, Icilius eamdem nullo co-lore in libertatem vindicare poterat. Potius distincte proponit Icilius, quid patre absente facturus sit, quid etiam eodem præsente. De priori casu, quem ultimo loco proponit, testatur, se sponsam in libertatem vindicatu- rum, citiusque sibi vitam ereptum iri, quam ut eam desereret: ubi an- tem Virginius venerit, eum visurum, quid de filia agat. Sed addit simul, si M. Clandii vindiciis cesserit, ac permittat ut ab eo possideatur, do-nece lis quæ mota est dijdicata sit, se sponsam repudicaturum, et num- quam uxorem ducturum, licet postea ingenua pronuncietur. Ultima igitur verba hujus cap. ita accipienda sunt, quasi dixisset, 'me, antequam Vir-ginius venerit, vindicantem spon-sam,' &c.

CAP. XLVI. § 1 *Lictores Icilium cir-cumsteterant]* Pall. I. ac 2. *circumstet-ere.* Gebh. Circumstetere ex meis unius Voss. 2. Deinde *lictors cir-cumst.* Ic. trajectis dictionibus Hav.

Nec ultra minus tanen processum est] Nec ultra minus tantum proc. est Voss. 1. et Leid. 2. Error promana-vit ex similitudine notarum, quibus utebantur ταχνηράφοι, tñ pro tantum, et tñ pro tamen scribere soliti. Ea igitur similitudo inter tñ et tñ efficit, ut tantum et tamen sæpissime confusa

fuerint in libris scriptis. Exempla ejus rei habuimus 1. 29. § 6. II. 18. § 5. c. 37. § 3. III. 5. § 12. c. 11. § 11. c. 16. § 1. c. 71. § 8. IV. 31. § 6. v. 12. § 11. c. 18. § 8. c. 46. § 1. c. 48. § 6. c. 51. § 3. c. 52. § 13. IX. 12. § 6. ubi alia videri possunt. Nec ultra minus tum processum est Lipsiens. qui error quoque ex eodem fonte profluxit. Vide ad xxii. 17. § 5. nec ultra minus Harl. 2. Alibi voces ulro et ultra commutatas in codd. scriptis fuisse, dicam ad xxx. 16. § 3.

§ 2 Non Virginium defendi ubi Icilio] Pall. 1. ac 3. et Andreas habent virginem. At Pal. 2. et Campan. Virginium. Gebhl. Virginium, quod notis Gebhardi præscribitur, etiam in nullo vel cod. vel vetustiore excuso reperi, sed demum in eis. Cnitionis. Pro quo licet interim Gryphius a. 1554. et postea Sigonius Virginiam vulgarint, allii tamen Virginium prætulerunt usque ad Gronovium, qui denuo Virginiam revocavit, quod in omnibus codd. meis superest. Ceteruni primae edd. virginem non defendi præferunt. Vide ad cap. præc. § 1. Aldus primus reposuit non Virginiam defendi, quo ordine etiam vocabula in MSS. conspicuntur.

Et tribunatum etiam nunc spirantem] Ita Aldus primus vulgavit. Neque aliter erat in MSS. meis, nisi quod Gaertn. præferat tribunum; Voss. 2. autem et nunc. De quo errore vide ad xxii. 47. § 9. et mox hoc cap. § 9. Aldo antiquiores exhibent et ad tribunum. Hinc videri posset legendum esse et ad tribunum etiam nunc adspirantem. At præstat, ut codd. duces sequamur. Ita Curtius vi. 9. 'Ipse, apud multos copiarnm duces meis præpotens viribus, majora, quam capit, spirat: ubi videndus Modius. Adde Heinustum ad Nason. Metam. v. 348. et quæ notavi ad Silii Ital. xviii. 536.

Locum seditionis querere] Lib. viii. c. 24. 'Indicat Lucanos insidiis quæ-

rere locum.' ix. 31. 'Omnium principum in Samnio eo curæ sunt intentæ, ut insidiis quæreretur locus.' xxv. 16. 'Mutata repente voluntate locum gratiae apud Pœnum quærrens.' xxvii. 2. 'Quum Hannibal nocte signa moveret, locum insidiis quærrens.' Et rursus c. 26. 'Totus in suas artes versus locum insidiis quærebat.' Videtur igitur et hac forma scripsisse Livius locum seditioni. J. F. Gron. Vulgatum tuetur Corte ad Plini Ep. ii. 1. § 6. ac firmat alio loco Livii ex hoc lib. e. 50. 'Nihil placet aspere agi: quippe ab ipsis datum locum seditionis esse:' ubi Glareanum etiam male *seditioni* scriendum conjecisse adfirmat. Addit et plura ex aliis scriptoribus testimonia. Et sane locationem ut vitiosam, nemo, credo, traducet; verum illud Gronovium, ut *seditioni* mallet, permovisse existimo, quod stilus Livii, qui, si non semper, certe sæpissime, atque infinitis locis ita locutus est, id videretur exigere. Ita i. 1. 'Cremata patria et domo profugos sedem condendæque urbi locum quærere.' ii. 15. 'Alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exsilio quærant locum.' iii. 50. 'Non esse jam Appii libidini locum in domo sua.' c. 63. 'Ne criminatio locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis est, avocavere senatum.' ix. 31. 'Omnium principum in Samnio eo curæ sunt intentæ, ut insidiis quæreretur locus.' v. 54. 'Dii hominesque hinc urbi condendæ locum elegerunt.' xxxv. 4. 'Boii sequebantur silenti agmine, locum insidiis quærentes.' Et ita passim aliis nominibus dativum addere amavit, ubi alii casum patrum jungere solent. Supra i. 12. 'Hic in Palatino prima urbi fundamenta jecit.' c. 45. 'Cornua . . . monumenum ei fuere miraculo.' ii. 1. 'Ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctæ multitudo-

dini addiderunt, numerentur: ubi pauci codd. *multitudinis*. c. 16. ‘Moritur gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumtus deesset:’ ubi unus iterum *funeris*. c. 30. ‘Is finis populationibus fuit:’ ubi plures præferunt *populationis*. c. 50. ‘Dubiusque rebus populo Romano sæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium:’ ita antiquæ codd. vulgo nunc editur ex auctoritate Mitorum *populi Romani*. III. 3. ‘Forte ab Algido Quintius consul redierat Romam: id remedium timori fuit.’ c. 12. ‘Jamque aderat judicio dies.’ c. 87. ‘Agitabat, quoniam modo tribuniciam potestatem, munimentum libertati, rem intermissam, repararent.’ c. 45. ‘Ita in ea firmum libertati fore præsidium, si nec caussis, nec personis variet:’ et hic iterum unus cod. male *libertatis*. v. 18. ‘Omen concordiae, Quirites, rei maxime in hoc tempus utili, memoria nostri magistratus vos his comitiis petere in insequentem annum video:’ ita Rhenanus et Sigonius ex fide codd. emendarunt, pro *rei utilis*. c. 38. ‘Eaque res ut initium pavoris ac fugæ, sic una salus fugientibus fuit.’ vii. 20. ‘Pro se quisque legatos mitti jubebat, ad petendam errori veniam:’ ita legendum conjicio, pro *erroris*. ix. 19. ‘Arma, elipeus, sarissæque illis: Romano scutum, majus corpori tegumentum, et pilum.’ c. 10. ‘Inter cetera magnifica pollitus, brevi caput Italiæ omni Capuan fore:’ ita Gronov. emendabat ex MSS. pro *Italiæ omnis*. xxiv. 15. ‘Nec alia magis Romanum impeditiebat res, quam capita hostium, pretia libertati facta:’ ubi non placet Heinsii conjectura *pretia libertatis*. xxv. 16. ‘Qui eam victoriam præ se ad inferos misisset, eum decus eximium egregiumque solatum suæ morti inventurum.’ xxvi. 35. ‘Ut magis dux, quam materia seditioni deesset.’ xxxv. 12. ‘Erat etiam major orationi materia,

quo ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat.’ XXXVII. 11. ‘Unam viam saluti esse ratus, si vim facere per fauces portus, atque crumpere in mare apertum posset:’ ita præferunt antiquiores codd. et quidam codd. Alii cum recentioribus excusis *riam salutis* exhibent. Ad hanc formam Curtius dixit iv. 8. ‘Imminens bellum, cuius multo major supererat moles, otiosæ peregrinationi tempora exemerat:’ quo loco, quod in anno cod. *otiose peregrinanti repertum sit*, Scheff. scribendum conjectit *otiose peregrinandi*. Sed mihi vulgatum magis placet. Ejusdem generis sunt, ‘hostis,’ ‘amicus,’ ‘socius populo Romano,’ de quo vide ad XXXIX. 47. § 11. Et ita accipi debet Tac. Ann. II. 64. ‘Enimvero, audita mutatione principis, inmittere latronum globos, excindere castella, caussas bello:’ illud, quod latronum globos inmitteret, castella excinderet, vocat ‘caussas bello,’ id est, caussas belli, quæ forent caussæ belli. Perperam autem hunc locum intelligebat Boxhorn. ad Tac. Annal. VI. 15. Quum itaque ex his pateat, quantopere similibus locutionibus Livius delectatus sit, eamdem etiam hic restituendam judicarem, si vel unus alicujus fidei codex addiceret. At nunc constanter in vulgatum consentiunt omnes, quibus utor, membranæ. *Mox se eo die materiam, omissa voce illi*, Gaertn.

§ 3 *Non id petulantiaæ suæ, sed Virgilio absenti et patrio nomini et libertati datum] Non petulantiaæ, neglecta voce media, Harl. 2. et Hav. non ut petulantiaæ suæ Voss. 2. Leid. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. spectulantiaæ Klockian. Deinde prius et omittitur in Leid. 1. et Port. at et patrio nomini libertatique datum habet Hav. et patrio nomine libertati datum Gaertn.* Ceterum voces bene multæ materiam: sed ut jam sciret, &c. *datum, jus eo die de-* sunt in Lipsiens. culpa librarii, cui repetitio vocum *eo die errandi occa-*

sionem dedit. Vide ad ix. 11. § 11.

Jus eo die se non dicturum, neque decretrum interpositurum] Sigonius de Antiq. Jur. Provinc. iii. 5. exponit: ‘neque iudicem, qui cognoscat, datrum, neque ipsum aliquid decretrum.’ Verba ‘jus dicere’ etiam iudicis dationem comprehendere possunt. Sed hæc interpretatione eamdem causam et juris ordinarii et cognitionis videtur facere. Præterea Sigonio, hic ‘jus dicere’ interpretanti ‘iudicem dare,’ ideo nondum adsentiri possum, quod non scio an discrimen illud causarum, ut magistratus qui jurisdictioni præerat, in aliis iudicem dare, de aliis ipse cognosceret, jam tum notum fuerit, vel saltem tam late, quam deinde, patuerit. Nam in hac historia Livii de decemviris eorumque jurisdictione, et ii. 27. ubi consules de pecuniis creditis jus dixisse traduntur, nihil est, unde quidquam de judicibus ab his datis intelligi possit: quod fortassis deinde, postquam prætores edicta cœperunt propouere, et aucto Romæ hominum litimique numero, demum in usum venit. Nec necesse est, vocem ‘judicis,’ quam e duodecim tabulis memorant scriptores veteres, ad hoc genus judicium trahi, quamvis Ulpianus videri possit ita accepisse l. 2. § 3. D. ‘Si quis caution. in jud. sisti.’ Quidquid est, non verosimile est, totam illam rem jam tum ita, ut deinde, ordinatam et constitutam fuisse. Jurisconsulti celeberrimi, quorum scriptis agitata est controversia, utrum caussæ liberales ordinarii juris, an cognitionis fuerint, hunc locum, quem ad id argumentum pertinere apertum est, quasi de compacto prætereunt. Fortassis, quod et ipsi putarunt, in his initiis et quasi incunabulis juris Romani nondum eamdem, quam posterioribus temporibus, rationem jurisdictionis fuisse; ob eamque caussam in eo nibil vel ad defendantam vel ad impugnandam alterutram sententiam momenti esse.

Verborum Livii hanc sententiam esse puto, se neque de ulla alia, vel neque de hac causa eo die amplius esse cogniturn, neque decretrum, quod caussæ cognitionem sequebatur, interpositrum. *Duk.* *Jus se eo die non dicturum* Gaertn. et fragm. Hav. *justo die se non dicturum* Flor. et Leid. 1. quod etiam Rhenanus, ut infra cap. seq. ad § 4. testatur, in cod. Borbetti. invenit, neque absurdum credit. ‘Dicere’ enim simpliciter accipit pro ‘jus dicere’; ‘justum diem’ autem quo posset jure sententiam dicere. Verum aliud per ‘justos dies’ intelligi, quam intelligendum existimat Rhenanus, Klockius docere voluit jubendo, ut videantur Scalig. ad Fest. voc. ‘Justi dies,’ et Gellius Noct. Att. xx. 1. Præterea in Pal. 1. et 3. se mutata distinctione invenisse libertati datum *jus*: se eo die non dicturum Gebhardus etiam profitetur; Pal. autem secundum et antiquas edd. vulgatae lectioni et distinctioni favere. Vide ad cap. seq. § 4. Ego receptam lectionem veriorem puto.

Ut decederet jure suo, vindicarique puellum] Ut decedere jure suo Harl. 1. ut decederet a jure suo Gaertn. ut cederet jure suo Neap. Latinii. Male. Alterum enim reliquorum codicum unanimis consensus defendit, et quod alibi ita Livius loqui soleat. Supra hoc lib. c. 33. ‘Decessitque jure suo, ut demum de vi magistratus populi libertati adjiceret:’ ubi plura vide. Mox *vindicari puellum*, omissa conjunctione *que*, Gaertn.

§ 4 *Nisi pater postero die adfuisset]* In postero die fragm. Hav. a m. pr. reliquis invitatis; quare a m. emendatrice recte præpositio in deleta est.

Neque legi suæ latorem neque decemviro constantiam defore] Eque legi suæ latorem Lipsiens. neque legis suæ latorem Gaertn. ubi sibilus in fine vocis legis adhæsit ex principio sequentis suæ. Vide ad xxviii. 25. § 2. Tnm vocem neque secundo loco omittit

Flor. Deinde *viro*, pro *decemviro*, Lipsiens. Forte per compendium scriptum fuerat *aviro*: nota vero numeri denarii excidit. Tandem *const.* deferre, pro *const. defore*, Gaertn.

Nec se utique collegarum lectores convocaturum] Neque se utique Lipsiens. Gaertn. et Hav. quod scribis ideo forte præstare visum est, quoniam neque præcesserit, cui non recte nec subjici posse existimabant. Sed vide quæ notantur ad Liv. ix. 9. § 14. Mox *seditionibus*, pro *seditionis*, Lipsiens. Vide ad xxii. 8. § 7.

§ 5 *Pergere inde recta ad portam]* *Pergere indirecta ad portam via Port.* *pergere inde via recta ad portam Voss.* 2. *pergere inde recta via ad portam* Harl. 2. et Hav. Ita Livius loquitur xxxii. 29. ‘Cornelius recta ad Insulæ via, qui tum in armis erant, Cenomanis adsummis, Q. Minnicens in lœva Italiae ad Inferum mare flexit iter:’ et ita ‘recto itinere’ v. 38. ‘Recto itinere Romam ad conjuges ac liberos fingerent.’ xxxviii. 45. ‘Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumseras.’ Attamen *rd ria* hoc loco a sciolo additum puto. Cur autem ita sentiam variæ caussæ sunt. Primo quod in codd. integerimis ea vox non reperiatur; deinde, quod inter ipsos illos codd. qui exhibent, non conveniat ubi inserenda sit; denique quoniam Livius alibi quoque eam omittere solitus fuerit. Infra x. 35. ‘Præbuere speciem recta tendentium ad castra obpugnanda.’ xxxviii. 56. ‘Quum a porta recta ad forum se contulisset.’ Pari modo ‘eadem,’ pro eadem via, est iv. 33. ‘Alterum agmen fertur per castra in urbem: eadem et Romanos sequentes inpetus rapit:’ ita optimi codd. Vide quæ eo loco notantur.

‘Media’ pro media via exponitur ix. 12. ‘Sero ac nequidquam laudare senis Pontii ultraque consilia, inter quæ se media lapsos victoriae possessio-nem pace incerta mutasse.’ ‘Alia’ pro alia via xxii. 56. ‘Decem millia

ferme hominum, quum alia evadere nequissent, media Afrorum acie, quæ Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti cæde hostium perrupere:’ ubi vide Gronov. ‘Aliqua’ xxxviii. 30. ‘Ut aliqua liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam aliove quo mitterent legatos:’ ubi vide. Pari ratione etiam Græcos vocem δόδω in contextu orationis subprimere solitos fuisse, docuit Lamb. Bos in Ellips. Græc. in ellipsi nominum, voce δόδος. Sæpe autem librarii soliti fuerint illa, quæ eleganter per ellipsis omittebantur, et a veterum scriptorum enarratoribus exponendi canssa in margine eodd. adscripta erant, in ipsius contextum recipere. Exempla ejus rei vide ad xxxvii. 18. § 1. Ceterum *inde recte ad portam* a principio scriptum fuerat in Gaertn. Sed *recta* ab eadem m. emendatum est. Paullo ante esse *injuriæ*, pro *injuriæ* esset, Harl. 2.

Quantum accelerari posset, Virginium acciri e castris] Quām accelerari posset Port. Sed suspicor librarium, quemadmodum tū pro tantum scribi solebat, etiam quā pro quantum seripsisse, inde vero natum esse quam. Alibi etiam hæc vocabula confunduntur. Vide ad v. 4. § 1. *Præterea e castris acciri*, transpositis dictionibus, fragm. Hav.

§ 6 *Si postero die rindex injuriæ ad tempus præsto esset]* *Si et postero die Leid.* 2. *sed postero die Lipsiens.* Deinde *præsto fuisse* Port. Mox in verbis seqq. *praferunt*, pro *perferunt*, Leid. 1. Vide ad xxxviii. 28. § 8. *proferunt* Lipsiens. et Hav. Vide ad v. 4. § 12.

§ 7 *Quum instaret assertor puellæ]* Vox mendosa assertor. Nam paullo ante de M. Claudio dixit e. 44. ‘Jam a vi tuta erat, cum assertor nihil opus esse multitudine coneitata ait.’ Hic vero de Icilio ait. Si autem quæras, cui instabat Icilius? utrum satis est dixisse, ut vindicaret? Videat itaque lector, quid de hoc loco

sentiat; nam mihi suspectus est.
Glar. ‘Assertorem’ vocat ‘puellæ’ non L. Icilium, ut putat Glareanus, sed M. Claudium, qui instabat, ut Icilius Virginiam vindicaret usque in posterum diem, datis sponsoribus, fore ut ea postridie sisteretur. Sic etiam supra eum vocavit c. 41. [‘Glareanus hunc locum dubium reliquit; nihil definitivit. Sed Siganus non explicat, ut Icilius vindicaret: nam ibi est difficultatis nodus.’] *Sig.* Utique Glareanus definitivit, vocem *adseror* mendasam esse, eamque de Icilio dici. Id vero recte Siganus negavit, docens de M. Claudio, de quo supra adhibita erat, etiam hic adhiberi. Eadem hac voce idem M. Clandius, qui Virginiam in servitutem adserebat, similiter indicatur c. 47. ‘Quum repelleretur adseror virginis a globo mulierum circumstantiumque advocatorum’ et c. 58. ‘M. Clandius adseror Virginie, die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam poenam, dimissus Tibur exsultatum abiit.’ Ratio erat, quod, ut Livius narravit c. 44. Appius ‘M. Claudio clienti negotium dederat, ut virginem in servitutem adsereret.’ Quin et de M. Claudio vocem *adseror* accipiendam esse, non de Icilio, verba sequentia evincunt, ubi ab adserore, instante ut Virginia vindicaretur, aperte distinguitur Icilius ei respondens. Non video autem cur, si queratur cui instabat Icilius, sive potius M. Cladius? non satis visum fuerit Glareano dixisse, ‘ut vindicaret.’ Certe nihil difficultatis vidi in simili locutione II. 4. ‘Evincentque instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur?’ nam et ibi si quæras, cui institerint legati? ex Livo nihil aliud responderi potest, quam ut literæ sibi ad Tarquinios darentur. Similia loca plura addi possent, nisi res per se manifesta foret. Contra verum non est, Siganum non explicare quemadmodum Icilius vindica-

rit, id est, possessionem libertatis Virginie in posterum diem petierit; quum addat, datis sponsoribus, fore ut ea postridie sisteretur. In lite enim vindicarum, ‘cum litigatur de ea re, cuius incertum est, quis debeat esse possessor, qui eam tenet, satisfat pro præde litis vindicarum adversario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurinn esset,’ ut inquit Asconius ad Cie. in Verr. I. 15. Ethine M. Clandius nihil aliud petit, quam ‘ut’ Icilius ‘vindicaret, sponsoresque daret,’ id est, ut vindicaret sponsoribus datis. Ita enim mox hoc cap. inquit Liv. ‘Ita vindicatur Virginia, spondentibus propinquis.’ De lite vindicarum plura vide apud Siganum de Judiciis I. 21. De significacione autem vocum ‘vindicare’ et ‘vindiciae’ vide quæ ex Hotomanno notantur hoc lib. ad c. 45. § 2.

Ut rindicaret, sponsoresque daret] In quibusdam codd. vox *sponsores* ad marginem exposita erat per vores ‘vades,’ ‘promissores.’ Eas mox alii in contextum receperunt, scribendo *ut vindicaret, vades promissores, sponsoresque daret*, quomodo ex meis præfert fragm. Hav. et Hearnus se Oxonii in codd. N. et C. reperisse testatur. Idem error est ac notavimus hoc lib. c. 44. ubi § 4. quidam codd. etiam legebant *pretio ac spe in fraudem inducere pellicere adortus*: ad quem locum plura vide. *Sponsosque daret* perperam est in Leid. 2.

Atque id ipsum agi diceret Icilius] *Atqui id ipsum* fragm. Hav. Vide mox infra ad § 9. *et que id ipsum* Harl. 2. *atque ad ipsum* Voss. 1. Leid. uterque, Port. Lipsiens. Gaertn. et Hav.

Sedulo tempus terens] *Tenens* Harl. 1. Male. Supra III. 7. ‘Quid in vasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine præda tempus tererent?’ ubi plura vide.

Dum præiperent iter nuncii missi in

castra] Repone *dum præciperen iter*; hoc est, antecaperent: de qua verbi hujus significatione supra admonimus, castigantes n. 27. locum illum, ‘Adeo in alteram caussam non collega solum præceperat.’ Sic libro proxime sequenti c. 27. ‘Nec ex quo castris,’ inquit, ‘castra conlata sunt, cessatum a levibus prælii est, facile patiente dictatore, conferendo vires spem universæ victoriae, tentato paulatim eventu certaminum, suos præcipere.’ *Rhen.* Cum alias in vett. edd. legeretur *dum prærip. iter nuncii*, emendavit Rhenanus *dum præcip. iter nuncii*. Pall. 1. ac 3. non multum dissentient *dum prærip. internuntii*. Magis Pal. 2. *dum viam præcip. internuntii*. Videatur Crepund. l. 1. c. 1. *Gebh.* *Dum prærip. iter nuncii*, ut ante Rhenanum edebatur, habent Harl. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. *dum percip. internuncii* Voss. 1. et Leid. 2. *dum præcip. internuncii* Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. et Klockian. Verum quum ita sensui aliquid deesse animadverterent librarii, id varie supplere tentarunt. Nam *dum viam prærip. internuncii* est in Hav. *dum prærip. iter internuncii* in Port. qui tamen in margine obfert *præciperen*. Soli hic Flor. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. recte exhibent *dum præcip. iter nuncii*. ‘Præcipere’ et ‘præripere’ sëpissime inter se commutantur. Vide ad xxii. 41. § 9. ubi etiam locutio ‘præcipere iter,’ ‘viām,’ pluribns illustratur. Ex *iter nuncii* autem facili lapsu *internuncii* formari potuit, præsertim quo tempore nondum divisæ ac distinctis vocibus unica serie scribi solebat *internuncii*, pro quo librarii se *internuncii* scriptum videre existimarent. Iter autem et *iter* sive *inter* etiam alibi commutantur. Vide ad v. 37. § 4.

Se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere] *Icilio dicere Hearnii Oxon.* B. Verum tollendo manus non ‘dicebant,’ sed ‘ostendebant’ pro-

prie, se paratos ad spondendum esse. Quamvis si plures certioresque codd. id vellent, dicere accipi posset de eo, qui mentem non tantum verbis, sed quocumque alio modo palam faciebat.

§ 8 *Crustina die vestra opera utar]* Ita primus Aldus edidit, cum quotant omnes codd. certe mei. Vetusiores autem excusi habent *crustino die*. Vide hoc lib. ad c. 20. § 4.

§ 9 *Paulisper moratus, ne ejus rei caussa sedisse rideretur]* *Paulisper morat*, ne Lipsiens. quod pro ‘*paullisper moratur*’ accipi potest. Sæpe enim notam, qua terminus finalis tertiae personæ verbi passivi exprimi solet, a librariis vel omissam, vel contra mentem scriptoris additam esse, videbimus ad x. 10. § 1. Verum ita oratio aliter interpungenda foret, hoc modo: *App. paul. moratur, ne ejus rei caus. sed. rideretur. Postq. om. rebus, &c.* Attamen vulgatum præfero, ut ita oratio uno ambitu cohæreat. Deinde vocem *rei nesciunt typis descripti vetustissimi*. Primus eam adjectit Aldus; eni consentiunt manu exarati omnes. *Sedisse vero nempe ut iudex, de quo verbum hoc enim emphasi usurpari solet.* Infra xl. 8. ‘Ibi quum consedisset: sedeo, inquit, miserrimus pater iudex inter duos filios, accusatorem parricidii et reum.’ Valer. Max. vi. 5. ex. 5. ‘Quum in senatorem nocentem et infamem reus iudex sedisset, tabellæque Cn. Pompeii, landationem ejus continentis, prolatæ essent.’ Cic. pro Cluent. c. 38. ‘Si quis quæreret, sedissentne judices in C. Fabricium? sedisse se dicere.’ Pro Rabir. Post. c. 5. ‘Modo vos idem in A. Gabinium judices sedistis: num quis testis Postumum adpellavit?’ Propert. Eleg. iii. 17. 27. ‘Non tamen inmerito Minnos sedet arbiter Orci?’ ubi vide Passerat. Phædrus Fab. i. 10. 6. ‘Tunc iudex inter illos sedet simius:’ ubi videndi docti interpres. Adde quæ

viri docti notarunt ad Minncii Felic. Octav. cap. 4. et Brisson. de Verbor. Signif. in voce 'Sedere.' Et ita 'considere' iv. 15. 'Se ad caussam cognoscendam consedisse.'

Postquam, omissis rebus aliis præ cura unius, nemo cum adibat] Pronomen *eum* inter prælegendum adjecit aliquis. Non est in exemplari Borbeto magensi: subanditur autem 'tribunal,' vel simile quippiam. *Rhen.* Pal. 2. legit *pro cura unius, prætorium ejus nemo adibat*, a liberalitate glossatoris. Nam vulgata lectio legitima mihi videtur. *Gebh.* *Omissis aliis*, media voce exsulante, Port. Eamdem vocem neglexit Liv. supra hoc lib. cap. 23. 'Fabius, omissis omnibus, prædam ex castris raptim Antium convehit.' Hic tamen unius codicis auctoritas haud satis gravis est, nt ejus fide vocem, quam reliqui omnes tuentur, convellam. Mox *pro cura unius nemo adibat* Voss. 1. *procuria unius nemo adibat* Gaertn. *prætura unius nemo adibat* Leid. 1. ubi *prætura errore descriptoris, pro præcura, datum esse, quisque videt.* Et tamen in similem codicem forte inciderunt librarii codd. Oxoniensium B. et L. 1. qui, ut et N. in margine, præferunt *omissis rebus aliis prætorium ejus nemo adibat*. Pariter etiam in talem incidit interpolator cod. Port. qui, pro vulgata lectione *præ cura unius nemo adibat*, quæ in contextu exstat, margini aliam *prætorium unus cura nemo adibat* adscripsit. Nec multum inde differt quod exstat in Harl. 2. *præ cura unius prætorium nemo adibat*; et in Hav. *præ cura unius prætorium ejus nemo adibat*; et denique in Oxon. L. 2. apud Heanum *præ cura unius præturanum nemo adibat*. At has scripturas ex librariorum interpolatione natas esse nullus dubitet, qui in memoriam caverit, non esse sæculi Liviani, ut locus, in quo magistratus in Urbe ius dicunt, *prætorium* vocetur. Vide Perizon. in Dissert. de Prætorio § 32.

et seq. Ceterum ex illorum codicum, licet vitiosa, lectione patet recte Rhenanum vocem *eum* expunxisse, quæ neque in reliquis codd. nisi in uno tantum Harl. 1. conspicitur.

Domum se recepit, collegisque in castra scribit] *Domum se recipit* Voss. 2. quomodo forte librarius dedit, quod sequatur verbis proximis *scribit*. Sed tempora diversa, et præteritum quidem ac præsens, saepè jnngi solent. Supra 1. 30. 'Eam sedem Tullus regiae capit, ibique deinde habitat.' cap. 41. 'Tanaquil inter tumultum clandi regiam jubet, arbitros ejicit, simul, quæ curando vulneri opus sunt, tamquam spes subbesset, sedulo comparat:' ita enim plurimi et optimi codd. omnesque antiquæ edd. præferunt pro *ejicit*. cap. 59. 'Ardeam in castra est profectus; imperium in urbe Lucretio, præfecto urbis jam ante ab rege instituto, relinquit:' ubi etiam varianti scripti et editi. 11. 48. 'Tum Fabia gens senatum adiit: consul pro gente loquitur:' hoc lib. c. 38. 'Decemviri consultant, quid opus facto sit: destitutis inter Patrum et plebis odia addidit terrorem insuper alium fortuna. Æqui alia ex parte castra in Algido locant:' ita codd. scripti. vulgo edebatur *addit.* iv. 19. 'Se in pedes exceptit. Adsurgentem ibi regem umbone respinat, repetitumque saepius cuspide ad terram adfixit:' ubi etiam turbarant scripti et excusi. Vide etiam ad iv. 57. § 8. v. 27. § 3. c. 29. § 5. c. 45. § 8. vi. 33. § 3. aliosque locis. Videnda insuper quæ notarunt Corte ad Sall. Jug. c. 13. § 6. c. 26. § 3. ad Plinii Epist. ii. 14. § 10. et c. 17. § 23. Burmann. ad Gratii Cyneg. vs. 44. etiam J. F. Gronovius ad Liv. xxix. 27. § 5.

Atque etiam in custodia habeant] Atque et in custodia Voss. 2. Vide hoc cap. § 2. et mox § seq. atqui etiam in custodia antiquiores, quos vidi, typis exarati. Ascensus annis 1513. et 1516. et postea Aldus *atque* restitue-

runt, quod etiam superest in omnibus MSS. Vide paullo ante hoc cap. ad § 7.

§ 10 *Et jam commeatu sumto profectus Virgininus prima vigilia erat*] Lege ex fide vet. lib. *jam enim commeatu sumto*. Sigon. Pal. 2. præfert *jam enim comm. sumto*; nimis religioni dicens, a Sigoniano gemello suo divertere. Gebh. *Jam enim com. sumto* etiam Harl. 2. et Hav. plerumque Sigonii vet. lib. et Gebhardi Pal. secundo consentire soliti. Eamdem lectionem etiam Hearne in Oxon. B. superesse auctor est. *Et commeatu sumto* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Una voce olim etiam *commeatu scriptum* fuisse put⁹; pro eo deinde per compendium datum esse *cī commeatu*, tandem vero virgulam supra scriptam negligentia librarii omis- sam esse. Vide paullo ante ad verba proxima. Deinde *sunna vigilia erat* Klockian. Ceterum vir doctus ad oram ed. Curionis conjicit, legendum esse *prima vigilia aderat*, quod non modo ob codicium dissensum probari nequit, verum etiam quoniam verisimile non fiat, fratrem Icili filiumque Numinorii, quamvis in pigios juvenes, tantum itineris præcepisse, ut Virginius sumto commeatu ex castris profectus adesse, nempe Romæ, prima vigilia potuerit, quum denum postero die mane literæ Appii de retinendo Virginio decemviris in castris redderentur. Certe Dionys. etiam Virginium denum περὶ λύχνων ἄφας, sive circa tempus quo lumina accenduntur, ex castris profectum esse tradit lib. xi. pag. 714. Id autem tempus paullo ante primam vigiliam fuisse, colligitur iterum ex eodem loco Dionysii, ubi addit, Virginio περὶ τῶν λύχνων ἄφας profecto, sero advenisse nuncios Appiū, qui literas tradiderunt περὶ πρώτην μάλιστα φυλακήν. Unde iterum dissensus Livii et Dionysii adparet. Nam secundum Livium Virginius ex castris profectus est pri-

ma vigilia; literæ Appii decemviris reddite sunt postero die mane. At secundum Dionysium Virginius Romanum abiit circa tempus quod dicitur *luminibus accensis*; T. Autonius literas Clandii accepit circa primam vigiliam. In eo tamen inter eos convenit, artificiū Appii frustra fuisse, et ante literas ejus redditas Virginium Romanum avolasse.

De retinendo eo nequidquam literæ redduntur] Nequidquam Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad xl. 47. § 9. nequidquam Voss. 2. a m. interpolatrice. Vide ad ii. 57. § 8.

CAP. XLVII. § 1 *Filiam suam obsoletu teste, comitantibus aliquot matronis*] Antiquitus ensi et MSS. Pall. *filiam secum obsoletu teste*. Gebh. Usque ad Curionem omnes video habere veteres *filiā secum obsoletu teste*. Ille dedit *suam*, contra nostros certe cold. Suspicor legendum *Virg. sordidatus filiam cum obsoleta teste*. Solent enim particulam illam in his non spernere. Ut de Scipione xxix. 19. ‘cum pallio crepidisque inambulantem.’ Cicero de Clar. Orat. cap. 14. ‘Sacrificium publicum cum lœna faceret.’ Liv. xxxv. 34. ‘Liberos et conjugem ejus cum sordida veste, tenentes velamenta supplicium, concionem frequentem adire jubent.’ J. F. Gron. Hæ matronæ de partu non supposito testarentur. Dionys. Hal. xi. 34. ut in Terentii Andr. iv. 4. 31. Adde lib. i. § 10. D. de Inspic. Ventr. Duk. *Filiam suam ante Curionem jam recuperant Basileenses a. 1539.* Sed *filiā secum obsoletu teste* præferunt Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Lipsiens. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. neque aliter ex Oxon. B. N. et C. laudavit Hearne: quod Gronovins priori ed. nott. ad xxxv. 8. præferebat, existimans illud, ‘deducere secum’ aliquid habere quod magis deceat patriam majestatem, quoque tollatur ambiguitas verbi, quum saepè sit, ‘deducere’ nudum et solum ho-

norifici officii. Si quid tamen mandandum, potius cum eodem Gronov. ad hunc locum legerem filiam cum obsoleta veste. De usu vero illo propositionis *cum* in hac re dicam ad iv. 19. § 2.

Cum ingenti adovatione in forum adducit] Scribendum in forum deducit. Rhen. Ms. *deducit.* Advocatio est amicorum coactorum ad opem ac favorem praestandum facta coitio. Vide Brisson. de Verb. Sign. in voce 'Advocati.' Klock. Parva differentia Pal. 2. *in forum adducit.* Gebh. *Adducit*, ut ante Rhenanum edebatur, Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Hav. Sed reliqui omnes servant *in forum deducit*: quod etiam verius esse Rhenano consentio: *invocatione* autem, pro *adovatione*, habet Lipsiens.

§ 2 *Circumire ibi et prehensare homines caput] Vet. lib. presare. Sigon. Circuire quedam primarum edd. At scripti, hic certe, constanter circumire.* Vide mox ad § seq. Utro modo scribendum sit, an *circumire*, an *circuire*, non convenit inter viros doctos. Nihil definit Dausqueius in Orthogr. parte 11. in voc. 'circumentum.' Prins placet Cortio ad Sall. Jug. cap. 45. posterius Burmanno ad Phaadr. Fab. 111. 19. 5. et Oudend. ad Lucan. 1. 606. Deinde *ille*, pro *ibi*, Port. Denique *presare*, ut Sigonius volebat, etiam plerique nostri. Vide ad iv. 48. § 11. *pensare* tamen habet Harl. 1. *prehensare* Lipsieus. a m. sec.

Et non orare solum precarium opem] Honorare, pro orare, Leid. 2. honorare Voss. 1. 'Exorare' et 'exonerare' hand absimili ratione in Ms. Plinii confundi docuit Corte ad Plin. Ep. II. 5. § 6. Mox pronomen *Se* deest in Harl. 1. sequens vocula *pro* in Lipsiens.

Nec alium virum esse, cuius strenue ac ferociter facta] Ferociter in bonam partem, ait Freinsheimius in Ind. Curtii. Et fortassis defendi potest ex iis, quae Cortius adnotavit ad Sall.

Cat. c. 11. et Jug. c. 106. Haud srio tamen, an hic quoque *ferociter* suppositum sit pro 'fortiter,' ut supra c. 39. 'ferocior' pro 'fortior.' 'Fortes ac strenui' conjungi solent. Livius IV. 3. 'Vir fortis ac strenuus.' XXIII. 3. 'Virum fortē ac strenuum.' c. 15. 'Fortē ac strenuum sociū.' Sall. Cat. c. 51. 'Virum fortē atque strenuum.' Cato de R. R. in princ. 'Ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gigantur.' Et 'fortiter facere' propriè dientur milites. Vide interpretes Petronii c. 9. *Duk.* Nec *virum alium in exercitu esse* Harl. 2. nec *alium virum in exercitu esse* fragm. Hav. a m. sec. nec *alium virum esse in exercitu* apud Hearnium Oxon. B. et L. 1. Deinde *cujus fortiter ac ferociter fragm.* Hav. a m. pr. *cujus strenue ac fortiter facta* mallet Donjatius, si vetusti libri paterentur. Nesciebat enim, an Virgininus de se loquens ferociam ipse suam honeste jactaret. Et ita Pal. 2. preferre auctor est Gebhardus hoc lib. c. 39. § 7. A conjectura hac tamen abstinnisset antecessorum Parisiensium primicerius, si in memoriam revocasset, *ferociter* bono sensu a Livio hic usurpari pro 'fortiter,' ac propterea Virginium, si 'fortitudinem,' eodem etiam sensu 'ferociam' suam honeste jactare posse. Lectionem igitur, quæ in Pal. 2. exstat, ex glossemate profluxisse existimo. Eo sensu vero vocem 'ferox' usurpari a Livio solere, dictum est ad III. 39. § 7.

Si incolumi Urbe, quæ capta ultima timeantur, liberis suis sint patienda] Vocula si abest in Harl. 1. Ejus loco se præfert male Hav. Deinde *quæ captæ ultima tim.* Leid. 2. *quæ in capta ultima tim.* Harl. 2. et Hav. Sed neutrum rectum. Quæquæ *capta ultima tim.* Klockian. id est, quæcumque: quod non displiceret, si plurimum codicum fide niteretur. Vide ad xxvii. 28. § 2. et ad 11. 2. § 1.

Nunc autem, quum reliqui codd. dissentiant, existimandum est, perperam librarios τὸ γειτονεῖον repetuisse; quemadmodum quamquam dederunt, pro quam, II. 54. § 9. *quidquid*, pro *quid*, v. 52. § 13. Mox pronomen *suis* exsulat a Leid. 2. quod vox sequens *sint*, fere iisdem literarum ductibus constans, intercepisse videri potest. Paullo ante τὸ σι aberat ab Harl. 1. quod et ipsum ob similitudinem ultimae syllabæ vocis *præcedentis* ‘prodesse’ intercidisse puto.

§ 3 *Hæc prope concionabundus circumbat homines*] Doujatius præfatus, ‘concionari aliquid’ pro eo quod est, de re aliqua concionem babere, satis novum videri posse; addit, magis adhuc mirum esse ‘Hæc concionabundus,’ et tamen eodem loquendi genere Livium uti lib. v. et lib. x. Verum observandum est, exempla locutionis hujus non ipsum Doujatium ex lectione Liviana observasse, sed aliunde hancisse. Et quidem ea descriptis ex famoso Calepino, sed in describendo lapsus est. In ejus enim lexico vox ‘concionabundus’ reperiiri dicitur apud Liv. lib. v. ab Urbe, lib. III. ab Urbe, et lib. x. D. IV. Prior autem exstat v. 29. medius hic est, quem in manibus habemus, postremus XL. 27. Doujatius itaque, vel nimia festinatione D. IV. omittens, vel per inperitiam nesciens illis notis librum x. Decadis IV. adeoque librum XL. intelligi, ejus loco librum x. laudat. Præterea, si ipsa loca indagata inspexisset, deprehendisset lib. v. quidem ipsam locutionem ‘hæc concionabundus’ obcurrere; at XL. 27. solam tantum vocem ‘concionabundus’ absolute sine casu adhiberi: nam verba sunt: ‘Omnes portas concionabundus ipse imperator circumiit:’ enim igitur huc non pertinere. Hoc primum. Deinde, cur ‘concionari aliquid’ satis novum videri promeruit Doujatio? An forte, quia ejus locutionis nullum exem-

plum Calepinus subgessit? Nosset tamen oportuisset Livii editorem, eum etiam alibi ita locutum fuisse: ut XXII. 14. ‘Hæc velut concionanti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo:’ et aliis locis. Ipse vero cansam dicat, cur magis adhuc mirum putet ‘Hæc concionabundus,’ quam ‘hæc concionari;’ ego enim me eam nescire profiteor, qui didici vocabula illa verba in ‘bundus’ sæpe casum verbi, unde declinantur, adsciscere, adeoque alterum altero magis mirum non videri. Eo modo ‘populabundus agros’ dixit Sisenna apud Gellium XI. 15. ‘Populabundus agros ad oppidum pervenit.’ ‘Vitabundus castra’ Liv. XXV. 13. ‘Vitabundus castra hostium consulesque, qui in Samnio erant, quum Benevento jam adpropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit.’ Sall. in *Frags. Histor.* III. ‘Ea inter molem atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit.’ Ceterum *Hic prope concion.* Port. a m. pr. Deinde *circubil* idem cod. cum fragm. Hav. et quibusdam vett. edd. Vide hoc cap. § 2.

§ 4 *Adversus quæ omnia obstinato animo Appius*] Vocem *omnia* non agnoscit Harl. 1. *abstinato animo* habet Flor. De hoc errore vide ad II. 65. § 5.

In tribunal ascendit] *In tribunal escendit* conjectit Klockius, idque obfert Florent. optimus; quod cur spernere, caussæ nihil est. In contextum itaque recepi, licet manus recentior, a qua codex ille interpolatus est, pro eo dederit *ascendit*. Ita supra idem codex præfert II. 28. *Dimiso senatu, consules in tribunal escendunt*: quo etiam loco a m. sec. mutatur in *ascendunt*. Nisi denum post illa typis descripta excerpta hujus codicis nactus fuisse, ibi etiam ita vulgari enrassem, quum et unus Klockii, unusque Gebhardi, ita pa-

riter exhibeant. De verbo 'escendere' pluribus ad eum locum actum est.

*Quod jus sibi pridie per ambitionem dictum non esset] Vocabulum *jus* non est in lib. vet. ut putem, absolute usurpari a Livio 'dicendi' verbum. Proinde libet credere, non prorsus absurdam esse paulo superius c. 46. Ms. codicis lectionem, ubi scriptum est *justo die se non dicturum*, pro eo, quod in vulgatis edd. legitur, *jus eo die se non dicturum*. Nam forte 'justum diem' vocat, quo posset jure dicere; subaudi 'sententiam,' vel 'jus.' Ceterum per *ambitionem dictum non esset*; intellige 'per gratiam'; unde 'ambitiosa decreta' Jureconsultis 'per gratiam facta'; quæ rescindi iubet Ulpianus l. 4. ff. de Decret. ab Ord. Fac. Rhen. Vide Brisson. de Verb. Signif. verbo 'Ambitus:' et Hotom. in Comment. Verb. Jur. voce 'Ambitiosæ.' Klock. Abest a Pall. I. ac 3. Campanique editione vocabulum *jus*: quod meo animo rectius subintelligeretur, quandoquidem et illud respuit Rhenani codex. Pal. 2. trajectis verbis præfert *quod sibi pridie jus dict. per amb. non esset*. Supra vero c. 46. quod legit Rhenanus *justo die se non dicturum*, revincunt eum Pall. MSS. codd. et antiquæ edd. in quibus hæc et illæ vulgatae lectioni distinctio nique faveant. At Pall. 1. ac 3. Virginio absenti et patro nomini et libertati datum *jus*: *se eo die non dicturum*. Gebh. Vocabulum *jus* exsulat etiam a Voss. utroque, Leid. utroque, Harl. 1. Port. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. qui cod. a m. sec. ut et Gaertn. id alio loco insertum habent hoc modo, *quod sibi pridie per amb. dictum jus non esset*. Trajectis itidem vocibus *quod sibi pridie jus dictum per amb. non esset* Harl. 2. *quod sibi pridie per amb. deinde non esset* Hav. Quamvis autem optimos plerosque in expellendo illo *jus* con-*

sentire videam, mihi tamen nondum persudere possum, id a Livio potius, quam librariorum culpa, omissum esse, quod alibi 'dicere' simpliciter, pro *jus* dicere, me observare non meminerim. Id enim non probari puto ex cap. præc. § 3. quia ibi optimæ notæ codd. stant pro lectione vulgo recepta. Accedit, pro vulgata lectione eoque vocabulorum ordine qui obtinet in edd. stare etiam omnium hujus partis integerrum codicem Flor. S. Marci. Recte autem Rhenanus per *ambitionem* exponit 'per gratiam.' 'Ambitio' enim, ut Gronov. multis docnit ad Liv. XLV. 36. § 8. est intempestiva captatio gratiæ ac favoris, plerumque tam efficax, ut ejus ergo *jus* et officium migremus. Supra l. II. c. 27. 'Nemo nomen dedit, furente Appio, et insectante ambitionem collegæ, qui populari silentio rempublicam proderet, et ad id, quod de credita pecunia *jus* non dixisset, adjiceret, ut ne delectum quidem ex senatusconsulto haberet.' XLIII. 11. 'Exercitum consulis infrequentem comiteatibus vulgo datis per *ambitionem* esse.' XLV. 37. 'Ut vetera atque audita a parentibus suis non repetat, quæ ambitione imperatorum clades acceptæ sint, quæ severitate imperii victoriæ partæ.' Et ita 'ambitiosus' est, qui aliquid facit non aliam ob causam, quam ut alterius gratiam captet. Supra II. 27. 'Medium se gerendo, nec plebis vitavit odium, nec *annū Patres* gratiam iniit. Patres mollem consulem et ambitiosum rati; plebes fallacem.' XLIII. 14. 'Non consulibus, sed *ambitiosis* consulibus delectum difficilem esse; neminem invitum militem ab iis fieri.'

Aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi] Prins illud aut deficit in vett. edd. Addidit deinde Aldus, quod etiam constanter in MSS. superest. Tum postulata Port. a m.

sec. sed priori scriptura tanta cura erasa, ut incertum sit quid antea exaratum fuerit. *Postulant* Leid. 2. pro quo *postulatum* margini adscribitur. Denique *respondenti* Leid. 1.

Appius interfatur] *Appius intus fatus* Gaertn. *Appius interfatus* Flor. Ceterum videre jubet Donatius, an *interfatur* accipiendum sit, pro ‘*interdictum profert.*’ At verius puto in genere *interfatur* hic poni pro interpellat sermonem clientis M. Clandii, priusquam ant ille *postulatum* peregisset, aut Virginio respondendi datus esset locus. Liv. vii. 36. ‘Orsusque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem.’ xxxvi. 27. ‘Quos dicere exorsos consul *interfatus*, quum alia sibi prævertenda esse dixisset, redire Hypatam eos jussit.’ c. 28. ‘Prope dicentem *interfatns* Romanum Phæneas, non in servitutem, inquit, sed in fidem tuam nos tradidimus.’ Certe ‘decretum,’ non ‘interdictum,’ mox vocat Livius. An vero ‘*interfari*,’ quam ‘*interloqui*,’ potins dixit, ut simul respiceret ad antiquam locutionem, qua prætor, jus dicens ac decretum pronuncians, dicitur ‘*jus fari?*’ Festus in voce ‘*Fastis.*’ ‘*Fastis* diebus *jus fari* licebat: *nefastis* non *fari* licebat.’ Varro de Ling. Lat. I. v. p. 50. ‘Dies nefasti, per quos prætoribus omnia verba sine piaculo licet fari: contrarii horum dienuntur dies nefasti, per quos dies nefas fari prætorem do, dico, addico.’ Vide etiam p. 54. et Macrob. Saturn. I. 16.

§ 5 *Nem decreto sermonem prætemporat, forsitan aliquem verum auctores antiqui tradiderint]* Verba sunt Livii, et *tradiderunt* simplicius erat: nisi quis *tradiderint* potentiam putet modum, qui quam hoc loco quadret, non equidem video. Porro Dionysius Halic. sermonem elegantem, sed subdolum, hinc decreto præmissum refert. Et verisimile est libidine

amentem tale quipiam machinatum. *Glareus.* *Tradiderint*, non *tradiderunt*, habent Pall. I. ac 3. ut et Andreas. *Gebhard.* Ante Frobenianam auctiorem invenio ubique *tradiderint*. Sed illud, inquit Glareanus, simplicius, et potentialis modus quam hic quadret, non video. Immo quadrat maxime: est enim, potuerint tradere, si voluissent nempe, utpote propiores memorias temporum illorum. *Tradiderunt* non diceret Livius, quippe qui id ignorare non poterat, si tradidissent; nec adeo fastidiebat, ut inquirere noluerit. J. F. Gron. *Quem in decreto Hav.* Sed præpositio perperam nata est ex præced. vocis litera finiente. Vide ad xxxvii. 11. § 4. *quemnam decreto* Gaertn. quod probari posset, si plures ac gravioris auctoritatis codd. firmarent. *Præterea aliquod verum* idem Gaertn. Deinde *tradiderunt* Flor. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Reliqui *tradiderint*, quod recte Gronovius adversus Glareanum vindicavit, ae Livio melius convenire docuit. Solent ceteroquin optimi scriptores *forsan* et *forsitan* subjunctivo fere jungere. Vide ad v. 52. § 5.

Nusquam ullum in tanta fœditate] *Usquam nullum* fragm. Hav. a m. pr.

Nudum videtur proponendum] Media vox in cod. Port. in marginem rejecta a contextu aberat: *nondum*, pro *nudum*, perperam scriptum est in Lipsiens.

Decresce vindicias secundum scriitu-
tem] Vet. lib. *dedisse.* Ego dare se legendum puto. Nam tempus præsens requiritur. Hoc genere dicendi saepius usus est in hac re, nunquam autem ‘*decernere.*’ Inquit enim c. 41. ‘*Vindicias det secundum libertatem.*’ Et c. 56. ‘*Judicem te ab libertate in servitutem vindicias non dedisse.*’ Item c. 57. ‘*Vindiciasne ab libertate in servitutem dederit.*’ Dicitur autem, ‘*Dare vindicias ab*

libertate,' vel 'secundum servitatem,' aliquem servum esse judicare: at 'ab servitate,' vel 'secundum libertatem,' liberum esse decernere. Quibus dicendi generibus usus est hoc loco Livius ac Pedianus pro Cornel. 'Quis fuerit ille ex decemviris, qui contra libertatem vindicias dederit.' [Est autem 'dare vindicias ab libertate,' vel 'secundum servitatem,' dare possessionem ei, qui servum esse adserit; 'dare vindicias ab servitate,' vel 'secundum libertatem,' dare possessionem ei, qui libernm esse adserit.] *Sigon.* Ridiculus est Sigonius, qui nobis conatur lectionem codicis sui nihil obtrudere *deditisse vindicias*, (quæ et in Palat. 2. ne quid dissentiendo in cognatum suum delinqueret, super scripta tamen altera *decresse*, conspicitur,) interpretamenti vicem suppositam, ac postea ab iudicioribus librariis insertam, restitutis Pall. 1. ac 3. antiquisque edd. *Gebh.* *De disse vindicias* in uno apud me Hav. exstat. Sigonium, ex simili codicis sui lectione emendantem *dare se vindicias*, refellit Donjatius hoc argumento, Appium non videri loqui de decreto, quod nunc pronunciabat; non enim primarium hunc juris conditorem adeo juris ignarum fuisse, ut nesciret, consistere non posse decretum, parte altera inaudita prolatum: verum potius loqui de eo, quod pridie, auditio petitore, auditis Virginiae advocatis, protulerat. Hnic autem sententia non obstarat, quod primo die decretum a se non interponendum denunciaverit cap. XLVI. Mirum enim non esse, si præ amoris inpotentia sibi non constaret; et, quum promiserat se decretum eo die non interpositurum, id de novo decreto post auditum Numitorium et Icilium non interponendo intellexisse potuisse, non de revocando decreto, quod ante horum adventum pronunciaverat initio cap. XLV. Sane

mihi neque *dedissem*, neque *dare se*, probandum videtur propter codicim dissidentium auctoritatem; omnes enim, quos vidi, vel quorum excerpta habeo, (si solum, quem dixi, ex reliquorum turba eximas,) in vulgatum constanter conspirant. Neque tamen propterea necessario requiritur, ut cum Donjatio cogitemus de decreto Appii pridie prolato. 'Tanta' enim 'vis amentiæ verius, quam amoris, mentem' ejus 'turbaverat,' ut non videret, iniquissimum esse, se decretum interponere, priusquam aut petitio postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus. Sigonium, ut *dare se* emendandum censeret; professorum autem regionum primicerium, ut de decreto pridiano acciperet; illud permovisse videtur, quod crediderint, Livium ipsa Appii interfantis vel decernentis verba retulisse. At si statnas, quemadmodum statuendum puto, Livium suis verbis sensum decreti Appiani proposuisse, nemo erit, qui loco præteriti præsens requiret: hoc modo, *id, quod constat, nudum ridetur proponendum*, nempe Appium *decresse vindicias secundum servitatem*. Neque etiam, quod alibi Livius 'dare vindicias' dixerit, τῷ 'decernere vindicias' hoc loco cum Sigonio controversia movenda est. Certe Cato in ea, quam scripsit L. Furio, 'dicere vindicias' utitur, apud Fest. voce 'Vindicie.' 'Prætores secundum populum vindicias dicunt.' Similiter 'dicere' et 'abdicere vindicias' Pomponius l. 2. § 21. ff. de Orig. Jur. 'Quum animadvertisset, Ap. Claudiu[m] contra jus vindicias filiæ suæ a se abdixisse, et secundum eum, qui in servitutem ab eo subpositus petierat, dixisse.' Judex autem 'dicit,' quum 'decernit.' Ceterum quæ verba in fine scholii Sigoniani unciniulis inclusi, ab omnibus edd. quæ ejus nomine prodierunt, exsulstant, et deum a Grutero addita sunt,

forte ut iis emendaret expositionem locutionum ‘dare vindicias ab libertate’ vel ‘secundum servitatem,’ et ‘ab servitute’ vel ‘secundum libertatem,’ quam Siganus superius dederat, ac doceret iis non indicari, judicare aliquem servum esse, et decernere aliquem liberum esse; sed possessionem ejus, de cuius statu, servus an liber sit, disceptatur, dare ei, vel qui istum servum esse contendit, vel qui liberum esse dicit: in lite enim vindicarum non de dominio, sed de possessione rei litigiosæ agi. Insuper decrevisse hahent vetustiores, quos vidi, typis descripti; quod recte Aldus, codd. meis consentientibus, in decreesse mutavit. Vide ad II. 27. § 8. Denique apud Dionys. Antiq. XI. p. 717. Appius ita decernit, Κρίνω εἶναι τοῦτον, nempe M. Claudium, τῆς παιδίσκης κύριον: adeoque ei non vindicias dedit secundum servitatem, sed dominium Virginiae adjudicavit.

§ 6 *Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit*] Omnes admirationes perperam Leid. 1. Præterea voclam tam, quæ a multis vetustis edd. exsulat, sed ab Aldo revocata est, in omnibus exstat codd. meis. Deinde rei tam atrocis Flor. a m. pr. pro quo, addito sibilo, manus sec. emendavit atrocis. Usum vocis ‘defigere’ de his, qui admiratione, pavore, aut alio animi affectu stupentes loqui nequennt, illustrat Dukens ad Flori II. 6. § 59. Ex Livio adde hæc loca: VIII. 7. ‘Velut emero ab admiratione animo, quum silentio defixi stetissent, repente, postquam cervice cæsa fusus est crux, tum libero conquestu coortæ voces sunt.’ XXI. 33. ‘Utraque simul objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit.’ XXII. 53. ‘Quod malum, præterquam atrox, super tot clades, etiam novum, quum stupore ac miranlo torpidos defixisset.’

Deinde quum M. Claudius circum-

stantibus matronis iret ad comprehendendum virginem] Vitiatus locus est. Emenda ad prehendendam virginem. Non enim M. Claudius ‘comprehendere’ virginem jubetur, quod lictoris officium est, sed, tamquam assertor et dominus ‘prehendere.’ Sic mox Appius, cap. seq. ‘I lictor,’ inquit, ‘submove turbam, et da viam domino ad prendendum mancipium.’ Illic vero ‘comprehendendi’ verbum aptum locum habet, ubi aliquanto post cap. eodem sequitur: ‘Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendi Virginum jubet.’ Rhen. Probo, ut edidit Campanus, ad prendendam virginem. Interim Pall. triga, iret ad comprehendendum; quod et secutus fuerat Andreas. Mox autem c. 48. legunt Pall. prendendum: c. 55. Itaque edilem prendi. Gebh. ‘Prehendere’ æque ac ‘comprehendere’ de lictoribus dici solet. Supra II. 29. ‘Ab lictore, nihil aliud quam prehendere prohibito, quum conversus in Patres inpetus esset.’ III. 11. ‘Quemcumque lictor jussu consulum prehendisset, tribunus mitti jubebat.’ VIII. 33. ‘Iterata deinde contentio, et prendi Fabium Papirius jussit.’ IX. 34. ‘Hæc taliaque quum dixisset, prendi censorem et in vincula duci jussit.’ Nihilominus displicet ad comprehendendam virginem, quod tantum inveni in Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. ad comprehendendum virginem habet Voss. 2. ad prehendendum virginem Harl. 2. ad prendendam virginem Leid. 2. Voss. 1. Flor. Lipsiens. Klockian. et Neap. Latinii. Codici Rhenani consentiunt Leid. 1. et Harl. 1. Vocibus etiam transpositis ad comprehendendam virginem iret habet fragm. Hav. Passim in aliis codd. prendere, in aliis prehendere inveniri, dictum est ad II. 29. § 4. Insuper dein, pro deinde, Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad III. 3. § 6. Præterea cum M. Claudio Lipsiens. cujus librarius, ad sen-

sum non attendens, cum præpositio-
nem credidit, cni M. Claudius jungi
non posset. Denique mox verbis
seqq. *comploratio concepisset*, aberiante
librario, codex Voss. 2.

§ 7 *Virginius intentans in Appium
manus] Intenta in Appium manu fragm.
Hav. ejus librarius forte intentata
in App. manu scribere voluit. Ve-
rum non displicet vulgatum. Furor
enim Virginii convenire videtur, ut
vel utramque in Appium manum,
vel modo hanc, modo illam, intenta-
verit. Silius x. 87. 'rabidum hunc
palmasque virorum Intentantem ocn-
lis proavitaque facta parantem Ut
vidit majore adeo crudescere motu.'*

*Placet pecudum ferarumque ritu pro-
miscue in concubitus ruere] Vocem
ritu neglexit oscitans scriba Voss. 2.
Infra l. v. c. 44. 'Prope rivos aqua-
rum sine munimento, sine stationi-
bus ac custodiis, ferarum ritu ster-
nuntur.' Tum *promisce* habet Leid.
1. Flor. et Harl. 1. quod magno con-
sensu in Gellii codd. passim obvium
esse, J. F. Gronovius ad ejus præ-
fationem monuit. Vix tamen Livii
ætati convenire videtur; licet qui-
dam ejus codd. etiam alibi ita præ-
ferant. Vide ad iv. 43. § 12. c. 56.
§ 12. v. 13. § 7. c. 48. § 3. c. 55. §
2. aliisque locis. *pmiscue*, vel *permis-
cue*, habet Lipsiens. Tandem in *con-
cubitu* Voss. 2. Port. et Harl. 2. in
concubitu fragm. Hav. a m. pr. Sed
præstat id quod vulgo receptum est;
pro quo etiam stant reliqui libri.*

*Passurine hæc isti sint, nescio] Pas-
suri nec hæc isti sint Leid. 1. Passuri
nec isti hæc sint Leid. 2. Passuri nec
hoc isti sint Harl. 2. Tà ne et nec sæpe
in MSS. confundi solent. Vide ad vi.
15. § 6. et 7. Adde Bentl. ad Hor.
Sat. II. 3. 262. et Cortinus ad Sall.
Jug. cap. 13. § 6. Eo spectat, quod
passim nec quidem, pro ne quidem, in
membranis vetustis datum sit. De
quo dixi ad I. 10. § 3. neendum etiam,
pro ncdum. Vide ad xxiv. 4. § 1.*

*Passurive hæc sint Lipsiens. Passurine
Dii hæc isti sint Gaertn. Passurine
hæc isti sunt Harl. 1. et Port. a m. pr.
Passurine hoc isti sint vetustiores,
quos vidi, impressi. Sed Aldus hæc,
pro hoc, primus reposuit.*


*Non spero esse passuros illos, qui ar-
ma habent] Non spero pass. il. Harl.
2. Gaertn. et Hav. non spero pass. esse
illos Lipsiens. non spero esse illos Voss.
2. Tum qui arma in castris habent
Port. Sed voces in castris a m. in-
terpolatrice inter versus adscriptæ
snnt, quæ etiam ex glossemate natæ
videntur. Quia arma habent Lipsiens.
Sæpissima ita peccarunt librarii. Vide
ad xxxvi. 33. § 5. Hic tamen literam
a in voce quia repetitam esse puto ex
initio vocis seq. Vide ad xl. 7. § 8.*

§ 8 *A globo mulierum circumstan-
tiumque advocatorum] Copulam que
omiserunt fragm. Hav. a m. pr. et
vett. edd. nonnullæ, quæ tamen ne-
cessaria est. Nam supra etiam hoc
capite comitatns mulierum ab advo-
catis distinguitur. Virginius enim
filiam obsoleta veste in forum dedux-
isse dicitur, 'comitantibus aliquot
matronis cum ingenti advocatione.'*

CAP. XLVIII. § 1 *Decemvir alien-
ato ad libidinem animo] Non erat hic
opus mutare veterem lectionem, quæ
habet dec. alienatus ad lib. animo.
Rhen. Cur placeat Rhenano aliena-
tus, nescio. Mihi alienato magis pro-
batur, ut et in vet. lib. est, et in vir.
15. 'Milites alienatis ab memoria
periculi animis.' Sigon. Rectissime
alienato ad lib. animo Pall. tres, et
Campanus. Solus Andreas alienatus
ad lib. animo, quod sapiat palato Rhe-
nani, nam meum ad ineptas huius-
modi lantitias fastidit. Vide quoque
Sigonium. Gebh. Alienatus e tribus
scriptis suis adfert Hearnius, sed pro
Sigonio, cui hoc non placet, Grono-
vium nominat. Alienatus anctorem
habet, quo se tucatur, Livium xxv.
39. 'Hostes simul ignis, clamor, cæ-
des, veluti alienatos sensibus, nec au-*

dire, nec providere quidquam sinunt.' *Præfero tamen alienato*, quia et *Livius*, et alii magis dicunt 'alienato animo,' 'alienato sensu,' quam 'alienatus.' *Livius xxiv.* 26. 'Alienata mente simul luctu metuque velut captæ furore eo cursu se ex sacrario proripuerunt.' *ii.* 12. 'Alienato animo.' *vii.* 15. 'Alienatis animis.' *xxvi.* 14. 'Alienatis mentibus.' *Sall. de Ordin. Rep.* *ii.* 12. 'Neque tibi nox, neque dies curam animi sedaverit, quin insomniis exercitus, furibundus, atque amens, alienata mente feraris.' *Cæsar*, ibi a *Cortio* quoque laudatus; *Bell. Gall.* *vi.* 41. 'Sic omnium animos timor præoccipaverat, ut pene alienata mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantum se ex fuga recepisse dicerent.' *Sueton. Ang.* c. 99. 'Unum omnino ante efflatam animam alienatae mentis signum ostendit.' Sed pro *ad libidinem* mallem, si libri scripti paterentur, *ab libidine*. *Alienato ab libidine animo* est, præ libidine non compos mentis, non apud se, amens amore, ut c. 41. *μανθερος ὅπερ τοῦ πάθους* *Dionysius xi.* 33. quemadmodum 'aliena' *loqui* dicuntur, qui propter morbum vel alieni perturbationem animi non apud se sunt, nec sciunt quid dicant, apud *Ovidium Trist. Eleg.* *iii.* 3. 19. et *Ulpianum* *l.* 4. § 1. *D. de Ædilic. Edicto.* *Ab infinitis locis apud Livium et alios* notat causam, quod non opus est testimonii evincere. *Ad non puto* hic posse locum habere, quoniam non invenio veteres sic loqui. Et quæ est in hoc sententia 'animo alienatus,' vel 'alienato,' id est, non compos mentis, 'ad libidinem?' aut quis ita locutus est, 'alienari animo,' vel 'alienato animo esse ad aliquam rem faciendam?' id est, non compotem esse mentis ad eam faciendam? Scio *Livium* alibi 'alienatum animum,' 'sensum,' 'mentem,' cum præpositione *ab* alia significacione dicere, nempe pro animo et

sensu ab aliqua re averso, rei alicuius immemori, et eam non sentiente, ut *ii.* 12. *vii.* 15. et *xxvi.* 14. Sed hic non esse eam vim præpositionis, satis ex ipso arguento, in quo versatur *Livius*, intelligitur; nec magis quisquam, qui hic legat *alienato ab libidine animo*, in errorem incidet ex ambigua significacione *τοῦ 'ab'* cum 'alienatus,' quam si vel *Livius xxiv.* 26. dixisset 'alienata mente simul ab Inctu metuque,' ubi præpositionem reticeri certum est; vel *Cæsar* 'alienata mente ab timore.' *Duk. Alienatus ad lib. animo Flor. Voss.* 1. *Leid. ambo, Harl. I. Lipsiens. Klock.* fragm. *Hav.* et codd. *L.* 2. *N.* et *C.* quos *Hearne Oxonii* consuluit. *Alienato ab libidine animo* *Harl.* 2. et *Port. a m. pr.* quod exponi posse videtur, alienato ob libidinem animo; quomodo 'ab ira,' pro propter iram, infra viri docti restituerunt *xxiv.* 30. § 1. ubi vide quæ notantur. *Alienato animo* autem, ut 'alienata mente' *x.* 29. 'Galli, velut alienata mente, vana incassum jactare tela.' Quo minus tamen placere possit, illa obstant, quod primo lectio illa non nisi in uno vel altero codice, et quidem minimæ auctoritatis atque suspectæ ubique fiduci, supersit: deinde quod ita admodum ambigua locutio reddatur, præsertim quum 'alienatus ab aliqua re' pleniusque, si non semper, longe alio sensu a *Livio* usurpari soleat. *Ita ii.* 12. 'Dextramque accesso ad sacrificium foculo injicit: quum quum velut alienato ab sensu torreret animo.' *xxvi.* 14. 'Alienatis mentibus vino ab imminentis sensu mali:' qui locus insuper docet, *Liviu* ea forma, ne sensus in ambiguo foret, potius hic dictum fuisse, *alienato libidine animo*. Nam ita etiam locutus est *xxiv.* 26. 'Quæ alienata mente simul luctu metuque, velut captæ furore eo cursu se ex sacrario proripuerunt.' Vulgatam lectionem *alienato ad libidinem animo*, quæ tan-



and the other, more or less simple, as
according to the nature of the composition.
Still, with regard to the former, it is
natural to suppose that the more and
more refined the style becomes, the
longer time will be required to learn
the musical language, and the more
difficult it will be to master it. In
this case, however, it is not so much
the musical language itself that is difficult
as the language of the author, which
is probably the reason why musical
compositions of the most refined
style are not often understood by
those who have not been educated
in musical schools.

It is also true that the musical
language is not always very
difficult to learn, and that
it is not always necessary to have
a good knowledge of music to
understand it. This is particularly
true of the simpler forms of
musical composition, such as
the ballad, the folksong, and
the like. These are usually
written in a simple, direct
style, and do not require
any special knowledge of
music to understand them.
They are, however, not always
written in a simple, direct
style, and may require
some knowledge of music
to understand them. This
is particularly true of
the more refined forms of
musical composition, such as
the symphony, the opera,
and the like. These are usually
written in a more refined, more
elaborate style, and require
more knowledge of music
to understand them.

It is also true that the musical
language is not always very
difficult to learn, and that
it is not always necessary to have
a good knowledge of music to
understand it. This is particularly
true of the simpler forms of
musical composition, such as
the ballad, the folksong, and
the like. These are usually
written in a simple, direct
style, and do not require
any special knowledge of
music to understand them.
They are, however, not always
written in a simple, direct
style, and may require
some knowledge of music
to understand them. This
is particularly true of
the more refined forms of
musical composition, such as
the symphony, the opera,
and the like. These are usually
written in a more refined, more
elaborate style, and require
more knowledge of music
to understand them.

It is also true that the musical
language is not always very
difficult to learn, and that
it is not always necessary to have
a good knowledge of music to
understand it. This is particularly
true of the simpler forms of
musical composition, such as
the ballad, the folksong, and
the like. These are usually
written in a simple, direct
style, and do not require
any special knowledge of
music to understand them.
They are, however, not always
written in a simple, direct
style, and may require
some knowledge of music
to understand them.

It is also true that the musical
language is not always very
difficult to learn, and that
it is not always necessary to have
a good knowledge of music to
understand it. This is particularly
true of the simpler forms of
musical composition, such as
the ballad, the folksong, and
the like. These are usually
written in a simple, direct
style, and do not require
any special knowledge of
music to understand them.
They are, however, not always
written in a simple, direct
style, and may require
some knowledge of music
to understand them.

It is also true that the musical
language is not always very
difficult to learn, and that
it is not always necessary to have
a good knowledge of music to
understand it. This is particularly
true of the simpler forms of
musical composition, such as
the ballad, the folksong, and
the like. These are usually
written in a simple, direct
style, and do not require
any special knowledge of
music to understand them.
They are, however, not always
written in a simple, direct
style, and may require
some knowledge of music
to understand them.

It is also true that the musical
language is not always very
difficult to learn, and that
it is not always necessary to have
a good knowledge of music to
understand it. This is particularly
true of the simpler forms of
musical composition, such as
the ballad, the folksong, and
the like. These are usually
written in a simple, direct
style, and do not require
any special knowledge of
music to understand them.
They are, however, not always
written in a simple, direct
style, and may require
some knowledge of music
to understand them.

It is also true that the musical
language is not always very
difficult to learn, and that
it is not always necessary to have
a good knowledge of music to
understand it. This is particularly
true of the simpler forms of
musical composition, such as
the ballad, the folksong, and
the like. These are usually
written in a simple, direct
style, and do not require
any special knowledge of
music to understand them.
They are, however, not always
written in a simple, direct
style, and may require
some knowledge of music
to understand them.



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 856 7

University Of California Los Angeles



L 007 625 848 2

SOUTHERN BRANCH
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY
LOS ANGELES

